Bibliothèque numérique

medic@

**PLINE L'ANCIEN.** **C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII**

*Venise : B. Benali, 1497.*

BIUM

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?01573

1574

Hain 13101

# C.PLINII SECVNDI NATVRAE HI
# STORIARVM LIBRI.XXXVII.
## E CASTIGATIONIBVS
## HERMOLAI BARBA
## RIQVAM EMEN
## DATISSIME
## EDITI.

FACULTE DE MEDECINE DE PARIS

Nobiliſſimo Iuueni Conſſalo Ruitio Delauega & Mendoza : Laurentii Suaris de Figueroa & Men-
doza Hiſpaniarum Regis ad principem & Senatum Venetum Legati filio: Io.Baptiſta Palmarius.

ON QVIA Magnum aliquid operoſum ue:aut propriū a nobis factū ſit Conſſale Rui
ti:Si.C.Plinii auctoris celebratiſſimi: de Naturæ hiſtoriis uolumina : ex Annotationibus
n Hermolai Barbari uiri unius omnium:qui ætate noſtra fuere doctiſſimi caſtigata:opifici-
bus imprimenda tradidimus: Vt per nos etiamnum q̄ emendatiſſima publicum caperēt:
Sed quoniam quicquid in litteris præſtatur : q̄uis puſillum:in admiratione:uenerationeq;
priſcis etiam ſæculis ſemper ſit habitum: Ideo hanc in alieno opere diligentiam ueluti iure noſtro nomi-
natim tibi per epiſtolam dicauimus. Ad hæc te nuper uidimus:cum ſcriptorum numeroſi æris omnium
tum huius noſtri maxime ſtudioſum : curamq; non mediocrem in ipſo ad eandem: qua nos uſi ſumus:
limam expoliendo impendere. Partim itaq; ut hoc te onere leuaremus:Partim ne penitus innominati hi
noſtri:Qualeſcūq; labores progrederentur:Plinium ipſum ad hunc quem dixi modum in quingenta uo
lumina formis expreſſum: Tibi honoris cauſa attitulatum emitti uoluimus. Ecquis profecto te uno hu
ius operis reuerentior benigniorq; atteſtator futurus eſt?Quis præterea potior:aut mihi conuenientior
patronus?Aduleſcens enim adhuc æqualem tibi defenſurus es:Doctus haud illiterati cauſæ adfuturus:
Nibiliſſimus ingenuum protecturus. Neſcioq; an & tam peritum:ſimul & tam generoſum aduocatum
alium inuenire potuerim: Quippe qui a duabus Regiis gentibus Figueroa & Mendoza in Hiſpania ce-
leberrimis:innumerumq; honorum inſignibus:ac titulis decoratis originem ducas:in quibus ſemper ui
ri omni laudū genere cumulati extiterunt:ac in totius prouinciæ luce poſiti: Alii conſilio & ſapiētia: Alii
corporis uiribus excelluerunt: In ſcientiis doctiſſimi:in re militari ſtrenuiſſimi: Adeo ut ex hoc ſtēmate:
ueluti ex equo Troiano meri Duces ſemper exierint. Quin in primis hodieq; q̄plurimi tum opibus:tum
animi præſtantia: corporis robore : ſummaq; apud Hiſpaniarum Reges gratia pollent .E quibus certo
patrem tuum optimum Laurentium Suarem uirum omni laude digniſſimum hic uidimus in Veneta
Ciuitate: ubi non pridem rerum ſumma uertitur:tertium iam annum legatum ab iiſdem Regibus ma-
xima cum ſua dignitate gerentem. Et enim quis ex exteris: Italicis ue nationibus orator unq̄ Venetis Du
cibus: Reliquiſq; grauiſſimis patribus gratior fuit:q̄ hic ſapientiſſimo ac fœliciſſimo Principi Auguſtino
Barbadico:ac toti Senatui eſt?Quis per deum immortalem in conſilio maturior aut præſentior inuen-
tus?Quis in exponendis poſtulatis facundior auditus?Agendis rebus promptior:atq; pro dignitate cō
ſtantior:& in arcanis fidelior aut taciturnior compertus?Cætera:ut tantorum Regum Legatum decuit
& amplitudo domus poſtulat: Victu ſplendidus: Veſtitu luculentus:Familia copioſus: & quod ad ani
mi ſpectat generoſitatem: Liberalitate munificus: Religione pius: Moribus comis: Affatu blandus: Lit
terarum ſtudioſus: Studioſorūq; hominum amantiſſimus. Cuius tu ueſtigiorum imitator optimus: La
borum pientiſſimus adiutor: Secretorum fidiſſimus particeps: Quantum a ſacris occupationibus ſub-
ſiciui temporis adimere potes:totum id doctrinæ ſtudiis impendis. Quibus adhuc tantum profeciſti:ut
præter morum uariorum cognitionem:rerumq; plurimarum uſum:litteras quoq; bene litteratas ex Ita-
lia terra in Hiſpaniam tecum aſportaturus ſis:ubi eas honeſtiſſime cum armis:unde maior te manet glo
ria coniungere poteris. Sed iam me bona tua cum uenia ad lectorem optimum quemq; uertam:Is enim
quoq; hac parte mihi appellandus eſt:Quem præcipue huius noſtri prepoſiti rationem:ac totius emen
dationis ſeriem noſſe uelim.

HERMOLAI BARBARI Patriarchæ Aquileienſis in Plinium Adnotationes ex ſunt : Quibus
opinatiſſimum ſcriptorem ſatis commode reſtitui poſſe nemo inficiatur : immo de quibus ipſe pronun-
ciare non dubitauerim:quod Hircium de Dictatoris Cæſaris commentariis dictitare Suetonius Tran-
quillus memoriæ prodidit:ut illis hiſtoricis : ſic his grammaticis non exhibitam : ſed ſublatam Plinium
cōmentandi occaſionem. Adeo omnium iudicio eruditorum comprobari uidentur. Quo adparet Ange
lum Politianum uirum in utraq; facundia eminentiſſimum: cum primum eas cōmentationes attigiſſet:
haud iniuria dixiſſe: Solum Barbarum æuo noſtro latina lingua loqui. Is quoq; qui in profitēdo iam pri
mas facile obtinet(Nomine abſtineo:quia nō ſatis honorifice pro pietate mea:& ipſius dignitate in præ-
ſentia nuncupatim a me dici poſſet:)hic ut doctiſſimus:ita omnium magnorū ingeniorum Candidiſſi-
mus arbitrator:nonne iure & merito:Quoties interenarrandum illius uiri uiuentis adhuc mentio incide
ret:frequentiſſimis auditoriis Theſaurum plinianæ eruditionis appellabat? Ex huius itaq; mihi caſtiga-
tionibus auctorem approbatiſſimum:ſed ætatis uitio locis nō paucis deprauatum:quoniam ut ipſe ait:
Tranſcribentium ſors uaria multum degenerat: Antonius Moretus Bybliopola primarius:homo indu
ſtrie litteratus:ac uir probus ſæpius rogando iniunxit publici cōmodi cauſa ut corrigerem : Quod feci
equidem

equidem haud inuitus: utraq; ipſe lectione admodum delectatus: Sedulamq; nauaui operam : ut oppi-
do q̃ emaculatum exemplar impreſſoribus darem: ubi ne ſyllaba quidem una aut littera perperā poſita
ſubſiliret. Acerrime deīde omneis iudicioli mei neruos intendi: Ne id accideret qd in proxima eorūdem
uoluminum editione ad eandem quidem regulam: ſed præciſe correcta uſu ueniſſe animaduerti: In qua
ubi minime oportuit aliquando immutata eſt lectio: ubi dubia aſſerta: Quibuſdā in locis (quod ridicu-
lum eſt) pro Plinii Hermolai uerba intempeſtiue poſita. Præciſe dixi: quoniam illi non niſi primam Bar-
bari noſtri adierunt editionem. Nos & prima & altera: & luſtris omnibus perſcrutatis: Nec non uolumi
nibus compluſculis collatis a Venetis tamen ſecundæ impreſſionis exemplaribus Filum ad Hermolai
normam dirigentes ne ungue quidem latius diſceſſimus: eo præſcripto diligenter obſeruato : ut quando
manifeſtario conſtabat priorem lectionem plane falſam eſſe: & uera in medium ex locupletiſſimis teſti-
moniis adducebatur: eam ſine controuerſia adſereremus : Quod non niſi locis indubitatis & non nimiū
multis fecimus: Sed cum aut uaria: aut dubia : aut multiplex deprahendebatur ſcriptio: Vulgata intus
prorſis uerſibus ut erat relicta: Reliquas in paginarum marginibus adnotauimus: ut liberum ſit legenti
quā magis probet capere: Et unde illa aduentitia ſumeretur lectio aliquando ſubſignauimus : quemad-
modum & cæterorum ſcriptorum a Plinio uariātias interdum cum ipſis auctoribus eodem in loco tibi
appoſuimus. A cenſoriis tantum uirgulis: ueluti nefas eſſet: manus abſtinuimus: Cum uix ſemel atq; ite
rum tam magnus liber obeliſco notari poſſe a Cenſore uiſus ſit. Et hæc noſtra fuit opera: quæ q̃uis haud
parum negocioſa fuerit: uicaria tamen nimis: & uilis: & uix in Adonidis hortos (quod aiunt) admitten-
da fuiſſet: niſi illa ſecuta eſſet utilitas: ut dum exemplaria conferimus ſupra quadringenta & amplius lo-
ca præter omnium hactenus caſtigationes adhuc in Plinio emendanda notauerimus. Ea eſt in animo ali
quando inuulgare: Nunc nō tam audaculi fuimus: ut Scioloꝝ ritu quidpiam temere immutari uolueri
mus. Tantum libro. x. ubi de pauonibus agitur: pro gemināntes multorum eruditorum conſenſu : gem-
mantes ad colores inibi referendo poſuimus: & enim in codice nō malo gēmatos legimus : At ſi locū illū
totum tibi emūdari cupis: eos accuſandi caſus formam ſcilicet intellectum & gloriam in ſeptimos uertas
Ita nāq; liber ille præferre uidebatur & loquendi ratio expoſcere. Alio in loco. xix. uidelicet libro totā Car
duorum condituram: quæ in tritis deeſt uoluminibus: addidimus: ita tamen ut pro conduntur: condiun
tur legendum potius putemus: Poteramus etiam uerba illa ſi placet paulo ſupra illic ſcripta: ita ut erant
relinquere: Sed quoniā ſi Diis placet bona habent exemplaria: familiariſſima hiſtoricis indignatione: ſup
primere noluimus: & præterea nihil eſt de nobis reſtitutum: quod teſtari magnopere intereſt. Verum ne
tibi de emendandis adhuc in Plinio mendis: uerba data putes : Liber quædam ſparſim legentium oculis
ſubiicere: alia uindicando: & indicando alia in medio deſtituere: Quod quā breuiſſime: ueluti in tranſcur
ſu faciam. Eodem. xix. uolumine de horto irriguo paſſim ita legitur: tollendo nō hauſtu rigando: Nos in
probatæ fidei exemplari tolenonum hauſtu ſcriptum repperimus: ſunt aūt Tolenones ſeu matis tollo-
nes quoniā a tollēdo dicti uidentur: ut docet Pompeius Feſtus: Machinaꝝ genera qbus trahitur aqua: al
teram partem prægrauāte pondere: ut ſup puteis multis eſt uidere: utitur ea uoce: pro machina quidem
ſed nō ad hauriendas aquas. T. Liuius lib. viii. de bello Mac. Vegetium tibi Barbarus in ſuo lexico cita-
uit: & Plauti locum obiter correxit: Nobis quoq; hoc plinianū alteri præceptori noſtro indicantib. ei inq̃
qui grāmaticoꝝ claſſem ducere creditur: ab ipſo ſtatim in hortis Collumellæ uerſiculus hic eſt repurga-
tus: Ne grauis hauſturis tollonibus ilia uellat: cū ubiq; prius tollentib. legeretur. Libro uero. xx. cap. vii.
Quid ſit contra longiā ne oedipus qdem ſolueret: Sicut calce. xiiii. quid ſibi illa uelit ſupſtitio ab alienis
datur nō intellego. Semel præterea (quod eqdem meminerim) Matricem pro muliebri utero ī uniuerſo
uolumine legi: Sed longe aliter noſter ille codex habet. Quid libro. xxxi. nō ne lacer ac plane mutilus Pli
nius eſt his uerbis: ut protinus noſcatur etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate. At profecto in
iurius non ſolum Plinio: Sed uenerandis ipſius Ciceronis manibus eſſem : niſi hunc locum ſtatim ut in-
uentum debeo redderem: legendū itaq; eſt: ut protinus noſcatur etiā miniſtroꝝ eius hauſtus ex illa ma-
ieſtate ingenii. Libro uero. xx. cap. xxi. quid pro cubitali fœminaꝝ reponi deberet in præſentia dicere nole
bamus: niſi cubili legere: quia lectionem eam libri aliqui retinent: longe melius eſſe uidiſſemus: q̃ ut qui-
dam ſola diuinatiōe inixi ueluti hariolantes genitali. Porro eodem uolumine cap. viii. Quonam alio no
mine e latinis qdam Erraticum Intubum appellauerint nō ſubeicere decreuimus: ut pariter duobus lucu
lentiſſimis ſcriptoribus ſuam (ut opinor) reſtituamus lectionem Cor. inq̃ Celſo & Plinio: Nam pro am
bugia ambulam ſcriptum ī exemplaribus inuenimus: quod & placet & cum erratico mire conuenit: Et ſi
non multū uis a Celſo diſcedere ī eo non ambulam: ſed ambuleiā legere poteris: quia ipſius codices ī am
bubeiam unius litteræ puerſione deflexiſſe uidentur. Quis præterea non uideat lib. xxxiii. cap. ii. ad cuſto
diendas ſuffragioꝝ ciſtas ſcribendum: & nō ſcita: ut paſſim legitur. Infra cap. iiii. eiuſdem lib. quam paꝝ
mehercule ſcitum dictū Veterani illius ſuper Hoſpitali Bononiæ Auguſti Cæſaris Cœna fuiſſet: niſi de

Anæiridis Numinis crure: ut hodie quoq; uulgo iocular iter dici ſolet: non autem cruore: quod ubiq; falſo eſt ſcriptum: tunc maxime imperatorem coenitare: facete dixiſſet. Libro. xxviii. cap. iii. ophiogenes: nõ autem oblongenes: ſcribendum eſſe nomen ipſum a ſerpentibus quibus genus illud hominũ in inſula Cypro inoffenſum erat: ut in Italia Marſi: in Aphrica Pſylli: declinatũ indicat. Omen quaſi oſmen extrito s. grãmatici dictũ interpretantur: turpi apud ueteres ſæpius ſignificatu: ut teſtis eſt ille Martii uerſus. Obſcæni interpres funeſtiq; ominis auctor: Inde fit uerbum abominari: intellectu quæcunq; horreamus amoliendi: De his: ſimilibuſq; caput eſt luculentum intus uolumine libri ſuperius dicti: ordine ſecundũ: ubi ita legitur Incendio inter epulas nominato aquã ſub menſam profundi abominatur: adumbrata mehercules & corrupta lectione: Quanto liquidior hæc & caſtior? Incẽdia inter epulas nominata aquis ſub menſam profuſis abominamur. Vnum adhuc: quod penitus indubitatum: nec omittendum ad præſens uidetur: & uerbum non amplius addam: e lib. xxii. cap. vi. ſumptum: ibi hæc uerba ita leguntur: excogitauit natura herbas aliquas aſpectu hiſpidas: tactu truces ut cantũ non uocem ipſius exaudire uideamur: Quid eſt q cantum non uocem naturæ inaudiamus? Vnica medius fidius litterula in aliam deformata nitidiſſimum intellectum offuſcat: Lego igitur tantum non uocem & nõ cantum: Qua elocutione ſatis creber eſt Valerius Max. Et Comicum illud Phormione fabula in ore omnium fere aſſolet eſſe: Modo non montes auri pollicens. Donatus Terentianus interpres prouerbialem hyperbolen hanc eſſe ait. Græci μονονου: ſiue ut Attici: μονονουχι dicunt. Qui quidem Atticiſmus Demoſtheni perquã familiaris eſt. In hunc ſenſum illum Tibulli uerſiculum accipiendum putat quidam ex litteratiſſimis amicus noſter Iam modo non poſſum contentus uiuere paruo.

Potuiſſemus & alia non minus ſcitu digna his ſubtexere: Sed mihi publicis officiis diſtricto non licuit in his diutius ĩmorari: Neq; illa appoſuimus: ut tanq̃ noſtra iactaremus: &enim nouimus fortunæ non eruditiõis eſſe. Cæteꝝ & nos quoq; pro uirili parte ſtudioſis prodeſſe uoluimus. Reliqua q̃ depræhendimus: pluſculum otii nacti alias fortaſſe tractabimus: Multaq; adhuc in Plinio manantia ulcera obducta cicatrice ſanabimus. Nũc uero lector & cognitoris intelligẽtia: & impreſſoris diligentia Pliniũ caſtigatiorem longe q̃ unq̃ antea exquo reuiuiſcere cœpit: Lecturus es: & quicqd Hermolaus uariæ lectiõis tribus cõmentationibus collegit: ſub uno intuitu ſuis locis cõſpicaberis. Nolim tamẽ ut noſtri fiducia ſecurus ĩ utrãq; aurem: ut uetus eſt uerbum: quod græci preſſuis επαμφω dicũt: dormias. Sæpius tibi cenſor adeundus: ubi latius ea: quæ nos anguſtiis marginum coarctati indicare non potuimus inuenies: indeq; ſemper (mihi crede) aliquam bonam frugem tecum domum reportabis. Et nos alicubi non potuiſſe halucinari haud diffitemur. Quippe qui hæc ueluti aliud agẽtes curauerimus. Tantum abeſt ut opificũ quoq; quãuis diligentium errata: ſi in aliqua offẽdes: tibi præſtare uelimus.

## AD LECTOREM.

Qui Cœlum: Terras: Aequor: Genus omne animantum:
  Omne Exors Animæ: quid ferat omnis Ager:
Inuentus rerum uarios: Arteiſq;: Metalla:
  Marmora cum gemmis: quid iuuet: aut noceat:
Deniq; naturæ qui cuncta adoperta reuelat
  Plynion integrum candide lector habes.
Atq; ita q priſcum præſeruat fronte Nitorem
  Lima uiri docti præſtitit Hermoleo:
Cui fere te tantum (dicam) debere fatendum:
  Auctori quantum ſæcula debuerunt.

OPERI SVPREMA MANVS IMPOSITA ANN. GRATIAE. MIID. EIDIB. FEBRVARI. AVGVSTINI BARBADICI PRINCIPATVS ANNO. XII.

## C.PLINIVS CAECILIVS MARCO SVO SALVTEM.

p Ergratum eſt mihi q tam diligenter libros auunculi mei lectitas:ut habere oẽs uelis: quæraſq;
qui ſint oẽs.Fungar indicis partibus.Atq; ẽt quo ſint ordine ſcripti:notum tibi faciã. Eſt.n.hæc
quoq; ſtudioſis nõ iniucunda cognitio.De iaculatione equeſtri unus.Hunc cum præfectus alæ
militaret:pari ingenio curaq; compoſuit.De uita Pomponii Secũdi duo:a quo ſingulariter amatus hoc
memoriæ amici:quaſi debitum munus exoluit.Bellorum germaniæ.xx.quibus omnia quæ cũ germanis
geſſimus bella collegit.Inchoauit cũ in germania militaret:ſomnio monitus.Adſtitit.n.ei quieſcẽti Dru
ſi Neronis effigies:qui germaniæ latiſſime uictor ibi periit.Cõmendabat memoriã ſuam : orabatq; ut ſe
ab iniuria obliuionis aſſereret.Studioſi tres:quos in ſex uolumina propter amplitudinem diuiſit:quibus
oratorem ab incunabulis inſtituit & pfecit.Dubii ſermonis octo ſcripſit ſub Nerone nouiſſimis ãnis: cũ
omne genus ſtudiorum paulo liberius & erectius periculoſum ſeruitus feciſſet.A fine Aufidi Baſſi.xxxi.
Naturæ hiſtoriaꝝ.xxxvii.opus diffuſum:eruditum:nec minus uarium q̃ ipſa natura.Miraris q tot uo-
lumina:multaq; in his tam ſcrupuloſa hõ occupatus abſoluerit?Magis miraberis:ſi ſcieris illum aliquã-
diu cauſas actitaſſe.Deceſſiſſe anno ſexto & quinquageſimo.Medium tempus diſtentum impeditumq;
qua officiis maximis:qua amicitia principum egiſſe.Sed erat acre ingenium:incredibile ſtudium : ſum-
ma uigilantia.Lucubrare a uulcanalibus incipiebat:nõ auſpicandi cauſa:ſed ſtudẽdi ſtatim a nocte mul
ta.Hyeme uero ab hora ſeptima:uel cum tardiſſime octaua:ſæpe ſexta.Erat ſane ſomni parciſſimi.Non
nunquã etiam inter ipſa ſtudia inſtantis & differentis. Ante lucem ibat ad Veſpaſianum imperatorem.
Nam ille quoq; noctibus utebatur.Inde ad delegatum ſibi officium.Reuerſus domum quod reliquum
temporis ſtudiis reddebat.Poſt cibum ſæpe quem interdiu leuem & facilem ueterũ more ſumebat: æſta
te ſi quid otii iacebat in ſole:liber legebatur:ãnotabat:excerpebatq;.Nihil enim unq̃ legit: quod nõ excer
peret.Dicere etiam ſolebat nullum eſſe librum tam malum:ut nõ aliqua parte prodeſſet.Poſt ſolem ple
runq; frigida aqua lauabatur. Deinde guſtabat:dormiebatq; minimum. Mox quaſi alio die ſtudebat in
cœnæ tempus.Super hanc liber legebatur:annotabatur & quidem curſim.Memini quendam ex amicis
cum lector quædam pronuntiaſſet perperam reuocaſſe:& repeti coegiſſe. Huic auunculum meum dixiſ
ſe:intellexeras?Nempe cum ille annuiſſet:Cur ergo reuocabas?Decem amplius uerſus hac tua interpel
latione perdidimus.Tanta erat parſimonia temporis.Surgebat æſtate a luce.Cœna hyeme intra primã
noctis:& tanquam aliqua lege cogente.Hæc inter medios labores urbiſq; fremitum.In ſeceſſu ſolum ba
linei tempus ſtudiis eximebatur.Cum dico balinei de interioribus loquor.Nam dum diſtringitur: tergi
turq;:audiebat aliquid aut dictabat. In itinere quaſi ſolutus cæteris curis:huic uni uacabat. Ad latus no
tarius cum libro & pugillaribus:cuius manus hyeme manicis muniebãtur: ut ne cœli quidem aſperitas
ullum ſtudiis tempus eriperet.Qua ex cauſa romæ quoq; ſella uehebatur.Repeto me correptum ab eo
cum ambularem.Poteras inquit has horas non perdere.Nam perire omne tempus arbitrabatur:qd ſtu
diis nõ impertiretur.Hac intẽtione tot iſta uolumina pegit:electorũq; cõmentarios.clx.mihi reliquit.Opi
ſthographos qdem minutiſſimis ſcriptos.Qua rõne multiplicatur hic numerus.Referebat ipſe potuiſſe
ſe cum procuraret:uẽdere in hiſpania hos cõmentarios Lartio Licinio.cccc.milibus nũmũ:& tũc aliquã-
to pauciores erãt.Nonne uidet tibi recordãti quãtum legerit:quãtum ſcripſerit:nec in officiis ullis:nec ĩ
amicitia principũ fuiſſe?Rurſus cũ audis:qd officioꝝ ſtudiis laboris impẽderit:nec ſcripſiſſe ſatis:nec le
giſſe?Quid eſt.n.quod nõ ille aut occupationes impedire:aut hæc inſtãtia non poſſit efficere? Itaq; ſoleo
ridere cũ me qdam ſtudioſum uocãt:qui ſi comparer illi:ſim deſidioſiſſimus. Ego aũt tñ quem partim
publica:ptim officia amicoꝝ diſtringũt.Quis ex iſtis qui tota uita litteris aſſident collatus illi non quaſi
ſomno & inertiæ deditus erubeſcat?Extẽdi epiſtolã cũ hoc ſolũ qd reqrebas ſcribere deſtinaſſem : quos
ſcilicet libros reliquiſſet.Confido hæc tñ quoq; tibi nõ minus grata q̃ ipſos libros futura: quæ te non tñ
ad legẽdos eos:ueꝝ etiã ad ſimile aliquid elaborandũ poſſunt æmulationis ſtimulis excitare. Vale.

## SVETONII TRANQVILLI IN LIBRO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

p Lynius Secundus Nouocomenſis equeſtribus militiis induſtrie functus:procurationes quoq;
ſplendidiſſimas:atq; continuas ſumma integritate adminiſtrauit. Et tñ liberalibus ſtudiis tan-
tam opam dedit:ut nõ temere quis plura ĩ otio ſcripſerit.Itaq; bella oĩa quæ unq̃ cũ germanis geſta ſunt
xx.uoluminibus compræhendit:itẽ naturalis hiſtoriæ.xxxvii.libros abſoluit.Periit Clade campaniæ.Nã Gaudis
cum miſſenenſi claſſi præeſſet:& flagrante ueſuuio ad explorandas propius cauſas liburnicas prætendiſ-
ſet:neq; aduerſantibus uẽtis remeare poſſet:ui pulueris ac fauillæ oppreſſus eſt.Vel ut qdam exiſtimãt
a ſeruo ſuo occiſus:quem deficiens æſtu:ut necem ſibi maturaret:orauerat.Hic ĩ his libris.xx.milia rerũ
dignarum ex lectione uoluminum circiter duum milium complexus eſt.Primus autem liber quaſi ĩdex
xxxvi.librorum ſequentium conſumationem totius operis:& ſpecies continet titulorum.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 6 sur 536

## C.PLINIVS TACITO SVO.

P Etis ut tibi auũculi mei exitũ ſcribã:quo uerius tradere poſteris poſſis.Gratias ago. Nã uideo morti eius:ſi celebretur a te:ĩmortalẽ gloriã eſſe ꝓpoſitam. Quãuis.n.pulcherrimaꝝ clade terraꝝ:ut populi:ut urbes:memorabili caſu quaſi ſemꝑ uicturus occiderit : q̃uis ipſe plurima ſcripſerit:plura tamen ꝑpetuitati eius ſcriptoꝝ tuoꝝ æternitas addet. Equidẽ beatos puto quibus deoꝝ munere datũ eſt:aut facere ſcribẽda:aut ſcribere legẽda. Beatiſſimos uero q̇bus utrũq;.Hoꝝ in numero auũculus meus & ſuis libris & tuis erit. Quo libentius ſuſcipio depoſco etiã quod iniungis. Erat miſſeni:claſſemq; ĩꝑio præſens regebat.ix.Kal.hora fere.vii.mater mea indicat ei:apparere nubẽ inuſitata & magnitudine & ſpecie. Vſus ille ſole:mox frigida:guſtauerat iacens:ſtudebatq;:Popoſcit ſoleas:Aſcẽditq; locũ ex quo maxime miraculũ illud conſpici poterat. Nubes incertũ procul intuẽtibus ex quo monte:ueſuuiũ poſtea fuiſſe cognitũ eſt:oriebatur. Cuius ſimilitudinẽ & formam nõ alia res magis q̃ pinus expreſſerit. Nã longiſſimo uelut trunco flata ĩ altum quibuſdã ramis diffundebat̃. Credo & recenti ſpiritu euecta:dein ſeneſcente eo deſtituta:aut etiã pondere ſuo uicta in latitudinẽ uaneſcebat:candida interdũ:interdũ ſordida & maculoſa: ꝓut terrã cinerẽue ſuſtulerat. Magnũ id propiuſq; noſcendũ ut eruditiſſimo uiro uiſum. Iubet liburnicã aptari. Mihi ſi uenire una uellẽ facit copiã. Reſpondi ſtudere me malle: & forte ipſe quod ſcriberẽ dederat. Egrediebatur domo:accepit codicillos:retinæ encaſti imminente periculo exterritæ:Nã uilla eius ſubiacebat:nec ulla niſi nauibus fuga:ut ſe tãto diſcrimini eriperet:orabat. Vertit ille cõſilium: & quod ſtudioſo aĩo inchoauerat:obit maximo. Deducit quadriremes:aſcendit ipſe:non retinæ mõ. Sed multis(erat.n.frequẽs amœnitas oræ)Laturus auxiliũ properat. Alii territi fugiũt. Rectũ ipſe curſum rectaq; gubernacula in ꝑiculũ tenet. Adeo ſolutus metu:ut oẽs illius mali motus:oĩs figuras:ut depræhenderat oculis:dictaret:enotaret. Iã nauibus cinis inciderat:quo ꝓpius accederet:calidior & denſior. Iã pumices ẽt nigri ambuſtiq; & fracti igne lapides. Iam uadũ ſubitũ ruinaq; montis:littora obſtantia. Conctãti paulũ:an retro flecteret:mox gubernatori ut ita faceret monẽti. Fortes inq̇t fortuna iuuat.

Deuenit ſ.m. Curuatiſq; l.mare inf. Pomponianũ pete:ſtabiis erat:dirimit ſinu medio. Nãcẽſim circũactis turbatiſq; littoribus maxima re infundit̃. Ibi q̃q̃ nondum ꝑiculo appropinquante cõſpicuo tamẽ:& cũ creſceret ꝓximo ſarcinas cõtulerat in nauis artus fugæ:ſi cõtrarius uẽtus reſediſſet. Quo tũc auũculus me⁹ ſecũdiſſimo iuectus cõplectit̃ trepidantẽ:conſolat̃:hortat̃:utq; timorẽ eius ſua ſecuritate leniret:deferri in balneũ iubet:lotus accubat:cœnat atq; hilaris:aut quod eſt æque magnum ſimilis hilari : interim e ueſuuio monte pluribus locis latiſſime flãmæ atq; incendia relucebant: quoꝝ fulgur & claritas tenebras noctis excipiebat. Ille agreſtium trepidatiõe ignis relictos deſertaſq; uillas ꝑ ſolitudinẽ ardere in remediũ formidinis dictabat. Tũc ſe q̇eti dedit. & quieuit uerĩſſimo equidẽ ſomno. Nã meatus aĩæ qui illi ꝑꝑ amplitudinẽ corporis grauior & ſonantior erat:ab iis qui limini obuerſabant̃:audiebat̃. Sed area ex qua diæta adibat̃ : ita iã cinere mixtiſq; pumicib⁹ oppleta ſurrexerat:ut ſi lõgior ĩ cubiculo mora eẽt:exitus negaret̃. Excitatus ꝓcedit:ſeq; Pomponiano cæteriſq; qui ꝑuigilarãt reddit:in cõe conſultãt:intra tecta ne ſubſiſtãt:an ĩ aperto uagent̃ : Nã crebris uaſtiſq; tremoribus tecta nutabãt:& quaſi emota ſedibus ſuis:nũc huc:nũc illuc abire:aut referri uidebant̃. Sub dio rurſus:q̃q̃ leuiũ exeſorũq; pumicũ caſus metuebat̃:quod tñ maloꝝ collatio elegit. Et apud illũ quidẽ ratio rõnem:apud alios timorẽ timor uicit. Ceruicalia capitibus ĩpoſita linteis conſtringunt̃. Id munimẽtũ aduerſus incidẽtia fuit. Iã dies alibi illic nox oĩbus noctib⁹ nigrior:denſiorq;:quã tñ faces multæ uariaq; lumĩa ſoluebãt. Placuit egredi ĩ littus:& ex ꝓximo aſpicere & q̇d iã mare admitteret q̇d adhuc uaſtũ & aduerſum ꝑmanebat:ibi ſuꝑ abiectũ linteũ recubans ſemel atq; iteꝝ frigidã aquã popoſcit:hauſitq;:Deĩde flãmæ:flãmarũq; prænũcius odor ſulphuris alios ĩ fugã uertunt:excitant illũ. Innixus ſeruis duob⁹ aſſurrexit:& ſtatĩ cõcidit. Vt ego cõiecto craſſiore caligĩe ſpiritu obſtructo:clauſoq; ſtomacho:q̇ illi natura ĩualidus & anguſtus & frequẽter iteræſtuans erat. Vbi dies redditus is ab eo quẽ nouiſſime uiderat tertius:corpus inuẽtũ integrũ:illæſum:opertũq; ut fuerat indutus. Habitus corporis q̇eſcenti ſimilior q̃ defuncto. Interim miſſeni ego & mater. Sed nihil ad hiſtoriã. Nec tu aliud q̃ de exitu eius ſcire uoluiſti. Finẽ ergo faciã. Vnũ adiiciã:oĩa ea q̇bus interfuerã:quæq; ſtatĩ:cũ maxĩe uera memorant̃:audierã uera ꝑſecutũ:tu potiſſimũ excerpes. Aliud eſt.n.epiſtolã:aliud hiſtoriã:aliud amico:aliud oĩbus ſcribere. Vale.

Item Tertulliani In Apologetico.

P Linius Secundus cũ quandã prouinciã regeret:& ĩ magiſtratu plurimos chriſtianoꝝ interficeret multitudine eoꝝ ꝑterritus quæſiuit de Traiano q̇d facto opus eſſet:nũcians p̃ter obſtinationem ſacrificandi & antelucanos cœtus ad canendum cuidam chriſto ut deo:nihil apud eos reperiri. Præterea ad confœderandam diſciplinã uetari ab his homicidia:furta:adulteria:latrocinia:& his ſimilia. Ad quæ cõmotus Traianus reſcribit:hos q̇dem inquirendos non eſſe:oblatos uero puniri oportere.

Item ex Libris de temporibus Euſebii Cæſarienſis.

P Linius Secundus Nouocomenſis Orator & hiſtoricus inſignis habetur: Cuius plurima ingenii opera extant. Periit dum inuiſit Veſuuium.

Caii Plinii

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER PRIMVS.

C. Plinius Secundus Veronenſis Veſpaſiano Suo Salutem.

## PRAEFATIO.

LIBROS NATVRALIS HISTORIAE NOVITIVM CA
mœnis quiritium tuoꝝ opus natum apud me proxima fœtura: licentio
re epiſtola narrare conſtitui tibi iucundiſſime Imperator. Sit. n. hæc tui
præfatio ueriſſima: dum maximi cõſeneſcit in patre. Nãq; tu ſolebas pu maxime
tare eſſe aliquid meas nugas. Vt obiicere moliar Catullum conterraneũ obiter mol
meũ. Agnoſcis & hoc caſtrenſe uerbũ. Ille enim (ut ſcis) pmutatis prio liam
ribus ſyllabis duriuſculũ ſe fecit: q̃ uolebat exiſtimari a uernaculis tuis uolebam
& famulis. Simul ut hac mea petulantia fiat: quod ꝓxime nõ fieri que
ſtus es in alia procaci epiſtola noſtra: ut ĩ quædam acta exeam. Sciãtq;
oẽs q̃ ex æquo tecũ uiuat imperiũ. Triumphalis & cẽſorius tu: Sextũq;
conſul: ac tribuniciæ poteſtatis particeps: Et quod iis nobilius feciſti: dum illud patri pariter & equeſtri
ordini præſtas: præfectus prætorii eius omniaq; hæc reipu. Et nobis quidem qualis in caſtrenſi contuber
nio? Nec quicq̃ mutauit in te fortunæ amplitudo in iis: niſi ut prodeſſe tantũdem poſſes: ut uelles. Itaq;
cum cæteris in uenerationẽ tui pateant omnia illa: nobis ad colendum te familiarius audacia ſola ſupeſt.
Hanc igitur tibi imputabis: & in noſtra culpa tibi ignoſces. Perfricui faciem: nec tamen profeci. Quan
do alia uia occurris ingens. Et longius etiam ſubmouens ingenii facibus. Fulgurat in nullo unquã uerius
dicta uis eloquentiæ tribunitiæ poteſtatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? Quanto fratris
amas? Quantus in poetica es? O magna fœcunditas animi. Quemadmodum fratrem quoq; imitare
ris excogitaſti. Sed hæc quis poſſet intrepidus extimare ſubiturus ingenii tui iudicium præſertim laceſſi
tum? Neq; enim ſimilis eſt conditio publicantium: & nominatim tibi dicantium. Tum poſſem dicere: qd
iſta legis imperator? Humili uulgo ſcripta ſunt: agricolarum opificum turbæ: deniq; ſtudiorum ocioſis.
Quid te iudicem facis. Cum hanc operam condicerem: non eras in hoc albo. Maiorem te ſciebam: q̃ ut
deſcenſurum huc putarem. Præterea eſt quædam publica etiã eruditoꝝ reiectio. Vtitur illa &. M. Tul
lius extra omnem ingenii aleam poſitus. Et quod miremur per aduocatum defenditur? Hæc doctiſſimũ
oium Perſium legere nolo. Lelium Decimum uolo. Quod ſi hoc Lucilius: qui primus condidit ſtili na Manium
ſum: dicendum ſibi putauit. Si Cicero mutuandũ præſertim cũ de re pub. ſcriberet: quãto nos cauſatius Iuniũ cõgiũ uel
ab aliquo iudice defendimur? Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione. Quãplurimum Leliũ congrum
refert ſortiatur aliquis iudicem: an eligat. Multumq; apparatus intereſt apud inuitatũ hoſpitem & obla antiqui codices.
tum. Cum apud Catonem illum ambitus hoſtem: & repulſis tanquã honoribus ineptis gaudentem: fla indeptis
grantibus comitiis pecunias deponerent candidati: hoc ſe facere pro innocentia: quod in rebus humanis
ſummũ eſſet profitebantur: inde illa nobilis. M. Ciceronis ſuſpiratio. O te fœlicem. M. Porci: a quo rem
improbã petere nemo audet. Cũ tribunos appellaret. L. Scipio Aſiaticus: inter quos erat Gracchus: hoc
atteſtabatur: uel inimico iudici ſe approbare poſſe. Adeo ſummũ quiſq; cauſæ ſuæ iudicem facit: quem
cunq; eligit: Vnde prouocatio appellatur. Te qdem in excelſiſſimo humani generis faſtigio poſitũ: ſum
ma eloquentia: ſumma eruditione præditum: religioſe adiri etiam a ſalutãtibus ſcio. Et ideo imenſa præ
ter cæteras ſubit cura: ut quæ tibi dicantur condigna ſint. Verũ & diis lacte ruſtici multæq; gentes ſuppli
cant: & mola tñ ſalſa litant: qui nõ habent thura. Nec ulli fuit uitio deos colere quoquomõ poſſet. Meæ
qdem temeritati acceſſit hoc quoq;: q̃ leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos. Nam nec ingenii ſunt ca
paces: quod alioquin nobis perq̃ mediocre erat. Nec admittũt exceſſus aut oratiões: ſermones ue: aut ca
ſus mirabiles uel euentus uarios: non alia iucunda dictu ac legentibus blanda. Sterili materia reꝝ natura
hoc eſt uita narratur. Et hæc ſordidiſſima ſui parte: ut plurimaꝝ reꝝ aut ruſticis uocabulis aut externis:
ĩmo barbaris cũ honoris præfatione ponendis. Præterea intereſt non trita auctoribus uia: nec qua pegri
nari aius expectet. Nemo apud nos quidem qui attẽtauerit. Nemo apud græcos qui unus omnia ea tra
ctauerit inuenitur. Magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus. Quæ uero tractata ab aliis dicũtur
imenſæ ſubtilitatis obſcuris rerum tenebris premuntur: iam omnia attingenda: quæ græci Tas Encyclo
pædias uocant: & tamẽ ignota aut incerta ingeniis facta. Alia uero ita multis prodita: ut ĩ faſtidium ſint
adducta. Res ardua: uetuſtis nouitatem dare: nouis auctoritatem: obſoletis nitorem: obſcuris lucem:
faſtiditis gratiam: dubiis fidem: oibus uero naturam: & naturæ ſuæ oia: itaq; etiã non aſſecutis uoluiſſe
abunde pulchrum atq; magnificum eſt. Equidem ita ſentio peculiarem ĩ ſtudiis cauſam eorum eſſe: qui
difficultatibus uicti utilitatem iuuandi prætulerunt gratiæ placendi: idq; & in aliis operibus ipſe feci: &
profiteor me mirari Liuium auctorem celeberrimum in hiſtoriarum ſuaꝝ: quas repetit ab origine urbis:

quodam uolumine ſic orſum: Iam ſibi ſatis gloriæ quæſitum: & potuiſſe ſe deſineret: ni animus inqes pa
ſceretur ope. Profecto.n. populi gentiū uictoris: & Romāi nois gloriæ nō ſibi cōpoſuiſſe illa decuit. Ma
ius meritū eēt opis amore: nō animi cā perſeueraſſe: & hoc populo Ro. præſtitiſſe nō ſibi. xx. milia rerū di
gnarū cura (Q̄m ut ait Domitius Piſo Theſauros oportet eē nō libros) lectiōe uoluminū circiter duum
miliū: quorū pauca admodū ſtudioſi attingunt pp ſecretū materiæ: ex exqſitis auctoribus centū: incluſi-
mus. xxxvi. uoluminibus: adiectis rebus plurimis: quas aut ignorauerāt priores: aut poſtea inuenerat ui
ta. Nec dubitamus multa eſſe quæ & nos pterierint. Hoies.n. ſumus: & occupati officiis: ſubſiciuiſq; tpi-
bus iſta curamus: ideſt nocturnis. Ne qs noſtris putes ceſſatū horis. Dies uobis īpendimus. Cū ſomno
ualetudinē cōputamus: uel hoc ſolo præmio contēti: q; dū iſta (ut ait. M. Varro) muſſitamus: pluribus
horis uiuimus. Profecto.n. uita uigilia eſt. Quibus de cauſis atq; difficultatibus nihil auſo promittere.
Hoc ipſum tu præſtas quod ad te ſcribimus. Hæc fiducia operis eſt: hæc indicatura. Multa ualde precio
ſa ideo uidentur: quia ſunt tēplis dicata. Nos qdem oēs: patrē: te: fratrēq; diximus ope iuſto temporū no
ſtrorū hiſtoriā orſi a fine Aufidii Baſſi. Vbi ſit ea quæres iampridē pacta ſancitur. Et alioqn ſtatutū erat
hæredi mādare: nequid ambitioni dediſſe uita iudicaretur. Proinde occupantibus locū fauco: ego uero &
poſteris: quos ſcio nobiſcū decertaturos: ſicut ipſi fecimus cū prioribus. Argumētū huius ſtomachi mei
habebis: q; in his uoluminibus auctorū nomina prætexui. Eſt.n. benignū (ut arbitror) & plenū ingenui
pudoris fateri p quos profeceris: nō ut pleriq; ex his quos attigi fecerūt. Scito.n. conferentem me auctores
deprehendiſſe adiuratiſſimis & proximis ueteres tranſcriptos ad uerbū: neq; nominatos. Nō illa Virgi-
liana uirtute ut certarent. Nō Ciceroniana ſimplicitate: qui in libris de repu. Platonis ſe comitē profitetᷓ.
In conſolatōe filiæ Crātorem inqt ſequor. Itē Panætiū de officiis. Quæ uolumina eius ediſcēda: non mō
in manibus habēda quottidie noſti. Obnoxii profecto animi & infœlicis ingenii eſt deprehendi in furto
malle: q̄ mutuum reddere. Cū præſertim ſors fiat ex uſura. Inſcriptionis apud græcos mira fœlicitas. Cæ
tion inſcripſere: quod uolebāt intelligi fauū. Alii cæras amaltheas: qd' copiæ cornu: uelut lactis gallina-
cei ſperare poſſis in uolumine hauſtū. Iā iam moſæ: pādectæ. Enchiridia: limon: Pinacidion: inſcriptiōes
propter quas uadimoniū deſeri poſſit. At cū intraueris dii deæq; q̄ nihil in medio inuenies. Noſtri craſſio
puto q ait Pantomimus ſeſculixem
res: antiquitatum: exemplorū: artiūq;: q̄ facetiſſimi lucubrationū: Vt qui ait Bibaculus eram & uocabar
Paulo nimis aſſerit. Varro in ſatyris ſuis ſuſtulit & flexibula. Apud græcos deſiit nugari Diodorus: &
bibliotheces hiſtoriā ſuā inſcripſit. Appion qdem grāmaticus hic: quem Tyberius Cæſar cymbalū mun
di uocabat: quoniam publicæ famæ tympanum potius uideri poſſet: īmortalitate donari a ſe ſcripſit: ad
quos aliqua componebat. Me uero non pœnitet nullum feſtiuiorem excogitaſſe titulum. Et ne in totum
uidear græcos inſectari: ex illis nos uelim intelligi pingiq; conditoribus: quos in libellis his inuenies abſo
luta opera: & illa quoq; quæ mirando non ſatiamur: pendenti titulo inſcripſiſſe: Vt Apelles faciebat: aut
Polycletus: tanquā inchoata ſemper arte & imperfecta ut contra iudiciorū uarietates ſupereſſet artifici re
greſſus ad ueniam: uelut emendaturo quicqd deſideraretᷓ ſi non eēt interceptus. Quare plenum uerecun
diæ illud eſt: q; oīa opa tanquā nouiſſima inſcripſere: & tanq̄ aliqd ſingulis fato ſit ademptū. Tria nō am
plius (ut opinor) abſolute quæ tradūtur inſcripta ille fecit: quæ ſuis locis reddam: quo apparuit ſummā
artis ſecuritatem auctori placuiſſe. Et ob id magna inuidia fuere oīa ea. Ego plane meis adiici poſſe mul-
ta confiteor. Nec his ſolis: ſed & oibus quæ edidi. Vt obiter caueam iſtos homeromaſticas. Ita eni ueri-
us dixerim: q̄ audio ſtoicos & dialecticos & epicureos quoq;. Nam de grāmaticis ſemp expectaui partu
riri aduerſus libellos: quos de grāmatica edidi. Et ſubinde abortus fecere iam decem ānis: cū celerius etiā
elephanti pariant. Ceu uero neſciam aduerſus Theophraſtū hoiem in eloquētia tantū: ut nomen diuinū
inde inuenerit: ſcripſiſſe etiā fœminā: & prouerbium inde natū: ſuſpendio arborem eligendā. Non queo
mihi temperare quo minus ad hoc pertinentia ipſa cēſorii Catonis uerba ponam. Vt inde appareat: etiā
Catoni de militari diſciplina cōmentanti: qui ſub Africano: imo uero ſub Hānibale didiciſſet militare. Et
ne africanū quidem ferre potuiſſet: qui impator triumphū reportaſſet: paratos fuiſſe iſtos qui obtrecta-
tione alienæ ſcientiæ famā ſibi aucupantur. Quid eni ad te in meo uolumineᷓ Scio ego quæ ſcripta ſunt.
Hæc ſi palam proferantur: multos fore qui uitiligent. Sed ii potiſſimum qui ueræ laudis expꝛes ſunt.
Eorum ego orationes ſino præterfluere. Nec plancus illepide: qui cum diceretur Aſinius Pollio oratiōes
in eum parare: quæ ab ipſo aut liberis poſt mortem Planci ederētur ne reſpondere poſſet. Cum mortuis
non niſi laruas luctari. Quo dicto ſic repercuſſit illas: ut apud eruditos nihil impudentius iudicetᷓ. Ergo
ſecuri etiam contra uitilitigatores quos Cato eleganter ex uitiis & litigatoribus compoſuit. Quid eni illi
aliud q̄ litigant: aut litem quærunt? Exequemur reliqua propoſiti. Quia uero occupationibus tuis publi
co bono parcendum erat: quid ſingulis contineatur libris: huic epiſtolæ ſubiunxi. Summaq; cura ne ple-
gendos eos haberes operam dedi. Tu per hoc & aliis præſtabis: ne perlegant. Sed ut quiſq; deſiderauerit
aliquid id tantum quærat: & ſciat quo loco inueniat. Hoc ante me fecit in litteris noſtris Valerius Sora-
nus in libris quos epopteidon ſcripſit. Vale.

C. Plinii

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 9 sur 536

# C. PLINII SECVNDI HITSORIARVM MVNDI ELENCHOS LIBRORVM OMNIVM TRIGINTASEPTEM LIBER VNVS QVI PRIMVS.

Summatim Hæc Inſunt Libris Singulis.


P Rimo præfatio operis ad. T. Veſpaſianum imperatorem.
Item auctorum nomina: ex quibus deſumpſit ea quæ perſequitur libris ſex & triginta capita rerum ſingularum attingens. — Libros.
Secundo de mundo: elementis & ſyderibus. — Mundum.
Tertio primus & ſecundus europæ ſinus. — Hactenus.
Quarto tertius europæ ſinus. — Tertius.
Quinto deſcribitur africa. — Africam.
Sexto aſiæ deſcriptio continetur. — Aſia.
Septimo de homine & rebus ab homine inuentis. — Mundus.
Octauo terreſtrium animalium genera. — Ad reliqua.
Nono aquatilia. — Animalium.
Decimo uolucrum genera. — Sequitur.
Vndecimo inſecta animalia. — Reſtant.
Duodecimo plantæ odoratorum. — Animalium.
Tertiodecimo plantæ arborum peregrinarum. — Hactenus.
Quartodecimo plantæ uitium. — Externæ.
Quintodecimo plantæ arborum frugiferarum. — Oleam.
Sextodecimo plantæ arborum ſilueſtrium. — Pomiferas
Septimodecimo plantæ ſatiuarum. — Natura.
Octauodecimo natura frugum & cerealium: ac ſtudia agriculatoris. — Sequitur.
Nonodecimo linum ſpartum & hortenſia. — Syderum.
Viceſimo quæ cibis & medicinæ in plantis ſatiuis conueniant. — Maximum.
Viceſimoprimo flores & coronamenta. — In hortis.
Viceſimoſecundo coronæ & medicinæ ex hærbis. — Compleſſe.
Viceſimotertio medicinæ ex uino & arboribus urbanis. — Peracta.
Viceſimoquarto medicinæ ex arboribus ſilueſtribus. — Ne ſiluæ.
Viceſimoquinto medicinæ hærbarum ſponte naſcentium. — Ipſaque.
Viceſimoſexto noui morbi & medicinæ quarundam hærbarum per morbos. — Senſit.
Viceſimoſeptimo hærbæ aliæ quædam & medicinæ. — Creſcit.
Viceſimooctauo medicinæ ex homine & animalibus magnis. — Dicta erat.
Viceſimonono de medicinæ auctoribus & medicinæ ex reliquis animalibus. — Natura.
Triceſimo magia: & medicinæ quædam per membra. — Magicas.
Triceſimoprimo medicinæ ex aquatilibus. — Aquatilium.
Triceſimoſecundo reliqua ex aquatilibus. — Ventum:
Triceſimotertio metalla auri & argenti. — Metalla.
Treceſimoquarto metalla æris & plumbi: & artifices ærarii. — Proxime.
Triceſimoquinto pictura coloreſque & pictores. — Metallorum.
Triceſimoſexto marmora & lapides. — Lapidum.
Triceſimoſeptimo gemmæ. — Vt nihil.

L IBRO Secundo cõtinetᷣ de mũdo & cæleſtibus & terreſtribus & aeriis an finitus ſit mundus & an unus. cap.i.
De forma eius cap.ii.
De motu eius cap.iii.
Cur mundus dicatur cap.iiii.
De quattuor elementis cap.v.
De ſeptem planetis cap.vi.
De deo cap.vii.
De natura ſyderum errantium cap.viii.
De natrra lunæ cap.ix.
Defectus ſolis & lunæ & de nocte cap.x.
De ſyderum magnitudine cap.xi.
Quæ qs iuenerit ĩ obſeruatiõe cæleſti cap.xii.
De defectibus cap.xiii.
De lunæ motu cap.xiiii.
Errãtiũ motus & luminũ canonica cap.xv.
Quæ eadem alias altiora: alias inferiora uideantur cap.xvi.
Catholica ſyderum errantium cap.xvii.
Quæ ratio colores eorum mutet cap.xviii.
Solis motus: & dierum inæqualitatis rõ cap.xix.
Quare Ioui fulmina aſſignentur cap.xx.
Interualla ſyderum cap.xxi.
De ſyderum muſica cap.xxii.
De mundi geometria cap.xxiii.
De repentinis ſyderibus cap.xxiiii.
De cometis & cæleſtibus prodigiis natura: &

ſitu & generibus eorum cap.xxv.
Hipparchus de ſyderibus p exempla hiſtori ca: faces: lampades: trabes: bolides: & chaſma cæli cap.xxvi.
De cæli coloribus cap.xxvii.
De flamma cæli cap.xxviii.
De coronis cæleſtibus cap.xxix.
De circulis repentinis cap.xxx.
Plures ſoles. cap.xxxi.
Plures lunæ cap.xxxii.
Dierum lux nocte cap.xxxiii.
Clypei ardentes cap. xxxiiii.
Oſtentum cæli. cap.xxxv.
De diſcurſu ſtellarum cap.xxxvi.
De ſtellis caſtoribus cap.xxxvii.
De aere. cap.xxxviii.
De æſtatis tempeſtatibus cap.xxxix
De caniculæ exortu cap.xl.
Vis temporum anni ſtatuta cap.xli
De incertis tempeſtatibus cap.xlii
De hymbribus cap.xliii
Quare lapides pluant cap.xliiii
De tonitruis & fulguribus cap.xlv.
Qua ratione echo reddatur cap.xlvi
De uentis cap.xlvii.
Naturæ & obſeruationes uentorũ cap.xlviii.
Ventorum genera cap.xlix.
De repentinis flatibus cap.l.
Alia prodigioſa genera tẽpeſtatũ cap.li.
Quibus i terris fulmina nõ cadãt cap.lii.
Fulguꝶ genera & miracula cap.liii.
De obſeruationibus cap.liiii.
De fulminibus euocandis cap.lv.
Catholica fulgurum cap.lvi.
Quæ non feriantur fulmine cap.lvii.
De prodigioſis pluuiis acte: ſanguine: carne: ferro: lana: lateribus coctis cap.lviii
De crepitu armorum & tubarum de cælo audito cap.lix.
De lapidibus e cælo cadẽtibus cap.lx.
De arcu cæleſti cap.lxi.
De grãdine: niue: pruina: nebula: rore cap.lxii.
De nubium imaginibus cap.lxiii.
De proprietatibus cæli in locis cap.lxiiii.
De natura terræ cap.lxv.
De forma terræ cap.lxvi.
De antipodibus an ſint cap.lxvii.
Quõ aqua ſit terræ innexa cap.lxviii.
De nauigatiõe maris & fluminum cap.lxix.
Quæ portio terræ habitetur cap.lxx.
Mediam eſſe mundi terram cap.lxxi.
De ſyderum inæqualitate: & de eclipſi: & ubi & quare. cap.lxxii.
Quæ ratio diurnæ lucis in terris cap.lxxiii.
Gnomica de eadem re & horologio primo cap.lxxiiii.
Vbi & quando nullæ umbræ cap.lxxv.
Vbi bis anno umbræ: & ubi in contrarium cap.lxxvi.
Vbi longiſſimus dies: & ubi breuiſſimus cap.lxxvii.
Item de horologio cap.lxxviii.
Quomdo dies obſeruentur cap.lxxix.
Differentiæ gentium ratio cap.lxxx.
De motu terræ cap.lxxxi.
De terræ hiatibus cap.lxxxii.
Signa motus futuri cap. lxxxiii.
Auxilia contra motus futuros cap.lxxxiiii.
Portenta terrarum ſemel uiſa cap.lxxxv.
Miracula terræmotus cap.lxxxvi.
Quibus locis maria receſſerint cap.lxxxvii.
Ratio inſularum enaſcentium cap.lxxxviii.
Quæ & quibus tpibus enatæ ſunt cap. lxxxix.
Quas terras iterruperint maria cap.xc.
Quæ inſulæ cõtinenti adiunctæ cap.xci.
Quæ terræ in totũ mari pmutatæ cap.xcii.
Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt cap.xciii.
Quæ urbes hauſtæ ſint a mari cap.xciiii.
De piaculis cap.xcv.
De terris ſemper trementibus cap. xcvi.
De inſulis fluctuãtibus cap.xcvii.
Quibus in terris nõ pluat: & aceruata terrarũ miracula & cæteroꝶ elementoꝶ cap.xcviii.
Quã ratione æſtus maris accedant & recedant cap.xcix.
Vbi æſtus extra rationem cap.c.
Miracula maris cap.ci.
Quæ poteſtas lunæ & terrẽa & marina ca.cii.
Quæ ſolis: & quare ſalſum mare cap.ciii.
Item de natura lunæ cap.ciiii.
Vbi altiſſimum mare cap.cv.
Miracula aquaꝶ fontiũ & fluminũ cap.cvi.
Ignium & aquarum iuncta miracula: & de maltha cap.cvii.
De napta cap.cviii.
De ſemper ardentibus locis cap.cix.
Ignium per ſe miracula cap.cx.
Terræ uniuerſæ menſura: longitudo & latitudo cap.cxi.
Harmonica mundi ratio cap.cxii.
Sũma res & hiſtoriæ & obſeruatões.cccc.xviii.

Ex auctoribus

M. Varrone: Sulpitio Gallo: Tiberio Cæſare imperatore. Q. Tuberone. Tul. Tirone. L. Piſone. T. Liuio: Cor. Nepote: Statio Seboſo: Celio Antipatro: Fabiano: Antiate: Mutiano: Cecina: q de hetruſca diſciplina ſcripſit. Tarquitio. L. Aquila: qui item: Sergio.

Externis.

Platone: Hipparcho: Timarcho: Soſigene Petoſiri: Necepſo: Pythagoricis: Poſidõio: Caſimãdro: Epigene: Gnomõico: Euclide: Cerano philoſopho:

philoſopho:Eudoxo : Democrito:Critodēo: Traſillo:Serapione: Dicearcho: Archimede: Oneſicrito: Eratoſthene: Pythea: Herodoto: Ariſtotele:Cteſia:Arthemidoro:Epheſio: Iſidoro: Caraceno: Theopompo:

[I] Ibro Tertio continentur ſitus:gentes: maria:oppida: portus:montes : flumina:menſuræ : populi qui ſunt aut fuerunt.


De europa cap.i.
Bethycæ longitudo & latitudo cap.ii.
Hiſpania citerior cap.iii.
Narbonenſis prouincia cap.iiii.
Italia tyberis roma campania cap.v.
Corſica cap.vi.
Sardinia cap.vii.
Sicilia cap.viii.
De lipara cap.ix.
De locris italiæ fronte cap.x.
Secundus europæ ſinus cap.xi.
Regio italiæ quarta cap.xii.
Quinta regio cap.xiii.
Sexta regio cap.xiiii.
Octaua regio cap.xv.
De pado flumine cap.xvi.
De italia tranſpadana regio nona cap.xvii.
Venetia decima regio cap.xviii.
De iſtria cap.xix.
De alpibus & gentibus alpinis cap.xx.
Illiricum cap.xxi.
Liburnia cap.xxii.
Macedonia cap.xxiii.
Norici cap. xxiiii.
Pannonia cap.xxv.
Dalmatia cap. xxvi.
Meſia xxvii.
Inſulæ ionii & Adriatici ſumma. Oppida gentes.xxvi. Summa flumina clara. Summi montes præclari. Summæ inſulæ. Summa ca quæ intercidere oppida & gētes. Summa res & hyſtoriæ & obſeruationes.ccc.xxvi.


Ex auctoribus

Turanio Graccula:Corn. Nepote. T.Liuio: Catone Cenſorio.M. Agrippa. M. Varrone: Diuo Auguſto : Varrone Attacino : Antiate: Higino.L.Vetere:Pomponio Mela.Curione patre:Cælio Aruntio:Seboſo:Licinio: Mutiano:Fabritio Tuſco.L.Ateio Capitone: Verrio Flacco.L.piſone:C.Eliano.Valeriano.

Externis.

Artemidoro:Alexādro Polyhiſtore:Thucydide:Theophraſto : Iſidoro Theopōpo: Metrodoro Scepſio:Callicrate: Xenophōte Lampſaceno : Diodoro Siracuſano : Nymphodoro: Caliphane: Timagene.

[I] Ibro quarto cōtinentur ſitus : gentes maria:oppida:portus:montes: flumina:menſuræ populi qui ſunt aut fuerunt.


Epirus cap.i.
Aetholia cap.ii.
Locri cap.iii.
Peloponneſus cap.iiii.
Achaia cap.v.
De arcadia cap.vi.
Græcia & attica cap.vii.
Theſſalia cap.viii.
Magneſia cap.ix.
Macedonia cap.x.
Thracia cap.xi.
Inſulæ inter eas terras inter quas creta euboea cyclades Sporades Mæotis Helleſpōtus Pōti Mæotidis Daciæ Sarmatiæ Scythiæ cap.xii.
Inſulæ ponti cap.xiii.
Germaniæ cap.xiiii.
Inſulæ in gallico oceano cap.xv.
Britania hibernia cap.xvi.
Gallia cap.xvii.
Lugdunenſis gallia cap.xviii.
Aquitania cap.xix.
Citerior hiſpania cap.xx.
Luſitania cap.xxi.
Inſulæ in oceano cap.xxii.
Vniuerſæ europæ menſura cap.xxiii.
Summa oppida & gentes : Summa flumina clara: Summa montium clara: Summa iſulæ quæ intercidere oppida & gentes: Summa res hiſtoriæ & obſeruationes.


Ex auctoribus.

M. Varrone:Catone Cenſorio.M.Agrippa diuo Auguſto: Varrone Attacio: Cor.Nepote: Higino. L. Vetere:Pomponio Mela: Licinio: Mutiano : Fabritio Tuſco : Ateio Capitone: Ateio philologo.

Externis.

Polybio:Hecateo:Hellanico damaſte Eudoxo:dicearcho:Timoſthene : Ephoro : Cratere grāmatico :Serapione Antiochēſe: Calliacho: Artemidoro : Apollodoro : Agathocle : Eumacho ſiculo muſico:Alexandro polyhiſtore: Thucydide:doſiade: Anaximādro:Philiſtide: Malote:dionyſio:Ariſtide : Callidemo : Menæchmo: Aedoſthene : Anticlide. Heraclide: Philemōe: Menephōte: Pythea:Iſidoro:Philenide:Xenagora:aſtymonio : Staphyllo:ariſtocrito:Metrodoro:Cleobulo:Poſidonio.

[I] Ibro Quinto continentur ſitus:gentes:maria:oppida : portus : montes: flumina:menſuræ:populi qui ſunt aut fuerūt.

De mauritania cap.i.
Tingitana prouincia cap.ii.
Numidia cap.iii.
Africa cap.iiii.
Cyrene cap.v.
Libya mareotis cap.vi.
Inſulæ circa africam & aduerſarum africæ cap.vii.
Aethiopes cap.viii.
Deaſia cap.ix.
Alexandria cap.x.
Arabia cap.xi.
Syria palæſtina phœnicis cap.xii.
Idumæa:ſyria:palæſtina:ſamaria:aſcalum: azotus:cæſarea. cap.xiii.
Iudæa:galilea:hierico:emmaus: lydda:ioppe. cap.xiiii.
Iordanis cap.xv.
Aſphaltides. cap.xvi.
Gens heſſenorum cap.xvii.
Decapolis cap.xviii.
Tyrus & ſydon cap.xix.
Mons libanus cap.xx.
Syria antiochia cap.xxi.
Caſſius mons cap.xxii.
Cœle ſyria cap.xxiii.
Euphrates cap.xxiiii.
Palmira cap.xxv.
Hierapolis cap.xxvi.
Cilicia:& adiunctæ gentes:pamphilia:iſau ria:ho manadum:piſſida:lycaonia:taurus mons:lycia cap.xxvii.
Indus fluuius cap.xxviii.
Laodicea apamea ionia cap.xxix.
Epheſus æolis troas pergamus cap.xxx.
Inſulæ ante aſiam:pamphilium mare:rho dus:ſamus chius cap . xxxi.
Helleſpontus:miſia : phrygia: galacia : nicea: bithynia:boſporus. cap.xxxii.

Sũma oppida & gẽtes:ſumma flumina clara: ſũma mõtiũ clara:ſumma iſulæ.cxviii.ſumma quæ intercidere oppida:ſumma res hiſtoriæ & obſeruationes

Ex auctoribus.

Agrippa:Suetonio:Paulino:Varrone Atta cino : Cor.Nepote:Higino.L.Vetere.Mela: Domitio Corbulone:Licinio:Mutiano: Clau dio Cæſare: Arũtio:Liuio filio: Seboſo i actis triumphorum.

EXTERNIS.

Iuba rege:Hecatæo:Hellanico damaſte : Di cearcho:Bione:Timoſthene:Philenide:Xena gora:Aſtymõio: Staphylo:Dionyſio:Ariſto tele : Ariſtocrito:Ephoro:Eratoſthene: Hip parcho:Panætio:Serapione:Antiocheno: Cal limacho:Agatocle: Polybio:Timeo.Macha nia:Herodoto: Myrſilo : Alexãdro polyhiſto re.Metrodoro:Poſidonio qui periplun: aut pe rihegeſim :Sotade: Periandro: Arctare Sycio nio.Eudoxo:Antigene:Callicrate: Xenophõte Lãpſaceno: Diodoro Syracuſano: Hannone: Himilcõe:Nymphodoro: Calliphone: Arte midoro:Megaſthene:Iſidoro:Cleobulo : Ari ſtocreonte.

Ibro ſexto continentur ſitus : gentes maria:oppida:portus:flumina: men ſuræ:populi qui ſunt aut fuerunt.

Ponti mariandinorum cap.i.
Gens paphlagonũ & cappadocũ cap.ii.
Cappadocia cap.iii.
Themiſcyræ regionis gentes cap.iiii.
Regio colchica:achæi:& cæteri eodem tractu cap.v.
Boſporus cimericus:mæotis cap.vi.
Gentes circa mæotim cap.vii.
Armeniæ duæ cap.viii.
Armenia maior cap.ix.
Albania hiberia cap.x.
Portæ caucaſiæ cap.xi.
Inſulæ in ponto cap.xii.
Gentes in ſcythico oceano cap.xiii.
Media:caſpiæ portæ:caucaſiæ cap.xiiii.
Gentes circa hyrcanum mare cap.xv.
Item gentes cap.xvi.
Scytharum gentes cap.xvii.
Fluuius ganges cap.xviii.
Ganges indiæ cap.xix.
Indus fluuius cap.xx.
Arii & iunctæ gentes cap.xxi.
Taprobane inſula cap.xxii.
Capiſſenæ daritis carmania cap.xxiii.
Sinus perſicus & arabicus cap.xxiiii.
Caſcandrus iſula pthoꝝ regna cap.xxv.
Media:meſopotamia:babylon:ſe leucia cap.xxvi.
Flumen tigris cap.xxvii.
Arabia:nomades:nabatei:omani:tilos:& ogyris inſulæ cap.xxviii.
Sinus maris rubri troglodytici & æthiopici cap.xxix.
Multiformes & miræ hominum effigies cap.xxx.
Inſulæ æthiopici maris cap.xxxi.
De fortunatis inſulis cap.xxxii.
Libro Vigeſimoquinto cõtinentur naturæ hærbaꝝ ſponte naſcentiũ: auctoritas hærbarum: et de origine uſus earum.

Qui latine uſus hærbarum ſcripſerint: et quando ad Romanos noticia earũ puenerit: et qui primi græcorum de his cõpoſuerint: et de hærbaꝝ inuentione: et antiqua medicina: et quare minus exerceantur earum remedia: et de cynorhodo: et de dracũculo medicĩæ cap.i.
De quodam peſtifero fonte germaniæ: et de britannica: et maximis morborum doloribus cap.ii.
De moly et dodocatheo: et pæonia uel pentorobo: uel glycyſide et panace uel aſclepio et heracleo panace chironio et panace cẽtaureo uel pharnaceo et heracleo ſyderio et hyoſcyamo uel apollinari ſiue altercangeno cap.iii.
De linozoſte: parthenio: hermipora ſiue potius mercuriali: et achillea et panace heraclea ſideriti millefolio: et de ſcoparegia: et hermineo teucrio ſplenio: et de melampodio ſiue helleboro: quot ue eorũ genera: et de nigro helleboro et albo medicinæ: et quando detur: et quomodo ſumendum: et quibus non dandum: et ꝙ mures necat cap.iiii.
De mithridatia: et ſcordoti ſiue ſcordio: et polemonia uel philæteria uel chiliodynama et eupatoria et centaurea ſiue chyronia et delecto centaureo libadio felle terræ et triorche medicinæ cap.v.
De climeno et gentiana et lyſimachia et parthenide et artemiſia et ambroſia et nymphea et heracleo ſiue rhopalo et euphorbia medicinæ cap.vi.
De plantagine et bugloſſo et cynogloſſo et buphtalmo et ſcythica: et de ſpartania et hippice et eſchæmone: et de betonica et cantabrica et conſiligine

cõſiligine:& hiberida:& chelidonia:& canaria & elaphoboſco:& dictãno & ariſtolochia: & q; eius delectatiõe inuoluãt piſces & ſtatim capiantur:& medicinæ contra ſerpentiũ ictus ex hærbis quas ſupius nominauit cap.vii.
De argemonia & agarico:& echio: & hyoſcyamo:& hierebotane:& blattaria et lemonia: et quinquefolio:& dauco perſolata:& arctio: & cyclamino:& peucedano cap.viii.
De rhyſellio & centaurea:& chelidonia: & panace:et hyoſcyamo:et euphorbio cap.ix.
De anagallide ſiue acoro & mandracora ſiue circelo et cicuta et creno agrio et molibdena et hiride et capno:et alice et achoro cotyledo aizoo et andrachne et erigero: et de ophemoro:et de labro ueneris:et de ramunculo medicinæ:et de oris uitiis cap.x.
Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes.M.cc.lxxxxii.

Ex auctoribus.

Sex.Gallico..Pompeio Leneo : Seſtio Nigro: qui græce ſcripſit : Iulio Baſſo qui item: Antonio Caſtore:Cor.Celſo.

Externis.

Theophraſto:Apollodoro:Democrito: Iuba: Orpheo:Pythagora:Magone:Menandro:qui biochreſta ſcripſit:Nicandro:Homero: Heſiodo:Muſeo:Sophocle:Xantho:Anaxilao.

Medicis.

Mneſteo : Callimacho : Phania phyſico : Timariſto:Simo:Hippocrate:Chryſippo: Diocle: Opione : Heraclide: Hiceſio : Dionyſio: Apollodoro Citienſe:Apollodoro Tarentino: Praxagora:Pliſtonico medico:Dieuche: Cleophanto : Phyliſtione : Aſclepiade : Crateia : Iolla : Eraſiſtrato : Diagora : Andrea : Mneſicle:Epicharmo:Demione:Soſimene : Theopolemo: Metrodoro: Solone Lycio : Olympiade thebana : Phillino : Petreio : Mictione : Glaucia:Xenocrate.

l Ibro Viceſimoſexto continentur reliquæ per morborum genera medicinæ et de nouis morbis : et de lichene quid ſit : et quãdo primum in italia cœperint: et de carbũculo elephantiaſi et colo cap.i.
Laus Hippocratis cap.ii.
De noua medicina:et Aſclepiade medico: et qua ratione ueterem medicinam mutauerit cap.iii.
Irriſio magicæ artis:et de lichene et capſia cap.iiii.
Ad ſtrumas: et ad digitos: et ad pectus et ad tuſſim medicinæ cap.v.
De uerbaſco et chamæleuce uel tuſſilagine et bechio et aquilea et ſaluia cap.vi.
Ad lateris dolores et pectoris : et ad horthopnocas:ad iacinoris dolorem cordis dolori pulmoni urinæ tuſſi pectori ulceribus pulmonitenibus epaticis: ad uomitionem : ad ſingultus pleureticis lateri cap.vii.
De omnibus uitiis uentris et remediis eorum quæ circa uel intra ſunt:et de aluo ſiſtenda uel ſoluenda cap.viii.
De puleo et argemone cap.ix.
De nymphea et abſtinentia et appetentia ueneris:et de ſatyrio erytrococco et crategi et ſideriti cap.x.
Medicinæ generales de pedibus talis articulis neruis:et remedia contra morbos qui totum corpus occupant:et de myrtido et uigiliis et paralyſi:et de febribus frigidis & febre iumentorum et phreniticis et chamæacte et aizoo & igne ſatro cap.xi.
Ad eluxata membra et cõtra morbum regium et contra furunculos et fiſtulas et inflationes et ambuſtionem et contra alios morbos ad neruos et ſanguinem cap.xii.
De hærba equiſeto et ſtephanomeli et eriſitale et contra uermes cap.xiii.
De ulceribus ad plagas et de policnemo cap.xiiii.
De plurimis experimentis ad inficiendos capillos et partus eiiciendos et continendos et aliorum remedia cap.xv.
Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes.M.cc.lxxxxii.

Ex auctoribus.

M.Varrone.C.Valgio.Pompeio Leneo : Seſtio Nigro:qui græce ſcripſit : Iulio baſſo : qui item:Antonio Caſtore.Cor.Celſo.

Externis.

Theophraſto:Apollodoro:Democrito:Iuba: Orpheo:Pythagora:Magone:Menandro qui biochreſta ſcripſit:Nicandro:Homero: Heſiodo:Muſeo:Sophocle.Xanto.Anaxilao.

Medicis.

Mneſteo.Callimacho.Phania phyſico. Timarcho. Simo. Hippocrate. Chryſippo. Diocle. Opione.Heraclide.Hiceſio.Dionyſio.Apollodoro Citienſe. Apollodoro Tarentino. Praxagora.Pliſtonico medico.Dieuche Chlephanto. Philiſtione.Aſclepiade.Crateia.Iolla. Eraſiſtrato. Diagora. Andrea. Mneſicle. Epicharmo. Demione.Theopolemo. Metrodoro. Solone Lycio:Thebana Olympiade.Phylino.Petreio Myctione.Glaucia.Xenocrate.

Libro Vigeſimoſeptimo continentur reliqua hærbarum genera.

De aconito & panthere quæ extinguitur aconito cap.i.

Quod omnium creaturarum conditor ſit deus cap.ii.

De æthiopide:& amarantho:& aloe:& alcea & alipho:& alſima:& androſace:& androſeno:& ambroſia:& aconi:& anagyro:& anonymo cap.iii.

De aparine & arctio & aſpleno & aſclepiade & oſtere uel bubonio & aſcyro uel aſcyroide:& aphace & de alcibio & alectorolopho cap.iiii.

De alo cap.v.

De alga & actea & de ampeloſagria & abſinthio cap.vi.

De abſinthio & balote,& botrye fruticoſa & brauylla & brio & bupleuri & catanante & calli & circea & circeſio & trategono & theligono et crocodilio et cynoſorchy et chryſolachano et cuculo et conſerua cap.vii.

De cocco gnidio et driopteris et dryphono et elatine et empetro ſiue calciſraga et epicacti uel helleborine et epimedio et eneaphylo et filicepteri:et de femore bubulo cap.viii.

De glaucio et glycyſide et glaphalio ſiue chamæzelo et galedrago et holco et hyoſiri et holoſteo et hypopeſto cap.ix.

De hypogloſſa et tremulis hydropicis contra imagines orthopnoeas paralyſis incipientes cap.x.

De medio et myoſata et myagro et natrice et othone et honoſma et onopondo et oſiri et oxye & batrachio et polygono et leucãthemo et plythena et phyllo et phelandrio et phaleri et polyrrhizo et proſerpinaca et de rhecoma de reſeda et ſtoechade cap.xi.

De ſolano et ſmyrnio et thelephio et trichomane et thalietro et thlaſpe et thragonia et tragoni et trago et tragologo et ſpondile: et q̃ quidam morbi in quibuſdam non ſunt gentibus cap.xii.

Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes.dc.ii.

Ex auctoribus.

Pompeio Leneo:Seſtio Nigro:qui græce ſcripſit: Iulio baſſo:qui item : Antonio Caſtore: Cor.Celſo.

Externis.

Theophraſto:Apollodoro qui item:Democrito:Ariſtogitone:Orpheo:Pythagora:Magone:Menandro q biochreſta ſcripſit: Nicandro.

Medicis.

Mneſteo:Callimacho:Timariſto:Simo: Hippocrate:Chryſippo:Diocle: Opione: Heraclide:Hiceſio: Dionyſio : Apollodoro Citienſe: Apollodoro tarentino:Praxagora : Pliſtonico medico : Dieuche : Cleophanto : Philiſtione : Aſclepiade:Crateia:Iolla:Eraſiſtrato : Diagora:Andrea:Mneſicle:Epicarmo:Demione:Soſimene:Theopolemo:Metrodoro:Solone Lycio : Olympiade Thebana : Phylio : Petreio : Myctione:Glaucia:Xenocrate.

Libro Vigeſimooctauo continentur medicinæ ex animalibus.

An ſit in medendo aliqua uis uerborum: et ſanari et depelli Cap.i.

Remedia ex hoīe cõtra magos cap.ii.

De quibuſdam ſortilegiis:et ſaliua hominis ieiuni. cap.iii.

Ad lippitudines oculorum cap.iiii.

De ſternutamento et uenere: et ceteris remediis cap.v.

De remediis muliebribus cap.vi.

Medicinæ ex animalibus peregrinis : de elephanto et leone de camelo et hyena et crocodilo et chamæleonte et ſtinco et hippopotamo et lyncibus cap.vii.

Medicinę cões ex feris animalibus: aut eiuſdem generis placidis: lactis uſus : et obſeruationes et caſeis:butyro et adipe cap.viii.

Medicinæ de apro et capris et eq̃s feris et remedia de beſtiis cõtra oẽs morbos cap.ix.

Mira de animalibus cap.x.

Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes.dc.lxxxv.

Ex auctoribus.

M. Varrone.L.Piſone:Fabiano: Verre:Antiate: Verrio Flacco : Catone Cenſorio : Sergio: Sulpitio:Licinio Macro:Celſo:Maſſurio:Seſtio Nigro:qui græce ſcripſit:Bytho Dirrhaceno:Ophilio:Medico:Granio medicis.

Externis.

Democrito:Apollonio qui et mirſin : Mileto Artemone:Sextilio:Homero: Theophraſto: Lyſimacho: Attalo : Xenocrate : Orpheo qui diophios:Archelao qui item: Demetrio : Sotira:laide:Elephãtide:Salpe: Olympiade thebana:Diotio:Iolla:mictiõe: Smirneo : Aeſchine medico:Hippocrate: Ariſtotele: Metrodoro: Icacida medico : Heſiodo : Dialcone:Cecilio: Bione:qui peridinameon:Anaxilao:Iuba rege.

Libro Vigeſimonono continentur medicinæ ex animalibus.

De origine medicinæ et quando primum clinice:et quando primum iatraliptice: et de Chryſippo:et Eraſiſtrato:et empirice:et Erophilo: & reliquis

& reliquis illuſtribus medicis: & quotiens ratio medicinæ mutata ſit: & qui primus Romæ medicus: & quando & quid de medicis antiqui Romani iudicauerint: & uitia medicinæ cap.i.
De medicinis lanarum cap.ii.
De ouorum natura cap.iii.
Remedia de cane: & ex animalibus quæ placida non ſunt ſed fera: & ex uolucribus & cõtra morſus phalangiorum cap.iiii.
De ſeuo camelino & cane rabido & lacerta & anſeribus & columbis & muſtellis remedia cap.v.
Ad alopecias tollendas & ad pilos reddendos & ad lendes tollendas & ad palpebras & ad glaucomata & ad oculos & parotidas remedia cap.vi.
Summa medicinæ & obſeruationes.d.xxi.

Ex auctoribus.

M. Varrone. L. piſone. Verrio Flacco. Antiate. Nigidio. Caſſio Hemina. Cicerone. Plauto. Celſo. Seſtio Nigro qui græce ſcripſit: Cecilio medico. Metello. Scipione. Ouidio poeta. Licinio macro.

Externis.

Philopatore. Homero. Ariſtotele. Orpheo Democrito. Anaxilao.

Medicis.

Botrye: Apollodoro: Archidemo: Anaxilao: Ariſtone. Xenocrate. Democrate. Diodoro. Chryſippo philoſopho. Horo. Nicãdro: Apollonio Tyaneo.

Libro Triceſimo continent medicinæ ex animalibus reliquæ prioris libri.

De origine magicæ artis: quando & a quibus cœperit: & a quibus celebrata fuerit cap.i.
Vituperatio Neronis Cęſaris cap.ii.
De talpis & reliquæ medicinæ per morbos digeſtæ in animalibus: quorum genera placida ſunt aut fera cap.iii.
Ad muliebria mala medẽda: & conceptus maturandos cap.iiii.
Promiſcuæ medicinæ cap.v.
De miraculis quarundã beſtiarũ cap.vi.
Summa medicinæ & obſeruationes. dccc.liiii.

Ex auctoribus.

M. Varrone: Nigidio. M. Cicerone. Seſtio Nigro: qui græce ſcripſit. Licinio macro.

Externis.

Eudoxo: Ariſtotele: Hermippo: Homero: Apione: Orpheo: Democrito: Anaxilao.

Medicis.

Botrye horo: Apollodoro: Menandro: Archimede: Ariſtõe. Xenocrate: diodoro: Chryſippo Horo: Nicandro: Apollonio Tyaneo.

Libro Treceſimoprimo continent medicinæ ex aquatilibus: & aquarum mirabilia.

Aquarum mirabilia cap.i.
De differentia aquarum: medicinis & obſeruationibus.cc.lxvi. cap.ii.
De qualitate aquarum in ſalubritate uel commoditate earum cap.iii.
Aquarum ſubito naſcentium aut deſinentium ratio. cap.iiii.
Obſeruatio hiſtorica cap.v.
Ratio aquæ ducendæ: & quomodo medicatis utendum: & quid proſit nauigatio & medicinæ aquæ marinæ cap.vi.
De generibus ſalis & confecturis & medicinis & obſeruationibus cap.vii.
De ſcombro piſce & muria & alece cap.viii.
De natura ſalis & eius medicinis cap.ix.
De nitri generibus & confecturis & medicinis & obſeruationibus cap.x.
De ſpongiarum natura cap.xi.
Summa medicinæ hiſtoriæ & obſeruationes. dcccc.xxiii.

Ex auctoribus.

M. Varrone: Caſſio Parmenſe: Cicerone: Mutio: Corn. Celſo: Trogo: Ouidio: Polybio: Sotnatio.

Externis.

Callimacho: Cecilio: Creſia: Lyndo: Theophraſto: Eudoxo: Theopõpo: Polyclito: Iuba Lyco: Appione. Epigene: Pelope: Apelle: Democrito: Thraſillo: Nicandro Menãdro comœdo: Attalo: Saluſtio: Dionyſio: Andrea: Nicerato: Hippocrate: Anaxilao.

Libro Triceſimoſecundo continent reliquæ medicinæ ex aquatilibus.

De echeneide piſce: & mirabili eius proprietate: de torpedine & marino lepore: & mirabilia rubri maris cap.i.
De ingeniis & manſuetudine quorũdã piſcium & ubi ex manu edant: & ubi reſponſa dantur ex piſcibus cap.ii.
De his quibus in terris & in aquis uictus eſt: & de caſtoreis medicinæ & obſeruationes cap.iii.
De teſtudine & multorum piſcium medicinæ & obſeruationes cap.iiii.
Promiſcuæ medicinæ cap.v.
Ad febres omnium generum: & contra diuerſas infirmitates cap.vi.

Animalium omnium in mari uiuentium
clxvi. genera eſſe cap. vii.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruatio-
nes. d. cccccxxviii.

Ex auctoribus.

Licinio macro. Trebonio Nigro. Seſtio Nigro
qui græce ſcripſit. Ouidio poeta. Caſſio Hemi
na. Mœcenate. L. Atcio.

Externis.

Iuba. Andrea. Salpe. Appione. Pe ope. Apelle
Thaſio. Thraſillo. Nicandro.

I ibro Triceſimotertio continentur na-
turæ metallorum.

Quæ prima cōmendatio metallorum auri: &
de origine ānulorum aureorum & modo auri
apud antiquos: & equeſtri ordine: & de iure an
nulorum aureorum cap. i.
De decuriis iudicū: & quotiens nomina eque-
ſtris ordinis immutata: & donis rei militarib9
& quando primū corona aurea cap. ii.
De reliquo uſu auri in uiris & mulieribus: & de
nummo aureo: & quando primum ſigna-
tum eſt æs: argentum: & aurum: & antequā ſi
gnaretur qui mos in ære: & quæ maxima pe-
cunia primo cenſu: & quotiens: & quibus tem
poribus auctoritas auri cap. iii.
Ratio naturalis auri inueniēdi: & qñ primū au
rea ſtatua: & mediciæ ex auro cap. iiii.
De chryſocolla: & medicinæ: & chryſocolla. vi.
& mirabilia naturæ de glutinandis inter ſe per
ficiendiſq; metallis cap. v.
De argento & argento uiuo ex ſtibia ſi-
ue alabaſtro: & ſcoria argenti: & de ſpu
ma argenti cap. vi.
De minio quantæ auctoritatis fuerit apud Ro
manos: & origine ac inuentione eius: & cinna-
baris ratiōe in picturis: & medicinæ: de generi
bus minii & rōne eius ī picturis cap. vii.
De hydrargyro: de argento inaurando: de
coticulis in argenti generibus & experi-
mentis cap. viii.
De ſpeculis & ægyptio argēto cap. ix.
De immodica pecunia: & quorum maxi-
mæ opes fuerint: & quando primum Po.
ro. ſtipem ſparſerit cap. x.
De luxuria & frugalitate in uaſis & le-
ctis argenteis: quando lances immodi
cæ factæ cap. xi.
De ſtatuis argenteis & celatura argenti &
cæteris quibuſdam cap. xii.
De ſile & ceruleo & chryſocolla & neſtoriano,
& cilono: & q; nō omni anno æqualiter ſpe-
cies uendantur cap. xiii.

Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruatio-
nes. M. ccxv.

Ex auctoribus.

L. Piſone. Antiate: Verrio. M. Varrone: Corn.
Nepote: Meſſala ruſſo: Marſo poeta Butho:
Iulio baſſo: qui de medicinis græce ſcripſit: Se-
ſtio nigro qui item: Fabio Veſtale.

Externis.

Democrito: Metrodoro Scepſio: Menæchmo
qui de toreutice ſcripſit: Xenocrate qui item:
Antigono qui item: Heliodoro qui de atheniē
ſium anathematis: Paſitele qui admirabilia ope
ra ſcripſit: Nymphodoro: Timeo qui de medi
cina metallica ſcripſit: Iolla: Apollodoro: An-
drea: Heraclide: Diagora: Botryenſe: Archime
de: Dionyſio: Ariſtogene: Democrito: Mneſi-
cle: Attalo medico: Xenocrate Zenonis: The-
omneſto.

I ibro Triceſimoquarto cōtinētur æris
metalla: & ferri: & plumbi &
ſtagni cap. i.
Genus æris quæ corinthia: quæ deliaca:
quæ æginetica cap. ii.
De candelabris tēploꝝ ornamētis cap. iii.
Quādo primum ſimulachrum romæ factum
& de origine ſtatuarum: & honore ſtatuarum
& generibus & figuris cap. iiii.
De ſtatuis togatis: & quibuſdam aliis & qui-
bus primum in columna: & quando roſtra:
& quando primum publice: & quæ primum
ſtatuæ romæ cap. v.
De ſtatuis ſine tunicis: & quibuſdam aliis: &
quæ prima romæ ſtatua equeſtris: & quan
do omnes ſtatuæ priuatim & publice ſubla
tæ: & quibus romæ mulieribus: et quæ pri
mæ ab exteris publice poſitæ cap. vi.
De antiqs ſtatuariis et pretiis ſignoꝝ īmodicis
et coloſſis in urbe celeberrimis cap. vii.
Nobilitates ex ære operum et artificum
ccclxvi. cap. viii.
Differentiæ æris et mixturæ: et de ſeruan
do ære cap. ix.
De cadmia medicinæ cap. x.
De ſcorea et flore et ſquama æris et ſtomace
et ærugine et hyeratio cap. xi.
De ſcoleia et chalciti et pſoro et chal
cantho cap. xii.
De pompholige et ſpondio et antiſpondio et di
phryge et triente ſeruilio cap. xiii.
De ferro & ferreis metallis et differen-
tiæ ferri cap. xiiii.
De temperatura ferri: et medicinæ ex ferro
et ex ærugine et rubigine et ſquama ferri
et hygremplaſtro cap. xv.

De plumbi

De plumbi metallis et albo plumbo et nigro cap.xvi.
De ſtagno et plumbo argentario: et quibuſdam aliis cap.xvii.
Medicinæ de plumbo et ſcoria plumbi: de molibenda ſiue galena: de pſymitio et ſandaraca cap.xviii.
Summa res et hiſtoriæ et obſeruationes. dccc.xv.

Ex auctoribus.

L.Piſone: Antiate. Verrio.M. Varrone: Meſſala: Ruffo: Marſo poeta: Bucho: Iulio baſſo qui de medicina græce ſcripſit: Sex.Nigro: item Fabio Veſtale.

Externis.

Democrito: Metrodoro Sceptio: Menæchmo qui de toreutice ſcripſit: Xenocrate qui item: Antigono qui item: Duride qui item: Heliodoro qui de athenienſium anathemate ſcripſit: Nymphodoro: Andrea: Heraclide: Diagora: Botryenſe: Iolla: Apollodoro: Archimede: Dionyſio: Ariſtogene: Diomede: Mneſicle: Xenocrate Zenonis Theomneſto.

Libro Triceſimoquinto continetur honos picturæ.

Honos picturæ cap.i.
Honos imaginum cap.ii.
Quando primum clypei imaginum publice: et quando in domibus poſiti et de picturæ initiis et monochromaton et primis pictoribus: et antiquitate pictoꝝ in italia cap.iii.
De pictoribus romanis: et quando primum dignitas picturæ: et qui uictorias ſuas pictura propoſuerunt: et quando externis picturis dignitas romæ cap.iiii.
Ratio pingendi de pigmentis cap.v.
De coloribus natiuis et factitiis cap.vi.
Qui colores udo non inducantur: et quibus coloribus antiqui pinxerũt: et quãdo primũ gladiatorũ pugnæ propoſitæ ſunt cap.vii.
De ætate picturæ operum et artificũ indicatura nobilitatis.cccv. cap.viii.
Primum picturæ certamen: et qui primi penicillo pinxerunt cap.ix.
De auibus per picturam deceptis: et quid difficillimum in pictura cap.x.
De auium cantu compeſcendo: et qui encauſto et penicillo primus lacunaria et cameras pinxerit: ſparſimq́ꝫ pretia mirabilia picturarum cap.xi.
Plaſtices primi inuentores de ſimulacris et uaſis fictilibus et pretio eorum cap.xii.
Terræ uarietates: & de puluere puteolano: & aliis terræ generibus quæ i lapidem uertuntur cap.xiii.
De parietibus fornaceis & lateritiis & eorum ratione cap.xiiii.
De ſulphure & alumine & generibus eorum & medicinæ cap.xv.
De terra ſamia & eretria & chia & ſibanſia: & phiniti & appelliti medicinæ cap.xvi.
Cretæ genera ad ueſtiũ uſus cimolia: ſarda umbrica: ſaxum argentaria cap.xvii.
Qui & quorũ liberti præpoſiti cap.xviii.
Terra excalata & terra clupea: terra balearica: terra ebuſitana cap.xix.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes d.cccc.lvi.

Ex auctoribus.

Meſſala oratore: Meſſala ſene: Feneſtella attico. Verrio.M. Varrone: Cor.Nepote: Decio Eculeone: Muciano: Meliſſo: Vitruuio Caſſio ſeuero: Longulano: fabio ueſtale qui de pictura ſcripſit.

Externis.

Praſitele: Apelle: Melanthio: Aſclepiodoro: Euphranore. Parrhaſio: Heliodoro q anathematha ſcripſit athenis: Metrodoro qui de architectõice ſcripſit: democrito: Theophraſto: Appione grammatico qui de metallica medicina ſcripſit. Nymphodoro: Andrea: Heraclide: Iolla: apollodoro: Diagora: Botryenſe. Archidemo: Dionyſio: Ariſtogene: Demade: Mneſicle: Xenocrate Zenonis: Theomneſto.

Libro Triceſimoſexto continenť naturæ lapidum & luxuriæ marmorum.

Quis primus in publicis operibus oſtenderit cap.i.
Qui primus peregrino marmore colũnas habuerit romæ cap.ii.
Qui primum laudati in marmore ſcalpendo: & quibus temporibus cap.iii.
Nobilitates operum et artificum in marmore.c.xxvi. de marmore pario et mauſoleo cap.iiii.
Quando primum marmorum in ædificiis uſus: et quis primus romæ cruſtauerit parietes: et quibus ætatibus quæq́ꝫ marmora in uſum uenerint romæ: et quis primus marmora ſecuerit: et ratio ſecandi de harena cap.v.
De naxio et harmonio: et de generibus marmorum cap.vi.

De alabrſtrite & tigdido alabãdico cap.vii.
De obeliſco thebaico: alexãdrino: & de illo qui eſt in circo magno cap.viii.
De illo qui eſt in campo martio progno- mone cap.ix.
De tertio obeliſco romæ i uaticão cap.x.
De pyramidibus ægyptiis & ſphynge cap.xi.
De labirynthis ægyptio: lemnio italico cap.xii.
De penſili horto & oppido & templo dianæ epheſiæ cap.xiii.
De delubro cyzici & lapide fugitiuo: & de echo ſepties reſonante & ædificio ſine clauo: & mirabilia ædificiorum romæ. cap.xiiii.
De magnetis generibus & medicinis cap.xv.
De lapidibus qui cito abſumunt corpora in eis condita: & de his qui diu ſeruant: & de thaſio lapide & medicinis eius cap.xvi.
De ebore foſſili & lapidibus oſſeis & palmatis & aliorum generibus cap.xvii.
De corallio: uel pyrite & medicis eius: & oſtracite: de amanto lapide & medicinis eius: de militino lapide & uiribus eius: de gagate lapide & medicinis eius: de ſpongiis & phrygio lapide & natura eius cap.xviii.
De emathide & quinq; generibus eius: & ſchiſto cap.xix.
De quattuor generibus aetidis: & calamo & ſamio & arabo & pumicibus cap.xx.
De lapidibus mortariorum medicinalium & mollibus lapidibus & ſpeculari lapide & ſilicibus & phẽgite & cotibus & reliquis ad ſtructuram lapidibus igni & tempeſtatibus reſiſtentibus cap.xxi.
De ciſternis & calce & harenę generibus & mixtura calcis & harenæ & uitiis ſtructuræ & coctariis & columnis cap.xxii.
De medicinis calcis & malta & gypſo cap.xxiii.
De pauimentis & quando primum romæ: & ſubdiualibus pauimẽtis & græcanicis & quando primum cameræ. cap.xxiiii.
De origine uitri & ratione faciendi: & de obſiano uitro: & de generibus multiformibus uitri cap.xxv.
Igniũ miracula & medicinæ ꝓdigia cap.xxvi.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes d.xxiiii.

Ex auctoribus.

M. Varrone: Celio: Galba. C. Icto: Mutiano: Nepote Cor. L. Piſone: Tuberone: Seneca Fabio Veſtale: Ammo Fœciale: Fabiano: Catone Cenſorio: Vitruuio.

Externis.

Theophraſto: Praxitele: Iuba rege: Nicandro Sotaco: Sudine: Alexandro polyhiſtore: Apione: Pliſtonico: Duride: Herodoto: Eumero: Ariſtagora: Dionyſio: Archemidoro: Bucorida: Anthiſtene: Democrito: demotele: Lycea.

Libro Triceſimoſeptimo cõtinetur origo gemmarum.

De gemma polycratis tyranni & pyrrhi regis: & qui ſculptores optimi: & nobilitates artificum & quis primus dactylothecam romæ habuit. cap.i.
De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeii: & natura criſtalli & medicinis: & luxuria circa eã & quando primum inuenta myrrhina: & luxuria circa eã: & natura myrrhinorũ & quæ mentiti ſunt auctores de ſuccino. cap.ii.
De ortu: & medicinis: & generibus: & luxuria ſuccinoꝝ: & lyncurio: & medicię cap.iii.
De adamantis generibus & medicinis & margaritis cap.iiii.
De ſmaragdi generibus: & gemmis uiridibus tranſlucidis cap.v.
De opali generibus & uitiis & experimentis & uariis gemmis cap.vi.
De generibus carbũculorum & uitiis & experimentis & gẽmis ardentibus cap.vii.
De generibus topatii & callaite: & de gẽmis uiridibus non tranſlucentibus cap.viii.
De iaſpidum generibus cap.ix.
De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem cap.x.
De gemmis quæ a membris hominum cognominãtur: & quæ ab animalibus: & de his quæ a cæteris rebus cap.xi.
De gemmis naſcentibus & factitiis: & figuris gemmarum cap.xii.
De rõne probandaꝝ gemmaꝝ cap.xii.
Sũma res & hiſtoriæ & obſeruationes. M.ccc.

Ex auctoribus.

M. Varrone: Actis triumphi: Mœcenate: Iaccho: Cor. Boccho.

Externis.

Iuba rege: Xenocrate Zenonis: Sudine: Eſchylo: Philoxene: Euripide: Nicandro: Satyro: Theophraſto: Carete: Philomene: Democrate: Xenotino: Metrodoro: Sotaco: Pythea: Timeo Sicło: Nicea: Theocreſto: Aſaruba: Mnaſea: Theomene: Cteſia: Mithridate: Sophocle: Archelao rege: Calliſtrato: Democrito: Iſmenio: Olympico: Alexandro polyhiſtore: Apione: Horo: Zoroaſtre: Zactalia.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SECVNDVS.

## An Finitus Sit Mundus. Et An Vnus. Cap. i.

m

VNDVM, ET HOC, QVOD NOMINE ALIO, CAELVM appellari libuit; cuius circũflexu teguntur cuncta: numẽ eſſe; credi par eſt; æternum: immenſum: neq; genitum: neq; interiturũ unq̃. Huius extera indagare: nec intereſt hominũ: nec capit humanæ cõiectura mẽtis. Sacer eſt: æternus: imẽſus: totus in toto: imo uero ipſe: totũ: finitus: & infinito ſimilis. Omnium rerũ certus: & ſimilis incerto. Extrà, intrà, cuncta complexus in ſe: idemq; rerum naturæ opus: & rerũ ipſa natura. Furor eſt mẽſuram eius animo quoſdã agitaſſe: atq; prodere auſos. Alios rurſus occaſiõe hinc ſumpta: aut his data innumerabiles tradidiſſe mũdos: ut totidem rerũ naturas credi oporteret. Aut ſi ũna omnes incubarent: totidem tamen ſoles: totidemq; lunas: & cætera etiã in uno & immenſa & innumerabilia ſydera: quaſi nõ eadem quæſtione: ſemper in termino cogitationis occurſura de ſyderio finis alicuius. Aut ſi hæc infinitas naturæ omnium artifici poſſit aſſignari: nõ illud idem in uno facilius ſit intelligi tanto præſertim opere. Furor ẽ ꝑfecto: furor: egredi ex eo: & tanq̃ interna eius cũcta plané iam ſint nota: ita ſcrutari extera: quaſi uero menſurã ullius rei poſſit agere qui ſui neſciat: aut mẽs hominis uidere quæ mundus ipſe non capiat.

## De Forma Eius. Cap. ii.

f

Ormam eius: in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe: nomen in primis: & cõſenſus in eo mortalium orbem appellantium: Sed & argumenta rerum docent: nõ ſolum quia talis figura omnibus ſui partibus uergit in ſeſe: ac ſibi ipſa toleranda eſt: ſeq; includit & continet nullarũ egens compaginum: nec finem aut initium ullis ſui partibus ſentiẽs: nec quia ad motum quo ſubinde uerti debeat (ut mox apparebit) talis aptiſſima eſt: Sed oculorum quoq; probatione: ꝙ conuexus medius quacũq; cernatur: cum id accidere in alia non poſſit figura.

## De Motu Eius. Cap. iii.

h

Anc ergo formam eius: æterno & irrequieto ambitu inenarrabili celeritate. xxiiii. horarum ſpatio circumagi ſolis exortus & occaſus haud dubium reliquere: an ſit immẽſus; & ideó ſenſum aurium facile excedens, tantæ molis rotatæ uertigine aſſidua, ſonitus, non equidem facile dixerim: non hercle magis q̃ circũactorum ſimul tinnitus ſyderũ: ſuoſq; uoluentium orbes. An dulci quidem & incredibili ſuauitate concentus nobis: qui intus agimus iuxta diebus noctibuſq; tacitus labitur mundus: eſſe innumeras ei effigies aĩalium rerumq; cunctarũ impreſſas: Nec ut in uolucrum notamus ouis læuitate continua lubricum corpus: quod clariſſimi auctores dixere tenerum: argumentis indicat quoniam inde deciduis rerum omnium ſeminibus innumeræ; in mari præcipue: ac plerũq; confuſis mõſtrificæ digenerantur effigies. Præterea uiſus probatione: alibi plauſtri: alibi urſi: tauri alibi: alibi litteræ figura candidiore medio ſuper uerticem circulo.

## Cur Mundus Dicatur. Cap. iiii.

e

Quidem & conſenſu gentium moueor: Nam quem ~~koo mon coſmon~~ græci nomine ornamẽti appellauerunt: eum & nos a perfecta abſolutaq; elegantia mundum. Cælum quidem haud dubie cælati argumento diximus: ut interpretatur. M. Varro. Adiuuat rerum ordo deſcripto circulo qui ſignifer uocatur in. xii. animalium effigies: & per illas ſolis curſu cõgruens tot ſæculis ratio.

## De Quattuor Elementis. Cap. v.

n

Ec de elementis uideo dubitari quattuor ea eſſe. Ignium ſummo: inde tot ſtellarum collucentium illos oculos. Proximum ſpiritus: quem græci noſtriq; eodem uocabulo aera appellant. Vitalem hunc: & per cuncta rerum meabilem: totoq; cõſertum. Cuius ui ſuſpenſam cũ quarto aquarum elemento librari medio ſpatii tellurẽ. Ita mutuo complexu diuerſitatis effici nexum: & leuia ponderibus inhiberi: quo minus euolent. Contraq; grauia ne ruant ſuſpendi leuibus in ſublime tendentibus. Sic pari in diuerſa niſu ui ſua quæq; conſiſtere irrequieto mundi ipſius cõſtricta circuitu: quo ſemper in ſe currente imã atq; mediam in toto terram eandemq; uniuerſo cardine ſtare pendentẽ librantem per quæ pendeat. ita ſolam immobilem circa eam uolubili uniuerſitate: eandemq; ex omnibus nexti: eidemq; omnia inniti.

## De Septem Planetis. Cap. vi.

i

Nter hanc cælumq; eodem ſpiritu pendent certis diſcreta ſpatiis. vii. ſydera: quæ ab inceſſu uocamus errantia: cum errent nulla minús illis. Quorum medius ſol fertur ampliſſima magnitudine ac poteſtate: nec temporum modó terrarumq; ſed ſyderum etiam ipſorum cæliq; rector. Hunc mundi eſſe totius animum: ac planius mentem. Hunc principale naturæ regimen ac numẽ credere decet opera eius ~~eſtimantes~~. Hic lucẽ rebus miniſtrat: auferteq; tenebras. Hic reliqua ſydera oc-

c

cultat. Hic uices temporum: annumq; ſemper renaſcentem ex uſu naturæ temperat. Hic cæli triſtitiam
diſcutit: atq; etiam nubila humani animi ſerenat. hic ſuum lumen cæteris quoq; ſyderibus fœnerat: præ-
clarus: eximius: omnia intuens omnia etiã exaudiẽs: ut principi litteraꝝ Homero placuiſſe in eo uideo.

De Deo. Cap. vii.

Vapropter effigiem dei: formãq; quærere imbecillitatis humanę reor: quiſquis eſt deus (ſi mo
q do eſt alius) & quacũq; in parte: totus eſt ſenſus: Totus eſt uiſus: totus auditus. totus animæ
totus animi: totus ſui. Innumeros quidem credere: atq; etiã ex uirtutibus: uitiiſq; hoĩum: ut Pu
dicitiam: Concordiam: Mentem: Spem: Honorem: Clæmentiã: Fidem: aut (ut Democrito placuit) du
os oĩno: Pœnam & Beneficiũ: maiorem ad ſocordiam accedit. Fragilis & laborioſa mortalitas in partes
iſta digeſſit: infirmitatis ſuæ memor: ut portiõibus coleret quiſq;: quo maxime indigeret. Itaq; noĩa alia
aliis gentibus: & numina in iiſdem innumerabilia reperimus. Inferis quoq; in genera deſcriptis: Morbiſq;
& multis etiam peſtibus dum eẽ placata trepido metu cupimus. Ideoq; ẽt publice: Febri fanũ in palatio
dicatũ eſt. Orbonæ ad ædem lariũ: ara. Et malæ Fortunæ eſquiliis. Quãobrem maior cælitũ populus:
etiã q̃ hoĩum intelligi põt: cũ ſinguli quoq; ex ſemetipſis totidem deos faciãt: Iunones Genioſq; adaptã-
do ſibi. Gentes uero quædam animalia ẽt aliqua: & obſcena pro diis habẽt: ac multa dictu magis puden
da: p fetidos cibos: & alia ſimilia iurãtes. Matrimonia qdem inter deos credi: Tãtoq; æuo ex his nemineẽ
naſci: & alios eſſe grãdæuos: ſempq; canos: Alios iuuenes: atq; pueros: Atri coloris: Aligeros: Claudos:
Ouo editos: & alternis diebus uiuentes moriẽteſq;: puerilium prope deliramẽtoꝝ eſt. Sed ſup oẽm impu
dentiã: adulteria inter ipſos fingi: mox iurgia: & odia: atq; etiam furtoꝝ eſſe: & ſceleꝝ numina. Deus eſt
mortali iuuare mortalem: & hæc ad æternã gloriam uia: Hac pceres iere romani: Hac nunc cæleſti paſ
ſu cũ liberis ſuis uadit maximus omnis æui rector: Veſpaſianus Auguſtus feſſis rebus ſubueniens. Hic
eſt ueruſtiſſimus referendi benemerentibus gratiã mos: ut tales numinibus aſcribãt. Quippe & omniũ
alioꝝ noĩa deoꝝ & quæ ſupra ſyderꝝ retuli: ex hoĩum nata ſunt meritis. Iouem quidẽ: aut Mercuriũ: ali
terue alios inter ſe uocari: & eẽ cæleſtis nomẽ cul turæ: quis nõ interpraetatione naturæ fateatur? Irridẽ-
dum uero agere curam reꝝ humanaꝝ illud: quicquid eſt ſummũ. An ne tam triſti atq; multiplici mini-
ſterio nõ pollui credamus: dubitemuſue? Vix prope eſt iudicare: Vtrũ magis cõducat generi humano:
quando aliis nullus eſt deorum reſpectus: Aliis pudendus: Externis famulantur ſacris: Ac digytis deos
geſtant: & monſtra quoq;: quæ colunt damnãt: & excogitãt cibos: Imperia dira in ipſos: ne ſomno qui-
dem quieto irrogant. Non matrimonia: Nõ liberos: Non deniq; quicq̃ aliud: niſi iubentibus ſacris deli-
gunt. Alii in ipſo capitolio fallunt: ac Fulminantẽ peierant Iouẽ: & hos iuuant ſcelera: Illos ſacra ſua pœ
nis agunt. Inuenit tamen inter has utraſq; ſententias medium ſibi ipſa mortalitas Numen: quo minus
etiã plana de Deo cõiectatio eſſet. Toto quippe mũdo: & locis oĩbus: oĩbuſq; horis: oĩum uocibus for-
tuna ſola inuocatur: & una noĩatur: Vna accuſatur: Vna agitur rea: Vna cogitatur: Sola laudatur: ſola
arguitur: & cũ conuitiis colitur: Volubiliſq; a pleriſq; uero & cæca etiã exiſtimata: Vaga: Incõſtans: In-
certa: Varia: Indignoꝝq; fautrix: Huic oĩa expenſa: Huic oĩa ferunt accepta: & in tota ratione mortaliũ
ſola utrãq; paginã facit. Adeoq; obnoxiæ ſumus Sortis: ut Sors ipſa pro deo ſit: qua deus probat̃ incer
tus. Pars alia & hanc pellit: Aſtroq; ſuo euẽtus aſſignat: & naſcendi legibus: Semelq; in oẽs futuros unq̃
Deo decretũ. In reliquum uero ociũ datur. Sedere cœpit ſentẽtia hæc: pariterq; & eruditũ Vulgus: & ru
de in eam curſu uadit. Ecce fulguꝝ monitus: Oraculoꝝ præſcita Hauriſpicum prędicta: atq; etiã parua
dictu in auguriis ſternutamenta: & offenſiones pedum. Diuus Auguſtus leuum prodidit ſibi calceum
præpoſtere inductum: quo die ſeditione militari prope afflictus eſt. Quæ ſingula improuidam mortali
tatem inuoluunt: ſolũ ut iter iſta uel certum ſit: nihil eſſe certi: nec miſerius quicq̃ homine: aut ſupbius.
Cæteris quippe animantiũ ſola uictus cura ẽ. In quo ſponte naturæ benignitas ſufficit: Vno quidem uel
præferenda cunctis bonis: q; de gloria: de pecunia. Ambitione: ſuperq; de morte non cogitant. Verum
in his deos agere curam reꝝ humanaꝝ credi ex uſu uitæ eſt: Pœnaſq; maleficiis aliquãdo ſeras occupato
deo in tanta mole: nunq̃ autem irritas eſſe. Nec ideo proximum illi genitum hominem: ut uilitate iuxta
beluas eſſet. Imperfectæ uero in homine naturæ præcipua ſolatia: ne deum quidem poſſe omnia. Nãq;
nec ſibi poteſt mortem conſciſcere: ſi uelit quod homini dedit: optimum in tantis uitæ pœnis: Nec mor
tales æternitate donare: aut reuocare defunctos: Nec facere ut qui uixit non uixerit. Qui honores geſſit
non geſſerit. Nullumq; habere in præterita ius præterq̃ obliuionis. Atq; (ut facetis quoq; argumentis ſo
cietas hęc cum deo copuletur) ut bis dena: uiginti non ſint: ac multa ſimiliter efficere non poſſe. Per quæ
declaratur: haud dubie Naturæ potentiam id quoq; eſſe: quod deum uocamus. In hæc diuertiſſe nõ fue-
rit alienum propter uulgatam aſſidue quæſtionem de deo.

De Natura Syderum Errantium. Cap. viii.

h Inc redeamus ad reliqua naturæ ſydera: quæ affixa diximus mundo: non illa ut exiſtimat
uulgus: ſingulis attributa nobis: & clara diuitibus: minora pauperibus: obſcura defectis: &
pro ſorte

pro ſorte cuiuſq; lucentia ad munera mortalibus. Quia nec cum ſuo quæq; homine orta moriũtur: nec
aliquem extingui decidua ſignificant. Nõ tanta cælo ſocietas nobiſcum eſt: ut noſtro fato mortalis ſit il
le quoq; ſyderum fulgor. Illa nimio alimẽto tracti humoris igneam uim abundantia reddunt. cum de-
cidere creduntur: ut apud nos quoq; id luminibus accenſis: liquore olei notamus accidere. Cæteꝝ æter-
na eſt cæleſtibus natura intexentibus mundum intextuq; concretis. Potentia autem ad terram magno-
pere eorum pertinens: quæ propter effectus claritatemq; & magnitudinem in tanta ſubtilitate noſci po-
tuerunt: Sicut ſuo demonſtrabimus loco. Circulorũ quoq; cæli ratio in terræ mentione aptius dicetur:
quando ad eam pertinet tota ſigniferi modulatio inuentionibus non dilatis. Obliquitatem eius intelle
xiſſe: hoc eſt rerum fores aperuiſſe Anaximander mileſius traditur primus: olympiade. lviii. Signa de-
inde in eo Cleoſtratus: & primum Arietis: ac Sagittarii. Sphæram ipſam ante multo atlas. Nunc reli-
cto ipſius mundi corpore reliqua inter cælum terraſq; tractentur. Summum eſſe quod uocant Satur-
ni ſydus: ideoq; minimum uideri: & maximo ambire circulo: ac. xxx. anno ad breuiſſima: ſedis ſue prin-
cipia regredi certum eſt. Omnium autem errantium ſyderum meatus interq; ea ſolis & lunæ contra-
rium mundo agere curſum: id eſt læuum: ſemper illo indextram præcipiti: & q̃uis aſſidua conuerſione
immenſe celeritatis attollantur ab eo: rapiantur in occaſum: aduerſo tamẽ ire motu: per ſuos quæq; paſ
ſus ita ferri: ne cõuolutus aer eandem in partem æterna mundi uertigine ignauo globo torpeat: Sed fin
datur aduerſo ſyderum uerbere diſcretus: & digeſtus. Saturni autem ſydus gelidæ: ac rigentis eſſe natu
ræ: multoq; ex eo inferiorem Iouis circulum: & ideo motu celeriori duodenis circũagi annis. Tertium
Martis: quod quidam Herculis uocant: ignea ardentis ſolis uicinitate binis fere annis conuerti. Ideoq;
huius ardore nimio & rigore Saturni: interiectum ambobus ex utroq; temperari Iouem: ſalutaremq;
fieri deum. Inde ſolis meatum eſſe partium: quidem trecẽtarum. lx. Sed ut obſeruatio umbrarum eius
redeat ad notas quinos annis dies adiici: ſuperq; quartam partem diei. Quam ob cauſam quinto anno
unus intercalaris dies additur: ut tempoꝝ ratio facilius ſolis itineri congruat. Infra ſolem ambit ingens
ſydus appellatum Veneris: alterno meatu uagum: ipſiſq; cognominibus æmulum ſolis & lunæ: præue
niens quippe & ante matutinum exoriens: Luciferi nomen accipit. ut Sol alter: diemq; maturans. Cõtra
ab occaſu refulgens nuncupatur Veſper: ut prorogans lucem: uicemq; lunæ reddens. Quam naturam
eius Pythagoras Samius primus deprehẽdit olympiade circiter. xlii. qui fuit urbis Romæ annus. cxlii.
Largiori magnitudine extra cuncta alia ſydera: eſt claritatis quidem tantæ: ut unius huius ſtellæ radiis
umbræ reddantur. Itaq; & in magno nominum ambitu eſt: Alii enim Iunonis: alii Iſidis: alii Matris de-
um appellauere. Huius natura cuncta generantur in terris. Nanq; in alterutro exortu genitali rore con-
ſpergens non terræ modo conceptus implet: uerum animantium quoq; omnium ſtimulat. Signiferi au
tem ambitum peragit tricenis & duo de quinquagenis diebus: ab ſole nunq̃ abſiſtens partibus ſex atq;
quadraginta longius (ut Timeo placet) Simili ratione: ſed nequaq̃ magnitudine ſcilicet: aut ui proxi-
mum illi Mercurii ſydus a qbuſdã appellatũ Apollinis: inferiore circulo fertur. ix. diebus ociore ambitu
modo ante ſolis exortum: modo poſt occaſum ſplendens: nunq̃ ab eo. xxii. partibus remotior: ut Cteſi-
as & Soſigenes docent. Ideo & peculiaris hoꝝ ſyderum ſtatio eſt: neq; cõis cum ſupradictis. Nãq; ea &
quarta parte cæli a ſole abeſſe & tertia: & aduerſa ſoli ſæpe cernuntur: maioreſq; alios habent cuncta ple
næ conuerſionis ambitus in magni anni ratione dicendos.

De lunæ natura. Cap. ix.

ſ Ed omnium admirationem uicit nouiſſimum ſydus terriſq; familiariſſimum: & in tenebra-
rum remedium ab natura repertum lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplã-
tium: & proximum ignorari ſydus maxime indignantium: creſcens ſemper aut ſeneſcens. Et
modo curuata in cornua: modo æqua proportione diuiſa: modo ſinuata in orbem: Maculoſa eademq;
ſubito prænitens: Immenſa orbe pleno: ac repente nulla: Alias pernox: Alias ſera: & parte diei ſolis lu-
cem adiuuans: Deficiens: & in defectu tamen conſpicua. Quæ menſis exitu latet: cum laborare non cre
ditur. Iam uero humilis & excelſa: & ne id quidem uno modo: ſed alias admota cælo: Alias contigua
montibus: Nunc in aquilonem elata: nunc in auſtros deiecta. Quæ ſingula in eam deprehendit homi-
num primus Endymion. & ob id amore eius captus fama traditur. Nõ ſumus profecto grati erga eos
qui labore: curaq; lucem nobis aperuere. In hac luce mira quoq; humani ingenii peſte ſanguinem & cæ-
des condere annalibus iuuat: ut ſcelera hominum noſcantur mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardi-
ni: ideoq; minimo ambitu uicẽnis diebus ſepteniſq; & tertia diei parte peragit ſpacia eadem: quæ Sa-
turni ſydus altiſſimum. xxx. ut dictum eſt annis. dein remorata in coitu ſolis biduo cum tardiſſime a tri
ceſima luce rurſus ad eaſdem uices exit. Haud ſcio an omnium quæ in cælo prænoſci potuerunt magi-
ſtra in. xii ſpatia menſium oportere diuidi annum: quando ipſum toties ſolem redeundo ad principia cõ
ſequitur. Solis fulgore eam ut reliqua ſydera regi: ſiquidem in totum mutuata ab eo luce fulgere: qua-
lem in repercuſſu aquæ uolitare conſpicimus. Ideo molliore & imperfecta ui ſoluere tantum humorem

atq; etiam augere. quem ſolis radii abſumãt. Ideo & inæquali lumine aſpici: quia ex aduerſo demum plena reliquis diebus tantum ex ſe Terris oſtendat: quantũ ex ſole ipſa concipiat. In coitu quidem non cerni: quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illo regerat: unde acceperit. Sydera uero haud dubie humore terreno paſci: quia orbe dimidio nonnunq̃ maculoſa cernatur: ſcilicet nondum ſuppetente ad hauriendum ultra iuſta ui. Maculas enim non aliud eſſe q̃ terræ raptas cum humore ſordes.

De Defectu Solis Et Lunæ & De Nocte. Cap. x.

d Efectus aũt ſuos & ſolis rem in tota cõtemplatione noturæ maximæ miram & oſtento ſimilẽ eorũ magnitudinũ umbræq; indices exiſtere. Quippe manifeſtum eſt ſolem interuentu lunæ occultari: lunamq; terræ obiectu: ac uices reddi: eoſdem ſolis radias luna interpoſitu ſuo auferente terræ: terraq; lunæ. Hac uero ſubeunte repentinas obduci tenebras: rurſumq; illius umbra ſydus hebetari. Neq; aliud eſſe noctem q̃ terræ umbrã. Figurã aũt umbræ ſimilẽ metæ ac turbini inuerſo. quãdo mucrone tantum ingruat: neq; lunæ excedat altitudinẽ: quoniã nullum aliud Sydus eodem modo obſcuretur: & talis figura ſemper in mucronem deficiat. Spatio quidem conſumi umbras indicio ſunt uolucrum præalti uolatus. Ergo confiniũ illis eſt aeris terminus initiũq; ætheris. Supra lunã pura oĩa ac diuturnæ lucis plena. A nobis aũt per noctem cernuntur ſydera ut reliqua lumina e tenebris. Et propter has cauſas nocturno tempore deficit luna. Stati autem atq; menſtrui non ſunt utriq; defectus propter obliquitatem ſigniferi: lunæq; multiuagos (ut dictũ eſt) flexus: non ſemper in ſcrupulis partiũ congruente ſyderum motu.

De Syderum Magnitudine. Cap. xi.

h Aec rõ mortales animos ſubducit in cælum: Ac uelut inde cõtemplantibus trium maximarũ rerum Naturæ partium magnitudinem detegit. Non poſſet quippe totus ſol adimi terris intercedente luna: ſi terra maior eſſet q̃ luna. Tertia ex utraq; uaſtitas ſolis aperitur: ut non ſit neceſſe amplitudinem eius oculorum argumentis atq; coniectura animi ſcrutari. Immenſum eſſe conſtat: quia arboꝶ in limitidus porrectaꝶ in quotlibet paſſuum milia umbras paribus iaciat interuallis: tãq̃ toto ſpatio medius. Et quia p æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus ſimul fiat a uertice. Item quia circa ſolſtitialem circulum habitantium meridie ad ſeptẽtrionem umbræ cadant: Ortu uero ad occaſum: quæ fieri nullo modo poſſent: niſi multo eſſet maior q̃ terra. & q; montem idam exoriens latitudine exuperat dextra læuaq; large amplectens: præſertim diſcretus tanto interuallo. Defectus lunæ magnitudinem eius haud dubia ratione declarat: ſicut terræ paruitatem ipſa deficiens. Nãq; cum ſint tres umbrarum figuræ: conſterq;: ſi par lumini ſit materia: quæ iactat umbram: columnæ effigie iaci: nec habere finem. Si uero maior materia q̃ lumen: turbinis recti: ut ſit imum eius anguſtiſſimum: & ſimili modo infinita longitudo. Si minor materia q̃ lux: Mætæ exiſtere effigiem in cacuminis fine deſinentem: talemq; cerni umbram deficiente luna palam fit: Vt nulla amplius relinquatur dubitatio ſuperari magnitudine terram. Id quidem & tacitis ipſius naturæ indiciis. Cur enim partitis uicibus anni brumalis abſcendit: ut noctium opacitate terras reficiat: exuſturus haud dubie: & ſic quoq; exurens quadam in parte tanta magnitudo eius eſt.

Quæ Quis Inuenerit In Obſeruatione Cæleſti. Cap. xii.

e T rationem quidem defectus utriuſq; primus romani generis in uulgus extulit Sulpitius Gallus: qui Conſ. cum. M. Marcello fuit. Sed tum Tribunus militum ſollicitudine exercitu liberato: pridie q̃ Perſes rex ſuperatus a Paulo eſt: in concionem ab imperatore productus ad præcinendam eclipſim: mox & compoſito uolumine. Apud græcos autem inueſtigauit primus omniũ Thales Mileſius olympiadis. xlviii. anno quarto: predicto ſolis defectu qui ſub Halyate rege factus eſt urbis conditæ anno. clxx. Poſt eos utriuſq; ſyderis curſum in ſexcentos annos præcinuit Hipparchus menſes gentium: dieſq;: & horas. Ac ſitus locorum: & uicos populorum complexus æuo teſte haud alio modo q̃ conſiliorum naturæ particeps. Viri ingentes: ſupraq; mortalium naturam: tantorum numinum lege deprehenſa: & miſera hominum mente abſoluta: in defectibus ſtellarum. Scelera aut mortem aliquam ſyderum pauente. Quo in metu fuiſſe Sterſicori & Pindari uatum ſublimia ora palam eſt deliquio ſolis: & in luna ueneficia arguente mortalitate: & ob id crepitu diſſono auxiliante. Quo pauore ignarus cauſæ Nicias athenienſium imperator ueritus claſſem portu educere: opes eorum afflixi t. Macti ingenio: & cæli interpretes. Rerumq; naturæ capaces argumenti imperatores: quo deos homineſq; uiciſtis Quis enim hæc cernens. & ſtatos ſyderum (quoniam ita placuit appellare) labores non ſuæ neceſſitati mortalis gemitus ignoſcat. Nunc confeſſa de iidem breuiter atq; capitulatim attingam: ratione admodum neceſſariis locis ſtrictimq; reddita. Nam neq; inſtituti operis talis argumentatio eſt: neq; omniũ rerum afferri poſſe cauſas minus mirum eſt: q̃ conſtare in aliquibus.

De Defectibus. Cap. xiii.

d Efectus. cc. xxii. menſibus redire in ſuos orbes certum eſt. Soliſq; defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna: quod uocant coitum. Lunæ autem non niſi plena: ſemperq; citra q̃

proxime fuerit

proxime fuerit. Omnibus autẽ annis fieri utriuſq; ſyderis defectus ſtatis diebus: horiſq; ſub terra: Nec
tamen cum fiant ſuperne ubiq; cerni: aliquando ꝓpter nubila: ſæpius globo terre obſtãte cõuexitatibus
mundi. Intra ducentos annos Hipparchi ſagacitate compertum eſt & lunæ defectum aliquãdo quin-
to menſe a priore fieri: Solis uero ſeptimo. Eandem bis in triginta diebus ſupra terras occultari: ſed ab
aliis atq; aliis hoc cerni. quæq; ſunt in hoc miraculo maxime mira: cũ conueniat umbra terræ lunam he
betari: Nunc ab occaſus parte hoc ei accidere: Nunc ab exortus. Et qua nam ratione: cum ſolis exortu
umbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat: ſemel iam acciderit: ut in occaſu luna deficeret utroq; ſup ter
ram conſpicuo ſydere. Nam ut i duodecim diebus utrunq; ſydus quæreretur: & noſtro æuo accidit im
peratoribus Veſpaſianis: Patre. iii. Filio iterum Conſ.

## De Lunæ Motu. Cap. xiiii.

Vnam ſemper a uerſis a ſole cornibus: ſi creſcat: ortus ſpectare: Si minuatur occaſus: haud du
l bium eſt. Lucere dodrantis ſemuncias horarum ab ſecunda adiicientẽ: uſq; ad plenum orbem
detrahentemq; in diminutionem. Intra. xiiii. aũt partes ſolis ſemper occultam eſſe. Quo argu-
mento amplior errantium ſtellarum q̃ lunæ magnitudo colligitur: quando illæ & a ſeptenis interdum
partibus emergant. Sed altitudo cogit minores uideri: ſicut affixas cælo ſolis fulgore interdiu non cerni
cũ æque die ac noctu luceant: idq; manifeſtum fiat defectibus ſolis: & præaltis puteis.

## Errantium Motus Et luminum Canonica. Cap. xv.

Rrantium aũt tres quas ſupra ſolem dicimus ſitas occultantur meantes cum eo. Exoriuntur
e uero matutino: diſcedentes partibus nunq̃ amplius undenis. Poſtea radiorum eius contractu
teguntur: & in triquetro a partibus. c. xx. ſtationes matutinas faciunt: quæ & primæ uocantur
Mox in aduerſo a partibus. c. lxxx. exortus ueſpertinos. Iterum in. c. xx. ab alio latere appropinquante:
ſtationes uerpertinas: quas & Secundas uocant: donec aſſecutus in partibus duodenis occultet illas: q
ueſpertini occaſus appellantur. Martis ſtella ut propior etiam ex quadrato ſentit radios. ab. lxxxx. parti
bus: unde & nomen accepit. Is motus primus & ſecundus nonagenarius dictus ab utroq; exortu. Eadẽ
ſtationalis ſenis menſibus cõmoratur in ſignis: alioquin bimeſtris: cum cæteræ utraq; ſtatione quater-
nos menſes non impleant. Inferiores autem duæ occultantur in coitu ueſpertino: ſimili modo: relictoq;
ſole totidem in partibus faciunt exortus matutinos: atq; a longiſſimis diſtantiæ ſuæ metis Solem inſe-
quuntur: adeptæq; occaſum matutino conduntur: ac prætereunt. Mox eodem interuallo ueſperi exori
untur: uſq; ad quos diximus terminos. Ab his retrogradiuntur ad ſolem: & occaſu ueſpertino delite-
ſcunt. Veneris ſtella & ſtationes duas matutinam ueſpertinamq; ab utroq; exortu facit a longiſſimis di
ſtantiæ ſuæ finibus. Mercurii ſtationes breuiore momento: q̃ ut deprehẽdi poſſit. Hæc eſt luminum oc
cultationumq; ratio: perplexiore motu: multiſq; inuoluta miraculis. Siquidem magnitudines ſuas: &
colores mutant: & eadem ad ſeptentionem: accedunt. abeuntq; ad auſtrum: terriſq; propiores: aut cæ
lo repente cernuntur. In quibus aliter multa q̃ priores tradituri fatemur: Ea quoq; illorum eſſe mune-
ris: qui primi quærendi uias demonſtrauerunt. Modo nequis deſperet ſæcula proficere ſemper. Pluri-
bus de cauſis hæc omnia accidunt. Prima circulorum eſt: quos græci abſidas in ſtellis uocant: etenim græ
cis utendum erit uocabulis. Sunt autem hi ſui cuiq; earum: aliiq; q̃ mundo. quoniam terra a uerticibus
duobus: quos appellauerunt polos: centrum cæli: nec non ſigniferi oblique inter eos ſiti. Omnia autem
hæc conſtãt ratione circini ſemper indubitata. Ergo ab alio cuiq; centro abſides ſuæ exurgunt. Ideoq; di
uerſos habent orbes: motuſq; diſſimiles: quoniam interiores abſidias neceſſe eſt breuiores eſſe.

## Quare Eadem Alias Altiora: Alias Inferiora uideantur. Cap. xvi.

Gitur a terræ centro abſides altiſſimæ ſunt: Saturno in ſcorpione: Ioui in uirgine: Marti in leo
i ne: Soli in geminis: Veneri in ſagittario: Mercurio in capricorno: Mediis omnium partibus.
Et econtrario ad terræ centrum humillimæ: atq; proximæ. Sic fit ut tardius moueri uideantur:
cum altiſſimo ambitu feruntur. Non quia accelerent: tardentue naturales motus: q̃ certi: ac ſinguli ſunt
illis: ſed quia deductas ab ſumma abſide lineas: coarctari ad centrum neceſſe eſt: ſicut in rotis radios.
Idemq; motus alias maior: alias minor: quod centri propinquitate ſentitur. Altera ſublimitatum cauſa
quoniam a ſuo centro abſidas altiſſimas habent in aliis ſignis. Saturnus in libræ parte uiceſima. Iupiter
cancri. xv. Mars capricorni. xxviii. Sol arietis. xix. Venus piſciũ. xvi. Mercurius uirginis. xv. Luna tauri
iii. Tertia altitudinũ ratio cæli menſura non circuli intelligitur: ſubire eas: aut deſcẽdere per profundum
aeris: oculis exiſtimantibus. Huic cõnexa latitudinum ſigniferi: obliquitatiſq; cauſa eſt. Per hunc ſtellæ
quas diximus errantes feruntur. Nec aliud habitatur in terris: q̃ quod illi ſubiacet. Reliqua a polis ſqual-
lent. Veneris tantum ſtella excedit eum binis partibus Quæ cauſa intelligitur efficere ut quædam ani-
malia & in deſertis mundi naſcantur. Luna quoq; per totam latitudinem eius uagatur: ſed omnino nõ
excedens eum. Ab iis Mercurii ſtella laxiſſime: ut tamen e duodenis partibus (tot enim ſunt latitudi-
nes) non amplius octonas perret: neq; has æqualiter, Sed duas medio eius: & ſupra, iiii, infra duas. Sol

deinde medio fertur inter duas partes flexuoſo draconum meatu inæqualis. Martis ſtella quattuor medias. Iouis mediam & ſuper eam duas. Saturni duas ut ſol. Hæc erit latitudinũ rõ: ad auſtrũ deſcendentium: aut aquilonem ſubeuntium: Hac conſtare & tertiam illam a terra ſubeuntium in cælum. Et pariter ſcandi eam quoq; exiſtimauere pleriq; falſo. Qui: ut coarguantur: aperienda eſt ſubtilitas immenſa: & oĩs eas cõplexa cauſas. Cõuenit ſtellas in occaſu ueſpertino ꝓximas eẽ terræ: & latitudine: & altitudĩe: Exortuſq; matutinos in initio cuiuſq; fieri. Stationes in mediis latitudinum articulis: que uocant eclepticа: perinde confeſſum eſt motum augeri: q̃diu in uicino ſint terræ: cum abſcedant in altitudinem: minui. Quæ ratio lunæ ſublimitatibus maxime approbatur. Aeque non eſt dubium: in exortibus matutinis etiam numerum augeri: atq; a ſtationibus primis tres ſuperiores diminui uſq; ad ſtationes ſecũdas. Quæ cum ita ſint: manifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi: quoniã in eo primũ abitu incipiant partius addiici motus. In ſtationibus uero primis & altitudine ſubire: quoniam tum primũ incipiant detrahi numeri: ſtellæq; retroire. Cuius rei rõ priuatim reddenda eſt. Percuſſæ ĩ qua diximus parte: & triangulo Solis radio inhibentur rectum agere curſum: & ignea ui leuantur in ſublime. Hoc non protinus intelligi poteſt uiſu noſtro: ideoq; exiſtimantur ſtare: unde & nomen accepit ſtatio. Progreditur deinde eiuſdem radii uiolentia: & retroire cogit uapor repercuſſas: Multo id magis in ueſpertino earum exortu: toto ſole aduerſo: cum in ſummas abſidas expelluntur: minimeq; cernuntur: quoniam altiſſime abſunt: & minimo feruntur motu. Tanto minore: cum hoc in altiſſimis abſidum euenit ſignis. ab exortu ueſpertino latitudo deſcendit᷑ partius iã ſe minuente motu: non tamẽ ante ſtationes ſecũdas augente cũ & altitudo deſcenditur: ſuperueniente ab alio latere radio: eadẽq; uĩ rurſus ad terras deprimente: quæ ſubſtulerit in cælũ ex priore triquetro. Tantũ intereſt ſubeãt ne radii: an ſuperueniant. Multoq; eadẽ magis ĩ ueſpertino occaſu accidunt. Hæc ẽ ſuperioꝵ ſtellaꝵ ratio. Difficilior reliquaꝵ: & a nullo ante nos reddita.

## Catholica Syderum Errantium. Cap. xvii.

p Rimum igitur dicatur cum ſint diuerſæ ſtellæ: cur Veneris ſtella nunq̃ longius. xlvii. partibus Mercurius. xx. a ſole abſcedant? Sæpe circa eas ad ſolem reciprocent. Cõuerſas habent utræq; abſidas: ut infra ſolem ſitæ: tantumq; circulis earum ſub terra eſt: quantum ſuperne prædictarum. & ideo non poſſunt abeſſe amplius: quoniam curuatura abſidum ibi non habet longitudinem maiorem. Ergo utræq; ſimili ratione modum ſtatuunt abſidum ſuarum margines: ac ſpatia longitudinis: latitudinum euagatione penſant. At enim cur non ſemper ad. xlvi. & ad partes. xx. perueniunt? imo uero. Sed ratio canonica fallit. Nãq; apparet abſidas quoq; earum moueri: q nunq̃ tranſeant ſolem. Itaq; cum in partem ipſam eius incidere margines alterutro latere: tum & ſtellæ ad longiſſima ſua interualla peruenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus: & ipſæ ocius redire creduntur: cũ ſit illa ſempr utriq; extremitas ſumma. Hinc & ratio motuum conuerſa intelligitur. Superiores enim celerrime feruntur in occaſu ueſpertino: hæ tardiſſime. Illæ a terra altiſſime abſunt: cum tardiſſime mouentur: hæ cum ociſſime: Quia ſicut in illis propinquitas centri accellerat: ita in iis extremitas circuli. Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt: hæ uero augere. Illæ retro curſum agunt a ſtatione matutina: uſq; ad ueſpertinam. Veneris a ueſpertina: uſq; ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem ſcandere. Altitudinem uero: ac ſolem inſequi a ſtatione matutina: ociſſima in occaſu matutino: & altiſſima. Digredi autẽ latitudine: motũq; minuere ab exortu matutino. Retro quidẽ ire: ſimulq; altitudine digredi a ſtatione ueſpertina. Mercurii rurſus ſtella ũtroq; modo ſcandere ab exortu matutino: Digredi uero latitudine a ueſpertino: conſecutoq; ſole ad. xv. partiũ interuallum conſiſtit. quadriduo prope ĩmobilis. Mox ab altitudine deſcendit: retroq; graditur ab occaſu ueſpertino: uſq; ad exortum matutinum. Tantũq; hæc & luna totidem diebus: quot ſubire: deſcendunt. Veneris quindecies & pluribus ſubit. Rurſus Saturni: & Iouis duplicato digrediuntur. Martis etiam quadruplicato. Tanta eſt naturæ uarietas. Sed ratio euidens. Nam quæ in uaporem ſolis nituntur: etiam deſcendunt ægre. Multa promi amplius circa hæc poſſunt ſecreta naturæ legeſq;: quibus ipſa ſeruiat: exempli gratia. In Martis ſydere: cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus: nunq̃ id ſtationẽ facere. Iouis ſydere triquetro raro admodum ſexaginta partibus diſcreto Qui. numerus ſexangulas mundi efficit formas. Nec exortus: niſi in duobus ſignis tantum cancri: & leonis ſimul edere. Mercurii uero ſydus in piſcibus exortus ueſpertinos raros facere: creberrime in uirgine. In libra matutinos. item matutinos in aquario. Rariſſimos in leone. Retrogradum in tauro & in geminis non fieri. In cancro uero non circa. xxv. partem. Luna bis coitum cum ſole in nullo alio ſigno facere: q̃ geminis. Non coire aliquando in ſagittario tantum. Nouiſſimam uero primamq; eadem die uel nocte nullo alio in ſigno: q̃ ariete conſpici. id quoq; paucis mortalium contingit. Et inde fabula cernendi lynceo. Non comparere in cælo Saturni ſydus & Martis cum plurimum diebus. clxx. Iouis. xxxvi. aut cum minimum: denis detractis diebus. Veneris. lxxix. aut cum minimum. lii. Mercurii. xiii. aut cum plurimum. xvii.

## Quæ ratio colores eorum mutet. Cap. xviii.

colores ratio

ſubter

Olores ratio altitudinum temperat: ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt: in quarum aera
c uenere ſubeundo: tingitq; appropinquantes utralibet alieni meatus circulus. Frigidior in pal-
lorem Ardentior in ruborem. Ventoſus in horrorem. Sol atq; commiſſuræ abſidū extremeq;
orbitæ a terra in obſcuritatem. Suus quidem cuiq; color eſt. Saturno candidus. Ioui clarus. Marti igne
us: Lucifero candens: Veſperi refulgens. Mercurio radians. Lunæ blandus. Soli cum oritur ardens po-
ſtea radians. His cauſis connexo uiſu: & earum: quæ cælo continentur. Namq; modo multitudo con-
ferta ineſt circa dimidios orbes lunæ: placida nocte leniter illuſtrante eas. Modo raritas: ut fugiſſe mire
mur: plenilunio abſcondente: aut cum ſolis: ſupra ue dictarum radii uiſus perſtringente noſtros. Et ipſa
autem luna ingruentium ſolis radiorum haud dubie differentias ſentit: hebetante cætera inflexos mun-
di conuexitate eos: præterq̄ ubi recti angulorum competunt ictus. Itaq; in quadrato ſolis diuidua eſt:
in triquetro ſemi ambitur orbe: impletur autem in aduerſo: rurſuſq; minuens eaſdem effigies: paribus
edit interuallis: ſimili rõne qua ſupra ſolem tria ſydera.

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio. Cap. xix.

Ol aūt ipſe quattuor differentias habet bis æquata nocte diei: uerno: & autūno: & in centrū i
ſ cidens terræ octauis in partibus arietis ac libræ. Bis pmutatis ſpatiis: In auctū diei Bruma oc-
taua ī parte capricorni: Noctis uero Solſtitio: totidē in partibus cācri: Inæqualitatis cauſa ob
liquitas eſt ſigniferi: cū pars æqua mūdi ſuper ſubterq; terras oībus fiat momētis. Sed quæ recta in exor
tu ſuo conſurgunt ſigna longiore tractu tenent lucem: quæ uero obliqua ſciore tranſeunt ſpatio.

Quare Ioui fulmina aſſignentur. Cap. xx.

Atet pleroſq; magna cæli affectione compertū a principibus doctrinæ Viris ſuperiorum triū
p ſyderum ignes eſſe: qui decidui ad terras fulminum nomen habeant. Sed maxime ex iis me-
dio loco ſiti: fortaſſis quoniam contagium nimii humoris ex ſuperiore circulo: atq; ardoris ex
ſubiecto per hunc modum egerat. Ideoq; dictum Iouem fulmina iaculari. Ergo ut e flagrante ligno car
bo cum crepitu: ſic a ſydere cæleſtis ignis expuitur: præſcita ſecum afferens: ne abdicata quidem ſui par
te in diuinis ceſſante operibus. Idq; maxime turbato fit aere: quia collectus humor abundantiam ſti-
mulat: ut quia turbatur quodam ceu grauidi ſyderis partu.

Interualla ſyderum. Cap. xxi.

Nterualla quoq; ſyderum a terra multi indagare tentauerunt. Et ſolem abeſſe a luna unde ui-
i ginti partes: quantum lunam ipſam a terra prodiderunt. Pythagoras uero uir ſagacis animi a
terra ad lunam. cxxv. milia ſtadiorum eſſe collegit. Ab ea uſq; ad ſolem duplum. Inde ad duo-
decim ſigna triplicatum. In qua ſententia Gallus Sulpitius noſter fuit.

De ſyderum muſica. Cap. xxii.

Ed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonum: quantum abſit a terra luna. Ab
s ea ad Mercurium ſpatii eius dimidium. & ab eo ad Venerem. A qua ad ſolem ſeſquiplum. A
ſole ad Martem tonum. i. quantum ad lunam a terra. Ab eo ad Iouem dimidium. & ab eo ad
Saturnum dimidium. & inde ſeſquiplum ad ſigniferum. ita ſeptem tonos effici. quam Diapaſon har-
moniam uocant: hoc eſt uniuerſitatem concentus. in ea Saturnum Dorio moueri. Mercurium Phton-
go. Iouem phrygio. & in reliquis ſimilia: Iocunda magis q̄ neceſſaria ſubtilitate.

De mundi geometria. Cap. xxiii.

Tadium. cxxv. noſtros efficit paſſus. hoc eſt pedes ſexcentos. xxv. Poſſidonius non minus. xl.
ſ ſtadiorum a terra altitudinem eſſe. in qua nubila ac uenti nubeſq; perueniant. Inde purum li-
quidumq; & imperturbatæ lucis aerem. Sed a turbido ad lunam uicies centum ſtadiorum.
Inde ad ſolem quinquies milies. Eo ſpatio fieri: ut tam immenſa eius magnitudo non exurat terras.
Plures autem: nubes noningentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderunt. Incomperta hæc & inextri-
cabilia: ſed tā prodenda q̄ ſunt prodita. in quis tamen una ratio geometricæ collectionis nunq̄ fallacis
poſſit non repudiari: ſi cui libeat altius iſta proſequi. Nec ut menſura id enim uelle pene dementis ocii
eſt) ſed ut tantum coniectanti animo conſtet extimatio. Nam cum trecentis. lx. & fere ſex partibus or-
bis ſolis: ex circuitu eius patere appareat circulum: per quem meat: ſemperq; dimetiens tertiam partem
ambitus: & tertiæ paulominus ſeptimam colligat: apparet dempta eius dimidia: quoniam terra centra
lis interueniat. Sextam uero partem huius immenſi ſpatii: quod circa terram circuli ſolaris animo com
prehenditur in eſſe altitudinis ſpatio. Lunæ uero duodecimam: quoniam tanto breuiore q̄ ſol ambitu
currit. ita ferri eam in medio ſolis: ac terræ. Mirum quo procedat improbitas cordis humani: paruulo
aliquo inuitata ſucceſſu. Sicut in ſupradictis occaſionem impudentiæ ratio largitur: auſiq; diuinare So
lis ad terram ſpatia. Eadem ad cælum agunt: quoniam ſit medius ſol: ut protinus mundi quoq; ipſius
menſura ueniat ad digitos. Quantas enim dimentiens habeat ſeptimas: tantas habere circulum duo &
uiceſimas, tanq̄ plane a perpendiculo menſura cæli cōſtet. Aegyptia ratio quam Petoſiris & Necepſos

oſtendere.ſingulas partes:in lunari circulo(ut dictum eſt)minimo.xxxiii.ſtadiis paulo amplius patere colligit.In Saturni ampliſſimo duplum.In ſolis:quem medium eſſe diximus:utriuſq; menſuræ dimidium.Quæ computatio plurimum habet pudoris:quoniam ad Saturni circulum addito ſigniferi ipſius interuallo nec numerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis ſyderibus. Cap.xxiiii.

Eſtant pauca de mundo. Náq; & in ipſo cælo ſtellæ repente naſcuntur:plura earũ genera.

r De cometis & cæleſtibus prodigiis:natura:& ſitu:& generibus eorum. Cap.xxv.

Ometas græci uocant:noſtri Crinitas:horrentes crine ſanguineo:& comarum modo in uertice
c hiſpidas.Iidem pogonias:quibus inferiore ex parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.

Acontiæ iaculi modo uibrantur ociſſimo ſignificatu.Hæc fuit:de qua quinto conſulatu ſuo Tyberius imperator Cæſar præclaro carmine perſcripſit:ad hunc diem nouiſſime uiſam.Eaſdem breuiores & in mucronem faſtigiatas Xiphias uocauere:quæ ſunt omnium pallidiſſimæ:& quodam gladii nitore:ac ſine ullis radiis:quos Chryſeus auro:nomine ſimilis:colore autem electro:raros e margine emittit.Pithetes doliorum cernitur figura in concauo fumidæ lucis.Ceratias cornus ſpeciem habet:qualis fuit:cum græcia apud ſalamina depugnauit. Lampades ardentes imitantur faces.Hippeus equinas iubas celerrimi motus: atq; in orbem circa ſe euntis.Fit & candidus cometes:argenteo crine ita refulgens:ut uix contueri liceat:ſpecieq; humana dei effigiem in ſe oſtendens.Fiunt & hirti uillorum ſpecie:& iuba aliqua circũdati.Semel adhuc iubæ effigies mutata in haſta eſt:olympiade centeſima octaua:urbis anno.ccclxxxxviii.Breuiſſimum:quo cernerentur:ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt:longiſſimum octoginta.Mouentur autem alii errantium modo:alii immobiles hærent.Omnes ferme ſub ipſo ſeptẽtrione aliqua eius parte non certa:ſed maxime in candidam:quæ lactei circuli nomen accepit.Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni nemini compertum alteri:quod equidem ſciam.Ventos autem ab iis graues:æſtuſq; ſignificari.Fiunt & hybernis menſibus & in auſtrino polo.ſed ibi citra ullum iubar.Diraq; comperta æthiopum:& ægypti populis: cui nomẽ æui eius rex dedit Typon:ignea ſpecie:ac ſpiræ modo intorta:uiſu quoq; toruo:nec ſtella uerius:q̃ quidam igneus nodus.Sparguntur aliquando & errantibus ſtellis:cæteriſq; crines. Sed cometes nunq̃ in occaſura parte cæli eſt. Terrificum magna ex parte ſydus:ac non leuiter piatum:ut ciuili motu Octauio conſule.Iterumq; Pompeii & Cæſaris bello.In noſtro uero æuo:circa ueneficium:quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni:ac deinde principatu eius aſſiduum prope ac ſæuum.Referre arbitrantur in quas partes ſeſe iaculetur:aut cuius ſtellæ uires accipiat:quaſq; ſimilitudines reddat:& quibus in locis emicet.Tibiarum ſpecie:Arti muſicæ portendere.Obſcenis autem moribus:In uerendis partibus.Signorum ingeniis & eruditioni ſi triquetram figuram quadratamue paribus angulis ad aliquos perennium ſtellarũ ſitus edant.Venena fundere in capite ſeptentrionalis: auſtrinæue ſerpentis.Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo:Rhomæ admodum fauſtus Diuo Auguſto:iudicatus ab ipſo:qui incipiente eo apparuit ludis:quos faciebat Veneris genitricis:non multo poſt obitum patris Cæſaris:in Collegio ab eo inſtituto. Nanq; his uerbis id gaudium prodidit.Iis ipſis ludorum meorum diebus ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cæli:ſub ſeptentrionibus eſt conſpectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei:clarumq; & omnibus terris conſpicuum fuit.Eo ſigno ſignificari uulgus credidit:Cæſaris animam inter deorum immortalium numina receptam.quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius:quod mox in foro conſecrauimus adiectum eſt.Hæc ille in publicum:Interiore gaudio:ſibi illum natum:ſeſeq; in eo naſci interpretatus eſt. & ut uerum fateamur:ſalutare id terris fuit.Sunt qui & hæc ſydera perpetua eſſe credant:ſuoq; ambitu ire:ſed non niſi relicta a ſole cerni.Alii uero:qui naſci humore fortuito:& ignea ui:ideoq; ſolui.

Hipparchus de ſyderibus per exempla hiſtorica:faces:
lampades:trabes:bolides:& caſma cæli. Cap.xxvi.

Dem Hipparchus nunq̃ ſatis laudatus:ut quo nemo magis approbauerit cognationem cum
i homine ſyderum:animaſq; noſtras partem eſſe cæli:nouam ſtellam & aliam in æuo ſuo
genitam deprehendit:eiuſq; motu:qua die fulſit ad dubitationem eſt adductus:an ne hoc ſæpius fieret:mouerenturq; & eæ:quas putamus affixas.Idemq; auſus rem:etiam deo improbam:annumerare poſteris ſtellas:ac ſydera ad normam expangere organis excogitatis:per quæ ſingularum loca atq; magnitudines ſignaret:ut facile diſcerni poſſet ex eo:non modo an obirent:naſcerẽturq;:ſed omnino aliqua tranſirent mouerenturue.item an creſcerent minuerenturq;:Cælo in hæreditate cunctis relicto:ſi quiſq̃:qui rationem eam caperet:inuentus eſſet.Emicant & faces non niſi cum decidunt uiſæ.Qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente præter ora populi meridiano tranſcurrit.Duo genera earum.Lampades uocant plane faces.Alterum bolidas.quale mutinenſibus malis uiſum eſt.Diſtant:q; faces ueſtigia longa faciunt priore ardente parte.Bolis uero perpetua ardens longiorem trahit

giorem trahit limitem. Emicant & trabes ſimili modo: quas Docos uocant: quales cũ lacedemonii claſ
ſe uicti imperium græciæ amiſere. Fit & cæli ipſius hiatus quem uocant chaſma.

De cæli coloribus. Cap. xxvii.

f It & ſanguinea ſpẽ: quo nihil terribilius mortalium timori eſt. Incendium ad terras cadens in-
de. Sicut olympiadis centeſimæſeptimæ anno tertio: cum rex Philippus græciam quateret. At
qui hæc ego ratis temporibus naturæ: ut cætera arbitror exiſtere: nõ ut pleriq; uariis de cauſis:
quas ingeniorum acumen excogitat. Quippe ingentium malorum fuere prænũtia. Sed ea accidiſſe: nõ
quia hæc facta ſunt arbitror: uerum hæc ideo facta: quia incaſura erant ĩ'la: raritate autem occultam eo-
rum cẽ rationem: ideoq; nõ ſicut exortus ſupradictos: defectuſq; & multa alia noſci.

De flamma cæli. Cap. xxviii.

e Ernuntur & ſtellæ cum ſole totis diebus: plerũq; & circa ſolis orbem ceu ſpem coronæ & uerſi
coloris circuli. Qualiter Auguſto Cæſare in prima iuuenta urbem intrãte: poſt obitum patris
ad nomen ingens capeſſendum.

De coronis cæleſtibus. Cap. xxix.

e Xiſtunt eædem coronæ circa lunam & circa nubilia aſtra cælo quoq; inhærentia. Circa ſolẽ ar-
cus apparuit. L. Opimio. iii. Q. Fabio. ii. coſſ. orbis. L. portio. M. Acilio.

De circulis repentinis. Cap. xxx.

c Irculus rubri coloris. L. Iulio. P. Rutilio coſſ. Fiũt prodigidioſi & lõgiores ſolis defectus: qua
lis occiſo dictatore Cæſare: & antoniano bello totius pene anni pallore continuo.

Plures ſoles. Cap. xxxi.

e T rurſus plures ſoles cernuntur: nec ſupra ipſum nec infra: ſed ex obliquo nunq̃ iuxta: nec con
tra terram: nec noctu: ſed aut oriente aut occidente. Semel in meridie conſpecti in boſporo ꝓ
duntur: qui a matutino tempore durauerunt in occaſum. Trinos ſoles antiqui ſæpius uidere.
Sicut. Sp. Poſthumio. Q. Minutio. Q. Martio. M. Portio. M. Antonio. P. Dolobella & M. Lepido.
L. Plãco coſſ. & noſtra ætas uidit: Diuo Claudio principe cõſulatu eius Cornelio Orfito collega. Plures
ſimul q̃ tres uiſi ad hoc æui nunq̃ produntur.

Plures lunæ. Cap. xxxii.

l Vnæ quoq; trinæ: ut Cn. Domitio. C. F. L. Annio coſſ. apparuere: quos pleriq; appellauerunt
ſoles nocturnos.

Dierum lux nocte. Cap. xxxiii.

l Vmen de cælo noctu uiſum eſt. C. Cecilio. Cn. Papyrio coſſ. & ſæpe alias: ut diei ſpecies noctu
luceret.

Clypei ardentes. Cap. xxxiiii.

c Lypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans tranſcurrit ſolis occaſum. L. Valerio. Cn. Ma-
rio coſſ.

Oſtentum cæli. Cap. xxxv.

ſ Cintillam e ſtella cadere: & augeri terræ appropinquantem: ac poſtquã in lunæ magnitudinẽ
facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die. Dein cum in cęlum ſe reciperet: lãpadẽ factam: ſemel unquam
proditur. Cn. Octauio. C. Scribonio coſſ. Vidit hoc Licinius Syllanus proconſul cum comitatu ſuo.

De diſcurſu ſtellarum. Cap. xxxvi.

f Ieri uidentur & diſcurſus ſtellarum nunquam temere: ut non ex ea parte truces uenti coorianẽ
& ex iis tunc procellæ in mari terriſq;.

De ſtellis caſtoribus. Cap. xxxvii.

u Idi in nocturniſ Militum uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies: & eæ & antennis
nauigantium aliiſq; nauium partibus ceu uocali quodam ſono inſiſtunt: ut uolucres: ſedem ex
ſede mutantes. Graues cum ſolitariæ uenere: mergenteſq; nauigia: & ſi in carinæ ima deciderint exuren-
tes. Geminæ autem ſalutares: & proſperi curſus prænuntiæ: quarum aduentu fugari diram illam ac mi
nacem appellatamq; Helenam ferunt. Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant: eoſq; in mari de-
os inuocant. Hominum quoq; capita ueſpertinis horis: magno præſagio circũfulgẽt. Omnia incerta ra
tione & in naturæ maieſtate abdita.

De aere. Cap. xxxviii.

h Actenus de mundo ipſo ſyderibuſq;. Nunc reliqua cæli memorabilia. Nanq; & hoc cælum
appellauere maiores: quod alio nomine aera: omne quod inani ſimile: uitalem hunc ſpiritum
fundit. Infra lunam hæc ſedes: multoq; inferior. Vt animaduerto propemodum conſtare: infi
nitum ex ſupiore natura aeris: & terreni halitus miſcens utraq; ſorte confunditur. Hinc nubila: tonitrua
& alia fulmina. Hinc grandines: & pruinæ: hymbres: procellæ: turbines. Hinc plurima mortalium ma
la: & rerum naturæ pugna ſecum. Terrena ĩ cælum tendentia deprimit ſyderum uis. Eademq;: quæ ſpõ
te nõ ſubeãt: ad ſe trahũt. Decidũt hymbres. Nebulæ ſubeũt. Siccanẽ amnes. Ruunt grandines. Tor
rẽt radii: & terrã ĩ mediũ undiq; ĩpellũt. Iidẽ ĩfracti reſiliũt: & q̃ potuere: auferũt ſecũ. Vapor ex alto ca
dit: rurſũq; ĩ altũ redit. Vẽti ĩgruũt ianes. Iidẽq; cũ rapia remeãt. Tot aĩaliũ hauſtꝰ ſpũ e ſublimi trahit

At ille contra nititur. Telluſq;:ut inani cælo:ſpiritum infundit. Sic ultro citro cõmeante natura:ut tor-
mento aliquo:mũdi celeritate:diſcordia accendatur:nec ſtare pugnæ licet:ſed aſſidue rapta conuoluit̃.
Et circa terram imenſo rerꝫ quaſi globo tẽdit:ſubinde per nubes cælum aliud obtexens. Ventorꝫ hoc re
gnumq;. Itaq; præcipua eorꝫ natura ibi:& ferme reliquas cõplexa cauſas:quoniam & tonitruum & ful-
minum iactus horũ uiolentiæ pleriq; aſſignant. Quin & ideo lapidibus pluere interim:q; uento ſint ra
pti:& multa ſimiliter. Quamobrem plura ſimul dicenda ſunt.

De æſtatis tempeſtatibus. Cap.xxxix.

Empeſtatum rerumq; quaſdam ſtatas eſſe cauſas:quaſdã uero fortuitas:aut adhuc rõnis icõ
t pertæ manifeſtum eſt. Quis.n.æſtates & hyemes:quæq; in temporibus annua uice intelligũ
tur ſyderum motu fieri dubitet? Ergo ut ſolis natura tẽperando intelligitur ãno: ſic reliquorũ
quoq; ſyderũ propria eſt quibuſq; uis:& ad ſuã cuiq; naturã fertilis. Alia ſunt in liquorem ſoluti humo
ris fœcunda. Alia concreti in pruinas:aut coacti in niues:aut glaciati in grãdines: Alia flatus temporis:
Alia uaporis: Alia roris: Alia rigoris. Nec uero hæc tanta debent exiſtimari quanta cernuntur:cum eſſe
eorum nullum minus luna tam immenſæ altitudinis ratio declaret. Igitur in ſuo quæq; motu naturam
ſuam exercent:quod manifeſtum Saturni maxime tranſitus hymbribus faciunt. Nec meantium modo
ſyderum hæc uis eſt:ſed multorum etiam adhærentium cælo quotiens errãtium acceſſu impulſa aut cõ
iectu radiorum exſtimulata ſunt:qualiter in ſuculis ſentimus accidere:quas græci ob id pluuio nomine
hyadas appellant. Quin & ſua ſponte quædam ſtatiſq; temporibus ut hædorꝫ exortus. Arcturi uero ſy
dus non ferme ſine procelloſa grandine emergit.

De caniculæ exortu. Cap.xl.

Am caniculæ exortu accendi ſolis uapores quis ignorat? Cuius ſyderis effectus ampliſſimi in
n terra ſentiuntur. Feruent maria exoriente eo. Fluctuant in cellis uina. Mouentur ſtagna. Ori-
gẽ appellat ægyptus feram:quam in exortu eius contraſtare & contueri:tradit ac uelut adora
re:cum ſternuerit. Canes quidem toto eo ſpatio maxime in rabiem agi:non eſt dubium.

Vis temporum anni ſtatuta. Cap.xli.

Vin in partibus quoq; ſignorum quorundam ſua uis ineſt : ut autumnali Aequinoctio: Bru-
q maq;:cum tempeſtatibus confici ſydus intelligimus.

De incertis tempeſtatibus. Cap. xlii.

Ec hymbribus tantum tẽpeſtatibuſq;:ſed multis:& corporum:& ruris experimentis. Afflant̃
n alii ſydere: Alii cõmouentur ſtatis tẽporibus:aluo:neruis:capite:mẽte: Olea & populus alba
&ſalices folia ſolſtitio circũagunt. Floret ipſo brumali die ſuſpenſa in tectis arentis hærba pule
gii. Rumpunt̃ intentæ ſpiritu membranæ. Miretur hoc:qui non obſeruet quotidiano experimento:her
bã unam:quæ uocat̃ heliotropium abeuntẽ ſolem intueri ſemper:oĩbuſq; horis cum eo uerti:uel nubi-
lo obumbrante. Iam quidem lunari poteſtate oſtrearꝫ: conchyliorumq;:& concharꝫ oĩum corpora au-
geri:& rurſus minui. Quin & ſoricũ fibras reſpondere numero lunæ exquiſiuere diligentiores. Minimũq;
animal formicam ſentire uires ſyderis:interluno ſemper ceſſantẽ. Quo turpior homini inſcitia ẽ farẽti
præcipue iumentorꝫ. quorũdã in oculis morbos cũ luna increſcere ac minui. Patrocinat̃ uaſtitas cæli ĩ-
mẽſa diſcreta altitudine in duo atq; ſeptuaginta ſigna. Hæ ſunt rerꝫ aut animantium effigies:ĩ quas di
geſſere cælum periti. In his quidam mille ſexcentas annotauere ſtellas:inſignes uidelicet effectu uiſuue
Exempli gratia in cauda tauri ſeptem quas appellauere Vergilias. In fronte ſuculas. Bœtem:quæ ſequi
tur ſeptentriones.

De hymbribus. Cap.xliii.

Xtra has cauſas non negauerim exiſtere hymbres uẽtoſq;:quoniam humidam a terra alias ue
e ro propter uapores fumidam exhalare caliginem certũ ẽ. Nubeſq; liquore egreſſo in ſublime:
aut ex aere coacto in liquorem egreſſo in ſublime:aut ex aere coacto in liquorem gigni. Denſi
tas earum corpuſq; haud dubie conjectatur argumento cum ſolem obumbret Perſpicuum alias etiam
urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem.

Quare lapides pluant. Cap.xliiii.

Git̃ non eã inficias:poſſe in has & ignes ſuperne ſtellarum decidere:quales ſereno ſæpe cerni-
i mus:quorꝫ ictu cõcuti aera uerꝫ ẽ:qñ & tela uibrata ſtridũt. Cũ uero in nubẽ puenerint:uapo
rẽ diſſonũ gigni:ut cãdente ferro ĩ aquã demerſo:& fumidũ uorticẽ uolui. Hinc naſci ꝓcellas.

De tonitruis & fulguribus. Cap.xlv.

T ſi in nube luctetur flatus aut uapor tonitrua edi:ſi erumpat ardẽs:fulmina. Si longiore tra
e ctu nitatur fulgetra. His ſindi nubem:illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorꝫ ignium pla-
gas ideoq; protinus corruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſyderum depreſſum:
qui a terra meauerit : ſpiritum nube cohibitum tonare : natura ſtrangulante ſonitum. dum rixetur.
Edito fragore cum erumpat: Vt in membrana ſpiritu intenta. Poſſe & attritum dum in præceps
feratur : illum : quiſquis eſt: ſpiritum accendi. Poſſe & afflictu nubium eligi: ut duorum lapi-
dũ ſcintillantibus

dũ ſcintillantibus fulgetris. Sed hæc oĩa eſſe fortuita. Hinc bruta fulmina & uana: ut quæ nulla ueniãt
rõne naturæ. Iis percuti montes: iis maria: oẽſq; alios irritos iactus. Illa uero fatidica ex alto ſtatiſq; de
cauſis: & ex ſuis uenire ſyderibus. Simili modo uentos uel potius flatus poſſe ex arido ſiccoq; anhelitu
terræ gigni non negauerim. Poſſe & aquis aera expirantibus qui neq; in nebulam deſcẽtur: nec craſſeſcat
in nubes. Poſſe & ſolis impulſu agi: quoniã uentus non aliud intelligatur: q̃ fluctus aeris: pluribuſq; et
modis. Namq; & fluminibus & niuibus & e mari uidemus etiam tranquillo: & alios quos uocant Al-
tanos e terra conſurgere. Qui quidem cum e mari redeunt Tropei uocantur: ſi pergunt apogei.

Qua ratione echo reddatur. Cap. xlvi.

m Ontiũ uero flexus crebriq; uertices & cõflexa Cubito: aut cõfracta i humeros iuga cõcaui ual
liũ ſinus ſcindũt inæqualr: inde reſultãtẽ aera q̃ cã etiam uoces multis i locis reciprocas facit.

De uentis. Cap. xlvii.

Ine ſine uentos generant iam quidam etiam ſpecus: qualis in dalmatiæ ora: uaſto in præceps
ſ hiatu: in quem deiecto leui pondere quãuis trãqllo dĩe turbini ſimilis emicat procella. nomẽ
loco eſt ſentaquin. Et in cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur ſacra: quam ꝓfa-
num ſit attrectari hominis manu: confeſtim auſtro inuoluente harenas. In domibus etiam multis ma-
nufacta incluſa opacitate conceptacula auras ſuas habent: adeo cã non deeſt. Sed plurimum ĩtereſt fla
tus ſit an uentus: illos ſtatos atq; perſpirantes: quos non tractus aliquis uerum terræ ſentiunt: qui non
aura: non procella maris: ſed appellatione quoq; ipſa: uenti ſunt. Qui ſiue aſſiduo mundi in incitu & cõ
trario ſyderum occurſu naſcuntur. ſiue hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus: huc: illucq; tanquã
in utero aliquo uagus: ſiue diſparili errantium ſyderum ictu: radiorumq; multiformi iactu flagellatus
aer: ſiue a ſuis ſyderibus exeunt his propioribus: ſiue ab illis cælo affixis cadunt: palam eſt illos quoq; le
gem habere naturæ non ignotam etiam ſi nondum percognitam.

Naturæ & obſeruationes uentorum. Cap. xlviii.

Iginti & amplius auctores græci ueteres prodidere de his obſeruationes: quo magis miror or
u be tam diſcordi: & in regna hoc eſt in membra diuiſo tot uiris curæ fuiſſe tam ardua inuẽtu ꝑ-
quirere inter bella præſertim: & inſida hoſpitia. Piratis etiam omnium mortalium hoſtibus trã
ſitus fame tenentibus: ut hodie quædam in ſuo quiſq; tractu ex eoꝝ cõmentariis: qui nunquam eo acceſ
ſere uerius noſcant q̃ indigenarum ſcientia. Nunc uero pace tam feſta: tam gaudente prouentu rerũ ar-
tiumq; principe omnino nihil adiſci noua inquiſitiõe: imo ne ueterum quidem inuenta perdiſci. Nõ erãt
maiora præmia in multos diſperſa fortunæ magnitudine: & iſta plures ſine præmio alio q̃ poſteros iu-
uandi eruerunt. Namq; mores hominum ſenuere: non fructus. Et immenſa multitudo apertum quod
cunq; eſt mare: hoſpitaliq; litorum omnium appulſu nauigat: ſed lucri nõ ſcientiæ gratia. Nec reputat
cæca mens etiam tantum auaritiæ intenta: idipſum ſcientia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſius
q̃ inſtituto fortaſſis conueniat operi: tractabo uentos tot milia nauigantium cernens.

Ventorum genera. Cap. xlix.

Eteres quatuor omnino ſeruare per totidẽ mũdi ptes: ideo nec Homerus plures nominat. He
u betius mox iudicatum eſt id: ſecuta ætas octo addidit ratione nimis ſubtili & conciſſã. Proxi conciſa
mis inter utraq; media placuit: ad breue numerum additis quatuor. Sunt ergo bini ĩ quattuor
cæli partibus. Ab oriẽte æquinoctiali Subſolanus. Ab oriẽte brumali Vulturnus. Illum apelioten. hũc
græci eurum appellant. A meridie auſter. Et ab occaſu brumali africus: Noton & liba nominãt. Ab oc
caſu æquinoctiali Fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali Corus: zephyron & Argeſten uocãt. A ſeptẽtrionibuſ
ſeptentrio. Interq; eum & exortum ſolſtitialem Aquilo. A parctias dicti: & Boreas. Numeroſior ratio
quattuor iis interiecerat Traciam media regione. inter ſeptentriõem & occaſum ſolſtitialem. Itemq; cæ
ciam: media inter aquilonem & exortum æquinoctialem. Ab ortu ſolſtitiali phœnica media regione: in
ter ortum brumalem & meridiem. Item inter liba & noton Compoſitum ex utroq; medium inter me-
ridiem & hybernum occidentem: libanoton. Nec finis. Alii quippe meſen nomine etiãnum addidere ĩ
ter boream & cæciam. Et inter eurum & noton euronoton. Sunt etiam quidam peculiares quibuſq; gẽ
tibus uenti non ultra certum procedentes tractum: ut Athenienſibus ſcyron: paulo ab argeſte deflexus
reliquę græciæ ignotus. Alibi elatior idem Olympias uocatur. Conſuetudo his oĩbus nominibus ar-
geſten intelligit & cæciam. Aliqui uocant helleſpontion. Et eoſdem alibi aliter. Item in narbonenſi pro-
uintia clariſſimus uentorum eſt circius: nec ulli uiolẽtia inferior. Oſtiam plerũq; recto liguſtico mari ꝑ
ferens. Idem non modo in reliquis partibus cæli ignotus eſt: ſed ne Viẽnam quidem eiuſdẽ prouintiæ
urbem attingens: paucis ante limitibus iugi modici occurſu: tantus ille uentorum eſt coercitus. Et au-
ſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturæ uentis etiam & tempore &
fine dicto. Ver ergo aperit nauigantibus maria. Cuius in principio fauonii hybernum molliunt cæ-
lum ſole aquarii. xxv. obtinente partem. Is dies ſextus eſt ante februarias idus. Competit ferme & hoc

omnibus:quos deinde ponam p ſingulas itercalationes:uno die anticipantibus:rurſumq; luſtro ſequen
ti ordinē ſeruātibus.Fauoniū qdā ad.vii.cal.martii chelidoniam uocāt:ab hirūdinis uiſu: Nōnulli uero
ornithiā uno & ſeptuageſimo die poſt brumam:ab aduētu auiū flātē p dies nouē. Fauonio contrarius
eſt:quem Subſolanum appellauimus.Datus eſt aūt huic exortus uergiliarum in totidē partibus tauri:
ſex diebus ante maias idus:quod tempus auſtrinum eſt:huic uēto ſeptentrione cōtrario. Ardētiſſimo
aūt æſtatis tempore exoritur caniculæ ſydus ſole primam partem leonis ingrediente. Qui dies.xv. ante
auguſti chalēd.eſt.Huius exhortum diebus octo ferme aquilones antecedūt:quos ꝓdromos appellāt.
Poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus.xl.quos ethelias uocant.
Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis.Nec ulli uentorum magis ſtati ſunt. Poſt
eos rurſus auſtri frequentes uſq; ad ſydus arcturi:quod exoritur.xi.diebus ante æquinoctium autum-
ni.Cum hoc corus incipit.Corus autumnat huic eſt Contrarius Vulturnus.Poſt id æquinoctium die-
bus fere quattor &.xl.uergiliarum occaſus hyemem incohat. Quod tempus in tertio idus nouembris
incidere conſueuit.hoc eſt aquilonis hyberni:multumq; æſtiuo illi diſſimilis:cuius ex aduerſo eſt afric⁹.
Ante brumam autem ſeptem diebus totidemq; poſtea ſternitur mare halcyonum fœturæ: & inde no-
men iis dies traxere.Reliquum tempus hyemat.Nec tamen ſæuitia tempeſtatum concludit mare. Pi-
ratæ primum coegere mortis periculo in mortem ruere:& hyberna experiri maria. Nunc idem auaritia
cogit.Ventorum etiam frigidiſſimi ſunt quos a ſeptentrione diximus ſpirare. Vicinus his corus. Ii & re
liquos compeſcunt:& nubes abigunt. Humidi auſter Africus:& præcipue auſter italiæ. Narrant & in
ponto cæcian in ſe trahere nubes. Sicci corus & uulturnus:præterq̄ deſinentes. Niuales aquilo & ſepten
trio.Grandines ſeptentrio importat & corus.Aeſtuoſus auſter. Tepidi uulturnus & fauonius. Iidem
ſubſolano ſicciores:& in totum omnes a ſeptentrione & occidente ſicciores:q̄ meridie & oriente. Salu-
berrimus autem omnium aquilo. Noxius auſter & magis ſiccus.fortaſſis quia humidus frigidior eſt.
Minus eſurire eo ſpirante creduntur animantes.Etesiæ noctu deſinunt flare:& a tertia diei hora oriun-
tur.In Hiſpania & Aſia ab oriente flatus eſt eorum. In ponto ab aquilone.Reliquis in partibus a meri
die.Spirant autem & a bruma qui uocantur ornithiæ:ſed leniores & paucis diebus. Permutant & duo
naturam cum ſitu. Auſter africæ ſerenus. Aquilo nubilus. Omnes uenti uicibus ſuis expirant maiore ex
parte. Aut ut contrarius deſinenti incipiat:cum proxime cadentibus ſurguntA leuo latere in dextrum:
trum:ut ſol ambiunt.De ratione eorum menſtrua quarta maxime luna decernit. Iiſdem autem uentis
in contrarium nauigatur:prolitas pedibus:ut noctu plerumq; aduerſa uela concurrant. Auſtro maio-
res fluctus eduntur q̄ aquilone:quoniam ille infernus ex imo maris ſpirat. hic ſummo. Ideoq; poſt Au
ſtros noxii præcipue terremotus. Noctu auſter:interdiu aquilo uehementior. Et ab ortu flantes diu-
turniores ſunt:ab occaſu flantibus. Septentriones in pari fere deſinunt numero. Quæ obſeruatio etiam
in aliis multis rerum naturæ partibus ualet. Mares itaq; exiſtimantur impares numeri. Sol & auget &
comprimit flatus. Auget exoriens occidenſq;. Comprimit meridianus æſtiuis temporibus. Itaq; medio
diei:aut noctis plerūq; ſopiuntur:quia aut nimio frigore aut æſtu ſoluuntur. Et hymbribus uenti ſopiū
tur. Expectātur autem maxime:unde nubes diſcuſſæ adaperuere cælum. Omnium quidem ſi libeat ob
ſeruare minimos ambitus redire eaſdem uices quadriennio exacto Eudoxus putat non uentorum mo-
do uerum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte. Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari
anno caniculæ ortu. De generalibus uentis hæc.

### De repentinis flatibus. Cap.I.

in terram n Vnc de repentinis flatibus qui exhalante terra:ut dictū ē:coorti rurſuſq; deiecti:interim obdu
cta nubium cute multiformes exiſtunt. Vagi quippe & ruentes torrentium modo: ut aliqui-
bus placere oſtendimus:tonitrua & fulgura edunt. Maiore uero illati pondere icurſuſq; ſi late ſiccā ru
perint nubem:procellam gignunt quæ uocatur a græcis ecnephias. Sin uero depreſſo ſinu arctiuis rota
ti effregerint ſine igne hoc eſt ſine fulmine uorticē faciunt:qui typhon uocatur ideſt uibratus. Ecnephi-
as defert. Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida conuoluens uerſanſq;:& ruinam ſuam illo ponde
re aggrauans:& locum ex loco mutans rapida uertigine:præcipua nauigantiū peſtis:non antennas mo
do:uerum ipſa nauiga contorta frangens:tenui remedio aceti in aduenientem effuſi:cui frigidiſſima eſt
natura. Idem illiſu ipſo repercuſſus correpta ſecum in cælū refert:ſorbetq; in excelſum. Quod ſi maiore
depreſſæ nubis eruperit ſpecu:ſed minus alto q̄ procella:nec ſine fragore turbinē uocāt:proxima quæq;
proſternentem. Idem ardentior accenſuſq; dum fuerit Præſter uocatur amburens contracta pariter & ꝑ
terens.

### Alia prodigroſa genera tempeſtatum. Cap.Ii.

n On fit autem aquilonibus typhon nec niualis:aut niue iacente ecnephias. Quod ſi ſimul ru-
pit nubem:exarſitq;:& ignē habuit:aut poſtea concepit fulmen eſt. Diſtat a præſtere:quo flā-
ma ab igne. Hic late funditur flatu. Illud conglobatur impetu. Vortex autem hic meando diſtat a tur
bine quo

bine quo ſtridor a fragore.Procella latitudīe ab utroq; diſiecta nube:uerius q̄ rupta.Fit & caligo bellue
ſimilis nube dira nauigantibus. Vocatur & colūna cum ſpiſſatus humor rigenſq; ipſe ſe ſuſtinet.Ex eo-
dem genere:& in longam ueluti fiſtulam nubes aquam trahit.

Quibus in terris fulmina non cadant. Cap.lii.

Yeme & æſtate rara fulmina contrariis de cauſis:quoniam hyeme dēſatus aer nubium craſſio
h re corio ſpiſſatur:omniſq; terrarum exhalatio rigens:ac gelida quicquid accepit ignei uaporis
extinguit.Quæ ratio īmunē ſcythiam & circa rigētia a fulminum caſu præſtat:& e diuerſo : ni
mius ardor ægyptum.Si quidem calidi ſicciq; halitus terræ raras admodum tenueſq; & infirmas denſa
tur in nubes.Vere aūt & autumno crebriora fulmina corruptis ī utroq; tempore æſtatis hyemiſq; cau-
ſis.Qua rōne crebra in italia fulmina:quia mobilior aer mitiore hyeme & æſtate nimboſa:ſemper quo-
dammodo uernat uel autumnat.Italiæ quoq; partibus iis:quæ a ſeptentrione deſcēdunt ad tēpore: qua
lis eſt urbis campaniæ tractus iuxta hyeme & æſtate fulgurat:quod non in alio ſitu.

Fulgurum genera & miracula. Cap.liii.

Vlminum ipſorum plura genera tradunť.Quæ ſicca ueniunt non adurūt:ſed diſſipant.Quę
f humida non urunt:ſed infuſcant.Tertium eſt quod clarum uocant mirificæ maxime naturæ:
quo dolia exhauriuntur intactis operimentis:nulloq; alio ueſtigio relicto.Aurum & æs & ar-
gentum liquatur intus:ſacculis ipſis nullo modo ambuſtis:ac ne confuſo quidem ſigno ceræ. Martia
princeps romanorum icta grauida:partu exanimato:ipſa citra ullum aliud incommodum uixit. In ca
tilinianis prodigiis pompeiano ex municipio.M.Herennius decurio ſereno die fulmine ictus eſt.

De obſeruationibus. Cap.liiii.

Huſcorū litteræ nouē deos emittere fulmina exiſtimant:eaq; eſſe undecim generum.Iouē eīm
t trina iaculari.Romani duo tantum ex his ſeruauere:diurna attribuentes Ioui:nocturna Sum
māo.Rariora ſane eadem de cauſa frigidioris cæli.Hetruria rumpere a terra quoq; arbitratur
quæ īfera appellat:brumali tempore facta ſæua maxime & execrabilia:cum ſint omnia quæ terrena exi
ſtimant:non illa generalia:nec a ſyderibus uenientia:ſed ex proxima atq; turbidiore natura. Argumen-
tum euidens eſt:ꝙ oīa a ſuperiore cælo decidentia obliquos habeant ictus:hæc autem:quæ uocanť ter
rena:rectos.Sed quia ex propriore materia cadunt:ideo credūť e terra exire: quoniam ex repulſu nulla
ueſtigia edant:cum ſit illa ratio non inferni ictus ſed aduerſi.Saturni ea a ſydere proficiſci ſubtiliter iſta
conſectati putant:ſicut cremantia a Martis.Qualiter cum uulſinii oppidum thuſcorum opulentiſſi-
mum totum concrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria in totam uitam fatidica:quæ prima fiunt
familiam ſuam cuiq; indepto.Cæterum exiſtimant non ultra decem annos portendere priuata:pręterq̄
hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die.Publica non ultra triceſimum annum: præterq̄ in de-
ductione oppidorum.

De fulminibus euocandis. Cap.lv.

Xtat ānalium memoria ſacris q̄buſdā & precationibus:uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus
e fama eſt hetruriæ impetratum uulſinis & urbe & agris depopulatis:ſubeunte monſtro quod
uocauere Oltam:euocatum & a Porſena ſuo rege & ante cum a Numa ſæpius hoc factitatum
in primo annalium ſuorum tradit.L.Piſo grauis auctor.Quod imitatum parum rite Tullum Hoſti-
lium ictum fulmine.Lucoſq; & aras & ſacra habemus:inter quæſtatores & Tonantes & Feretrios Eli-
cium quoq; accepimus Iouem. Varia in hoc uitæ ſentētia & pro cuiuſlibet animo. Imperari naturæ au
dacis eſt credere:nec minus habetis beneficiis abrogare uires:quando in fulgurum quoq; interpretatiōe
eo profecit ſcientia:ut uentura alia finito die præcinat:& an peremptura ſint fatum:aut apertura poti-
us alia fata quæ lateant:innumerabilius ī utroq; publicis priuatiſq; experimentis.Quāobrē ſint iſta(ut
rerum naturæ libuit)aliis certa:aliis dubia:aliis probata:aliis dānanda.Nos cætera quæ ſunt in his me
morabilia non omittemus.

Catholica fulgurum. Cap.lvi.

Vlgetrum prius cerni q̄ tonitrum audiri cum ſimul fiant certū eſt.Nec mirꝫ quoniam lux ſo-
f nitu uelocior.Ictum aūt & ſonitum cōgruere ita modulante natura.Sed ſonitū profecti eē ful
minis:non illati:etiānum ſpiritum ociorem fulmine:ideo quati prius omne & afflari q̄ pcuti:
nec queq̄ tangi qui prior uideri fulmen:aut tonitrua audierit.Leua ꝓſpera exiſtimātur:qm̄ leua pte mū
di ortus eſt.Nec tam aduentus ſpectať q̄ reditus:ſiue ab ictu reſiliat ignis:ſiue opere confecto aut igne
conſumpto ſpiritus remeet.In.xvi.partes cælum in eo reſpectu diuiſere tuſci.Prima eſt a ſeptentrionib9
ad æquinoctialem exortum. Secunda ad meridiem. Tertia ad æquinoctialem occaſum. Quar-
ta obtinet : quod reliquum eſt : ab occaſu ad ſeptentriones. Has in quaternas iterum diuiſere partes,
ex quibus octo ab exortu ſiniſtras : totidem e contrario appellauere dextras. Ex iis maxime dira
quæ per ſeptentriones occaſum attingunt,Itaq; per plurimum refert unde uenerint fulmina : & quo

conceſſerint. Optimum eſt in exortiuas redire partes. Ideo cum a prima cæli parte uenerint: & in eandem conceſſerint ſumma fœlicitas portenditur. Quale Syllæ dictatori oſtētum datum accipimus Cætera ipſius mundi portione minus proſpera aut dira. Quædam fulgura enuntiare non putant fas: nec audire: præterq̄ ſi hoſpiti indicentur: aut parenti. Magna obſeruatiōis huius uanitas tacta Iunonis æde: rome: deprehenſa eſt Scauro conſule qui mox princeps fuit. Noctu magis q̄ iterdiu ſine tonitribus fulgurant. Vnum animal hominem non ſemper extinguit: cætero illico: hunc uidelicet natura tribuēte honorem: cum tot beluæ uiribus præſtent. Omnia contrarias incubant partes. Homo niſi cōuertatur ui percuſſus non expirat. Superne icti concidunt. Vigilans ictus conuiuentibus oculis dormiens patentibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non eſt: condi terra religio tradidit. Nullum animal niſi exanimatum fulmine accenditur. Vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

Quæ non feriantur fulmine. Cap. lvii.

X iis quæ terra gignūtur lauri fruticē nō icit. Nec unq̄ altius quinq; pedibus deſcendit in terrā.
e Ideo pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putant: aut tabernacula pellibus beluarum quas uitulos marinos appellant: quoniam hoc ſolum animal ex marinis non percutiat: ſicut nec e uolucribus aquilam: quæ ob hoc armiger huius cæli fingitur in italia inter terracinam & ædem Feroniæ turres bellicis temporibus deſiere fieri: quia nonnulle earum ſunt fulmine dirutæ.

De prodigioſis pluuiis lacte & ſanguine carne ferro lana lateribus coctis. Cap. lviii.

Ræter hæc inferiore cælo relatum in monumenta eſt lacte & ſanguiue pluuiſſe. M. Acilio. C.
p Portio coſſ. Et ſæpe alias carne. ſicut. L. Volūnio Seruio Sulpitio coſſ. Exq; ea non perputruiſſe quod non diripuiſſent aues. Item ferro in lucanis anno ante q̄. M. Craſſus a parthis iteremptus eſt: omneſq; cum eo lucani milites: quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies: que plueral: ſpongiarum fere ſimilis fuit. Aruſpices cauenda præmouerūt ſuperna uulnera. L. autem Paulo. C. Marcello coſſ. lana pluit circa caſtellum cariſſanū: iuxta quod poſt annum. T. Annus Milo occiſus eſt. Eodem cauſam dicente lateribus coctis pluiſſe in eius anni acta relatum eſt.

De crepitu armorum & tubarum de cælo audito. Cap. lix.

Rmorum crepitus & tubæ ſonitus auditus e cælo cimbricis bellis accepimus: crebroq; & pri-
a us & poſtea. Tertio uero conſulatu Martii ab amerinis & tudertib⁹ ſpectata arma cæleſtia ab ortu occaſuq; iter ſe concurrentia pulſis quæ ab occaſu erant. Ipſum ardere cælum minime mirum eſt. Et ſæpius uiſum maiore ui ignis nubibus correptis.

De lapidibus e cælo cadentibus. Cap. lx.

Elebrant græci Anaxagoram clazomeniū olympiadis ſeptuageſimæoctauę ſecundo anno pre
c dixiſſe cæleſtium litterarum ſcientia quibus diebus ſaxum caſuꝝ eſſet e ſole. Idq; factum interdiu in thraciæ parte ad ęgos flumen: qui etiam lapis nunc oſtenditur magnitudine uehiculi colore aduſto: comete quoq; illis noctibus flagrāte. Quod ſi quis predictum credat: ſimul fateatur neceſſe ē: maioris miraculi diuinitatem fuiſſe Anaxagoræ: ſoluiq; rerum naturæ intellectum: & cōfundi oīa: ſi aut ipſe ſol lapis eſſe: aut unquam lapidem in eo fuiſſe credatur. Decidere tamen crebro non erit dubium. In abidi gymnaſio ex ea cauſa colitur hodieq; modicus quidam: ſed quem in medio terrarum caſurum idem Anaxagoras prędixiſſe narratur. Colitur & Caſandriæ: quæ potidea uocitata eſt ob id deducta. Ego ipſe uidi in uocontiorum agro pauloante delatum.

De arcu cæleſti. Cap. lxi.

Rcus notamus extra miraculum frequentes: & extra oſtentum. Nam nec pluuios quidē aut
a ſerenos dies cum fide portendunt. Manifeſtum eſt radium ſolis immiſſum cauæ nubi repulſa acie in ſolē refringi: colorūq; uarietatem mixtura nubiū aeris igniūq; fieri. Certe niſi ſole aduerſo non fiunt: nec unq̄ niſi dimidia circuli forma: nec noctu. Quāuis Ariſtoteles prodat aliquando uiſum: quod tamen fatetur idem non niſi tricēſima luna poſſe. Fiūt autem hyeme maxime ab æquinoctio autumnali: die decreſcente. Quo rurſus creſcente: ab ęquinoctio uerno non exiſtunt: nec circa ſolſtitium longiſſimis diebus: bruma uero hoc eſt breuiſſimis diebus frequenter. Idem ſublimes humili ſole: humileſq; ſublimi: & minores occidente uel oriente: ſed in latitudinem diffuſi. meridie exiles: uerum ambitus maioris. Aeſtate uero per meridiem non cernuntur. Poſt autumni ægnoctium quacūq; hora. Nec unq̄ plures ſimul q̄ duo. Cætera eiuſdem naturæ non multis dubia eſſe uideo.

De grandine: niue: pruina: nebula: rore. Cap. lxii.

Randinem coglaciato hymbre gigni. & niuem eodem humore mollius coacto. pruinam au-
g tem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere non grandines: ipſaſq; grandines interdiu ſæpius q̄ noctu: & multo celerius reſolui q̄ niues. Nebulam nec æſtate nec maximo frigore exiſtere. Rores neq; gelu: neq; ardoribus: neq; uentis: nec niſi ſerena nocte. Gelando liquorem minui: ſolutaq; glacie non eundem inueniri modum.

De Nubium

### De Nubium Imaginibus. Cap.lxiii.

u Arietates colorum ſigurarumq; in nubibus cerni prout admixtus ignis ſuperet aut uincatur.

### De Proprietatibus Cæli In locis. Cap.lxiiii.

Ræterea quaſdam proprietates cæli quibuſdam locis eſſe. Roſcidas æſtate africæ noctes: In
p italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus. Rhodi & ſyracuſis nunq̄ tanta nubi
la obduci: ut non aliqua hora ſol cernatur: qualia aptius ſuis referentur in locis. Hæc ſint di
cta de aere.

### De Natura Terræ. Cap.lxv.

Equitur terra cui uni rerum naturæ partium: eximia propter merita cognomē indidimus ma-
ſ ternæ uenerationis. Sic hoim illa: ut cælum dei: quæ nos naſcentes excipit: natos alit: ſemelq;
editos ſuſtinet ſemper: nouiſſime complexa gremio iam a reliqua natura abdicatos: tum maxi
me ut mater operiens: nullo magis ſacramento: q̄ quo nos quoq; ſacros facit: etiam monumenta ac titu
los gerens: nomenq; prorogans noſtrum: & memoriam extendens contra breuitatem æui. Cuius numē
ultimum iam nullis imprecamur rati graue: tanquā neſciamus hanc eſſe ſolam: quæ nunquam iraſcatur
homini. Aquæ ſubeunt in hymbres: rigeſcunt in grandines: tumeſcunt in fluctus: præcipitantur in tor-
rentes. Aer denſatur nubibus: furit procellis. At hæc benigna mitis: indulgēs: uſuſq; mortalium ſemper
ancilla: quæ coacta generat: quæ ſpōte funditur: quos odores ſaporeſq;? quos ſuccos? quos tactus? quos
colores? q̄ bona fide creditum reddit fœnus? quæ noſtri cauſa alit? Peſtifera enim animantia uitali ſpiri-
tu habente culpam neceſſe eſt illi ſeminata excipere: & genita ſuſtinere. Sed in malis generantium noxa
eſt. Illa ſerpentem homine percuſſo non recipit amplius: pœnaſq; etiam inertium nomine exigit. Illa me-
dicas fundit hærbas: & ſemper homini parturit. Quin & uenena noſtri miſerta inſtituiſſe credi poteſt: ne
in tedio uitæ diræ famis mors: terræ meritis alieniſſima: lenta nos conſumeret tabe: ne lacerum corpus
abrupta deſpgerent: ne laquei torqueret pœna præpoſtera: incluſo ſpiritu cui quæreretur exitus: ne in p-
fundo quæſita morte ſepultura ſabulo fieret: ne ferri cruciatus ſcinderet corpus. Ita ē: miſerta genuit id:
cuius facillimo hauſtu illibato corpore & cum toto ſanguine extinguēremur: nullo labore ſitientibus ſi-
miles. Quo taliter defunctos non uolucres nō feræ attingerent: terræq; ſeruaretur: qui ſibi ipſe periſſet.
Et ut uerum fateamur: terra nobis malorum remedium genuit: nos illud uitæ fecimus uenenū. Nos. n.
& ferro quo carere non poſſumus ſimili modo utimur. Nec tamen quereremur merito: etiam ſi malefi-
cii cauſa attuliſſet. Aduerſus unā quippe naturæ partem īgrati ſumus: quaſi, quæ nō ad delitias quaſq;
nō ad cōtumelias ſeruiat homini. In materia iacitur: ut freta admittamus eluitur aqs: ferro: ligno: igne: eruitur
lapide: fruge: omnibus cruciatur horis: multoq; plus ut delitiis q̄ ut alimentis noſtris famuletur. Illa ta eroditur
men quæ ſumma patiatur: atq; extrema cute tolerabilia uideant. Penetramus in uiſcera auri argētiq; ue
nas: & æris ac plombi metalla fodientes. Gemmas etiam & quoſdam paruulos quærimus lapides: ſcro-
bibus in profundum actis. Viſcera eius extrahimus: ut digyto geſtetur gemma: quam petimus. Quot
manus atteruntur: ut unus niteat articulus. Si ulli eſſent inferi: iam profecto illos auaritie atq; luxuriæ
cuniculi refodiſſent. Et miramur ſi eadem ad noxam genuit aliqua. Feræ enim credo cuſtodiunt illam:
arcentq; ſacrilegas manus. Nonne inter ſerpentes fodimus? Et uenas auri tractamus cum ueneni radici
bus? Placatiore tamen dea utimur ob hoc: q̄ omnes hi opulentiæ exitus ad ſcelera cędeſq; & bella ten-
dunt: quæq; ſanguine noſtro irrigamus: inſepultis oſſibus tegimus. Quibus tamen uelut exprobrato
furore tandem ipſa ſe obducit: & ſcelera quoq; mortalium occultat: inter crimina ingrati animi: & hoc
dixerim: q̄ naturam eius ignoramus.

### De Forma Terræ. Cap.lxvi.

St autem figura prima de qua conſenſus iudicat. Orbem certe dicimus terræ globum: quem
e uerticibus includi fatemur. Neq; enim abſoluti orbis eſt forma in tanta montium excelſitate:
tanta camporum planicie: ſed cuius amplexus ſi cuncta linearum comprēhendantur ambi-
tu: figuram aſoluti orbis efficiat. id. quod ipſa rerum naturæ cogit ratio: non eiſdem cauſis quas attuli-
mus in cælo. Namq; in illo caua in ſe conuexitas uergit: & cardini ſuo: hoc eſt: terræ undiq; incumbit.
Hæc ut ſolida atq; conferta aſſurgit intumeſcenti ſimilis: extraq; protenditur. Mundus in centrum uer-
git. At terra exit a centro: immenſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi uolubili-
tate cogente.

### De Antipodibus An Sint. Cap.lxvii.

Ngens hinc pugna litterarum: cōtraq; uulgi opinionem: circūfundi terræ homines undiq; con
i uerſiſq; inter ſe pedibus ſtare: & cunctis ſimilem eſſe cæli uerticem: ac ſimili modo ex quacun-
que parte mediam calcari. Illo quærente cur non decidant contra ſiti: tanquam non & ratio
preſto ſit: ut nos non decidere mirentur illi. Interuenit ſententia q̄uis indocili probabilis turbæ: Inæqua-
li globo: & ſi ſit figura pineæ nucis: nihilominus terram undiq; incoli. Sed quid hoc refert alio miracu-

lo exoriente? Pendere ipſam ac non cadere nobiſcum ceu ſpiritus uis mundo præſertim incluſi dubium
ſit: an poſſit cadere natura repugnante & quo cadat negante. Nam ſicut ignium ſedes non eſt niſi in igni
bus: aquaꝝ niſi in aquis: ſpiritus niſi in ſpiritu: ita terræ arcentibus cunctis: niſi in ſe locus non eſt. Glo-
bum tamen effici mirũ eſt in tanta planitie maris: cãpoꝝ. Cui ſententiæ adeſt Dicæarchus: uir in primis
eruditus: regum cura permenſus montes: ex quibus altiſſimũ prodidit Pelion. M. ccl. paſſuum ratiõe p
pendiculi nullã eſſe eam portionẽ uniuerſæ rotunditatis colligens. Mihi incerta hæc coiectatio uidetur.
Haud ignoro quoſdã alpium uertices: longo tractu: nec breuiore quinquaginta milibus paſſuum aſſur
gere. Sed uulgo maxima hæc pugna eſt: ſi coactam in uerticem aquaꝝ quoq; figurã credere cogat᷑. Atq;
non aliud in rerum natura aſpectu manifeſtius. Nãq; dependẽtes ubiq; guttæ paruis globant᷑ orbibus.
Et pulueri illatæ: frondiumq; lanugini impoſitæ: abſoluta rotunditate cernuntur. Et in poculis repletis
media maxime tumẽt. Quapropter ſubtilitate humoris: mollitiaq; in ſe reſidente: ratione facilius q̃ uiſu
deprehenduntur. Idq; etiam magis mirũ in poculis repletis addito humore minimo circunfluere: quod
ſuperſit. Contra euenire ponderibus additis ad uicenos ſæpe denarios. Scilicet quia intus recepta liquo
rem in uerticem attollant: ut cumulo eminente infuſa dilabantur. Eadem eſt cauſa propter quã e naui-
bus terra nõ cernatur: e nauium malis conſpicua. At procul recedente nauigio: ſi quid quod fulgeat re-
ligetur in mali cacumine: paulatim deſcendere uideatur: & poſtremo occultetur. Deniq; occeanus quem
fatemur ultimum: qua non alia figura cohæreret: atq; nõ decideret᷑ nullo ultra margine includente: ip-
ſum id ad miraculum redit: quo nam modo: etiam ſi globetur: extremum nõ decidat mare. Cõtra quod
ut ſint plana maria: & qua uidentur figura: non poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaq; gloria in-
uentores græci docent ſubtilitate geometrica. Namq; cum e ſublimi in inferiora aquæ ferãtur: & ſit hæc
natura earum confeſſa: nec quiſquã dubitet in littore ullo acceſſiſſe eas: q̃ longiſſime deuexitas paſſa ſit:
proculdubio apparere: quo quid humilius ſit: propius centro eſſe terræ: omneſq; lineas quæ emittãtur
ex eo ad proximas aquas breuiores fieri: q̃ quæ ad extremum mare a primis aquis. Ergo totas: omniq;
ex parte aquas uergere in centrum: ideoq; nõ decidere: quoniam in interiora nitantur. Quod quidem &
ita formaſſe artifex natura credi debet: ut cum terra arida & ſicca conſtare per ſe ac ſine humore non poſ
ſet: nec rurſus ſtare aqua: niſi ſuſtinente terra mutuo amplexu iungerentur: hac ſinus pandente: illa ue-
ro permeante totam: intra: extra: ſupra: uenis ut uinculis diſcurrẽtibus: atq; etiã in ſummis iugis erum-
pente. quo ſpiritu acta & terræ pondere expreſſa ſiphonum modo emicat: tantũq; a periculo decidendi
abeſt: ut in ſumma quæq; & altiſſima exiliat. Qua ratione manifeſtum eſt quare tot fluminum quoti-
diano acceſſu maria non creſcant.

## Quomodo Aqua Sit Terræ Innexa. Cap. lxviii.

e Se igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari: nec argumentis
hoc inueſtigandum: ſed iam experimentis cognitum.

## De Nauigatione Maris & fluminum. Cap. lxix.

Gadibus colũniſq; Herculis hiſpaniæ & galliarum circuitu totus hodie nauigatur occidens.
a Septentrionalis uero occeanus: maiore ex parte nauigatus eſt: auſpiciis Diui Auguſti germa-
niam claſſe circũuecta ad cimbrorum promontorium: & inde immenſo mari proſpecto: aut
fama cognito: ad ſcythicam plagam: & humore nimio rigentia. Propter quod minime uериſimile eſt: il-
lic maria deficere: ubi uis humoris ſuperet. Iuxta uero ab ortu ex indico mari: ſub eodem ſydere pars to
ta uergens in caſpium mare pernauigata eſt macedonum armis: Seleucho atq; Antiocho regnantibus:
quæ ſeleuchida atq; anthiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa caſpium quoq; multa occeani littora
explorata: paruoq; breuius q̃ totus hinc: aut illinc ſeptemtrio eremigatus. Vt tamen coniecturæ locum
ſit quoq; non relinquam ingens argumentum paludiis mæoticæ: ſiue ea illius occeani ſinus eſt: ut mul-
tos aduerto crediſſe: ſiue anguſto ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadium ab eodẽ occidente ma
gna pars meridiani ſinus ambitu mauritaniæ nauigatur hodie. Maiorem quidem eius partem & oriẽtis
uictoriæ Magni Alexandri luſtrauere uſq; in arabicum ſinum. In quo res gerente. C. Cæſare Auguſti fi
lio ſigna nauiũ ex hiſpaniẽſibus naufragiis ferũtur agnita. Et Hãno Carthaginis potencia florẽte circũ-
uectus a gadibus ad finem arabiæ nauigationem eã prodidit ſcripto: Sicut ad extera europæ noſcenda
miſſus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt: Eudoxum quendam ſua æta-
te cum Lathyrum regem fugeret arabico ſinu egreſſum gades uſq; peruectum. Multoq; ante eum Cæ-
lius Antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex hiſpania in æthiopiam commercii gratia. Idem Nepos de ſe-
ptẽtrionali circuitu tradit. Q. Metello Celeri. C. Africani in conſulatu collegæ: ſed tum galliæ proconſu
li indos a rege ſueuorum dono datos: qui ex india cõmercii cauſa nauigantes tempeſtatibus eſſent in ger
maniam abrepti. Sic maria circunfuſa undiq; diuiduo globo partem orbis auferunt nobis: nec inde huc:
nec hinc illo peruio tractu. Quę contemplatio apta detegendę mortalium uanitati poſcere uidetur: ut
totum hoc quicquid eſt: in quo ſingulis nihil ſatis eſt ceu ſubiectum oculis quantum ſit oſtendam.

Quæ Portio

## Quæ Portio Terræ Habitetur. Cap.lxx.

Am primum in dimidio computari mihi uidetur:tanq̄ nulla portio ipſi decedat oceano: qui
i toto circundatus medio & omnes cæteras fundēs recipienſq; aquas:& quicquid exit in nubes
ac ſydera ipſa tot & tantæ magnitudinis paſcens.Quo tandem amplitudinis ſpatio terra cre-
ditur habitari.Improba & infinita debet eſſe tam uaſtæ molis poſſeſſio.Adde q̄ ex relicto ſpatio plus
abſtulit cælum.Nam cum ſint eius quinq; partes:quas uocant zonas:īfeſto rigore:& æterno premitur
gelu omne:quicquid eſt ſubiectum duabus extremis.Vtrinq; circa uertices:hunc:qui ſeptētrion uocat̃
eumq;:qui aduerſus illi auſtrinus appellatur:Perpetua caligo utrobiq;:& aliena molliorum ſiderum
aſpectu maligna:ac pruina tantum albicans:Lux uero media terrarum qua ſolis orbita eſt exuſta flam
mis & cremata:quo minus uapore torretur.Circa quam duæ tantum inter exuſtam & rigentes tempe-
rantur.Hæq; ipſæ inter ſe non peruiæ propter incendium ſyderis.Ita terræ tres partes abſtulit cælum
Oceani rapina in incerto eſt.Sed & relicta nobis una portio:haud ſcio:an etiam in maiore damno ſit
Idem ſiquidem occeanus infuſus in multos(ut dicemus)ſinus:adeo uicino acceſſu interna maria alla-
trat:ut cētum quindecim milibus paſſuū arabicus ſinus diſtet ab ægyptio mari.Caſpius uero.ccclxxv.
milibus a pontico.Idem interfuſus intrat per tot maria:quibus africam europā aſiamq; diſpertit.Quā
tum terrarum occupet cōputetur etiam nunc menſura tot fluminum:tantarū paludū.Addantur & la
cus & ſtagna.Iam elata in cælum:& ardua aſpectu quoq; iuga.Iam ſiluæ ualleſq; præruptæ & ſolitudi-
nes & mille cauſis deſerta detrahantur.Hæ tot portiones terræ:immo uero:ut plures tradidere:mundi
punctus:neq; enī eſt aliud terra uniuerſa.hæc eſt materia gloriæ noſtræ:hæc ſedes:hic honores gerimus
hic exercemus imperia:hic opes cupimus:hic tumultuatur humanū genus:hic inſtauramus bella etiā
ciuilia:mutuis cædibus laxiorem facimus terram.Et ut publicos gentium furores tranſeam hæc:in qua
conterminos pellimus:furtoq; uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus:ut qui latiſſime rura metatus fue
rit:ultraq; famam exegerit accolas quota terrarum parte gaudeat:uel cum ad menſuram auaritiæ ſuæ fines
propagauerit:quam tandem portionem defunctus eius optineat.

## Mediam eſſe mundi terram. Cap.lxxi.

Ediam eſſe mundi totius terram haud dubiis conſtat argumētis:ſed clariſſime æquinoctii pa
m ribus horis.Nam niſi in medio eſſet:æquales dies noctesq; habere non poſſe deprehenderunt.
& Dioptræ:quæ uel maxime id confirmant:cum æquinoctiali tempore ex eadem linea or-
tus occaſuſq; cernatur:& ſolſtitialis exortus per ſuam lineam brumaliſq; occaſus.Quæ accidere nullo
modo poſſent:niſi in centro ſita eſſet.

## De ſyderum inæqualitate:& de eclipſi.& ubi & quare. Cap.lxxii.

Res autem circuli ſupradictis zonis īplexi inæqualitates temporum diſtinguunt.Solſtitialis a
t parte ſigniferi excelſiſſima nobis ad ſeptētrionalē plagam uerſus.Contraq; ad alium polū bru-
malis.Item medio ambitu ſigniferi orbis incedens æquinoctialis.Reliquorum quæ miramur
cauſa in ipſius terræ figura eſt:quam globo ſimilem.& cum ea aquas iiſdem intelligitur argumētis.Sic
enim ſit haud dubie:ut nobis ſeptētrionalis plagæ ſydera nunq̄ occidant:contra meridianæ nunq̄ orian
tur.Ruſuſq; hæc ab illis non cernant̃ attollente ſe contra medios uiſus terrarū globo.Septētriones nō
cernit troglodytice & confinis ægyptus.Nec canopum italia.& quā uocant berenices crinem.Item quā
ſub Diuo Auguſto cognominauere Cæſaris thronon.inſignis ibi ſtella:adeoq; manifeſto aſſurgens fa-
ſtigio incuruat̃:ut canopus quartā fere partem ſigni unius ſupra terrā eminere alexandriæ intuentibus
uideat̃.Eadem a rhodo terram quodāmodo ipſam ſtringere.In ponto omnino non cernat̃:ubi maxīe
ſublimis ſeptētrio.Idem a rhodo abſcondit̃:magiſq; alexandriæ.In arabia nouēbri menſe prima uigilia
occultus.ſecūda ſe oſtendit.In meroe ſolſtitio ueſperi pauliſper apparet.paucisq; ante exortum arcturi
diebus pariter cū die cernit̃.Nauigantium hæc maxime curſus deprehendunt in alia aduerſo:in alia p̄-
no mari.ſubitoq; conſpicuis atq; ut e freto emergentibus:quæ in anfractu pilæ latuere.ſyderibus.Neq;
enim(ut dixere aliqui)mundus hic polo excelſiore ſe attollit:ut undiq; non cernantur hæc ſydera.Ve⁊
hæc eadem quibuſq; proximis ſublimiora creduntur:eademq; demerſa longinquis.Vtq; nunc ſublimis
in deiectu poſitis uidetur hic uertex:ſic in illam terræ deuexitatem tranſgreſſis illa ſe attollunt reſiden-
tibus:quæ hic excelſa fuerant:quod niſi in figura pilæ accidere non poſſet.Ideoq; defectus ſolis ac lunæ
ueſpertinos orientis incolæ non ſentiunt:nec matutinos ad occaſum habitantes:meridianos uero ſæpi
us.Nobili apud arabiam magni Alexandri uictoria luna defeciſſe noctis ſecunda hora prodita eſt.Ea-
demq; in ſicilia exoriens.Solis defectum Vipſano & Fonteio coſſ.qui fuere ante paucos annos factum
pridie calend.maias:Campania hora diei inter ſeptimam & octauam ſenſit.Corbulo dux in armenia
inter horam diei decimam & undecimam prodidit uiſum circuitu globi alia aliis detegente & occultan
te.Quod ſi plana eſſet terra:ſimul omnia apparerent cunctis:noctesq; non fierent inæquales:neq; aliis
q̄ in medio ſitis paria duodecim horarum interualla cernerentur:quæ nunc non in omni parte ſimili
d

modo congruunt.

### Quæ ratio diurnæ lucis in terris. Cap.lxxiii.

Deo nec nox dieſq; q̄uis eadem toto orbi ſimul eſt oppoſitu globi noctem: aut ambitu diem af
i ferente. Multis hoc cognitum experimentis. In africa hiſpaniaq; turrium Hannibalis. In aſia
uero propter piraticos terrores: ſimili ſpecularum præſidio excitato: in quis prænunciatos
ignes ſexta hora diei accenſos: ſæpe compertum eſt: tertia noctis a tergo ultimis uiſos. Eiuſdem Alexan
dri curſor Philonides ex ſicyone ad elin: mille & ducenta ſtadia nouem diei confecit horis: Indeq; q̄uis
decliui itinere tertia noctis hora remenſus eſt ſæpius. Cauſa q̄ eunti cum ſole iter erat: eundemq; reme-
ans obuium contrario præuertebat occurſu. Qua de cauſa ad occaſum nauigantes: q̄uis breuiſſimo die
uincunt ſpatia nocturnæ nauigationis ut ſolem ipſum comitantes.

### Gnomica de eadem re & horologio primo. Cap.lxxiiii.

Aſaq; horoſcopa non ubiq; eidem ſunt uſui: trecentis ſtadiis aut longiſſime etiam quingentis
u mutantibus ſemet umbris. Solis itaq; umbilici quem gnomonem appellant umbra in ægypto
meridiano tempore: æquinoctii die paulo plus q̄ dimidiam gnomonis menſuram efficit. In ur
be roma nona pars gnomonis deeſt umbræ. In oppido ancona ſupereſt quinta.xxx. In parte italiæ: quæ
Venetia appellatur: eiſdem horis umbra gnomoni par fit.

### Vbi & quando nullæ umbræ. Cap.lxxv.

Imili modo tradunt in ſyene oppido: quod eſt ſupra alexandriam quinq; milibus ſtadiorum:
s ſolſtitii die medio nullam umbram iaci: Puteumq; eius experimenti gratia factum: totum illu-
minari. Ex quo apparere ſolem illi loco ſupra uerticem eſſe: quod etiam in india ſupra flumen
hyſpaſin fieri tempore eodem Oneſicritus ſcripſit. Conſtatq; in berenice urbe troglodytarum: & inde
ſtadiis quattuor milibus octingentis.xx. eadem gente in ptolemaide oppido: quod in margine rubri
maris ad primos elephantorum uenatus conditum eſt: Hoc idem ante ſolſtitium quadrigenis quinis
diebus totidemq; poſtea fieri: & per eos nonaginta dies in meridiem umbras iaci. Rurſus in meroe in-
ſula quæ eſt caput gentis æthiopum quinq; milibus ſtadiorum: & ſyene in amne nilo habitatur bis anno
abſumi umbras ſole duodeuiceſimam tauri partem & quartamdecimam leonis obtinente. In india gen
te oretum mons eſt Maleus nomine: iuxta quem umbræ æſtate in auſtrum: hyeme ad ſeptētrionem ia-
ciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet ſeptētrio. In eadem india patalis celeberrimo portu
ſol dexter oritur. Vmbræ in meridiem cadunt. Septētrionem ibi Alexandro morante annotatum pri-
ma tantum noctis parte aſpici Oneſicritus dux eius ſcripſit. Quibus in locis in die umbræ non ſint ſe-
ptētrionem non conſpici: & ea loca appellari aſcia: nec horas dinumerari ibi.

### Vbi bis anno umbræ: & ubi in contrarium. Cap.lxxvi.

T in tota troglodytice umbras biſquadragintaquinq; diebus in anno Eratoſthenes in contra-
e rium cadere prodidit.

### Vbi longiſſimus dies: & ubi breuiſſimus. Cap.lxxvii.

Ic fit ut uario lucis incremento in meroe longiſſimus dies.xii. horas æquinoctiales & octo par
s tes unius horæ colligat. Alexandriæ uero.xiiii. horas. In italia.xv. In britannia.xvii. upi æſtate lu
cidæ noctes haud dubie repromittunt id: quod cogit ratio credi. Solſtitialibus diebus accedē
ſubiectæ te ſole propius uerticem mundi anguſto lucis ambitu ſubiecto terræ continuos dies haberi ſenis menſi
uel ſubie- bus: noctesq; e diuerſo ad brumam remoto. Quod fieri in inſula tyle Pythias maſſilienſis ſcripſit: ſex
cta terra dierum nauigatione in ſeptētrionem a britānia diſtante. Quidam uero in noma: quæ diſtat a Camaldu
no britāniæ oppido circiter ducentis milibus affirmant.

### Item de horologio. Cap.lxxviii.

Mbrarum hanc rationem: & quam uocant gnomonicē inuenit Anaximenes mileſius Anaxi-
u mandri: de quo diximus: & Thaletis diſcipulus: primuſq; horologium quod appellant ſcioteri
con lacædemone oſtendit.

### Quomodo dies obſeruentur. Cap.lxxix.

Pſum diem alii aliter obſeruauere. Babyllonii inter duos ſolis exortus. Athenienſes inter duos
i occaſus. Vmbri a meridie in meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes roma-
ni & qui diem diffiniere ciuilem: item ægyptii: & Hipparchus a media nocte in mediam. Mino
ra autem interualla eſſe lucis inter ortus ſolis iuxta ſolſtitia q̄ æquinoctia apparet. quia poſitio ſigniferi
circa media ſui obliquior eſt: iuxta ſolſtitium uero rectior.

### Differentiæ gentium & ratio. Cap.lxxx.

Ontexenda ſunt his cæleſtibus nexa cauſis. Nanq; æthiopas uicini ſyderis uapore torreri: adu
c ſtiſq; ſimiles gigni: barba & capillo uibrato non eſt dubium. Et aduerſa plaga mundi atq;
glaciali candida cute eſſe gentes flauis promiſſas crinibus. Truces uero ex cæli rigore has &
illas mobilitates habentes. Ipſorumq; crinium argumento illis in ſupera ſuccum' reuocari natura ua-
poris. His in inferas partes depelli humore deciduo. Hic graues feras: illic uarias effigies animalium
prouenire: & maxime alitum: & in multas figuras gigni uolucres. Corporum autem proceritatē utro-
biq; illic ignium

biq́:illic ignium niſu:hic humoris alimento. Medio uero terræ ſalubris utrinq́ mixtura: fertilis ad om-
nia tractus: modicus corporum habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles: ſenſus liquidus:
ingenia fœcunda: totiuſq́ naturæ capacia. Iiſdem imperia quæ nunq̃ extimis gentibus fuerint: ſicut ne
illę quidem his paruerit auulſæ ac pro immanitate naturæ urgentis illas ſolitariæ.

De motu terræ. Cap. lxxxi.

Abyloniorum placita motus terræ: hiatuſq́: & cætera omnia: ut ſyderũ exiſtimant fieri. Sed
b illorum trium quibus fulmina aſſignant. Fieri autem hæc meantium cum ſole: aut congruenti
um: & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædam eſſe & imortalis in eo (ſi credimus)
diuinitas phibetur Anaximãdro mileſio phyſico: quẽ ferunt lacędemoniis prædixiſſe: ut urbẽ ac tecta cu
ſtodirent. Inſtare enim motum terræ. Et tum urbs tota eorum corruit. Et taygeti montis magna pars
ad formam puppis eminens abrupta cladem inſuper eam ruina preſſit. Perhibetur & Pherecydis Py-
thagoræ doctoris alia coniectatio: ſed & illa diuina: Hauſtu aquæ e puteo præſenſiſſe ac prædixiſſe ibi
terræ motum. Quæ ſi uera ſunt: quantum a deo tandẽ uideri poſſunt tales diſtare dum uiuant? Et hæc
quidem arbitrio cuiuſq́ extimanda relinquantur. Ventos in cauſa eſſe non dubium reor. Neq́ enĩ unq̃
intremiſcunt terræ: niſi ſopito mari: cæloq́ adeo tranquillo: ut uolatus auium non pendeant ſubtracto
omni ſpiritu qui uehit: nec unq̃ niſi poſt uentos conditos. ſ. in uenas: & cauernas eius occulto afflatu.
Neq́ aliud eſt in terra tremor q̃ in nube tonitruum. Nec hiatus aliud q̃ cum fulmen erumpit incluſo
ſpiritu luctante: & ad libertatem exire nitente.

De terræ hiatibus. Cap. lxxxii.

Arie itaq́ quatitur: & mira eduntur opera: alibi proſtratis mœnibus: alibi hiatu profundo hau
u ſtis: alibi egeſtis molibus: alibi emiſſis amnibus: nõnunq̃ etiam ignibus calidis ue fontibus:
alibi aduerſo fluminum curſu. Præcedit uero comitaturq́ terribilis ſonus: alias murmur ſimi-
lius mugitibus: aut clamori humano: armorum ue pulſantium fragori: pro qualitate materiæ excipien-
tis formaq́ uel cauernarum uel cuniculi: per quem meat exilius graſſante in anguſto eodem rauco: in
recuruis reſultante: in duris feruente: in humidis fluctuante & ſtagnantibus. Item feruente contra ſoli-
da. Itaq́ & ſine motu ſæpe editur ſonus: nec ſimplici modo quatitur unq̃: ſed tremit uibratq́. Hiatus
uero alias remanet: oſtendens quæ ſorbuit: alias occultat ore compreſſo. Ruſuſq́ ita inducto ſolo: ut
nulla ueſtigia extent: urbibus plerunq́ deuoratis: agrorumq́ tractu hauſto. Maritima autem maxime
quatiuntur. nec montoſa tali modo carent. Exploratum eſt mihi alpes a penninas ſæpius tremuiſſe. Et
autumno ac uere terræ crebrius mouentur: ſicut fiunt fulmina. Ideo galliæ: & ægyptus minime quati-
untur: quoniam hic æſtatis cauſa obſtat: illic hyemis. Item noctu ſæpius: q̃ interdiu. Maximi autem fu
turi ſigna motus exiſtunt hi matutini ueſpertiniq́: ſed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meri-
diem fiunt: & ſolis lunæq́ defectu: quoniam tempeſtates tunc ſopiuntur. Præcipue uero cum ſequitur
hymbrem æſtus hymbreſue æſtum.

Signa motus futuri. Cap. lxxxiii.

Auigantes uero ſentiunt non dubia coniectura: ſiue flatu intumeſcente fluctu ſubito: aut qua
n tiente ictu. Intremunt uero & in nauibus poſita æque q̃ in ædificiis: crepituq́ prænuntiant.
Quin & uolucres nõ ĩpauidæ ſedent: Eſt & in cœlo ſignum: præceditq́ motu futuro: aut in-
terdiu: aut paulo poſt occaſum ſereno ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ ſpatium. Eſt & in pu
teis turbidior aqua: nec ſine odoris tedio.

Auxilia contra motus futuros. Cap. lxxxiiii.

Icut & iiſdem eſt remedium: quale cloacæ: & crebri ſpecus præbent. Præconceptum enim ſpiri
s tum exhalant. quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatiuntur crebris ad purgandam
eluuiem cuniculis cauata. Multoq́ ſunt tutiora in iiſdem illis quæ pendent: ſicut neapoli in
italia intelligitur parte eius: quæ ſolida eſt ad tales caſus obnoxia. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices:
anguli quoq́ parietum: ponteſq́ alterno pulſu renitente. Et latere terreno facti parietes minore noxa
quatiuntur. Magna differentia eſt & in ipſo genere motus. Pluribus ſiquidem modis quatitur. Tutiſſi-
mum eſt cum uibrat criſpante ædificiorum crepitu: & cum intumeſcit aſſurgens: alternoq́ motu reſi-
det innoxium: & cum concurrentia tecta contrario ictu arietant: quoniam alter motus alteri renititur.
Vndantis inclinatio: & fluctus more quædam uolutatio infeſta eſt: aut cum in unam partem totus
ſe motus impellit. Deſinunt autem tremores cum uentus emerſit. Sin uero durauere: non ante quadra
ginta dies ſiſtuntur. Plerũq́ & tardius: utpote cum quidam annuo & biennii ſpatio durauerint.

Portenta terrarum ſemel uiſa. Cap. lxxxv.

Actum eſt & hoc ſemel: quod equidem in hetruſcæ diſciplinæ uoluminibus inueni: ingens
f terrarum portentum. L. Martio. Sex. Iulio coſſ. in agro mutinenſi. Nanq́ montes duo in-
ter ſe concurrerunt: crepitu maximo aſſultantes recedenteſq́: inter eos flamma fumoq́ in
cælum exeunte interdiu ſpectante e uia æmilia magna equitum romanorum familiarum & uiatorum

multitudine. Eo concurſu uillæ omnes eliſæ. Animalia permulta quæ intra fuerant exanimata ſunt an-
no ante ſociale bellum: quod haud ſcio: an funeſtius ipſi terræ italiæ fuerit q̃ ciuile. Non minus mirum
oſtentum & noſtra cognouit ætas: anno Neronis principis ſupremo: ſicut ĩ rebus eius expoſuimus pra
tis oleiſq;: intercedente uia publica: in contrarias ſedes tranſgreſſis in agro marrucino prædiis Vectii
Marcelli equitis ro. res Neronis procurantis.

Miracula terræmotus. Cap. lxxxvi.

Iunt ſimul cum terræmotu & inundationes maris eodem uidelicet ſpiritu infuſi: aut reſiden-
f tis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus Tyberii Cæſaris principa-
tu. xii. urbibus aſiæ una nocte proſtratis. Creberrimus punico bello intra eundem annum ſep-
ties atq; quinquagies nunciatus romam. Quo quidem anno ad thraſimenum lacum dimicantes ma-
ximum motum neq; pœni ſenſere nec romani. Nec uero ſimplex malum: aut in ipſo tantum motu peri
culum eſt. Sed par aut maius oſtentum: nunq̃ urbs roma tremuit ut non futuri euentus alicuius id præ
nuncium eſſet.

Quibus locis maria receſſerint. Cap. lxxxvii.

Adem naſcentium cauſa terrarum eſt cum idem ille ſpiritus attollendo potens ſolo non ualet
e erumpere. Naſcuntur enim: nec fluminum tantum inuectu: ſicut echinades inſulæ ab acheloo
amne conuectæ: minorq; pars ægypti a nilo. In quam a pharo iſula noctis & diei curſum fuiſſe
Homero credimus. Nec receſſu maris: ſicut eidem: circeis. Quod accidiſſe & in ambraciæ portu decem
milium paſ. interuallo: & athenienſium quinq; milium ad pyræeũ memoratur. Et epheſi ubi quondam
ædem Dianæ alluebat. Herodoto quidem ſi credimus mare fuit ſupra mẽphĩ: uſq; ad æthiopum mõ
tes. Item q; a planis arabiæ mare circa ilium: & tota teuchrania quaq; campos intulerit mæander.

Ratio inſularum enaſcentium. Cap. lxxxviii.

Aſcuntur & alio modo terræ. ac repente in aliquo mari emergunt: uelut paria ſecum faciente
a natura: quæq; hauſerit hiatus alio loco reddente.

Quæ & quibus temporibus enatæ ſunt. Cap. lxxxix.

Laræ iampridem inſulæ: delos & rhodos memoriæ produntur enatæ. Poſtea minores ultra
c melo: anaphe: inter lennum: & helleſpontum nea: inter lebedum & theon alone: inter cycladas
olympiadis. cxxxv. anno quarto: thera & theraſia. Inter eaſdem poſt annos. cxxx. hiera eadem
q; automate. Et ab ea duobus ſtadiis poſt annos. cx. in noſtro æuo. M. Iunio Syllano & L. Balbo coſſ.
ad. viii. idus iulii Thia.

Quas terras interruperint maria. Cap. lxxxx.

Nte nos & iuxta italiam inter æolias inſulas: item iuxta cretam emerſit e mari mille quingen-
a tum paſſuum una. Cum calidis fontibus altera olympiadis. cxliii. anno tertio: in thuſco ſinu:
flagrans hæc uiolento cum flatu. Proditur quoq; memoriæ magnam circa illam multitudinẽ
a piſcium fluitantem confeſtim expiraſſe: quibus ex iis cibus fuiſſet. Sic & pythecuſas in cam-
pano ſinu ferunt ortas. Mox in iis montem Epopon cũ repente flamma ex eo emicuiſſet cam
peſtri æquatum planitie. In eadem & oppidum hauſtum profundo: alioq; motu terræ ſtatinam emer-
ſiſſe. Et alio ꝓuolutis mõtib9 iſulã extitiſſe prochitã. Nãq; & hoc mõ iſulas rex natura fecit. Auellit ſi-
ciliã italiæ: Cyprũ ſyriæ: Euboeã boetiæ: euboeæ Atalantem & macriam: belbicum bithyniæ: leucoſiã
ſyrenum promontorio.

Quæ inſulæ continenti adiunctæ. Cap. xci.

Vrſus abſtulit inſulas mari: iunxitq; terris. Antiſſam leſbo: zephyrium halycarnaſo: ethuſam
pricnẽ r mindo: domiſton & pernen mileto: arthemiſiam parthenio promontorio: hybanda quon-
dam inſula ioniæ. cc. nunc a mari abeſt ſtadiis. Syriten epheſus in mediterranea habet. Deraſi-
das & ſophoniam uicinam ei. Magneſia Epidaurus & oricon inſulæ eſſe deſierunt.

Quæ terræmotu mari permutatæ. Cap. xcii.

N totum abſtulit terras primum omnium ubi atlanticum mare eſt (ſi Platoni credimus) in
i medio ſpatio. Mox interno: quæ uidemus hodie: merſam acarnaniam ambracio ſinu: achaiam
corinthio: europam aſiamq; propontide & ponto. Ad hoc perrupit mare leucada: antirrhium
helleſpontum: boſporos duos.

Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt. Cap. xciii.

Tq; ut ſinus & ſtagna præteream: ipſa ſe condens terra deuorauit. Cybotum altiſſimum mon
a tem cum oppido curite: ſipylum in magneſia. Et prius in eodem loco clariſſimam urbem quæ
Gammades tantalis uocabatur. Galanis & Gamales urbium in phœnice agros & cum ipſis phegiũ æthio
piæ iugum excelſiſſimum: tanq̃ non infida graſſarentur & littora.

Quæ urbes hauſtæ ſint a mari. Cap. xciiii.

Yrrham & antiſtam circa meotin pontus abſtulit. Elicen & buram ſinus corinthius: quarum
p in alto ueſtigia apparent. Ex inſula cea amplius. xxx. milia paſſuum abrupta ſubito cum plu-
rimis mortalium rapuit. Et in ſicilia dimidiam tyndarida urbem ac quicquid ab italia deeſt.
Similiter in bœotia & eleuſina.

De Piaculis. Cap. xcv.

motus enim uero

Otus eniuero terræ ſileantur & quicquid eſt:ubi ſaltẽ buſta urbium extant. Simul ut terræ mi
m racula potius dicamus q̄ ſcelera naturæ. Et hercule nõ cæleſtia enarratu difficiliora fuerint. Me
tallorum opulentia tam uaria: tam diues: tam fœcunda: tot ſæculis ſuboriens: cum tantũ quo-
tidie orbe toto populentur ignes: ruinæ: naufragia: bella: fraudes: tantum uero luxuria & tot mortales
conterant. Gemmarum pictura tam multiplex. Lapidum tam diſcolores maculæ. Interq; eos cãdor ali
cuius præter lucem omnia excludens. Medicatorum fontium uis. Ignium tot locis emicantium perpe-
tua tot ſæculis incendia. Spiritus lœtales alibi: aut ſcrobibus emiſſi: aut ipſo loci ſitu mortiferi. Alibi uo
lucribus tantum: ut ſoracte uicino urbi tractu. Alibi preter hominem cæteris animantibus: nõnũquã &
homini: ut in ſinueſſano agro & puteolano ſunt. quæ Spiracula alii uocant: alii charoneas ſcrobes: mor-
tiferum ſpiritum exhalantes. Item in hirpinis anſancti ac mephtiis eundem locum: quẽ qui intrauere mo
riuntur. Simili modo hierapoli in aſia matris magnæ tãtũ ſacerdoti Innoxium. Alibi fatidici ſpecus: quo
rum exhalatione, temulenti futura præcinunt: ut delphis nobiliſſimò oraculo. Quibus in rebus quid poſ
ſit aliud cauſæ afferræ mortalium quiſpiam: q̄ diffuſæ per omne naturæ ſubinde aliter atq; aliter numen
erumpens.

De terris ſemper trementibus. Cap. xcvi.

Vædam uero terre ad ingreſſus tremunt: ſicut in gabinenſi agro non procul urbe roma iuge-
q ra ferme ducenta equitantium curſu.

De inſulis ſemper fluctuantibus. Cap. xcvii.

Imiliter in reatino quædam inſulæ ſemper fluctuant: ſicut ĩ agro cecubo: & eodem reatino mu
s tinenſi: ſtatonienſi: in Vadimonis lacu. & ad Cutylias aquas opaca ſiluæ: quæ nunquam die ac
noctu eodem loco uiſitur. In lydia que uocantur calaminæ: non uentis ſolum: ſed etiam con-
tis uel quolibet impulſu: multorum ciuium mithridatico bello ſalus. Sunt & in nympheo paruæ ſaltua quo libe-
res dictæ: quoniam in ſymphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. In tarquinenſi lacu at impul-
magno italiæ duo nemora circunferuntur nunc triquetram figuram edentes: nunc rotundam complexu ſæ
uentis: impellentibus quadratam nunquam.

Quibus in terris non pluat: & aceruata terrarum miracula & cæterorum elementorum. Cap. xcviii.

Elebre fanum habet Veneris paphos: in cuius quãdam aream nõ impluit. Item in ea oppido
c troadis circa ſimulachrum Mineruæ. In eodem relicta ſacrificia nõ putreſcunt. Iuxta harpaſa
oppidum aſiæ cautes ſtat horrenda: uno digito mobilis. Eadem ſi toto corpore impellatur
reſiſtens. In taurorũ peninſula in ciuitate paraſino: terra eſt: qua ſanantur omnia uulnera. At circa aſſon
troadis lapis naſcitur: quo conſumuntur omnia corpora. Sarcophagus uocatur. Duo ſunt mõtes iuxta Sarcophagus.
flumen indum: alteri natura eſt ut ferrum omne teneat. alteri: ut reſpuat. Itaq; ſint claui ĩ calciamento:
ueſtigia auelli in altero non poſſe: in altero ſiſti. Locris & crotone peſtilentiam nunq̄ fuiſſe: nec ullo terræ
motu laboratum annotatum eſt. In lycia uero ſemper a terræmotu. xl. dies ſerenos eſſe. In agro harpa-
no frumentum ſatu non naſcitur. Ad aras mutias in ueiente & apud tuſculanum: & in ſilua ciminia: lo-
ca ſunt: in quibus in terram de pacta non extrahuntur. In cruſtumino natum fœnum ibi noxium: extra
ſalubræ eſt. Et de aquarum natura complura dicta ſunt.

Qua ratione æſtus maris accedant & recedant. Cap. xcix.

Ed æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirum eſt. Pluribus quidem modis accidit.
s Verũ cauſa in ſole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt: biſq; remeant uicenis quater
niſq; ſemper horis. Et primum attolente ſecum ea mundo intumeſcentes. Mox a meridiano cæ
li faſtigio uergente in occaſum reſidentes. Ruſuſq; ab occaſu ſubter cæli ima & meridiano contraria ac-
cedente inundantes. Hic donec iterum exoriantur ſe ſorbentes. Nec nunquam eodem tempore quo pri
die refluit: ut ancillante ſydere trahenteq; ſecum auido hauſtu maria: & aſſidue aliunde q̄ pridie exorien
te paribus tamen interuallis reciproci: ſeniſq; ſemper horis: non cuiuſq; diei: aut noctis: aut loci: ſed
æquinoctialibus: ideoq; inæquales uulgarium horarum ſpatio: utcunq; plures in eas: aut diei: aut no-
ctis illarum menſuræ cadunt: & æquinoctio tantum pares ubiq;. Ingens argumentum plerumq; lucis
ac uicis etiam diurnæ hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſydera: ac rurſus eadem reſurgere: ſimilemq;
terris: imo uero uniuerſæ naturæ: & inde faciem in iiſdem ortus occaſuſq; operibus non aliter ſub terra
manifeſto ſyderis curſu alio ue effectu: q̄ cum præter oculos noſtros feratur. Multiplex etiam num lu-
naris differentia: primumq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduam æſtus. Pleniore ab ea
exundant: plenaq; maxime feruent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumq; alio latere
diuidua augentur. In coitu ſolis pares. plane eadem aquilonia: & a terris longius recedente mitiores
q̄ cum in auſtros digreſſa propiore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoq; annos ad principia mo-
tus & paria incrementa centeſimo lunæ reuocantur ambitu: augente ea cuncta. Solis annuis cauſis: duo
bus æquinoctiis maxime tumentes: & autumnali amplius q̄ uerno. Inanes uero bruma: & magis ſol-
ſtitio. Nec tamen in ipſis: quod dixi: temporum articulis: ſed paucis poſt diebus: ſicuti neq; in plena:
aut nouiſſima: ſed poſtea: nec ſtatim ut lunam mundus oſtendat: occultet ue: aut media plaga de-

d iii

clinet:uerum fere duabus horis æquinoctialibus ſeruis:tardiore ſemper ad terras omnium: quæ gerun-
tur in cælo effectu cadente q̄ uiſu :ſicuti fulguris & tonitrui & fulminum. Omnes enim æſtus in ocea-
no maiora integunt ſpatia inundant:q̄ in reliquo mari:ſiue quia totum in uniuerſitate animoſius eſt:q̄ in
patre:ſiue quia magnitudo aperta:ſyderis uim laxe graſſantis efficatius ſentit : eandem anguſtiis arcen
tibus. Qua de cauſa nec lacus:nec amnes ſimiliter mouentur. Octogenis cubitis ſupra britanniam intu
meſcere æſtus Pytheas maſſilienſis auctor eſt. Interiora autem maria claudũtur ut portu. Quibuſdam
tamen in locis ſpatioſior laxitas dicioni patet: utpote cum plura exempla ſunt:in tranquillo mari: nullo
que uelorum impulſu tertio die ex italia peruectorum uticam æſtu feruente. Circa littora autem magis
q̄ in alto deprehenduntur hi motus:quoniam &in corpore extremo pulſum uenarum:id eſt ſpiritus:ma
gis ſentiunt.

Vbi æſtus extra rationem. Cap.c.

N pleriſq; tamen æſtuariis propter diſpares ſyderum in quoq; tractu exortus diuerſi exiſtunt
i æſtus:tempore non ratione diſcordes:ſicut in ſyrtibus. Ex quorundam tamen priuata natura
eſt:uelut taurominitani eurupi. Sæpius & in euboea ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus
idem triduo in menſe conſiſtit ſeptima. Octaua:nonaq; luna. Gadibus:qui eſt delubro Herculis proxi-
mus:fons incluſus ad putei modum:alias ſimul cum oceano augetur:minuiturq;:alias uero utrunq; cõ
trariis temporibus. Eodem in loco alter oceani motibus conſentit. In ripa bethys oppidum eſt:cuius pu
tei creſcente æſtu minuuntur. augeſcunt decedente mediis temporum immobiles. Eadem natura ĩ hiſpa
li oppido uni puteo:cæteris uulgaris. Et pontus ſemper extra meat in propontidem : introrſus in põtũ
nunquam refluo mari.

Miracula maris. Cap.ci.

Mnia pleniluniio maria purgantur quædam & ſtato tempore. Circa Meſſanam & Mylas fimo
ſimilia expuuntur in littus purgamenta:unde fabula ſolis boues ibi ſtabulari. His adde : ut ni-
hil : quod equidem nouerim. pretercam: Ariſtoteles nullum animal niſi æſtu recedente expira
re affirmat. Obſeruatum id multum in gallico oceano:& duntaxat in homine compertum.

Quæ poteſtas lunæ & terrena & marina. Cap.cii.

Vo uera coniectatio exiſtit haud fruſtra:ſpiritum ſydus lunæ exiſtimari. Et hoc eſſe quod ter
q ras ſaturet:accendenſque corpora impleat. abſcedenſq; inaniat. Ideo cum incremento eius au-
geri conchylia:& maxime ſpiritum ſentire quibus ſanguis nõ ſit. Sed & ſanguinem hominum
etiam cum lumine eius augeri ac minui. Frondes quoq; ac pabula (ut ſuo loco dicetur) ſentire : in omnia
eandem penitrantẽ uĩ.

Quæ ſolis & quare ſalſum mare. Cap.ciii.

Taq; ſolis ardore ſiccatur liquor:& hoc eſſe maſculum ſydus accepimus torrens cuncta ſorbẽſ
i q;. Sic mari late patenti ſaporem incoqui Salis:aut quia exhauſto inde dulci tenuiq; : quod fa
cillime trahat uis ignea:omne aſperius craſſiuſq; linquatur. Ideo ſummam æquorum aquã dul
ciorẽ ꝓfunda. Hanc eſſe ueriorem cauſam aſperi ſaporis:q̄ q; mare terræ ſudor ſit æternus:aut quia plu
rimum ex arido miſceatur illi uapore:aut quia terræ natura medicatas aquas inficiat. Eſt in exẽplis Dio
nyſio ſiciliæ tyranno:cũ pulſus ẽ ea potentia:accidiſſe prodigium: ut uno die in portu dulceſceret mare.

Item de natura lunæ. Cap.ciiii.

Ontrario ferunt lunæ fœmineum ac molle ſydus atq; nocturnum ſoluere humorem : & tra-
here:non auferre. Id manifeſtum eſt q; ferarum occiſa corpora in tabem uiſu ſuo reſoluat:ſom
noq; ſopitis torporem contractum in caput reuocet. Glaciem refundat cunctaq; humifico ſpi
ritu laxet. Ita penſari naturæ uices:ſemperq; ſufficere aliis ſyderum elementa cogentibus : aliis uero fun-
dentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentum eſſe:ſicut in marinis ſolis.

Vbi altiſſimum mare. Cap.cv.

Ltiſſimum mare.xv.ſtadiorum Fabianus tradit. Alii in põto ex aduerſo coraxorum gentis uo
a cant bathea ponti. tricentis fere a continenti ſtadiis immenſam altitudinem maris tradunt ua-
dis nunquam repertis.

Miracula aquarum fontium & fluminum. Cap.cvi.

Irabilius id faciunt aquæ dulces iuxta mare ut fiſtulis emicantes. Nam nec aquarum natura a
m miraculis ceſſat. Dulces mari inuehuntur leuiores haud dubie. Ideo & marinæ quarum na-
tura grauior magis inuecta ſuſtinent. Quædam uero & dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt
in fucino lacu inuectus amnis:in lario addua in uerbano ticinus. in benato mintius : in ſeuinno ollius:
in lemanno rhodanus. Hi trans alpes. Superiores ĩ italiam multorum milium tranſitu hoſpitales ſuas
tantum nec largiores q̄ intulere aquas euehentes. Proditum hoc & in oronte amne ſyriæ multiſq; aliis.
Quidam uero odio maris ipſa ſubeunt uada : ſicut Aretuſa fons ſyracuſanus in quo redduntur iacta in
alpheum ; qui per olympiam fluens peloponneſiaco littori infunditur. Subeunt terras ruſuſque red-
duntur. Lycus in aſia. Eraſinus in argolica. Tigris in meſopotamia. Et quæ in Aeſculapii fonte athe-
nis immerſa ſunt in phalerico redduntur. Et in atinate campo fluuius merſus poſt .xx. milia paſſum
exit. Et in aquileienſi

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 55 sur 536

exit. Et in aquileienſi timauus. Nihil in aſphaltite iudeæ lacu qui bitumen gignit mergi poteſt. Nec in
armeniæ maioris Aritiſſam. is quidem introrſus piſces alit. In ſalentino iuxta oppidum manduriam la
cus ad margines plenus: neq; exauſtis aquis minuitur: neq; infuſis augetur. In ciconum flumine: & in pi
ceno: lacu uelino lignum deiectum lapideo cortice obducitur. Et in ſurio colchidis flumine adeo ut la
pidem plerũq; durans adhuc integat cortex. Similiter in flumine Silari ultra ſurrentum non uirgulta
modo imerſa: uerum & folia lapideſcunt. alias ſalubris potus eius aquæ. In exitu paludis reatinæ ſaxum
creſcit. Et in rubro mari oleæ: uirenteſq; frutices enaſcuntur. Sed & fontium plurimorum natura mira
eſt feruore. Idq; etiam in iugis alpium ipſoq; in mari: & inter italiam & enariam ut in baiano ſinu: & in
liri fluuio multiſq; aliis. Nam dulcis hauſtus in mari plurimis locis ut ad chelidonias inſulas & arabũ:
& in gaditano oceano. Patauinorum aquis calidis hærbæ uirentes innaſcuntur: piſanorum ranæ. Ad
uetulonios in hetruria non procul a mari piſces. In caſinate fluuius appellatur ſcatebra frigidus abun-
dantior æſtate. In eo: ut in arcadiæ ſtymphali: enaſcuntur aquatiles muſculi. In dodone Iouis fons cũ
ſit gelidus: & immerſas faces extinguat: ſi extinctæ admouæantur accendit. idem meridie ſemper deficit
qua de cauſa anapauomenon uocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat. Ab eo rurſus ſen-
ſim deficit. in illyriis ſupra fontem frigidum expanſæ ueſtes accenduntur. iouis Hammonis fons inter-
diu frigidus: noctibus feruet. in troglodytis fons ſolis appellatur dulcis: & circa meridiem maxime fri-
gidus: mox paulatim tepeſcens ad noctis media feruore & amaritudine infeſtatur. Padi fons mediis die
bus æſtiuis uelut interquieſcens ſemper aret. in tenedo inſula fons ſemper a tertia noctis hora i ſextam
ab æſtiuo ſolſtitio exundat. Et in delo inſula inopus fons eodem quo nilus modo: ac pariter cum eo de-
creſcit augeturq;. Contra timauũ amnẽ inſula parua in mari ẽ cum fontibus calidis: qui pariter cũ æſtu
maris creſcunt minuunturq;. in agro pitinate trans apenninum fluuius nouanus omnibus ſolſtitiis tor
rens bruma ſiccatur. in faliſco clitũni amnis aqua potata candidos boues facit. in bœotia amnis melas
oues nigras. Cephiſus ex eodem lacu ꝓfluens albas: Rurſus nigras penitus: ruffaſq; iuxta ilium: Xan- pene: uel
tus: unde & nomẽ amni. in ponto fluuius Aſtaces irrigat cãpos: in quibus paſtę oues nigro lacte æque Rurſuſq;
gentes alunt. in reatino fons Neminia appellatus alio atq; alio loco exoritur: annonæ mutationẽ ſigni- nigras pe
ficans. Brunduſii in portu fons incorruptas præſtat aquas nauigantibus. Lynceſtis aqua quæ uocatur neus
acidula uini modo temulentos facit. Ita in paphlagonia & in agro caleno. In andro inſula: templo Libe
ri patris fontem nonis ianuariis ſemper uini ſapore fluere Mutianus ter coſſ. credit. Dios teoſia uocat.
Iuxta nonacrin arcadiæ Styx nec odore differens nec colore epota illico necat. Item in beroſo taurorũ
colle tres fontes ſine remedio: ſine dolore mortiferi. In carrinenſi hiſpaniæ agro duo fontes iuxta fluũt:
alter omnia reſpuens: alter abſorbens. In eadem gente alius aurei coloris omnes oſtendit piſces nihil ex
tra illam aquam cæteris differentes. In commenſi iuxta larium lacum fons largus horis ſingulis ſemp
intumeſcit ac reſidet: in cynonia inſula ante leſbum fons calidus uere tantũ fluit. Lacus ſannaus in aſia ſinnaus
circũnaſcente abſynthio inficitur. Colophone in Appollinis clarii ſpecu lacuna eſt: cuius potu mira red
duntur oracula bibentium breuiore uita. Amnes retrofluere & noſtra uidit ætas. Neronis principis an
nis ſupremis ſicut in rebus eius retulimus. iam omnes fontes æſtate q̃ hyeme gelidiores eſſe quem fal-
lit? Sicut illa permira naturæ opera: æs & plumbum in maſſa mergi: dilatata fluitare. Eiuſdemq; pon-
deris alia ſedere: alia inuehi. Onera in aqua facilius moueri. Thyreum lapidem q̃uis grandem innatare,
eundemq; cõminutum mergi. Recentia cadauera ad uadum labi: intumeſcẽtia attolli: inania uaſa haud
facilius q̃ plena extrahi. Pluuia ſalinas aqua dulciores eſſe q̃ reliqua. Nec fieri ſalem niſi admixtis dulci- pluuias ſa
bus. Marinas tardius gelare: & celerius accendi. Hyeme mare calidius eſſe: autũno ſalſius. Omne oleo linis aq̃s
tranquillari. Et ob id urinantes ore ſpargere: quoniam mitiget naturam aſperam: lucemq; deportet. Ni utiliores
ues in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorſum feratur exilire fontes: atq; etiam in ætnæ radici- eſſe q̃ reli
bus flagrantis in tantum ut quinquagena & centena milia paſſuum harenas flãmarũ globus eructet. quas

Ignium & aquarum iuncta miracula & de maltha. Cap. cvii.

Anq; & ignium quod eſt naturæ quartum elementum reddamus aliqua miracula. Sed pri-
i mum ex aquis. in comagene urbe ſamoſata ſtagnum eſt emittens limum: maltham uocant:
flagrantem. cum quid attingit ſolidi: adhæret Præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defende
re muros oppugnante Lucullo: flagrabatq; miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur. Terra tantum
reſtingui docuere experimenta.

De naptha. Cap. cviii.

Imilis eſt naturæ naptha: ita appellatur circa babyloniam: & in auſtagenis parthiæ proflu-
s ens bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium: tranſiliuntq; protinus in eam
undecunq; uiſam. ita ferunt a Media pellicem crematam. poſtq̃ ſacrificatura ad aras acceſſe-
rat: corona igne rapta.

De ſemper ardentibus locis. Cap. cix

u Erum in montium miraculis ardet ætna noctibus ſemper:tantoq; æuo ignium materia ſuffi-
cit. Niualis hybernis temporibus:egeſtumq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum na
tura ſæuit exuſtionem terris denuntians. Flagrat in Phaſelide mons chimæra: & quidem im-
mortalis diebus ac noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua:extingui uero terra aut fœno Gnidius
Cteſias tradit. Eadem in lycia epheſti montes tæda flammante tacti flagrant:adeo:ut lapides quoq; ri-
uorum & harenæ in ipſis aquis ardeant:aliturq; ignis ille pluuiis. Baculo ſi quis ex iis accenſo traxerit
ſulcos:riuos ignium ſequi narrant. Flagrat ĩ bactris cophanti noctibus uertex. Flagrat ĩ mediis & ceſtia
gente confinio perſidis. Suſis quidem ad turrim albam.xv.caminis maximo eorum. Et interdiu campus
babyloniæ flagrat quadam ueluti piſcina iugeri magnitudine. Item æthiopum iuxta heſperium montẽ
ſtellarum modo campi nocte nitent. Similiter ĩ megalipolitanorum agro tametſi internus ſit ille iucũ
dus:frondemq; denſi ſupra ſe nemoris non adurens: & iuxta gelidum fontem ſemper ardẽs. Nymphei
crater dira apolloniatis ſuis portẽdit ut Theopompus tradidit. Augetur hymbribus: egeritq; bitumen
temperandum fonte illo inguſtabili:alias omni bitumine dilutius. Sed quis hæc miretur? In medio ma
ri hiera inſula ardet. Aeolia inſula iuxta italiam cum ipſo mari arſit per aliquos dies ſociali bello: & do-
nec legatio ſenatus piauit: Maximo tamen ardet incendio:theonochema dictum:æthiopum iugũ. Tor
rentesq; ſolis ardoribus flammas egerit. Tot locis:tot incendiis rerum natura terras cremat.

## Ignium per ſe miracula. Cap.cx.

p Ræterea cum ſit huius unius elementi ratio fœcunda:ſeq; ipſa pariat: & minimis creſcat ſcin-
tillis:quid fore putandum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura quæ uoracitatem auidiſ-
ſimam in toto mundo ſine damno ſui paſcit? Addantur iis ſydera innumera:ingenſq; ſol. Ad-
dantur humani ignes: & lapidum quoq; inſiti naturæ:attrita inter ſe ligna:iam nubium & origines ful-
minum. Excedit profecto omnia miracula ullum diem fuiſſe:quo non cuncta conflagrarent:cum ſpe-
cula quoq; concaua aduerſa ſolis radiis facilius etiam accendantur: ꝗ ullus alius ignis. Quid ꝙ innu-
merabiles partus ſed naturales ſcatent? In nympheo exit e petra flamma:quæ aqua accenditur. Exit &
ad aquas ſcantias. Hæc quidem inualida cum tranſit:nec longe in alia durans materia. Viret & æterno
hunc fontem igneum contexens fraxinus. Exit ĩ mutinenſi agro ſtatis uulcano diebus. Reperitur apud
auctores ſubiectis ariciæ aruis ſi carbo deciderit ardere terram. In agro ſabino & ſidicino unctum fla-
grare lapidem. In ſalentino oppido. Inatium impoſito ligno in ſaxum quoddam ibi ſacrum protinus
flammam exiſtere. In laciniæ iunonis ara ſub diuo ſita cinerem immobilem eſſe perflantibus undiq; p-
cellis. Quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis. Et in corporibus etiam humanis emicuiſſe. Traſi-
menum lacum arſiſſe totum. Seruio Tulio dormienti in pueritia ex capite flammam emicuiſſe. L.
Martium in hiſpania interemptis Scipionibus concionantem & milites ad ultionem exhortantem ar-
ſiſſe ſimili modo Valerius Antias narrat. Plura mox & diſtinctius. Nunc enim quadam mixtura re-
rum omnium exhibentur miracula. Verum egreſſa mens interpretationem naturæ:feſtinat legentium
animos per totum orbem ueluti manu ducere.

egnatia ſiue ignatia

## Terræ uniuerſæ menſura longitudo & latitudo. Cap.cxi.

p Ars noſtra terrarum de qua memoro ambiente (ut dictum eſt) oceano uelut innatans longiſ
ſime ab ortu & ab occaſu patet:hoc eſt ab india ad Herculis colũnas gadibus ſacratas octua-
gies quinquies centena ſeptuagintaocto milia paſſuum ut Artemidoro placet auctori. Vt ue
ro Iſidoro nonagies octies & decem & octo milia Artemidorus adiicit amplius a gadibus circuitu ſa-
cri promontorii ad promontorium Artabrum:quo longiſſime frons procurrit hiſpaniæ octingenta
milia nonagintaunum. Id menſuræ duplici currit uia. A gange amne hoſtioq; eius quo ſe in eoum oc-
eanum effundit per indiam parthienenq; ad myriãdrum urbem ſyriæ in iſſico ſinu poſitam quinqua-
gies bis quindecim milia paſſuum. Inde proxima nauigatione cyprum inſulam pataram lyciæ rhodũ
aſtypalæam in carpathio mari ĩ inſulas laconicæ tænarum. Lylibeum ſiciliæ calarim ſardiniæ tricies
quater quinquaginta milia. Deinde gades quadragies bis quinquaginta milia. Quæ menſura uni-
uerſa ab eo mari efficit octogies quinquies ſeptuagintaoctomilia paſſuum. Alia uia quæ certior iti-
nere terreno maxime patet a gange ad euphratem amnem quinquagies centena milia paſſuum & .xxi.
Inde cappadociæ in mazaca.cc.milia.xliiii.inde per phrygiam:cariã:epheſum:quadringenta milia paſ
ſuum.xcviii. Ab epheſo per ægeum pelagus delum ducenta milia.iſthmum ducenta duodecim milia.
Deinde terra & laconico mari & corinthiaco ſinu patrãs peloponneſi ducenta duo milia quĩgẽti. Leu-
cadem octingenta ſex milia quingenti. Corcyrã totidem Acroceraunia centũ triginta duo milia quin-
genti. Brunduſiũ octingenta ſex milia quingenti. Romã.ccc.milia ſexaginta. Ad alpes uſq; calcincoma
cum uicũ quingẽta decẽ & octo milia. Per galliam ad pyreneos montes liberim quingenta qnquaginta
ſex milia. Ad oceanum & hiſpaniæ orã trecenta trigintaduo milia. Traiectu gadis ſeptem milia qngen
ti. Quæ mẽſura (Artemidoro atteſtãte) nonagita efficit ſexagita nouẽ. Latitudo aũt terræ a meridiano
ſitu ad ſeptẽtrionẽ

nongenta nonaginta unum milia quatuor decies centena & qnquaginta milia paſſuum milia octuagies ſexies cẽtena octogita quinq;

ſitu ad ſeptentrionem dimidio fere minor colligitur: quinquaginta quattuor miliũ ſexaginta duo. Quo quiquagi
palam fit quantum & hinc uapor abſtulerit: & illinc rigor. Neq. n. deeſſe arbitror terris: aut nõ eſſe glo es quater
bi formam. Sed inhabitabilia utrinq; incompta eſſe. Hæc menſura currit a littore æthiopici oceani: qua centena
modo habitatur ad mereon quingẽta quinquaginta milia. Inde alexandriam duodecim milia quinqua- ſexaginta
ginta. Rhodum quingenta octogintaria. Gnidum octogintaquattuor milia quingẽti cum. xxv. M. Sa duo mi-
mum. c. M. Chium octogintaquattuor. M. Mitilenen. lxv. M. Tenedon. xxviii. M. Sigæum promõto lia
rium. xii. M. quingẽti. Os ponti. cccxii. M. d. Garãbin. promontorium. cccl. Os mæotidis. cccxii. M. d. duodecieſ
Oſtium tanais. cclxv. M. Qui curſus compendiis maris breuior fieri poteſt. lxxxix. M. Ab oſtio tanais cẽtena mi
nihil modicum diligẽtiſſimi auctores fecere. Artemidorus ulteriora incomperta exiſtimauit: cũ circa ta lia qnqua
nain ſarmatarum gentes degere fateretur ad ſeptẽtriones uerſas. Iſidorus adiecit. xii. M. l. uſq; ad tulen: ginta
quæ coniectura diuinationis eſt. Ego non minore q̃ proxime dicto ſpatio ſarmatarum fines noſci intel- milia ſex-
ligo. Et alioquin quantum eſſe debet quod innumerabiles gentes ſubinde ſedem mutantes capiat: Vn- centa ſe-
de ulteriorem menſuram inhabitabilis plagæ multo eſſe maiorem arbitror. Nam & germania immen- ptuagin-
ſas inſulas non pridem compertas cognitum habeo. De longitudine ac latitudine hæc ſunt quæ digna taocto
memoratu putem. Vniuerſum autem hunc circuitum Eratoſthenes in omnium quidem litterarũ ſub- duodeci-
tilitate: & in hac utiq; præter cæteros ſolers: quem a cunctis probari uideo ducentorum quinquaginta es cẽtena
duorum milium ſtadium prodidit. Quæ menſura romana computatione efficit trecenties quindecies quinqua
centena milia paſſuum. Improbum auſum: uerum ita ſubtili argumentatione comprehenſum ut pude- ginta mi
at non credere. Hipparchus & in coarguendo eo & in reliqua omni diligentia mirus adiicit ſtadiorum lia.
paulominus. xxv. milia.

Harmonica mundi ratio. Cap. cxii.

Lia Dionyſiodoro fides: neq; enim ſubtraham exemplum uanitatis græcæ maximum. Meli- Cydnius
a us hic fuit geometrica ſcientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere ei propin-
quæ: ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cum ſecutis diebus iuſta peragerent: inueniſſe dicuntur
in ſepulchro epiſtolam Dionyſiodori nomine ad ſuperos ſcriptam. Perueniſſe eum a ſepulchro ad infi-
mam terram: eſſeq; eo ſtadiorum quadragintaduo milia. Nec defuere geometræ qui interprætarentur
ſignificare epiſtolam a medio terrarum orbe miſſam quo deorſum ab ſummo longiſſimũ eſſe ſpatium:
& idem pilæmedium. Ex quo conſecuta computatio eſt: ut circuitu eſſe. cc. quinquagintaquinq; milia
ſtadia pronuntiarent. Harmonica ratio quæ cogit rerum naturam ſibi ipſam cõgruere: addit huic men
ſuræ ſtadia ſeptem milia: terramq; nonageſimam ſextam milleſimam totius mundi partem facit.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS PROHOEMIVM.

ACTENVS DE SITV ET MIRACVLIS TERRAE AQVA-
rumq; ac ſyderum & ratione uniuerſitatis atq; menſura. Nunc de partibus
q̃q̃ infinitum id quoq; exiſtimatur: nec temere ſine aliqua reprenſione tracta
tum. Haud ullo in genere uenia iuſtior eſt: ſi modo minime mirum eſt ho-
h minem genitum non omnia humana nouiſſe. Quapropter auctorem ne-
minem unum ſequar: Sed ut quẽq; ueriſſimum in quaq; parte arbitrabor.
Quoniam commune ferme omnibus fuit: ut eos quiſq; diligentiſſime ſitus
diſceret: in quibus ipſe prodebat: ideo nec culpabo aut coarguam quemq̃ lo
corum nuda nomina: & quanta dabitur breuitate: ponentur claritate cau-
ſiſq; dilatis in ſuas partes. Nunc enim ſermo de toto eſt. Quare ſic accipi uelim: ut ſicut uidua fama ſua
nomina: qualia fuere primordio ante ullas res geſtas nuncupentur: & ſic quædam in his nomen datura
quidem: ſed mũdi rerũq; naturæ. Terrarũ orbis uniuerſus in tres diuiditur partes: europã: aſiam: africã.
Origo ab occaſu ſolis & gaditano freto: qua irrumpens oceanus atlanticus in maria interiora diffundi-
tur. Hinc intranti dextra africa eſt: leua: europa: inter has aſia eſt. Termini amnes Tanais & Nilus. xv.
milia paſſuum in longitudinem: quas diximus Fauces oceani patent: quinq; milium in latitudine a uico
mellaria hiſpaniæ ad promontorium africæ album: auctore Turamnio Grachula iuxta genito. T. Li-
uius ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt ubi minus. vii. M. paſſuum. Vbi uero plurimum. x.
M. Tam modico ore tam immenſa ęquorum uaſtitas proditur. Nec profunda altitudo miraculum mi
nuit. Frequentes quippe tæniæ candicantis uadi carinas territant. Qua de cauſa limẽ interni maris mul-
ti eum locum appellauere. Proxima autem faucibus utrinq; impoſiti montes coercent clauſtra: abila
africæ: europæ calpe: laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas eius dei uocant:
creduntq; perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria: & rerum naturæ mutaſſe faciem.

## De europa. Cap. i.

Rimum ergo de europa altrice uictoris omnium gentium populi: longeq; terrarum pulcher
p rima: quã pleriq; merito non tertiam portionem fecere: uerum æquam: in duas partes ab am-
ne tanai ad gaditanum fretum uniuerſo orbe diuiſo. Oceanns hoc: quod dictum eſt: ſpatio at-
lanticum mare infundens: & auido meatu terras quæcunq; uenientem expauere demergens: reſiſtentes
quoq; flexuoſo littorum anfractu lambit: europam uel maxime receſſibus crebris excauans: ſed in quat
tuor præcipue ſinus. Quorum primus a calpe hiſpaniæ extimo (ut dictum eſt) monte locobrutinũ
uſq; promontorium immenſo ambitu flectitur. In eo prima hiſpania terrarum eſt ulterior appellata.
uigitano Eadem bætica. Mox a fine uirgitano citerior eademq; tarraconenſis ad pyrenæa iuga. Vlterior in
urcitano duas per longitudinem prouintias diuiditur. Siquidem bæticæ latere ſeptentrionali protenditur lu-
ſitania amne Ana diſcreta. Ortus hic laminitano agro citerioris hiſpaniæ: & modo ſe in ſtagna fundens
modo in anguſtias reſorbens: aut in totum cuniculis condens: & ſæpius naſci gaudens in atlanticum
oceanum effunditur. Tarraconenſis autem hinc affixa pyreneo: totoq; eius a latere decurrens & ſimul
ad gallicum oceanum hibero mari tranuerſa ſe pandens ſolorio monte & oretanis iugis carpetaniſq; &
aſterum a bætica atq; luſitania diſtinguitur. Bætica a flumine eam mediam ſecante cognominata cun-
ctas prouintiarum diuiti cultu & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Iuridici conuentus ei
quattuor. Gaditanus: Cordubenſis. Aſtigitanus: Hiſpalenſis. Oppida omnia numero. clxxv. In iis
coloniæ. ix. Municipia. viii. latio antiquitus donata. xxix. libertate. vi. Fœderi. iii. Stipendiaria. cxx. Ex
his digna memoratu aut latiari ſermone dictu facilia. A flumine ana littora oceani oppidum onoba lu
ſturia cognominatum. Interfluentes luxia & urium mariani montes. Bethys fluuius. Litus curenſe infle
xo ſinu. Cuius ex aduerſo gadeis inter inſulas dicendæ. Promontorium Iunonis. Portus Bæſippo. Op
pida belõmellaria. Fretũ ex atlantico mari. Cartheia tarteſos a græcis dicta. Mõs calpe. Deinde littore
interno oppido berbeſula cũ fluuio. Itẽ ſalduba oppidũ ſuel malaca cũ fluuio fœderatoꝝ. Dein meno-
ba cũ fluuio. Sextifirmiũ cognomie iuliũ. Sexi & abdera. Murgis Bethycæ finis. Orã eã uniuerſam ori
ginis pœnoꝝ exiſtimauit. M. Agrippa. Ab ana ãt atlãtico oceano obuerſa baſtuloꝝ turdulorũq; eſt. In
uniuerſam hiſpaniã. M. Varro perueniſſe hiberas & pſas & pœnicas celtaſq; & pœnos tradit. Luſum
enim Liberi patris ac lyſam cũ eo bacchantẽ nomẽ dediſſe luſitaniæ & Pana præfectum eius. Vniuerſa
autem quæ de Hercule ac pyrene uel Saturno traduntur: fabuloſa in primis ut arbitror. Bethys in tar-
raconneſi prouintia non ut aliqui dixere menteſa oppido ſed tygenſi exoriens ſaltu: iuxta quem trader
fluuius qui carthaginenſem agrum rigat: ille ocior refugit Scipionis rogum: uerſuſq; in occaſum ocea
num atlanticum prouinciam adoptans petit modicus primo: ſed multorum fluminum capax: qui-
bus ipſe famam aquaſq; aufert. Bethycæ primum ab oſſigetania infuſus amœno blandus alueo: cre-
bris dextra leuaq; accolitur oppidis. Celeberrima inter hunc & oceani oram in mediterraneo ſegeda:
eliberi quæ augurina cognominatur. iulia quæ fidentia. Virgao quæ alba. Ebura quæ cerialis. Iliberi quod
liberini. Libida quæ clauſa. Stici quod iulienſes. Veſci quod fauentia: ſingilia: hegua: auia: ebdanum:
uinaria agla minor: hebura: caſtra: uaria: epiſibrium: ipho noua: illurco: & oſca: eſcua: ſuccabo: nuditanum:
eſbua tuati uetus: Obuia baſtetaniæ uergentis ad mare. Conuentus uero cordubenſis circa flumen ipſum oſ-
Omnia ſigi quod cognominatur laconium. Illiturgi quod forum iulium: ipaſturgi quod triumphale. Sitia &
xiiii. M. paſ. remotum in mediterraneo. Obulco quod botificenſe appellatur. Mox ripepora fœderato-
rum. Sacili martialium onobam. Et dextra corduba colonia patritia cognominata. Inde primum na-
detunda uigabili bethye. Oppida carbulo detuma fluuius ſingulis eodem bethys latere incedens. Oppida hiſpa
magna lenſis conuentus: celtiaca: uacamana: aeria: ilipa cognomine ilpa italica. Et aleua hiſpali colonia co-
italica gnomine romulenſis. Ex aduerſo oppidum oſſet: quod cognominatur iulia conſtantia. Virgentium
quod iulii genitor. Hippo caurafiarum fluuius menoba & ipſe a dextro latere infuſus. Ac inter æſtua
ria bethys oppidum nebriſſa cognomine ueneria: & colobona. Colonia aſta quæ regia dicitur. Et in
mediterraneo aſida: quæ cæſariana. Singulis fluuius in bethyn quo dictum eſt ordine irrumpens aſti
gitanam coloniam alluit cognomine auguſtam firmam: ab ea nauigabilis. Huius conuentus ſunt re
liquæ coloniæ immunes tucci quæ cognominantur auguſta gemella. ituci: quæ uirtus iulia. Atubi
quæ claritas iulia. Vrſo quæ genua urbanorum inter quæ fuit Munda cum Pompeii filio capta.
Oppida libera aſtygie uetus oſtippo. Stipendiaria callet: calucula: caſtragemina: ilipula minor: meru-
cra: ſucrana: obucula: oningis. Ab ora ueniti prope monobam amnem & ipſum nauigabilem haud pro
cul accolunt alontigiceli: aloſtigi. Quæ autem regio a bethye ad fluuium anam tendit: extra prædicta
beturia appellatur in duas diuiſa partes: totidemq; gentes. Celticos qui luſitaniam attingunt: hi
ſpalenſis conuentus. Et Turdulos qui luſitaniã & terraconenſem accolunt iura cordubam petunt. Cel
ticos a celtiberis ex luſitania aduenisse manifeſtum eſt ſacris lingua oppidorum uocabulis: quæ cogno-
minibus in bethyca

m inibus in bethyca diſtinguntur. Seria quæ dicitur fama iulia. Vertobrige concordia iulia. Segede reſti
tuta iulia: contributa iulia. Vcultuniacum: quæ & turiga nunc eſt. Laconimurgi conſtantia iulia. Tere/
ſibus fortunales: & callenſibus emanici. Præter hæc in celtica acimbro: arunda arunci turobrica: laſtigi: Ac inip/
alpeſa: ſiſepone ſerippo. Altera beturia quam diximus turdulorum & conuentus: cordubenſis habent po
oppida non ignobilia. Arſam: mellariam: mirobicam regiones oſintiadis ſiſeponem. Gaditani conuen/
tus ciuium romanorum. Regina latinorum regia. Cariſa comine aurelia. Vrigia cognominata caſtrũ Vria
iulium. Item Cæſaris ſalutarienſis. Stipendiaria baſaro: belippo barbeſula: lacippo Beſippo callet: cap/ oleatro
pagum: oleaſtro: icocio: brana: ſarguntia: andoriſe.

## Bæticæ longitudo & latitudo. Cap. ii.

Orro longitudinem uniuerſam eius prodidit. M. Agrippa. cccclxv. M. p. latitudinem. cclvii.
p M. Sed cum termini carthaginem uſq; procederent: quæ cauſa magnos errores computatio/
ne menſuræ ſæpius parit. Et dum alibi mutato prouintiarum modo: alibi itinerum auctis aut
diminutis paſſibus: incubuere maria tam longo æuo: alibi proceſſere littora. Torſere ſe & fluminum aut
correxere flexus. Præterea aliud aliunde exordium menſura eſt & alia meatus: ita fit ut nulli duo conci
nant. Bæticæ longitudo nunc a caſtulonis oppidi fine gadis. cccclxxv. M. & a murgi maritima ora. xxii.
M. p. amplior. Latitudo a carteiana ora. ccxxiiii. M. p. Agrippam quidem in tanta uiri diligentia præ/
terq; in hoc opere cura: cum orbem terrarum urbi ſpectandum proponeret: cæce erraſſe quis credat? &
cum eo Diuum Auguſtum? Is nãq; complexam ea porticum ex deſtinatione & cõmentariis. M. Agrip
pæ a ſorore eius inchoatam peregit

## Hiſpania citerior. Cap. iii.

Iterioris hiſpaniæ ſicut complurium prouintiarum aliquantum uetus forma mutata eſt: ut
c pote cum Pompeius Magnus tropæis ſuis: quæ ſtatuebat in pyreneo. d. ccclxvi. oppida ab al
pibus ad fines hiſpaniæ ulterioris in dicionem a ſe redacta teſtatus ſit. Nunc uniuerſa prouin/
tia diuiditur in conuentus ſeptem. Carthaginenſem: Tarroconenſem: Cæſarauguſtanum: Clunienſem:
Aſturum: Lucrenſem: Bracatum. Accedunt inſule quarum mentione ſepoſita præter ciuitates contribu/ Lucenſem
tas aliis prouintia ipſa. ccxciii. continet oppida. In iis colonias. xii. Oppida ciuium romanorum. xiii. Lati
norum ueterum. xviii. Fœderatorum unum. Stipendiaria. cxxxii. Primi in ora baſtuli: poſt eos quo dici
tur ordine intus recedentes meteſani: oretani: & ad tugum carpentani: iuxta eos uaccei: uectones: & cel/
tiberi: atreba ci. Oppida oræ proxima urci. Ad ſcripumq; bethicæ barea regio mauitania: mox deitania.
Dein conteſtania: carthago noua: colonia. cuius a promontorio quod Saturni uocatur Cæſaream mau/
ritaniæ urbem. clxxxvii. M. paſ. traiectus. Reliqua in ora flumen tader colonia immuni. Ilici unde ilici/
tanus ſinus: in eam contribuuntur icoſitania: mox latinorum lucentium: dianium ſtipendiarium: ſu/
cro fluuius: & quondam oppidum. Conteſtaniæ finis regio edetana amœno prætendente ſe ſtagno ad
celtiberos recedens. Valentia colonia. iii. M. paſ. a mari remota. Flumen durias: tantundem a mari Sagũ turia
tum ciuium romanorum oppidum fide nobile: flumen idubeda regio ilergoanum. Iberus amnis nauiga
bili commercio diues ortus in cantabris. haud procul oppido iuliobrica. cccc l. M. paſſ. fluens: nauium. p
cclx. M. a uaria oppido capax: quem propter uniuerſam hiſpaniam græci appellauere iberiã. Regio coſſe coſitania
tania: flumen ſubi: colonia Tarraco. Scipionum opus ſicut carthago pænorum. Regio ilergetum: oppi acetani
dum ſubur: flumen rubricatum: a quo laletani & indigetes. Poſt eos quo dicetur ordine intus recedentes
radicæ pyrenei auſetani: itani: lacetani. Perq; pyreneum ceretani: dein uaſcones. In ora autem colonia bar
cine cognomine fauentia. Oppida ciuium romanorum beturo illuro. Flumen larnum blande flumen al/ carnum
ba. Emporia geminum hoc ueterum incolarum: & græcorum: qui phocentium fuere ſoboles. Flumen ti ticher
chis. Ab eo pyrenea uenus in latere promontori altero. xl. M. nunc per ſingulos conuentus reddentur i
ſignia præter ſupradicta tarracone diſceptãt. populi. xliiii. quorum celeberrimi ciuium romanorum der/
tuſani: biſgargitani. Latinorum auſetani: cerretani: qui iuliani cognominantur: & qui auguſtani: eſteca
ni: geru denſes: geſſorienſes: teari qui iulienſes. Stipendiariorum aquicaldenſes: onenſes: betulonenſes:
Cæſaraauguſtana colonia immunis amne ibero affuſa: ubi oppidum antea uocabatur ſaldyba: regionis
idetaniæ recipit populos. lii. Ex his ciuium romanorum bellitanos: celſenſes. Ex colonia calatu ria/ editaniæ
nos: qui naſcici cognominantur. Ilerdenſes ſurdaonum gentis iuxta quos ſicoris fluuius: oſcen/
ſes regionis. baſſetaniæ: turiaſſonenſes. Latinorum ueterum caſcantenſes. ergauicenſes: gracchuritanos
leonicenſes: oſſigerdenſes. Fœderatos tarragenſes. Stipendiarios arcobrienſes: andologenſes: arco/
celitanos: burſaonenſes: calaguritanos: qui fabularenſes cognominantur. Complutenſes: carcen/ carnenſes
ſes: cinnenſes: cortenſes: damanitanos: larnenſes: ilurſenſes: ſpalenſes: ilumberitanos: lacetanos: Illurenſes

lubienſes iubienſes:pompælonenſes:ſegiſenſes.Carthaginem conueniunt populi.lxii.exceptis inſularum incolis.
libiſoſca Ex colonia accitania gemelleſenſes & liboſoca cognomine fero auguſtana : quibus duabus ius Italiæ da
tum. Ex colonia ſalanenſe oppidani latii ueteris caſtuonenſes: qui cæſariuenales appellantur. Setabi-
alabenſes tani qui auguſtani ualerienſes. Stipendiariorum autem hi celeberrimi:labanenſes:baſtiani:conſaburen-
ilorcutita ſes:dianenſes:Egeleſtani:ilorcitani:laminitani:menſani:qui & oritani:mente ſani:qui & baſtuli:oretani:
ni qui & germani cognominantur:caputq; celtiberiæ Segobrigenſes : carpentani: & toletani tago flumini
impoſiti. Dein uicienſes:uirgilienſes. In conuentum clunienſem uarduli ducunt populos.xiiii.ex qui-
bus labanenſes tantum nominare libeat.Turmodigi quattuor : in quibus ſegiſamonenſes : ſegiſamaiu-
lienſes. In eundem conuentum carietes & uennenſes quinq; ciuitatibus uadunt : quarum ſunt uelien-
ſes:eodem peledeones celtiberorum quattuor populis : quorum numantini fuere clari : ſicut in uacceo-
rum.xviii.ciuitatibus inter catinienſes: pallantini:lacobricenſes:caucenſes. Nam in cantabris quattuor
uiridoue- populis iuliobrica ſola memoratur.In autrigonum decem ciuitatibus tritium & uiroueſca.Areuacis no
ſta uixa- men dedit fluuius areua.Horum ſex oppida ſaguntia & ibi uxama:que nomina crebro aliis in locis uſur
ma pantur. Preterea ſegouia & noua auguſta termes:ipſaque clunia celtiberiæ finis. Ad oceanum reliqua
uergunt uarduliq; ex prædictis & cantabri.Iunguntur iis aſturum.xii.populi diuiſi in auguſta nos aſtu
rica urbe magnifica.In his ſunt girri:peſici:lancienſes zoelæ.Numerus omnis multitudinis.ad.cclx.M.
liberorum capitum.Lucenſis conuentus populorum eſt.xvi.præter celticos & lebunos ignominioſæ ac
barbaræ appellationis. Sed liberorum capitum ferme.clxvi.Simili modo bracarum.xxiii.ciuitates.cc-
Bibali lxxv.capitum:ex quibus præter ipſos bracaros Vibali:celerini:galleci:equeſilici:querquerni : citra faſti-
dium nominẽtur.Longitudo citerioris hiſpanie eſt ad finem caſtulonis a pyreneo. Sexcenta ſeptem.M.
p.& ora paulo amplius.Latitudo a tarracone ad littus olarſonis.cccvii. E radicibus pyrenei ubi cunea-
tur auguſtiis inter duo maria:paulatim deinde ſe pandens:qua contingit ulteriorem hiſpaniam: tantũ-
dem:& amplius:latitudinem adiicit.Metallis:plumbi:ferri:æris argẽti: auri tota ferme hiſpania ſcatet.
Citerior & ſpecularibus lapidibus.Bethyca & minio.Sunt & marmorum lapidicinæ uniuerſæ hiſpaniæ
Veſpaſianus imperator Auguſtus iactatus procellis reipu.latii ius tribuit. Pyrenei montes hiſpanias
galliaſq; diſterminant promontoriis in duo diuerſa maria proiecti.

Narbonenſis prouintia.Cap.iiii.

Arbonenſis prouintia appellatur pars galliarum:quæ interno mari alluitur:bracchata ante di
n cta : amne uaro ab italia diſcreta alpiumq; ſaluberrimis Romano imperio iugis A reliqua
Iura uerõ gallia latere ſeptentrionali montibus gehenna & iuribus agrorum cultu uirorum mo-
rumque dignatione:amplitudine opum nulli prouintiarum poſtferenda:breuiterq; italia uerius q̃ pro-
tichim uincia.In ora regio ſardonum:intuſque conſuaranorum.Flumina Thelin & obrin.Oppida illiberis ma
rubreſum gnæ quondam urbis tenue ueſtigium. Ruſcino latinorum flumen ataxe pyreneo rubrenſem permeans
lacum.Narbo Martius decumanorum colonia.xii.M.paſſuum a mari diſtans.Flumina araris lyria.,
Oppida decætero rara præiacentibus ſtagnis agatha quondam maſſilienſium & regio uolcarum tecto
ſagum:atq; ubi rhoda rhodiorum fuit. Vnde dictus multo galliarum fertiliſſimus rhodanus fluuius
ex alpibus ſe rapiens per lemãnum:lacum ſegnemq; deferens ararim:nec minus ſeipſo torrentem iſaram
& druentiam.Libyca appellantur duo eius ora modica.Ex his alterum hiſpanienſe:alterum metapinum
tertium idemq; ampliſſimum maſſalioticum. Sunt auctores & heracleam oppidum in hoſtio rhodani
fuiſſe ultra foſſam ex rhodano.c. paſſibus. Marii opere & nomine inſigne ſtagnum. Aſtromela oppi-
dum maritima auaticorum : ſuperq; campi lapidei Herculis præliorum memoria. Regio anatalio-
rum & intus deſuuiatium canarumque. Ruſus a mari tricorium & intus tricollorum.Vocontiorum
& ſegouellaunorum mox allogobrum : ac in ora maſſilia græcorum phocenſium Fœderata: promon-
torium nomine citariſta : portuſregio clamatulicorum.Dein ſuelteri ſupraq; uerucini.In ora autem hac
athenopolis maſſilienſium forum:iulii octauianorum colonia:quæ pacenſis appellatur : & claſſica:am
nis in ea argenteus. Regio oxybiorum:ligaunórumq;:ſuper quos ſuebri quariates adunicantes. At in
cema ora oppidum latinum antipolis.Regio deciatium.Amnis uarus ex alpium monte cemeno profuſus.
baeleræ In mediterraneo colonia arelate ſextanorum:bliteræ ſeptumannorum:arauſio ſecundanorum. In agro
ſalyorum cauarum ualentia:uienna allobrogum. Oppida latina aquæſextiæ ſalubirum : auenio cauarum: apta-
iulia uulgientium alebeceriorum apollinarium:alba hèluorum:auguſta tricaſtinorũ : anatilia area bor-
cabellio, mannico macina bellio carcaſum uolcarum tectoſagum ceſſero carpenthoracthe:meminorum:cenicen
ſes:cambo.lectri:qui atlantici cognominantur.Forum Voconi.glanum Liui Leuteuani: qui & forone-
ronienſes.Nemauſum arecomicorum.Piſcenæ ruteni ſanagenſes toloſani tectoſagii aquitaniæ conter-
mini taſcodunitarii cotonienſes umbranici. Vocontiorum ciuitatis fœderatæ duo capita uaſio & lu-
cus. Auguſti. Oppida uero ignobilia.xix. ſicut.xxiiii.nemauſenſibus attributa. Adiecit formulæ Gal
ba imperator

ba imperator ex inalpinis auanticos atq; ebrodiuntios: quorum oppidum dinia. Longitudinem prouinciæ narbonenſis. ccccLxx. M. paſſ. Agrippa tradit: latitudinem. ccxLviii. ebroduceſes

### Italia Tyberis Roma Campania. Cap. v.

Talia dehic: primiq; eius ligures: mox hetruria: umbria: larium: ubi tyberina hoſtia: & Roma terrarum caput. xvi. M. p. interuallo a mari. Volſcorum poſtea litrus: & campaniæ: picentium inde: ac lucanum brutiumq;: quo longiſſime in meridiem ab alpium pene lunatis iugis in maria excurrit italia. Ab eo græciæ ora: mox ſalentini: peduculi: apuli: peligni: ferentani: marrucini: ueſtini: ſabini: picentes: galli: umbri: hetruſci: ueneti: carni: iapides: iſtri: liburni. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito: ſi breuiter atq; in tranſcurſu in hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna: eadem & parens: numine deum electa: quæ cælum ipſum clarius faceret: ſparſa congregaret imperia: rituſq; molirer: & tot populorum diſcordes feraſq; linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia: & humanitatem homini daret: breuiterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam tanta nobilitas omnium locorum: quos quis attigerit? tanta rerum ſingularum populorumq; claritas tenet. Vrbs roma uel ſola in ea & digna etiam feſta ceruice facies quo tandem narrari debet opere? Et qualiter Campaniæ ora per ſe fœlixq; illa ac beata amœnitas: ut palam ſit: uno in loco gaudẽtis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perẽnis ſalubritatis cæli temperies eſt: tam fertiles campi: tam aprici colles: tam innoxii ſaltus: tam opaca nemora: tam munifica ſiluarum genera: tot montium afflatus: tanta frugum & uitium olearumq; fertilitas: tam nobilia pecori uellera: tot opima tauris colla: tot lacus: tot amnium fontiumq; ubertas totam eam perfundens: tot maria: portus: gremiumq; terrarum commercio patens undiq;: & tanquam ad iuuandos mortales ipſa auida in mare procurrens. Neq; ingenia: rituſq;: ac uiros & lingua manuq; ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea iudicauere græci: genus in gloriam ſuam effuſiſſimum quotam partem ex ea appellando græciam magnam. Nimirũ id quod in mẽtione cæli fecimus hac quoq; in parte faciendum eſt: ut quaſdam notas ac pauca ſydera attingamus. Legentes tantum quæſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari. Eſt ergo folio maxime querno aſſimulata: multo proceritate amplior q̃ latitudine: in leuo ſe flectens cacumine: & amazonicæ figura deſinens parmæ: ubi a medio excurſu cirtos uocatur per ſinus lunatos duo cornua emittens: leucopetram dextra: lacinium ſiniſtra. Patet longitudine ab alpino fine prætoriæ auguſtæ per urbem capuam æq; curſu meante rhegium oppidum in humero eius ſitum: a quo ueluti ceruicis incipit flexus: decies centena & uiginti milia paſſuum multoq; amplior menſura fieret lacinium uſq;: ni talis obliquitas in latus digredi uideretur. cocinthos Latitudo eius uaria eſt. cccc x. milium inter duo maria inferum & ſuperum: amneſq; uarum atq; arſiam: mediæ atq; ferme circa urbem romam ab hoſtio aterni amnis in adriaticum mare influentis ad tyberina hoſtia. cxxxvi. & paulo minus a caſtronouo adriatici maris alſium ad thuſcum æquor. Haud ullo in loco. cc. in latitudinem excedens. Vniuerſæ autem ambitus a uaro ad arſiam. xxx. M. paſſuum. lviii. efficit. Abeſt a circũdatis terris hiſtria ac liburnia quibuſdam locis. c. M. paſſuum. Ab epiro & illyrico. l. Ab africa minus. cc. ut auctor affirmat Varro. Ab ſardinia. cxx. milia. A ſicilia. M. d. A corſica minꝰ lxx. Ab iſſa. l. Incedit per maria cæli regione ad meridiem quidem. Sed ſi quis diligenti ſubtilitate id exigat: inter ſextam horam primamq; brumalem. Nunc ambitum eius urbeſq; enumerabimus.

Qua in re præfari neceſſarium eſt auctorem nos Diuum Auguſtum ſecuturos: deſcriptionemq; ab eo factam italiæ totius in regiones. xi. Sed ordine eo qui in littorum tractu fiet urbium quidem uicinitates oratione utiq; præpropera ſeruari non poſſe: itaq; interiori in parte digeſtionem in litteras eiuſdem nos ſecuturos coloniarum mẽtione ſignata: quas ille in eo prodidit numero. Nec ſitus origineſq; perſequi facile eſt. In gaunis liguribus ut cæteri omittantur agro tricies dato. Igitur ab amne uaro nicea oppidum a maſſilienſibus conditum. Fluuius pado. Alpes populiq; inalpini multis nominibus: ſed maxime capillati oppido uẽdiatiorũ: ciuitatis Cemenelion. Portus herculis. monœchi. Liguſtica ora. Ligurum celeberrimi ultra alpes ſalyi deceates: oxybii: citra ueneni & caturgis orti uagenni: ſtatyelli: uibelli magelli: euburiates: caſmonates: ueliates: & quorum oppida in ora proxima dicemus.

Flumen rutuba: oppidum albium: intemelium: flumen merula: oppidum albingaunum: portus uadum ſabatium: flumen porcifera: oppidum genua: fluuius feritor: portus delphini. Tigulia intus ſegeſta tigulorium. Flumen macra liguriæ finis. A tergo autem ſupradictorum omnium Apenninus mos italiæ ampliſſimus: perpetuis iugis: ab alpibus tendens ad ſiculum fretum. Ab altero eius latere ad padum amnem italiæ ditiſſimum omnia nobilibus oppidis nitent. Libarna dertona colonia: iria: bardecatæ: induſtria: polentia: carrea: quod potentia cognominatur. Forofului quod ualentinum. Auguſta uaciennorum: Alba pompeia: aſta: aquæ ſtatyellorum. Hæc regio ex deſcriptione Auguſti nona eſt. Patet ora liguriæ inter amnes uarum & macram. ccxi. M. paſ. Adnectitur ſeptimæ in qua hetruria

eſt ab amne macra : & ipſa mutatis ſæpe nominibus. Vmbros inde exegere antiquitus pelaſgi. Hos
lydi: a quorum rege tyrrheni: mox a ſacrifico ritu lingua græcorum thuſci ſunt cognominati. Primũ he
Aeſarem trurię oppidum luna portu nobile. Colonia luca a mari recedens: propiorq; ipſa inter amnes Auſerem
& Arnum orta a Pelope piſiſq; ſiue a tenucanis græca gente. Vada uolateranea: fluuius cecina : popu-
lonium hetruſcorum quondam hoc tantum in littore. Hinc amnes prille: mox umbro nauigiorum ca-
pax: & ab eo tractus umbriæ portuſq; telamon: coſſa uolcientium a populo Ro. deducta: grauiſce: ca-
ſtrum nouum: pyrgi: cæretanus amnis: & ipſum cære: Intus mil. paſſibus quattuor agylla a pelaſgis cõ
ditoribus dictum: Alſium: phregene. Tyberis amnis a macra. cclxxxiiii. M. paſſ. Intus coloniæ faliſca
argis orta ( ut auctor eſt Cato ) quæ cognominatur hetruſcorum lucus. Coloniæ ruſellana : ſenenſis:
utriena citrona: decætero aretini ueteres: aretini fidentiores: aretini iulienſes: amitinenſes : aquenſes cognomine
uel ſutria taurini : blerani : cortonenſes : capinates : cluſini noui : cluſini ueteres: fluentini præfluenti arno ap-
aquulen- poſitu: feſulæ: ferentinum: feſcẽnia: hortanum: herbanum: nepeta. Nouem pagi præfecturæ claudiæ. Fo
ſes ro Clodii: piſtorium: peruſia: ſuanenſes: ſaturnini qui ante aurinini uocabantur: ſudertani: ſtatones tar-
quinienſes : thuſcanienſes : uetulonienſes : ueretani : ueſentini : uoleterrani cognomine hetruſci : uol-
ſcinienſes in eadem parte. Oppidorum ueterum nomina retinent agri cruſtuminus caletranus. Ty-
beris antea thybris appellatus: & prius albula e media fere longitudine apennini finibus aretinorum ꝓ
fluit: tenuis primo nec niſi piſcinis corriuatus: emiſſuſq; nauigabilis: ſicuti tinia & glanis influentes in eũ
nouenorum ita conceptu dierum : ſi non adiuuent hymbres : ſed tyberis propter aſpera & confrago
ſa. Ne ſic quidem præterquam trabibus uerius q̃ ratibus longe meabilis fertur. p. c. l. M. d. non ꝓ
cul tiferno peruſia & otriculo : hetruriam ab umbris ac ſabinis : mox citra. xiii. M. paſſ. urbis ue-
ientem agrum a cruſtumino : dein fidenate : latinumq; a uaticano dirimens. Sed intra tiniam & gla-
nim duobus & . xl. fluuiis auctus : præcipuis autem nare & aniene : qui & ipſe nauigabilis. Latium
includit a tergo. Nec minus tamen aquis ac tot fontibus in urbem perductis. Et ideo quamlibet
magnarum nauium ex italo mari capax : rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus.
Pluribus prope ſolus q̃ cæteri in omnibus terris amnes accolitur aſpiciturq; uillis. Nulliq; fluuiorum
minus licet incluſis utrinq; lateribus : nec tamen ipſe pugnat quanq̃ creber ac ſubitis incrementis : &
nuſquam magis aquis q̃ in ipſa urbe ſtagnantibus. Quinimmo uates intelligitur potius ac monitor
auctu ſemper religioſus uerius q̃ ſæuus. Latium antiquum a tyberi circeios ſeruatum eſt. M. paſſuum
. l. longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis ſæpe mutatis tenuere alii aliis tẽ-
poribus. Aborigines pelaſgi: arcades: ſiculi: aurunci: rutyli. Et ultra circeos uolſci: oſci: auſones unde no
men modolatii proceſſit ad lirin amnem. In principio eſt hoſtia colonia a romano rege deducta. Oppi
Iouis dum laurentum lucus ſolis indigetis. Amnis numicius. Ardea a Danae Perſei matre cõdita. Dein quõ-
dam aphrodiſium antium colonia. Aſtura flumen & inſula. Fluuius nympheus : cloſtra romana. Cir-
ceii quondam inſula immenſo quidem mari circundata ( ſi creditur Homero ) & nunc plane. Mi-
rum eſt quod hac de re tradere hominum notitiæ poſſumus. Theophraſtus qui primo externorum
aliqua de romanis diligentius ſcripſit. Nam Theopompus ante quem nemo mentionem habuit urbem
dũtaxat a gallis captam dixit. Clitarchus ab eo proximus legationem tantum ad Alexandrum miſſam.
Hic iam pluſquam & fama circeiorum inſulæ & menſuram poſuit ſtadia. lxxx. in eo uolumine : quod
ſcripſit Nicodoro athenienſium magiſtratui: qui fuit urbis noſtræ. cccclx. anno. Quicquid eſt ergo ter
rarum propter. x. M. paſ. prope ambitus adnexum inſulæ. Poſt eum annum acceſſit italiæ aliud mira
culum. A circeis palus pontina eſt quem locum. xxiii. urbium fuiſſe Mutianus ter conſul prodidit.
Dein flumen ufens ſupra quod teracina oppidum lingua uolſcorum anxur dictum. Ibi fuere amy-
clæ a ſerpentibus deletæ. Dein lacus fundanus: caieta portus. Oppidum formiæ antiqua læſtrigonum
ſedes. Vltra fuit oppidum: pyræ: colonia minturnæ: lyri amne diuiſa glanico appellato. Sinueſſa extre
mum in adiecto latio: quam quidam dixere ſinopem uocitatam. Hinc fælix illa campania eſt. Ab hoc
ſinu incipiunt uitiferi colles: & temulentia nobilis ſucco per omnis terras inclyto: atq; ( ut ueteres dixe-
re ) ſummum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc ſetini & cecubi obtenduntur agri. Iis iungun-
laberini tur falerni: caleni. Dein conſurgunt maſſici : gaurani : ſurrentiniq; montes. Ibi laborini campi ſter-
politũtur nuntur : & in delicias halicæ politur meſſis. Hæc littora fontibus calidis rigantur : præterq; cætera in to
menſis to mari conchylio & piſce nobili annotantur. Nuſquam generoſior oleæ liquor. Et hoc quoq; cer-
tamen humanæ uoluptatis tenuere oſci: græci: umbri : thuſci: campani. In ora ſauo fluuius. Vultur-
num oppidum cum amne. literrum cumae chalcidenſium: miſenum: portus baiarum: bauli: lacus lu
crinus & auernus. Iuxta quem cimerium oppidum quondam : dein puteoli colonia dicæarchia di-
cti poſtq; phlegræi campi. Acheruſia palus cumis uicina. Littore autem hoc neapolis chalcidenſium:
& ipſa parthenope a tumulo ſyrenis appellata. Herculanium Pompeii haud procul expectante
monte

monte ueſuuio. Alluente uero ſarno amne ager nucerinus ē: & .ix. M. paſſibus a mari ipſa nuceria. Sur-
rentum cum pmontorio Mineruæ ſirenū quondā ſede: nauigatione a circeis duo de .lxxx. M. p. patet.
Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruatur ex deſcriptiōe Auguſti. Intus coloniæ capua a .xi. campo dicta:
aquinum: ſueſſa: uenafrum: ſora: teanum ſidicinum cognomine: nola. Oppida abellinum: aritia: alba lō
ga: accrani: alliſani: atinates: aletrinates: anagnini: atellani. Aeſulani. arpinates: auxiniates: auxellani: al-
faterni. Et qui ex agro latino. Item hernico. Item labicano cognominati. Bouillæ: calatiæ: caſinum: cale
num: capitulum: cerneturn: cernetani qui mariani cognominantur. Corani a dardano troiano orti. Cu-
bulterini: caſtrimonienſes cingulani. Fabienſes. In mōte albano foropopuliēſes. Ex falerno fruſinates: fe cabienſes
rentinates: freginates: frabaterni ueteres: frabaterni noui: ficolenſes: fregellani: foroappi: forentani: gabi-
ni: interannates: ſuccaſani qui & lirinates uocantur. Ilionenſes: lauinii: norbani: nomētani: præneſtini ur ſuccuſani
be quondam ſtephane dicta. Priuernates: ſetini: ſignini: ſueſſulani: telini: trebulani cognomine balimen- ceratum
ſes. Trebani: thuſculani: uerulani: ueliterni: ulubrenſes: uluarnates: ſuperq; Roma ipſa: cuius nomen al laniuini
terum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur: optimaq; & ſalutari fide abolitum annuntiauit Va-
lerius Solanus: luitq; mox pœnas. Non alienum uidetur inſerere hoc loco exemplū religionis antiquæ
ob hoc maxime ſilentium inſtitutæ. Namq; Diua Angerona: cui ſacrificatur ad diem .xii. Kalendas ia-
nuarii: ore obligato obſignatoq;: ſimulacrum habet. Vrbem tris portas habentem Romulus reliquit:
aut (ut plurimis tradentibus credamus) quattuor. Mœnia eius collegere ambitu imperatoribus cenſo-
ribuſq; Veſpaſianus anno conditæ .d.cccxviii. Mil. paſ. xiii. M. cc. Complexa montes .vii. Ipſa diuiditur
in regiones .xiiii. Compita earum .cclxv. paſ. eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in capite romani
fori ſtatuto ad ſingulas portas: quæ ſunt hodie numero .xxxvii. ita ut .xxii. portæ ſemel numerētur: præ-
tereanturq; ex ueteribus .vii. quæ eſſe deſierunt. Efficit paſſuum per directum .xxx. M. d. v. lxii. Ad extre
ma uero tectorum cum caſtris prætoriis ab eodem miliario per uicos omnium uiarum menſura col
ligit paulo amplius .lxx. M. paſſuum. Quod ſi quis altitudinem tectorum addat: dignam profecto
extimationem concipiat: fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari.
Clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi: inter prima opere mirabili. Nanq; eum muris æquauit:
qua maxime patebat aditu plano. Cætero munita erat præcelſis muris: aut abruptis montibus: niſi q
expatiantia tecta multas addidere urbes in prima regione. Præterea fuere in latio clara oppida: ſatri-
cum: pometia: ſcaptia: pitulum: politorium: tellene: tifata: cenina ficulnea: cruſtumeriū: a meriola: me- Aemei-
dullia: corniculum: ſaturnia ubi nunc Roma eſt. Antipolis quod nunc ianiculum in parte romæ: antē- polis
na: camerium: collatia: amiternum: norbe: fulmo: & cum his carnem in monte albano ſoliti accipere po
puli albenſes. Albani: Aeſolani: accienſes abolani: bubetani: bolani: cuſuetani: coriolani: fidenates: fo
retii: hortenſes: latinienſes: longulā: menates: macrales: mutucumenſes: olliculani: octulani: pedani: pol
luſtini: querquetulani: ſicani: ſiſolenſes: tolerienſes: tutienſes: uimiteraliuelienſes: uentulani: uicellen-
ſes. Ita ex antiquo latio .liii. populi interiere ſine ueſtigiis. In campano autem agro ſtabie oppidum fuit
uſq; ad Cn. Pompeium. & L. carbonem coſſ. a pridie Kalend. maii: quo die Sylla legatus bello ſocia-
li id deleuit: quod nunc in uillas abiit. Intercidit ibi & taurania. Sunt & morientis ſcalini reliquiæ.
Præterea auctor eſt Antias oppidum latinorum apiolas captum a L. Tarquino rege: ex cuius præ
da capitolium is in fine inchoauerit: A ſurrentino ad ſilarum amnem .xxx. M. paſſus ager picenti-
nus fuit: thuſcorum templo iunonis argiuæ ab Iaſo ne condito inſignis. Intus oppidum ſalerni: pi
centia. A ſilaro regio tertia & ager lucanus brutiuſq; incipit: nec ibi rara incolarum mutatio. Te-
nuerunt eas pelaſgi: œnotrii: itali: morgetes: ſiculi: græciæ maxime populi: nouiſſime lucani a ſan
nitibus orti duce Lutio. Oppida peſtum a græcis poſidonia appellatum ſinus peſtanus: oppidum
helea: quæ nunc uelia. Promontorium palinurum a quo ſinu recedente traiectus ad columnam
rhegiam .c. M. paſſus. Proximum autem huic flumen melphes. Oppidum buxentum græcæ py-
xus laus amnis: fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo brutium littus: oppidum blanda: flumē
baletum: portus parthenius: & phocentium ſinus uibonenſis locus clampetiæ. Oppidum tempſa
a græcis temeſe dictum: & crotonienſium terina: ſinuſq; ingens terinus. Oppidum conſentia. In-
tus in peniſula fluuius acheron: a quo oppidani acherontini. Hippo quod nunc uibonem ualen-
tiam appellamus. Portus Herculis: Metaurus amnis. Tauranum oppidum: portus oreſtis & med Taura-
ma. Oppidum ſcylleum: Cratis fluuis pater (ut dixere) ſcyllæ. Dein columna rhegia. Siculum fre num
tum: ac duo aduerſa promontoria ex italia cænys. Ex ſicilia pelorum .xii. ſtadiorū interuallo. Vnde rhe
gium .xii. M. d. p. inde apennini ſilua. Promontorium leucopetra .xii. Mil. paſſibus. Ab ea locri: cogno
minati a promontorio zephyrio abſunt a ſilaro .ccc.iii. M. Et includitur europæ ſinus primus in eoq;
maria nuncupant: Vnde irrupit atlanticum: ab aliis magnū: qua intrat porthmos a græcis: a nobis gadi
tanū fretum: cū intrauit Hiſpanū quatenus hiſpanias abluit: Ab aliis ibericum: aut balearicum: Mox gal
licum: ante narbonenſem prouinciam: hinc liguſticum. Ab eo ad ſiciliam inſulā: thuſcū quod ex græcis

alii notium:alii tyrrhenũ:e noſtris plurimi inferum uocant. Vltra ſiciliam:quod eſt ad ſalentinos auſo
nium Polybius appellat. Eratoſthenes autem inter hoſtium oceani & ſardiniam quicquid eſt ſardoũ.
Inde ad ſiciliam tyrrhenũ. Ab hac cretam uſq; ſiculum. Ab ea creticũ. Inſulæ per hæc maria primæ om-
nium pityuſæ a græcis dictæ a frutice pineo:nunc ebuſus uocatur:utraq; ciuitate fœderata anguſto fre
to interfluente:patent.xlii.M.paſſibus abſunt a dianio ſeptingentis ſtad.totidem dianium per continẽ
tem a carthagine noua. Tantũdem a pityuſis in altum baleares duæ:& ſucronem uerſus colubraria. Ba
leares funda bellicoſas græci gymneſias dixere. Maior.c.M.p. eſt longitudine:circuitu uero .cccclxxx.
M. Oppida habet ciuium romanorum palmam & pollentiam:latina cinium:& cunici:quod fœdera-
tum bochorum fuit:ab ea.xxx.M.p.diſtat minor:longitudine.lx.M.circuitu.cl.M. paſſuum. Ciuita-
tes habet Iamnonem:& magonem:a maiore.xii.paſſuum in altum abeſt capraria:inſidioſa naufragiis:
triquadra & e regione palmæ urbis meraria ac tiquadra parua Hannibalis. Ebuſi terra ſerpentes fugat:colubrariã
patria parit. Ideo infeſta omnibus niſi ebuſitanam terrã inferẽtibus. græci ophiuſam dixere. nec cuniculos Ebu
ſus gignit populãtes balearium meſſes. Sunt aliæ.xx.ferme paruæ mari uadoſo. Galliæ autem hinc ora
in rhodani hoſtio metina:mox quæ blaſcon uocatur:tres ſtæchades a uicinis maſſilienſibus dictæ pro-
pter ordinem:quas item nominant ſingulis uocabulis:prote:& meſe:quæ & pomponiana uocatur:ter
tia hype. Ab iis ſturium:phœnice:phila:lero:& lerina aduerſum antipolim:in quã uergoani oppidi me
moria.

## De Corſica. Cap.vi.

N liguſtico mari eſt corſica:quã græci cyrnon appellauere:ſed thuſco propior a ſeptentrione
i in meridiem proiecta:lõga paſſuum.cl.M.lata maiore ex parte.l. Circuitu.cccxxii.M. Abeſt
a uadis uolateranis.lxii.M.p. Ciuitates habet.xxxiii.& colonias marianam a Mario deductã
aleriã a dictatore Sylla. Citra eſt oglaſa. Intra uero.lx.M.paſſibus a corſica planaria ſpecie dicta æqua
lis freto:ideoq; nauigiis fallax:amplior urgo & capraria:quam græci ægilon dixere. Item igilium & dia
nium:quam artemiſiam:ambæ contra coſanum littus:& barpona:meneria:colubraria:uenaria ilua:
cũ ferri metallis circuitu.c.p.a populonia.x.M.a græcis ætalia dicta.ab ea planaſia.xxxviiii.M. Ab iis
aſtura ultra tyberina hoſtia in antiano ſtura:mox palmaria ſinonia:aduerſum formias pontiæ. In puteolano
autem ſinu pandataria:prochyta non ab Aeneæ nutrice:ſed quia profuſa ab ænaria erat. Aenaria ipſa a
ſtatione nauium Aeneæ:Homero inarimæ dicta:græcis pithecuſa:non a ſimiarum multitudine (ut ali
qui exiſtimauere) ſed a figulinis doliariorum. Inter pauſilpiũ & neapolim megaris:mox a ſurrento.viii.
M.paſſibus diſtantes Tyberii principis arce nobiles capreæ circuitu.xl.M.paſ.cx.leucothea. Extra quẽ
conſpectum pelagus africam attingens. Sardinia minus ix.mil. paſſibus a corſicæ extremis etiamnum
anguſtias eas arcentibus inſulis paruis:quæ cuniculariæ appellãtur. Itemq; phitonis foſſæ a quibus fre
tum ipſum taphros nominatur.

## De Sardinia. Cap.vii.

Ardinia ab oriente patens.clxxxviii.M.paſſuum.ab occidente.clxx. milia a meridie.lxxiiii.mi
ſ lia.a ſeptentrione.cxxii. Circuitu.d.lxii.milia.abeſt ab africa calaritano promontorio ducenta
milia.a gadibus quatuordecieſcentena:habet & a gorditano promontorio duas iſulas quæ uo
cantur Herculis:a fulchenſi enoſin:a calaritano ficariam. Quidam haud procul ab ea etiã belendas po
balari nunt & collodem:& quã uocant heras lutra. Celeberrimi ĩ ea populorũ Ilieſes Salari:corſi. Oppidorũ
xiiii.fulchitani:ualentini:neapolitani:boceſes:calaritani ciuium romanorum:& noreſes. Colonia aũt
una:quæ uocatur ad turrim libyſonis. Sardiniam ipſam Timæus ſandaliotin appellauit ab effigie ſoleæ
Myrſilius ichnuſam a ſimilitudine ueſtigii. Contra peſtanum ſinum leucaſia eſt a ſyrene ibi ſepulta ap-
pellata. Contra ueliam pontia & iſacia:utræq; uno nomine œnotrides:argumentum poſſeſſæ ab œno-
triis italiæ:& contra uibonem paruæ:quæ uocantur ithaceſiæ ulyxis ſpecula.

## De Sicilia. Cap.viii.

Erum ante omnes claritate Sicilia:Sicania a Thucydide dicta:Triacria a pluribus:aut trique
u tra a triangula ſpecie. Circuitu patens ut auctor eſt Agrippa.d.cxviii.M.paſſibus:quõdã bru
tio agro cohærens:mox interfuſo mari auulſa.xii.M.in longitudinem freto. In latitudinẽ aũt
mille quingentis. Iuxta columnam rhegiam:ab hoc dehiſcẽdi argumento rhegiũ græci nomẽ dedere op
pido in margine italiæ ſito. In eo freto eſt ſcopulus ſcylla. Item carybdis. Mare uorticoſum. Ambo clara
ſæuitia. Ipſius triquetræ ut diximus promontorium pelorus uocatur aduerſus ſcyllam uergens in italiã
Pachynũ in græciã.cxliiii.M.ab eo diſtante pelopõneſo. Lilybeũ in africam.clxxx.M.interuallo a Mer-
curini promontorio:& a calaritano ſardiniæ centũ uiginti.M. Inter ſe ãt hæc ꝓmontoria late diſtãt his
ſpatiis. Terreno itinere a peloro pachynum.clxvi.M.paſſus. Inde lilybeum.cc.M. Inde pelorum.clxx.
M.coloniæ

M.coloniæ ibi urbes ac ciuitates.lxxii.Apeloro mare ionium ora ſpectante oppidum Meſſana ciuiũ
romanorum:qui mamertini uocantur.Promontorium drepanum:colonia taurominiũ:quæ antea na-
xos.Flumen aſines.Mons ætna nocturnis mirus incendiis.Crater eius patet ambitu ſtadia.xx.Fauilla
taurominium & catinam uſq; peruenit feruens.Fragor uero ad maronem & gemellos colles. Scopuli Catanã
tres cyclopũ :Portus ulixis.Bolonia:catina:Flumina ſymethũ:terias.Intus leſtrigoni cãpi. Oppida le
ontini:megaris:amnis pãthagies.Colonia ſyracuſæ cũ fonte arethuſa.Quamq̃ & temenitis:& acchide
miſa:& margea:& cyane milichiæ fontes ĩ ſyracuſano potant agro portus nauſtachmus:flumen elo- Miline
rus: ꝓmontoriũ pachynũ: a qua fronte ſiciliæ flumẽ hirminiũ.oppidũ camarina:fluui⁹ gelas: oppidũ
agragas:qđ agrigentũ noſtri dixere.Thermæ colonia:atys:& hypſa & ſelinus. Oppidũ lilybeũ: abeo Acis
ꝓmontoriũ drepana:mons eryx.Oppida panhormum:ſelinus hymera cũ fluuio cephalædis: aleunti-
num.agathyrſum:tyndaris colonia:oppidũ myle.Et unde cœpimus pelorus.Intus latinæ cõditionis
cẽturipini:nepini:Segeſtani.Stipẽdiarii aſſorini:ætnẽſes:agyrini:aceſtei:acrenſes:bidini:citarii & caciri
ni:drepanitani:ergetini:eceſtiẽſes:erycini:entellini:netini:edini:enguini:gelani:galateni:haleſini:hennẽ Chanẽſeſ
ſes:hybleẽſes:herbitẽſes herbeſſenſes:heubulẽſes:halicyẽſes:hadranitani:Imacarẽſes:hypanẽſes: Ieten Moticen
ſes:mutuſtratini:magellini:murgẽtini:motyẽſes:menanini:naxinoæi:petrini:paropini:teraphitiẽſes:ſe ſes
mellitani:ſcherini:ſelinũtii:ſymæthii.Tallariẽſes:tiſſinẽſes:triocalini:tiraciẽſes.zãclæi meſſenioꝝ.Ho- Phintren
rũ ĩ ſiculo freto ſunt iſulæ in africã uerſæ gaulos melita a camerina.lxxxiiii.M.paſſibus. Lilybeo.cxiii. ſes
Coſyra.hieroneſos.Cæne galatha.lopaduſa.æthuſa quã alii æguſam ſcripſerũt.Bucinona ætnæ. & a ſo Tiſſenſeſ
lunte.lxxv.M.oſteodes.cõtraq; paropinos uſtica.Citra uero ſiciliã ex aduerſo metauri amnis.xxii. fer- Bucinna
me paſſuũ ab italia.vii.æoliæ appellatæ.Eædẽ liparæorũ & epheſtiades a grecis:a noſtris uulcani.Aeo-
liæ:q; Aeolus iliacis temporibus ibi regnabat.

De lipara. Cap.viii.

Ipara cum ciuium romanorum oppido dicta a Liparo rege.Qui ſucceſſit Aeolos: antea lon- Quoi
I gonis uel meligunis uocitata abeſt.xii.M.p.ab italia:ipſa circuitu paulo minori. Inter hanc ſucceſſit
& ſiciliam altera antea theraſia appellata nunc hiera:quia ſacra uulcano eſt. Colle in ea no- Aeolus
cturnas euomente flammas.Tertia ſtrongyle a lipara mille paſſus ad exortum ſolis uergens:in qua re
gnauit Aeolus:quæ a lipara liquidiore flamma tantum differt.Cuius fumo qui nam flaturi ſint uenti
in triduum prædicere incolæ traduntur. Vnde Aeolo uentos paruiſſe exiſtimatum. Quarta didyme
minor q̃ lipara.Quinta ericuſa.Sexta phœnicuſa pabulo proximarum relicta Nouiſſima eademq; mi
nima euonymus.Hactenus de primo europæ ſinu.

De locris italiæ fronte. Cap.ix.

Locris italiæ frons incipit:magna græcia appellata in tres ſinus incedens auſonii maris: quo-
a niam auſones tenuere primi.patet.lxxxii.M.paſſuum ut auctor eſt Varro. Pleriq;.lxxii.M.fe
cere.In ea ora flumina innumera:ſed memoratu digna loconus:ſagra:& ueſtigia oppidi cau-
lonis:myſtia conſilinum caſtrum cocinthum:quod eſſe longiſſimum italiæ promontorium aliqui exi-
ſtimant.Dein ſinus & ſcyllatium ſcylletium athenienſibus cum conderent dictum:quem locum occur
rens therineus ſinus peninſulam efficit:& in ea portus qui uocatur caſtra Hannibalis:nuſq̃ anguſtiore
italia.xx.M.paſſuum latitudo eſt.Itaq; Dionyſius maior interciſam eo.loco adiicere ſiciliæ uoluit.Am
nes ibi nauigabiles cæcinos:crotalus:ſemirus:arocha:targines.Oppidum intus petilia:mons clibanus
promontorium lacinium:cuius ante oram inſula.x.M.paſſuum.a terra dioſcoron.altera calypſus quã
ogygiam appellaſſe Homerus exiſtimatur.Præterea tres ſirenuſæ Meloeſſa:Ipſum a caulone abeſſe.
lxx.M.paſſibus prodidit Agrippa.

Secundus europæ ſinus. Cap.x.

Lacinio promontorio ſecundus europæ ſinus incipit:magno ambitu flexus: & acroceraunio
a epyri finitur promõtorio:a quo abeſt.lxxv.M.paſſibus.Oppidũ cotro:amnis næthus.Oppi
dum thuriũ inter duos amnes crathin.& ſybarin:ubi fuit urbs eodẽ nomine.Similiter eſt iter Acalan-
ſyrin & acirin heraclea aliquãdo ſyris uocitata.Flumina thalãdrũ:caſuentũ.Oppidũ metapõtum:quo drum
tertia italiæ regio finit.Mediterranei brutioꝝ apruſtani tantũ.Lucanoꝝ aũt hinc atinates: buxentini:
eburini:grumentini:potẽtini:ſontini:ſyrini.tergilani:urſentini:uolſentani:qbus numeſtrani iungũtur. Pandoſi
Præterea interiſſe thebas lucanas Cato auctor eſt.Et mardoniã lucanoꝝ urbẽ fuiſſe Theopõpus:in qua am
Alexander epirotes occubuit.Cõnectit ſecunda regio amplexa hirpinos: calabriam: apuliam: ſalenti-
nos.ccl.M.ſinu qui tarentinus appellatur ab oppido laconũ in receſſu hoc intimo ſito cõtributa ęo ma
ritima colonia quæ ibi fuerat.Abeſt.cxxxvi.M.p.a lacinio ꝓmontorio aduerſam ei calabriã in peninſu
lam emitẽs.Græci meſſapiã a duce appellauere.Et ante peucetiã a Peucetio Oenotri fratre. In ſalenti-
no agro iter ꝓmontoria.c.M.paſſuũ interſunt.Latitudo peninſulæ a tarento brunduſiũ terreno itinere
xxxii.M.paſſibus patet:multoq; breuius a portu ſaſina.Oppida ꝑ cõtinentẽ a tarẽto uaria. cui cogno-
men apule:meſſapia:aletiũ.In ora uero ſenonũ gallipolis:quæ nũc eſt anxa.lxii.M.paſſibus a tarento.

c

Inde.xxxiii.M.promontorium quod acran iapygiã uocant:quo longiſſime in maria excurrit italia Ab
eo haſta oppidum & hydruntium.x.M.ac.ix.M.paſſuum:ad diſcrimen ionii & adriatici maris:qua in
græciam breuiſſimus tranſitus Ex aduerſo apollonia oppido latitudine intercurrentis freti.Centum mi
lia non amplius paſſuum.Hoc interuallum pedeſtri cõtinuare tranſitu pontibus iactis primũ Pyrrhus
epiri rex cogitauit.Poſt eum.M.Varro cum claſſibus Põpeii pyratico bello præeſſet. Vtrunq; aliæ im
pediere curæ.Ab hydrunte ſoletum deſertum.Dein fratuertium:portus tarẽtinus:ſtatio militum Lu-
pia:baleſium:celium:Brũduſiũ.l.m.paſſuũ.Ab hydrunte:in primis italiæ portu nobile ac uelut certio
re tranſitu:ſicuti lõgiore excipiente illyrica urbedirrachio.cexx.M.traiectu brũduſio cõterminus pedi-
culoꝝ ager nouẽ adoleſcentes totidẽq; uirgines ab illyriis.xiii.populos genuere.Pediculoꝝ oppida rhu
dia:egnatia barion:ante iapix a Dedali filio a quo & iapygia:amita pactius:aufidus ex hirpinis monti-
bus canuſiũ præfluens.Hinc apulia daunioꝝ cognomine a duce Diomedis ſocero.In qua oppidũ ſala
pia Hãnibalis meretricio amore inclytũ.Sipontũ. uria amnis cerbalus Daunioꝝ finis. Portus agaſus
Promontoriũ mõtis gargani a ſalentino ſiue iapygio.c.xxxiiii.Milibus paſſibus ambitu gargani porus
garnæ lacus pantanus flumẽ portuoſum frento teanũ apulorũ.Itẽq; larinũ.Cliternia tiernus amnis.In-
de regio frentana.Ita apuloꝝ genera tria.Teani a duce Gares.Lucani qui ſubacti a calcãte tenuere loca
quæ nunc tenent etinates.Daunioꝝ præter ſupradicta coloniæ luceria:uenuſia.Oppida canuſium:har
pi aliquando argos hippium Diomede condente.mox hargirippa dictum.Diomedes ibi deleuit gẽtes
monadoꝝ dardorũq; & urbes duas:quæ in puerbii ludricũ uertere apinã & Tricã.Cætera intus.In ſe-
cunda regione hirpinoꝝ colonia una beneuentum auſpicatius mutato noĩe quæ quõdam appellata ma
leuentum auſeculani aquiloni abellinates cognoĩe ꝓpropi cõpſani caudini ligures qui cognominanẽ cor
nelani & qui bebiani ueſcellani deculani aletrini abellinates cognoĩati marſi atrani ecani alfellani aitina-
tes arpani boreani collatini corinenſes & nobiles clade romana cannenſes dirini forentani genuſini her-
dorienſes. Hyrini larinates cognomine frentani etinates ex gargano mateolani nerecini matini tubuſti
Vibarna tes ni filuini ſtrapellini turmantini uibinates uenuſini ulurtini Calabrorum mediterranei egetini apamesti
ni argentini butuntinenſes deciani brumbeſtini narbonenſes ſturnini tutini.Salentinoꝝ aletini baſterbi
ni neretini ualentini ueretini.

Regio italiæ quarta. Cap.xi.

Equitur regio quarta gentium uel fortiſſimarum italiæ in ora frẽtanoꝝ a tiferno flumen trini
s um portuoſum.Oppida hiſtonium:buca ortona aternus amnis. Intus anaxini cognomine
frentani carentini ſupernates:& infernates lãuenſes.Murricinorum teatini.Pelignoꝝ corfini-
enſes:ſupequani ſulmonẽſes.Marſoꝝ anxantini:atinates fucentes lucẽtes marruii.Albenſiũ alba ad fuci
num lacum.Aequiculanorũ cliternini:carſeolani.Veſtinorum angulani:pinnenſes peltuinates:quibus
iunguntur aufinates:ciſmontani.Sãnitium quos ſabellos & græci ſaunitas dixere.Colonia bouianum
uetus & alterum cognomine undecumanorum.aufidenates eſernini fagi fugali ficolenſes ſepinates tre-
uentinates.Sabinorum amiternini curenſes.foꝝ Decii:forum nouum fidenates interamnates.nurſini:
nomentani.reatini:trebulani qui cognominantur mutuſtæi & qui ſuffenates:tyburtes tarinates.In hoc
ſitu exaquiculis interiere comini:tadiates acedici alfaterni.Gelianus auctor eſt lacu fucino hauſtũ mar
ſorum oppidum alchippe conditum a Marſya duce lydorum.Item urticinorum in piceno deletum a
romanis Valerianus Sabini(ut quidam exiſtimauere)a religione & deorum cultu ſeuini appellati ueli
nos accolunt lacus roſcidis collibus.Nar amnis exhaurit illos ſulphureis aquis.Tyberin ex his petens
replete monte fiſcello labens iuxta uacunæ nemora & reate in eoſdem conditus.At ex alia parte anio in
monte trebanorum ortus lacus tris amœnitate nobiles:qui nomen dedere ſublaqueo defert in tyberin.
In agro reatino cutyliæ lacum:in quo fluctuet inſula italiæ umbilicum eſſe.M.Varro tradit.Infra ſabi
nos latium eſt:a latere picenum:a tergo umbria apeninis iugis ſabinos utrinq; uallantibus.

Quinta regio. Cap.xii.

Vinta regio piceni eſt quondam uberrimæ multitudinis.ccclx.M.picentium in fidem Ro.po-
q puli uenere.Orti ſunt a ſabinis uoto uere ſacro.Tenuere ab aterno amne:ubi nunc ager ha-
drianus:& hadria colonia a mari.vii.M.paſſuum flumen uomanum:ager prætutianus pal-
aretuſa flumine lelanto aquiſq; calidis: quæ hellopiæ uocantur. Caryſtus nobilis notiorq; tamẽ marmo-
re caryſtio ante uocitata eſt chalcodotis: aut macris ut Dionyſius & Ephorus tradũt: Vt Ariſtides ma
cra: Vt Callidemus calcis: ære ibi primum reperto: Vt Menechmus ambatias: Vt poetæ uulgo aſopis:
extra eam ĩ myrtoo multæ: ſed maxime illuſtres glaucõneſos: & begilia: & a promontorio gereſto circa
delum in orbem ſitæ: unde & nomen traxere cyclades. Prima earum andrus cum oppido abeſt a gere
ſto. x. mil. paſſuum: a ceo. xxxix. mil. Ipſam Myrſilus cauron deinde antandron cognominatam tradit.
Callimachus laſſiam: alii nonagriam: hydruſam epagrin. Patet circuitu. xciii. mil. paſ. ab ea dem an-
dro paſſus mille: & a delo. xvii. mil. Tenos cum oppido. xv. mil. paſſuum porrecta: Quã ꝓpter aquarũ
abundantiam Ariſtoteles hydruſam appellatam ait: aliqui ophiuſam. Cæterę myconos cũ monte dima
ſto a delo. xvii. mil. paſſuum. Scyros ſyphnus ante meropia & acis appellata circuitu. xxviii. mil. paſ. ſeri
phus. xii. præpeſinthus citanos: Ipſaq; longe clariſſima cycladum media a templo Apollinis & merca-
tu celebrata delos: quæ diu fluctuata (ut proditur) ſola motum terræ non ſenſit ad. M. Varronis æta-
tem. Mutianus prodidit bis concuſſam: Hanc Ariſtoteles ita appellatam prodidit: quoniã repente ap-
Pelaſgiã paruerit enata: ęgloſthenes cynthiam: alii ortygiam: aſteriã: lagiã: cethã: mydiam: cynethum: pyrpylen
Clamy- igne ibi primum reperto. Cingitur quinq; mil. paſſuum: aſſurgit cyntho monte. Proxima ei thene: quã
diam Anticlides celaduſam uocat. Item arthemitem Helladius. Scyros quã circuitu patere. xx. mil. paſſuum
prodidere ueteres. Mutianus. clx. Oliarus: paros cũ oppido ab delo. xxxviii. mil. marmore nobilis quã
Pactiam primo plateã poſtea minoida uocarunt. Ab ea ſeptem. M. quingentis naxus a delo. xviii. mil. cũ oppido
quã ſtrogylen: dein dian: mox dionyſiada a uineaq; fertilitate: alii Siciliã minorẽ aut callipolin appella-
runt: Patet circuitu. lxxv. mil. paſſuum: dimidioq; maior eſt q̃ paros. Et hactenus quidem cycladas ſer-
uant: Cæteras quæ ſequũtur ſporades. Sũt aũt hellena: phocuſa: hecaria: ſchinuſa: pholegãdros: & a na
xo decem & ſeptem mil. paſſuum icaros: quæ nomẽ mari dedit: tantũdem ipſa in longitudinem patens
cum oppidis duobus tertio amiſſo ante uocata dolichę: & macris. & ichthyoeſſa. Sita eſt ab exortu ſol-
ſtitiali delo quinquaginta mil. paſſuum. Eadem a ſamo. xxxv. mil. Inter euboeam & andrum. x. mil. paſ
ſuum freto: Ab ea gereſtum. cxii. mil. quinquaginta paſſuum: Nec deinde ſeruari poteſt ordo. Acer-
uatim ergo ponentur reliquæ. Ios a naxo. xiiii. mil. paſſuum Homeri ſepulchro ueneranda. Longitudi-
nis. xxv. mil. antea phœnice appellata. O dia letandro gyaros cum oppido circuitu. xii. mil. paſſuum ꝓ-
pe. Abeſt ab andro ſexaginta duorum mil. paſſuum. Ab ea ſyrnos. lxxx. mil. paſ. Cynethus a telos un-
guento nobilis a Callimacho agathuſa appellata. Donyſa: pathmos circuitu. xxx. mil. paſſuum. Coraſ
Heraclia ſiæ lebinthus leros cynara: ſicynus quæ antea œnoe: heratia quæ onus: caſos quæ aſtrabe: cimolus quæ
echinuſa. Melos cum oppido quam ariſtides Byblida appellat. Ariſtoteles zephyriã. Callimachus mi-
Acyton mallida. Heraclides ſiphnum & acitiam. Hæc inſularum rutundiſſima eſt: Poſt machia: hipere quon
dam patage: ut alii platage: nunc amorgos polyægos: Phile thera cum primum emerſit calliſte dicta:
ex ea aulſa poſtea theraſia atq; inter duas enata. Mox automate: eadem hiera & in noſtro æuo thia iuxta
Hippu- eãdẽ hierã nata. Diſtat ios a thera. xxv. mil. p. Sequunť lea: aſcania: anaphe: hippuris hippurtuſa: aſtipa
riſuſa lea liberæ ciuitatis circuitu. lxxxviii. mil. p. Abeſt a cadiſto crete: cxxv. mil. ab ea platea. lx. mil. Vñ cami
Calydna nia. xxxviii. mil. Azibinta: laniſe: tragia: pharmacuſa: techedia chalcia: calymna: in qua oppidũ co. olom-
ĩ qua op nos. A qua carpathũ: quæ nomẽ carpathio mari dedit. xxv. mil. paſ. Inde rhodũ africo uento. l. mil. paſ.
pida. iii. A carpatho ad caſon. vii. mil. A caſo ſammoniũ cretæ ꝓmontoriũ. xxx. mil. In euripo aũt euboico prio
fere introitu petaliæ. iiii. inſulæ & in exitu athlante cyclades: & ſporades: ab oriẽte littoribus icariis aſiæ:
ab occidente myrtois atticæ: a ſeptẽtrione ægeo mari: a meridie cretico & carpathio incluſæ. cc. mil. paſ.
in lõgitudinem: & per. cc. mil. in latitudinem iacent. Pegaſicus ſinus ante ſe habet eutychiam cicyneũ &
Elymniã ſcyrum ſupra dictã. Sed cycladum & ſporadum extimã gerontiã: ſcadirã thermeuſim irheſiã: ſolymni-
Eudepnã am: eudemiã: neam: quæ mineruæ ſacra eſt. Athos ante ſe quattuor peparethum cum oppido quon-
dam euonum dictã nouem mil. paſſuum ſciathum. xv. mil. imbrum cum oppido. lxxxviii. mil. p. Eadem
abeſt a matuſia cherõneſi. lxxv. mil. paſ. ipſa circuitu. lxxii. mil. p. Perfunditur amne iliſſo. Ab ea lemnos
xxii. mil. quæ ab atho. lxxxvii. mil. Circuitu patet. xxii. d. paſ. Oppida habet epheſtiã & myrinam: ĩ cuius
forum ſolſtitio athos eiaculatur umbram. Ab ea thaſos libera. v. mil. paſſuum: olim Aeria uel æthria
dicta: inde abdera continentis. xx. mil. paſ. Athos. lxii. mil. tantumdem ad inſulam ſamothracem:
quæ libera

quæ libera ante hebrum ab imbro.xxxii.mil.a lemno.xxii.mil.d.attollitur monte ſaoce.x.mil.paſſuum
portuoſiſſima omnium Callimachus eam antiquo nomine dardaniam nominat: inter cheronneſum &
ſamothracen utrinq; fere quindecim mil. Haloneſos ultra gethone: lamponia: alpeconneſus haud pro-
cul a cælo Cheronneſi portu & quædam ignobiles: deſertis quoq; reddantur in hoc ſinu quarum modo
inueniri potuerunt nomina. Deſticos iarnos: cyſſiros: carbruſa: calathuſa: ſcylla: dialcon: dicta melan-
tia: draconō: arconeſus: diethuſa: ſcapos: capheris: meſatea: eantiron: phateruneſos: pateria: calete: neri-
phus: polendos. Quartus e magnis europæ ſinus ab helleſponto incipiens mæotis hoſtio finitur. Sed
totius ponti forma breuiter amplectendá eſt: ut facilius partes noſcantur. Vaſtum mare præiacens aſiæ
& ab europa porrecto cheronneſi littore expulſum anguſto meatu irrumpit in terras ſeptem ſtad.ut di
ctum eſt interuallo europam auferens aſiæ. primas anguſtias helleſpontum uocant. Hac Xerxes per-
ſarum rex conſtrato in nauibus ponte duxit exercitum. Porrigitur inde tenuis euripus.lxxxvi.mil.paſ.
ſpatio ad urbem priapum aſiæ: qua magnus Alexander tranſcendit. Inde expatiatur æquor: rurſuſq; in
actum coit laxitas. Propontis appellatur. Anguſtię thracius boſphorus latitudine.d.paſſuum: qua Da
rius pater Xerxis copias ponte tranſuexit. Tota ab helleſponto longitudo.cc.mil.xxxix.mil.paſſuum.
Dein uaſtum mare: pontus axenus qui quondam annexus longe refugiẽtes occupat terras: magnoq; lit
torum flexu retro curuatus in cornua ab iis utrinq; porrigitur: ut ſit plane arcus ſcythici forma. Medio fle
xu iungitur hoſtio mæotici lacus cimerus boſphoros: id os uocatur.iii.mil.d.paſſuum latitudine. At in
ter duos boſphoros thracium & cimerium directo curſu ut auctor eſt Polybius.d.M.paſſus interſunt.
Circuitu uero totius pōti uicies ſemel.l.milia ut auctor eſt Varro & fere ueteres. Nepos Cornelius.ccc.
mil.l.adiicit. Artemidorus uicies nouies decẽ nouẽ milia facit. Agrippa.xxiii.lx.mil. Mutianus.xxviii.
lxv.mil. Simili modo europæ latere menſurá alii quattuordecies.lxxviii.mil.paſ.determinauere. Alii un
decies.lxx.mil.M. Varro ad hunc modũ metitur. Ab hoſtio ponti apolloniá.cxxxlviii.mil.d.paſ. Cala
tin tantũdem. Ad oſtiũ iſtri.cxxv. Ad boryſtene.ccl.mil. Cheronẽſum heracleatarum oppidũ.ccclxxv.mil.
paſ. Ad panticapeũ quod aliqui boſphorum uocãt: extremũ in europæ ora.cc.mil.xxii.d.quæ ſumma effi
cit.xiii.mil.xxxvi.mil.d. Agrippa a bizantio ad flumen iſtrum.d.lx. Inde panticapeum.d.cxxx. Inde la-
cus ipſe mæotis tanain amnẽ ex ripheis mõtibus defluentẽ accipiens nouiſſimũ inter europá aſiamq; finẽ
xiiii.mil.vi.mil.circuitu pateŕ traditur. ab aliis.xi.mil.xxv. Ab hoſtio eius tanais ortũ directo curſu.ccc.
lxxv.mil.paſſus eſſe conſtat. Accolæ ſinus eius in mẽtione thraciæ dicti ſunt iſtropolin: inde oſtia iſtri.
Ortus hic in germaniæ iugis montis arnobæ: ex aduerſo taurici galliæ oppidi: multis ultra alpes mili-
bus: ac per innumeras lapſus gentes danubii nomine immenſo aquarum auctu & unde primum illyricum
alluit iſter appellatur: ſexaginta amnibus receptis: medio ferme numero eorum nauigabili in pontum ua-
ſtis ſex fluminibus euoluitur. Primum hoſtium peuces: mox iſpa peuce inſula: in qua proximus alueus
appellatus.xix.mil.paſ.magna palude ſorbetur. Ex eodem alueo & ſup iſtropolin lacus gignitur.lxiii.
mil.paſ.ambitu: halmirim uocant. Secundũ hoſtium naracuſtoma appellatur. Tertiũ caloſtoma iuxta
inſulá ſarmaticã. Quartũ pſeudoſtoma & inſula conopondiabaſis: poſtea boreoſtoma & ſpireoſtoma.
Singula aũt ora tanta ſunt ut ꝓdatur in.xl.mil.paſ.longitudinis uinci mare: dulcẽq; intelligi hauſtum.
Ab eo in plenum q̄dem oẽs ſcytarum ſunt gentes: uarie tamẽ littori appoſitæ tenuere alias gethæ daci a ro
manis dicti: alias ſarmatæ a græcis ſauromatæ: eorũq; hamaxobii aut aorſi: alias ſcythæ degeneres & a
ſeruis orti: aut troglodytæ: mox alani & toxalani. Supiora aũt inter danubium & hycinum ſaltum uſq;
ad pãnonica hyberna carnunti germanorũq; ibi confiniũ: Campos & plana iazyges: ſarmatæ uero mon
tes & ſaltus. Pulſi ab his daci ad pathiſſum amnem: amoris ſiue duria eſt a ſueuis: regnoq; uanniano di-
rimens eos: Ex aduerſo baſternæ tenent: haliq; inde germani: Agrippa totum eum tractum ab iſtro ad
oceanum bis ad decies centum milia paſſus: in longitudine quattuor milibus quadringentis: In latitudi
ne ad flumen uiſtulam a deſertis ſarmatiæ prodidit: Scytarum nomen uſq; quaq; tranſit in ſarmatas
atq; germanos:. Nec aliis priſca illa durauit appellatio: q̄ qui extremi gentium harum ignoti prope cæ-
teris mortalibus degunt: Verum ab iſtro oppida crene ſcepolium: Montes macrocrẽnius clarus Am-
nis tyra oppido nomen imponens: ubi antea ophiuſa dicebatur. In eodem inſulam ſpatioſam incolunt
tyragetæ: Abeſt a pſeudoſtomo iſtri hoſtio.cxxx.mil. Mox axiacæ cognomines flumini: ultra quos cro
byzi: flumen rhode: ſinus ſaggaricus: portus ordeſus: Et a tyra.cxx.mil.paſſuum flumen boriſtenes:
lacuſq; & gens eodem nomine: & oppidum a mari recedens.xv.M.paſſuum: Olbiopolis & miletopo
lis antiquis nominibus: Rurſus in littore portus achæorum: Inſula achillis tumulo eius uiri clara: Et
ab ea.cxxv.mil.paſ.peninſula ad formam gladii in tranſuerſum porrecta exercitatione eiuſdem cogno-
minata dromos achileos: Cuius longitudinem.lxxx.mil.paſſuum tradidit Agrippa. Totum eum tra-
ctum Taurici Scythæ & Sarmatæ tenent: Inde ſilueſtris regio: hyleum mare: quo alluitur cognomina
uit: Enæcadloæ uocanť incolæ. Vltra panticapes amnis qui nomadas & georgos diſterminat: mox ace
ſinus: Quidá panticapem confluere intra olbiam cum boryſthene tradunt: Diligentiores hypanin tan

Saio uel Sao
Drecanō
Abnobæ
Stenoſtoma
Sindi
Troxalani uľ thoxalani
Batarnæ,
Coralli
Crementſe & obolium
Aſagaricus

to errore eorum qui illum in aſiæ parte prodidere. Mare ſubit uaſto receſſu donec quinq; mil. paſ. inter-
uallo abſit a mæotide uaſta ambiens ſpatia multaſq; gentes. Sinus carcinites appellatur: flumen pacy-
Carocto ris. Oppida naubarę carcine. A tergo lacus buges foſſa miſſus ĩ mare. Ipſe buges a coreto mæotis lacus
ſinu petroſo diſcluditur dorſo. Recipit amnes bugem: gerthum: hypanin: ex diuerſo uenientes tractu.
Nam gerthus baſilidas & nomadas ſeparat. Hypanis per nomadas & hyleos fluit manu facto alueo
in bugẽ: naturali in coretum. Regio ſcythiæ ſendica noĩatur. Sed a carcinite taurica incipit: quõdam ma
Arſclachi ri circũfuſa & ipſa: quaq; nunc iacent campi: Deinde uaſtis attollitur iugis. Triginta ſunt eorũ populi. Ex
tæ iis mediterranei. xxvii. Sex oppida orgocyni: caraſeni: aſſyrani: tractari: arciſſalite caliordi. Iugũ ipſum
Satar- ſcythorauti tenẽt. Clauduntur ab occidente cherõneſo. Nea ab ortu ſcythiſa utacis. In ora a carcinite op
chis pida taphrœ in ipſis anguſtiis peninſulæ: Mox heraclea cheronneſus libertate a romanis donatum. Me
garice uocabatur antea præcipui nitoris in toto eo tractu cuſtoditis græciæ moribus: quinq; Mil. paſ-
Symbo- ſuum ambiente muro. Inde parthenium promontorium taurorum ciuitas pelacia. Symbolũ portus.
lon Promontorium criu metopon aduerſum carambico aſiæ promontorio per medium euxinum pcurrens
clxx. mil. paſſuum interuallo: quæ maxime ratio ſcythici arcus formam efficit. Ab eo taurorum portus
multi & lacus. Oppidum theodoſia a criu metopo. cxxii. mil. paſ. A cheronneſo. cxlv. mil. Vltra fuere
oppida cyte: zephyrium: acre: nympheũ: dia. Reſtat longe ualidiſſimum in ipſo boſphori introitu pan
ticapeum mileſiorum a theodoſia mille. xxxv. paſſuum: a cimero uero oppido trans fretũ ſito mille. d.
ut diximus ſpatium. Hæc ibi latitudo aſiam ab europa ſeparat: eaq; ipſa pedibus plerunq; peruia glacia
to freto boſphori cimmerii. Latitudo. xii. d. paſſuum. Oppida habet hermiſium: myrmecium: & intus
inſulam alopecẽ. Per mæotin autẽ ab extremo iſthmo: qui locus taphrœ uocatur: ab ore boſphori du-
centa ſexaginta milia paſſuum longitudo colligitur. A taphris per cõtinentem introrſus tenent auchetæ
apud quos hypanis oritur. Neuræ apud quos boryſthenes: geloni: Thuſſagetæ: budini: baſylidæ & ce-
ruleo capillo agathyrſi. Super eos nomades. Deinde anthropophagi. A bute ſuper meotin ſauromatæ
& heſſedones. At per oram ad tanain uſq; mæote a quibus lacus nomẽ accepit. Vltimiq; a tergo eorum
arimaſpi. Mox riphei montes & aſſiduo niuis caſu pinnarum ſimilitudine pterophoros appellata regio
pars mundi damnata a natura rerum: & denſa merſa caligine: neq; in alio q̃ rigoris opere gelidiſq; aqui-
lonis conceptaculi. Pone eos montes ultraq; aquilonem gens fœlix (ſi credimus) quos hyperboreos ap
pellauere annoſo degit æuo: fabuloſis celebrata miraculis. Ibi creduntur eſſe cardines mundi: extremiq;
ſyderum ambitus: ſemeſtri luce & una die ſolis auerſi: non ut imperiti dixere ab equinoctio uerno in au
tumnum. Semel in anno ſolſtitio oriuntur iis ſoles: brumaq; ſemel occidunt. Regio aprica: fœlici tem-
perie: omni aflatu noxio carens. Domus iis nemora luciq; & deorum cultus. Viritim gregatimq; diſcor
dia ignota: & ægritudo omnis. Mors nõ niſi ſatietate uitæ: epularis delibutiſq; ſenibus luxu ex quadam
rupe in mare ſalientium. Hoc genus ſepulturæ beatiſſimum. Quidam eos in prima parte aſiæ littorum
poſuere: non in europa: qui ſunt ibi ſimilitudine & ſitu attacori nomine. Alii medios fecere eos inter
utrũq; ſolem antipodum occaſum exorientemq; noſtrum: quod fieri nullo modo poteſt conſtare tam
uaſto mari interueniente. Qui alibi q̃ in ſemeſtri luce conſtituere eos ſerere matutinis: meridie mete-
re: occidente ſole fœtus arborum decerpere: noctibus in ſpecus condi tradiderunt. Nec libet dubitari
de gente in ea cum tot auctores prodant: frugum primitias ſolitos delon mittere Apollini: quem præ
cipue colunt. Virgines ferebant eas hoſpitiis gentium per annos aliquot uenerabiles: donec uiolata fi-
de in proximis accolarum finibus deponere ſacra ea inſtituere. Hiq; ad conterminos deferre: atq; ita
delum uſq;. Mox & hoc ipſum exoleuit. Sarmatiæ: ſcytiæ: taucicæ: omniſq; a boryſthene amne: tra-
ctus longitudo. d. ccccl xxx. mil. Latitudo. d. ccxvii. M. Agrippa tradita eſt. Ego incertam hac terrarum
par menſuram arbitror. Verum inſtituto ordine reliqua huius ſinus dicantur: & maria quidem eius
nuncupabimus.

Inſulæ ponti. Cap. xiii.

Elleſpontus inſulas nõ habet in europa dicẽdas. In ponto duæ. M. d. paſſibus ab europa. xiiii.
h mil. ab hoſtio cyaneæ: ab aliis ſymplegades appellatæ: traditæq; fabulis inter ſe concurriſſe:
quoniam paruo diſcretæ interuallo ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur: paulumq; de
flexa acie coeuntiũ ſpẽm pbebant: Circa iſtrũ appolloniataꝫ una. lxxx. mil. a boſphoro thracio. Ex qua
M. Lucullus capitolinũ Apollinẽ aduexit. Inter hoſtia iſtri quę eẽnt diximus. Ante boryſthenẽ achillea
eſt ſupradicta: eadẽ leuce & macaron appellata. Hanc temporꝫ horꝫ demõſtratio a boryſthene. c. xxxx.
mil. ponit: a tyra. cxx. mil. a peuce inſula. l. mil. Cingitur circiter. x. mil. paſ. Reliquæ in carcinitis ſinu ce
Cepha- phallones: rhoſphodus: amacra. Non eſt omittenda multorꝫ opinio priuſq̃ digrediamur a ponto: qui
loneſos maria omnia iteriora illo capite naſci nõ gaditano freto exiſtimauere: haud improbabili argumẽto: quo
niam æſtus ſemper e ponto profluens nunq̃ reciprocetur ad eundem. Deinde eſt ut extera europæ dican
tur: tranſgreſſiſq; in ripheos mõtes littus oceani ſeptentrionalis in leua donec perueniatur gades legendũ.

Inſulæ

Inſulæ complures ſine noībus eo ſitu traduntur.ex quibus ante ſcythiã quæ appellatur:bãnonia:unam
abeſſe a ſcythia diei curſu:in quã ueris temperie fluctibus electrum eiiciatur.Timæus ꝓdidit. Reliqua
littora incerta ſignata fama.Septẽtrionalis oceanus:amalchiũ eũ hecatæus appellat a paropaniſo amne
qua ſcythiam alluit.quod nomen eius gentis lingua ſignificat congelatum . Philemon morimaruſam a
cimbris uocari:hoc eſt mortuum mare.Inde uſq; ad promontorium rubeas. Vltra deinde cronium.Xe
nophon lampſacenus a littore ſcytarum tridui nauigatiōe inſulam eſſe immenſæ magnitudinis baltiam
tradit.Eandem Pythias baſiliam nominat.Feruntur & oonæ:in quibus ouis auium & auenis incolæ ui-
uant.Aliæ in quibus equinis pedibus homines naſcantur.hippopodes appellari.Fanſiorum aliæ in qui
bus nuda alioquin corpora prægrandes ipſorum aures tota integant . Incipit inde clarior aperiri fama
ab gente ingeuonum:quæ eſt prima . Inde germaniæ ſeuo mons ibi immenſus : nec ripheis iugis minor
immanem ad cimbrorum uſq; promontorium efficit ſinum:qui codanus uocatur refertus inſulis: qua-
rum clariſſima ſcãdiauia eſt incompertæ magnitudinis. Portione tantum eius quod ſit notum.hilleuio
num gente qngentis incolente pagis:quæ alteꝝ orbem terrarum eam appellat. Nec eſt minor opinione
eningia.Quidã hæc habitari ad Viſtulã uſq; fluuiũ a ſarmatis benedis:ſcyris:hyrris tradũt.Sinum cly
lipenum uocari:& in hoſtio eius inſulã latrin. Mox alteꝝ ſinum lagnum cõterminũ cimbris.Promon-
torium cimbrorum excurrens in maria longe peninſulam efficit:quæ hauſtiſus appellatur.xxiii.mil.paſ
ſuum.Inde inſulæ romanis armis cognitæ.Eaꝝ nobiliſſime burchana fabaria a noſtris dicta a frugis ſi-
militudine ſponte prouenientis.Item gleſſaria a ſuccino militiæ appellata a barbaris auſterania:preterq; Auſtra-
actania.Toto aũt hoc mari ad ſcaldin uſq; fluuium germaniæ accolunt gentes haud explicabili menſu- nia
ra:tam immodica prudẽtium diſcordia eſt.Græci & quidam noſtri.xxv.mil.paſſuum oram germaniæ
tradiderunt . Agrippa cum rhetia & norico longitudinem .cc.mil.lxxxvi.mil. paſ. Latitudinem du-
centa.xlviii.milia.

Germaniæ. Cap.xiiii.

r Hetiæ prope unius maiore latitudine:ſane circa exceſſum eius ſubactæ. Nam germania mul-
tis poſtea annis nec tota percognita eſt.Si coniectare permittitur haud multũ ore deerit græ-
corum opinioni & longitudinis ab Agrippa traditæ.Genera germanorum quinq;. Vindelici:
quorum pars burgundiones:uarrinnæ:charini:guttones.Alterum genus ingeuones:quorum pars cim
bri:teutoni a cauchorum gente.Proximi autem rheno iſteuones:quorũ pars cimbri mediterranei: her-
miones:quorum ſueui hermũduri:chatti:cheruſci.Quinta pars peucini:baſternæ ſupradictis cõtermi-
ni dacis. Amnes clari in oceanum defluunt: gutallus iuſtillus ſiue uiſtulla: albis uiſurgis amiſſuis.rhe-
nus:moſa.Introrſus uero nulli inferius nobilitate hercynium iugum prætenditur.

Inſulæ in gallico oceano. Cap.xv.

i N rheno autem ipſo prope cẽtum mil.paſſuum in longitudinẽ nobiliſſima batauoꝝ inſula &
cannenefatum & alie friſioꝝ:caucorũ:friſiabonum:ſturiorũ:morſatiorũ:quæ ſternuntur inter
helinum ac fleuum.Ita appellantur hoſtia in quæ effeſus rhenus ab ſeptentrione in lacus ab oc
cidẽte in amnem moſam ſe ſpargit.medio inter hæc chore modicum nomini ſuo cuſtodiens alueum.

Britannia hibernia. Cap.xvi.

e X aduerſo huius ſitus britãnia inſula clara græcis noſtriſq; monumẽtis inter ſeptentrionem &
occidentem iacet:germaniæ galliæ hiſpaniæ multo maximis europæ partibus magno interual
lo aduerſa.Albion ipſi nomen fuit:cũ britãniæ uocarentur oẽs de qbus mox paulo dicemus.
Hæc abeſt a geſoriaco morinoꝝ gentis littore ꝓxime traiecto qnquaginta milia minimũ.Circuitu uero
patere trigintaocto mil.paſſus.lxxv.mil.Pythias & Iſidorus tradũt.Triginta prope iam amnis noticiã
eius romanis armis nõ ultra uicinitatẽ ſilue calidoniæ ꝓpagantibus.Agrippa longitudinẽ octingentoꝝ
milium paſſuum credit eſſe.Latitudinem trecẽtoꝝ milium credit.Et eãdem hiberniæ latitudinem . Sed Iuuernæ
longitudinem ducentorum mil.p.minorem.Super eam hæc ſita abeſt breuiſſimo  trãſitu a ſiluꝝ gente
xx.mil.paſſuum.Reliquaꝝ mella.cxxv.mil.circuitu amplior proditur.Sũt autem.xl.orcades modicis Nulla
inter ſe diſcretæ ſpatiis.Septem acmodæ:& triginta hebudes:& inter hiberniã & britãniam.mona: me- Ricma
napia:ricnea uectis:ſilimnus:andros.Infra uero ſiambis:& axantos. Et ab aduerſo in germanicũ mare Limnus
ſparſæ gleſſariæ:quas electridas græci recentiores appellauere:ꝙ ibi electrum naſceretur. Vltima oĩum Edros
quæ memorãtur Thyle in qua ſolſtitio nullas eſſe noctes indicauimus cancri ſignũ ſole tranſeunte:nul Samnis
loſq; cõtra per brumã dies.Hæc quidam ſenis menſibus cõtinuis fieri arbitrantur . Timæus hyſtoricus
a britãnia introrſus ſex dierum nauigatione abeſſe dicit inſulam mitterin.in qua candidum plumbũ pro Cattite-
ueniat.Ad eam britãnos uitilibus nauigiis corio circunſutis nauigare.Sunt & qui alias prodant ſcadiã: rim
dumnã:bergos:maximãq; oĩum nerigon:ex qua in thylen nauigetur.A thyle unius diei nauigatiõe ma
re concretum a nõnullis cronium appellatur.

Gallia. Cap.xvii.

g Allia omnis comata uno nomine appellata in tria populorum genera diuiditur amnibus
maxime diſtincta , A ſcalde ad ſequanam belgica . Ab eo ad garũnam celtica . Eademq;

lugdunenſis. Inde ad pyrenei montis excurſum aquitania aremorica antedicta. Agrippa uniuerſarum
galliaꝝ inter rhenum & pyreneum atq; oceanū ac montes gebēnam & iurā: quibus narbonēſem galliā
toxiandri excludit: longitudinem.cccccx.mil.paſſuum. Latitudinem.cccxiii.cōputauit. A ſcaldi incolūt: exerni: te
xandri pluribus noībus. Deinde menapii: morini: oromāſaci iuncti pago qui geſoriacus uocatur. Britā
ni: ambiani: bellouaci: baſſi. Introrſus caſtologi: attrebates: neruii: liberi ueromādui: ſueucōi: ſueſſiones:
Friſiabo- ueruni liberi: ulbanectens liberi: tungri: rinuci: friſi: auones: betaſi: leuci: liberi: treueri liberi antea: & lin-
nes gones fœderati: rhemi fœderati: medio matrici: ſequani: rauraci: heluetii. Colonia equeſtris & rauriaca.
Rhenum autem ac colentes germaniæ gentium in eadē prouincia menetes: triboci: uāgiones: hinc ubii:
coloniā agrippinenſis guberni: bataui: & quos in inſulis diximus rheni.

Lugdunenſis gallia. Cap.xviii.

Vgdunenſis gallia habet lexouios: uellocaſſes: galletos: uenetos: abrincatuos: oſiſmios: flu-
l men claꝝ ligerin. Sed peninſulam ſpectatiorē excurrentē in oceanū a fine oſiſmoꝝ circuitu.d.c.
xxv.mil.paſſuum longitudine. In latitudine.cxxv.mil. Vltra eā uānetes. Intus aūt hedui fœde
rati: cauratani fœderati: boii: ſenones. Aulerci qui cognominantur eburones: & qui cenomani: meldi li-
Diablitæ beri: pariſii: trecaſſes: andegaui: uidugaſſes: uadicaſſes: uenelli: carioſuelites: diablindi: rhedones: turo-
Secuſani nes: iteſui: ſecuſii: albii liberi: in quoꝝ agro colonia lugdunū.

Aquitania. Cap.xix.

Lugudu Quitanicæ ſunt ambulatri: anagnutes: pictones: ſanctones liberi: bituriges liberi cognomine
num a ubiſci: aquitani unde nomen prouinciæ: ſediboniates. Moxi oppidum contributi conuenæ: ber
gebi: tarbeli quattuor: ſignani: cocoſſates: ſexagnani: uenami: enobriſates: belendi: ſaltus pyre
neus. Infraq; nemeoſi: oſquidates montani ſybillates: camponi: bercorcates: pipedimui: ſaſſumini: uella
tes: tornates: conſorāni: auſci: eluſates: ſotiates: oſquidates campeſtres: ſuccaſſes: latuſates: baſabocates
agēnates uaſſei: ſennates: cāboleſtri: ageſinates: pictonibus iuncti. Hinc bituriges liberi q cubi appellantur. Dein
lemouices: arurni liberi: gabales. Rurſus narbonenſis prouinciæ contermini ruteni: cadurci: antobro-
ges. Tarnaq; amne diſcreti a toloſanis petrogori Maria circa oram ac rhenum ſeptentrionalis oceanus:
inter rhenum & ſequanam britānicus: inter rhenum & pyreneum gallicus. Inſulæ complures uenetorū:
& quæ uenericæ appellantur: & inter aquitanicum ſinum.

Citerior hiſpania. Cap.xx.

Pyrenei promontorio hiſpania incipit anguſtior non gallia modo: ueꝝ etiā ſemetipſa (ut dixi-
a mus) imenſum quātum hinc oceano: illinc hiberico mari cōprimētibus. Ipſa pyrenei iuga ab
exortu æquinoctiali in occaſum brumalem breuiores latere ſeptētrionali q̄ meridiano hiſpani
as faciunt. Proxima ora citerioris eſt eiuſdē tarraconēſis ſitus a pyreneo p oceanū uaſconum ſaltus olar
ſo uarduloꝝ oppida moroſgi: menoſca: ueſperies: amanū portus. ubi nunc obrica flaui colonia ciuitatū
nouē. Regio cātabroꝝ. flumē ſanga: portus uictorię iulióbricenſiū. Ab eo loco fontes hiberi quadragin
ta mil.paſſuū. portus biendiū: origeni mixtis cātabris. Portus eoꝝ ueſei: ueca. Regio aſtuꝝ neoga oppi
Hauilu- dum in peninſula piſci. Et deinde cōuentus lucenſis a flumine nauia Albiones: cibarci: egouarri cognoīe
biones namarini iadoniarrotrebæ: promontoriū celticū Amnes. florius: nelo celtici cognoīe neriæ: ſupq; tama
rici: quoꝝ in peninſula treſaræ feſtianæ Auguſto dicatæ & Cæpori oppidum noela. Celtici cognoīe præ
ſamarci: cileni. Ex inſulis noiandæ corticata: & aunios acilenſis. cōuentus bracaꝝ: heleni: gronii: caſtellū
tide. græcoꝝ ſobolis oīa. Inſulæ cicæ. Inſigne oppidū abobrica. Minius amnis quattuor mil.paſ. ore ſpa
Læbuni tioſus: leuni: ſeurbi: brachaꝝ oppidū auguſta: quos ſup galecia: Flumē limia. Durius amnis & maximis
hiſpaniæ ortus in pelēdonibus: & iuxta numantiā. Lapſus dein per areuacos uacceoſq; diſterminatis ab
aſturia uectonibus a luſitania gallecis. Ibi quoq; turdulos a bracharis arcēs. oiſq; dicta regio a pyreneo
metallis referta auri argenti ferri plumbi nigri albiq;.

Luſitania. Cap.xxi.

Vaca Durio luſitania incipit. Turduli. ueteres. peſuri. Flumen uagia. Oppidum talabrica. Oppidū
ęminium a & flumen eumenium. Oppida conibrica. colippo. cuburo. britium. Excurrit deinde in aliud ua
eburo ſto cornu promontorium quod alii artabrum appellauere. alii magnum. multi ulyſipponen-
ſe ab oppido: terras maria cęlum diſterminans. Illo finitur hiſpanię latus. Et a circuitu eius incipit frons
ſeptentrionis.

Inſulæ in oceano. Cap.xxii.

Inc oceanus qui & gallicus occaſus: illinc oceanus atlanticus promontorii excurſum.xl.mil.
h prodidere. Alii.xc.mil.paſ. ad pyreneum. Inde non pauci duodequinquaginta milia. & ibi
gentem artabrum quæ nunquam fuit manifeſto errore. Arrotebras enim quos ante celticum
diximus promontorium hoc in loco poſuere litteris permutatis. Erratum & in amnibus inclytis ab mi
nio quem ſupra diximus.cc.mil.paſſuum ut auctor eſt Varro abeſt æminius: quem alibi quidam in-
telligunt: & limæam uocant: obliuionis antiquis dictus: multumq; fabuloſus. Ab durio tagus.cc.mi-
lium paſſuum interueniente munda. Tagus auriferis harenis celebratur. Ab eo.clx.mil.paſſuum pro-
montoriū ſacrum e media prope hiſpaniæ fronte proſilit. xiiii. milia paſſuū. Inde & pyreneum medium
colligitur

colligitur Varro tradit.Ab ana uero quo luſitaniã a betica diſcreuimus.ccxxvi.mil.paſſuum. A gadibus.cii.mil.paſ.additis gentes celticæ turduli:& circa tagum uetones. Ab ana ad ſacrum luſitani oppida memorabilia a tago in ora:olyſippo equarum & fauonio uẽto conceptu nobile ſalatia cognomiata. Vrbs imperatoria merobrica:promontoriũ ſacrũ:& alterum cuneus. Oppida oſſonoba baſſa myrtili. Vniuerſa prouintia diuiditur in conuentus tres emericenſem:pacẽſem:ſcolabitanum. Tota populorum xlvi.in quibus cõloniæ ſunt quinq;:municipiũ ciuium romanorum latii antiqui quattuor. Stipendiaria xxxvi.Colonia auguſta emerita anæ fluuio appoſita: mertallinenſis:pacenſis: norbenſis cæſariana cognomine.Contributa ſunt in eam caſtra iulia:caſtra cæcilia.Quinta eſt ſcalabis:quæ præſidium iulium uocatur.Municipium ciuium romanorum olyſippo fœlicitas iulia cognominatum. Oppida ueteris latii ebora: quod idẽ liberalitas iulia & myrtilis & ſalatia quæ diximus ſtipendiarioꝝ.quos nominare non pigeat.Præter iam dictos in betica cognominibus:auguſtobrigenſes:ãmienſes:aranirani: taxabritenſes blaxenſes:cæſarobricenſes:caperenſes:caurenſes:colarni Cibilitani:concordienſes.Qui & bocori:interauſenſes:lãcienſes:mirobrigẽſes:qui celtici cognominanť:madrubricẽſes:qui plũbarii:ocelẽſes: lancienſes:turduli qui barduli:& tapori.Luſitaniam cum aſturia & galecia patere longitudine.xl.m.p.Latitudine.d.xxxvi.m.Agripda prodidit:omnes autem hiſpaniæ a duobus pyrenei promontoriis ꝑ maria totius oræ circuitu.xxxix.m.xii.colligere exiſtimantur ab aliis.xxvi.mil.Ex aduerſo celtiberiæ complures ſunt inſulæ caſſeterides dictæ a græcis a fertilitate plumbi:& e regione arrotrebarum promontorio deorum ſex:quas aliqui fortunatas appellauere.In ipſo uero capite mox beticæ ab hoſtio freti paſſus.lxxv. mil.gadis longa & (ut Polibyus ſcripſit).xii.mil.lata.iii.mil.paſſuum abeſt a continente.Proxima parte minus pedes.d.cc.Reliqua plus ſeptẽ mil.ipſius ſpatiũ.xv.mil.paſ.eſt.Habet oppidum ciuiũ romanoꝝ q^d appellať auguſtana urbs iulia.Gaditani ab eo latere quo hiſpaniã ſpectat paſſibus fere.c. Altera inſula ẽ in longũ.cc.miliũ paſſuũ.xl.mil.lata. In qua prius oppidũ gadiũ fuit. Vocať ab Ephoro & philiſtide: erythia a Timæo & Syleo ophrodiſias:ab indigenis Iunonis. Maiorẽ Timæus continuſam apud eos uocitatã ait.Noſtri tarteron appellant:pœni gaditam gadiruta punica lingua ſepem ſignificante.Erythia dicta eſt:quoniã tyrii ab origine eoꝝ orti ab erythreo mari ferebantur. In hac Geriones habitaſſe a quibuſdã exiſtimantur:quoꝝ armenta Hercules abduxerit.Sunt qui aliam eſſe eam:& cõtra luſitaniam arbitrarentur:eodemq; nomine quondam ibi appellant.

Vniuerſæ europæ menſura. Cap.xxiii.

p Eracto ambitu europæ reddenda conſumatio eſt:ne quid in expedito non ſit noſcere uolentibus.Longitudinẽ eius Artemidorus atq; Iſidorus a tanai uſq; gades.lxxxiiii.mil.xiiii.paſſuum prodiderunt.Polybius latitudinem europæ ab italia ad oceanum ſcribit.xi.mil.l.eſſe etiã tum i comperta magnitudine huiuſ.Eſt autem ipſius italiæ (ut diximus).xii.mil.xx.ad alpes.Vnde lugdunũ ad portum morinorum britannicum:qua uidetur menſuram agere Polybius.xiii.mil.xviii. Sed certior menſura ac longior ad occaſum ſolis æſtiui hoſtiumq; rheni per caſtra legionum germaniæ ab iiſdem dirigitur alpibus.xii.mil.xliii.paſ.Hinc deinde africa atq; aſia dicentur.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.V.

Africæ Deſcriptio.

a FRICAM GRAECI LIBYAM APPELLAVERE QVA MARE ante eam libycum incipiens ægypto finitur. Nec alia pars terrarum pauciores recipit ſinus longe ab occidente littorum obliquo ſpatio. Populorum eius oppidorumq; nomina uel maxime ſunt ineffabilia: præterq̃ ipſorum linguis & alias caſtella ferme inhabitant.

Mauritania. Cap.i.

p Rincipio terrarum mauritaniæ appellantur uſq; ad.C.Cæſarem Germanici filium regna. Seuitia eius in duas diuiſa eſt prouincias. Promontorium oceani extimum ãpeluſia nominatur a græcis.Oppida fuere liſſa:cotte:ultra columnas Herculis:nunc eſt tingi quondam ab Anteo conditum:poſtea a Claudio Cæſare cum coloniam faceret appellãtum traducta iulia.Abeſt a belone oppido beticæ proximo traiectu.xxx.mil.paſ. Ab eo.xxv.mil.in ora oceani colonia Auguſti iulia conſtantia zili regum ditioni exempta: & iura in beticam petere iuſſa:& ab eo.xxxii.mil.paſſuum colonia a Claudio Cæſare facta lixos:uel fabuloſiſſime ab antiquis narrata.Ibi regia Antei:certamenq; cum Hercule:& haſperidum horti. Affunditur autem huic æſtuarium e mari flexuoſo meatu:in quo draconis cuſtodiæ inſtar fuiſſe nunc interpretantur. Amplectitur intra ſe inſulam:quam ſolam e uicino tractu aliquanto excelſiore non tamen æſtus ma- Cotes

f

ris inundant. Extat in ea & ara Herculis: nec præter oleaſtros aliud ex narrato illo aurifero nemore. Mi-
nus profecto mirentur portentoſa græciæ mendacia de iis de amne lixo prodita: qui cogitent noſtros nu
per paulominus monſtrifica quædam de iiſdem tradidiſſe. Prævalidam hanc urbem maioremq; cartha
gine magna. Præterea ex aduerſo eius ſitam & prope immenſo tractu. Abtingi quoq; aliam Cornelius
Nepos audaciſſime credit ab lixo. xl. mil. paſſuum. In mediterraneo altera Auguſti colonia eſt babba:
iulia campeſtris appellata. Et tertia panaſa. lxxv. mil. ualentia cognominata. Ab ea. xxxv. mil. paſſuum
Subur uolubile oppidum tantundem a mari utroq; diſtans: & in ora a lixo. l. mil. amnis ſububus præter bana
ſam coloniam defluens: & magnificus & nauigabilis. Ab ea totidem milibus paſſuum oppidum ſala
eiuſdem nominis fluuio impoſitum: iam ſolitudinibus uicinum: elephantorumq; gregibus infeſtum. Mul
to tamen magnis autololum gentem per quam iter eſt ad montem africæ uel fabuloſiſſimum atlantẽ
E mediis hunc harenis in cælum attolli prodiderunt: aſperum: ſqualentem qua uergat ad littora oceani
cui cognomen impoſuit. Eundem opacũ nemoroſumq; & ſcatebris fontium riguum qua ſpectat africã
fructibus oĩum generũ ſpõte ita ſub naſcentibus ut nunq̃ ſatietas uoluptatibus deſit. Incolarũ neminem
interdiu cerni: ſilere omnia haud alio q̃ ſolitudinem horrore: ſubire tacitam religionem animos propius
accedentium: præterq; horrorẽ elati ſup nubila atq; in uicinia lunaris circuli. Eũdẽq; noctibus micare cre
bris ignibus ægypanum ſatyrorũq; laſciuia. Impleri tibiarũ ac fiſtulæ cantu tympanorũq; & cymbalorũ
ſonitu ſtrepere. Hæc celebrati auctores prodidere præter Herculi & Perſeo laborata ibi: ſpatium ad eũ
immenſum incertumq;. Fuere & Hannonis carthaginenſium ducis cõmentarii punicis rebus florentiſſi-
mis explorare ambitum africæ iuſſi: quem ſecuti pleriq; e græcis noſtriſq;. Et alia quædam fabuloſa: &
urbes multas ab eo conditas ibi prodidere: quarũ nec memoria ulla nec ueſtigium extat. Scipione Ae-
myliano res in africa gerente Polybius annalium conditor ab eo accepta claſſe ſcrutandi illius orbis gra
tia circũuectus ꝓdidit a mõte eo ad occaſum uerſus ſaltus plenos feris: quas generat africa: ad flumen
anatin. cccclxxxv. mil. paſ. Ab eo lixum. ccv. mil. paſ. Agrippa lixũ a gaditano freto. cxii. mil. paſ. abeſſe.
Inde ſinum qui uocetur ſaguti. Oppidum in promontorio mulelacha. Flumina ſubur & ſalã. Portum
Rutubis a lixo. cccxiii. mil. paſ. Inde promontorium ſolis: portum riſadir. Getulos autolales: flumẽ co
Veſenũ ſenum gentem ſelatitos & maſatos flumen maſatat: flumen darat: in quo crocodilos gigni. Deinde ſi-
num. d. cxvi. mil. p. Includi mõtes barce promõtorio excurrente ĩ occaſum q^d appellatur ſurrentiũ. Po-
Peroſos ſtea flumẽ palſum. ultra quod æthiopas poros: quorũ a tergo poruſios. Iis iũgi mediterraneos getulos
Pharu- daras: at in ora æthiopas daratitas. Flumen bambotũ crocodilis & hippopotamis refertũ. Ab eo mõtes
ſios perpetuos uſq; ad eum quem theon ochema dicemus. Inde ad promontorium heſperũ nauigatiõe dierũ
ac noctium. x. In medio eo ſpatio atlantẽ locauit: a ceteris omnibus in extremis mauritaniæ proditum.
Romana arma primũ Claudio principe in mauritania bellauere Ptolemæum regem a. C. Cæſare inter-
emptum ulciſcente liberto Aedone: refugientibuſq; barbaris uentũ conſtat ad mõtẽ atlantẽ. Nec ſolum
conſulatu pfunctis atq; e ſenatu ducibus qui tũ res geſſere: ſed eqtibus quoq; romanis qui ex eo præfue-
re: ibi atlantẽ penetraſſe gloria fuit. Quinq; ſunt (ut diximus) Romanæ coloniæ ĩ ea prouintia: puũq;
famæ uideri poteſt. Sed id plerũq; fallaciſſimo experimẽto deprehenditur: quia dignitate ĩdagare uera
pigeat: ignorantiæ pudore mentiri non piget. Haud alio fidei proniore lapſu: q̃ ubi falſæ rei grauis au-
ctor exiſtit. Et equidem minus miror incomperta quædã eſſe equeſtris ordinis uiris. Iam uero & e ſena-
tu nõ aliunde intrantibus q̃ cauſa luxuriæ: cuius efficaciſſima uis ſentitur atq; maxima cũ ebori citro ſil-
uæ exquirant: omnes ſcopuli getuli muricibus ac purpuris. Indigenæ tamen tradunt in ora ab ſala. cl.
Aſamam mil. paſ. flumen aſanã marino hauſtu: ſed portu ſpectabile. mox amnẽ quẽ uocãt fuut. Ab eo ad dyrin
Phthut hoc enim atlanti nomen eſſe eorũ lingua cõuenit). cc. mil. paſſuũ interueniente flumine cui nomen ẽ uior
Ibi fama exiſtere circa ueſtigia habitati quondam ſoli uinearũ palmentorũq; reliquias. Suetonius Pauli-
nus quem conſulẽ uidimus primus romanorũ ducum tranſgreſſus quoq; atlantem aliquot milium ſpa
tio prodidit de excelſitate quidem eius quæ ceteri. Imas radices denſis altiſq; repletas ſiluis incognito
genere arborum: proceritatem ſpectabilem enodi nitore: frondes cupreſſis ſimiles Præterq; grauitatem
odoris: tenui eas obduci lanugine: quibus addita arte poſſe quales bombice ueſtes confici. Verticẽ altis
etiã æſtate operiri niuibus. Decumis ſe eo pueniſſe caſtris: & ultra ad fluuiũ qui niger uocaẽ per ſolitudi
nes nigri pulueris eminentibus interdũ uelut exuſtis cautibus loca inhabitabilia feruore quãq̃ hyberno
tempore expertus. Qui proximos inhabitent ei ſaltus refertos elephantorum ferarũq; & ſerpentũ om-
ni genere canarios appellari. Quippe uictum eius animalis promiſcuum iis eſſe: & diuidua ferarum ui
ſcera. Iunctam æthiopum gentem quos perorros uocant ſatis conſtat. Iuba Ptolæmei pater qui primus
utriq; mauritaniæ imperauit ſtudiorum claritate memorabilior etiã q̃ regno ſimilia prodidit de atlante
præterq; gigni ibi hærbam euphorbiã nomine ab inuentore medico ſuo appellatam. Cuius lacteum ſuc
cum miris laudibus celebrat in claritate uiſus: contra ſerpentes & uenena oĩa priuatim dicato uolumĩe
Et ſatis ſupq; de atlante.

Tingitania prouincia. Cap. ii.

tingitaniæ prouinciæ

Ingitaniæ prouintiæ longitudo.clxx.mil.paſſuum ē:& gens in ea quondã præcipua maurorũ
e unde nomen prouintiæ:quos pleriq; mauroſios dixerunt. Attenuata bellis ad paucas : rediit
familias.Proxima illi maſſeſylorum fuerat:ſed ſimili modo extincta eſt. Getulæ nunc tenent
gentes:bannurri:multoq; ualidiſſimi autololes.Et horum pars quondam ueſuni:qui auulſi iis propriã
fecere gentem uerſi ad æthiopas.Ipſa prouintia ab oriente montoſa fert elephantos.In abila quoq; mon
te & quos ſeptem fratres a ſimili altitudine appellant freto immienti iuncti abilæ.ab iis ora interni ma-
ris.Flumen tamuda nauigabile quondã & oppidum.Flumen laud & ipſum nauigiorũ capax. Ruſardir
oppidum & portus maluana Fluuius nauigabilis:ſiga Oppidum ex aduerſo malacæ ĩ hiſpania ſitæ Sy Malua
phacis regia alterius iam mauritaniæ.Nanq; diu regum nomina optinuere : ut bogudiana appellaretur
extima.Itemq; Bocchi quæ nunc cæſarienſis.Ab ea portus magnus a ſpatio appellatus ciuium romano
rum oppidum.Amnis mulucha Bocchi maſſeſylorumq; finis. Quiza cenitana peregrinorum oppidũ. Xenitana
Arſennaria latinorum tria mil.paſſuum a mari.Carcenna colonia auguſti:legio ſecunda. Item colonia
eiuſdem deducta cohorte prætoria gunugii.promontorium Apollinis.Oppidumq; ei celeberrimũ cæ-
ſarea antea uocitatum iol iubæ regia a Diuo Claudio coloniæ iure donata eiuſdem iuſſu deductis uete
ranis.Oppidum nouum:& latio datum tipaſa.Itemq; a Veſpaſiano imperatore eodem munere dona-
tum icoſio.Colonia Auguſti Ruſconiæ Ruſcurium ciuitate honoratum a Claudio. Ruzaſus colonia Ruſarus
Auguſti.Salde colonia eiuſdem: igilgili oppidum.Tucca impoſitũ mari & flumini ampſagæ. Intus co
lonia Auguſta quæ item Succubar:item Tubuſuptus.Ciuitates timici tigauæ.Flumina iſarges: gẽſna-
bades:ſardabala nabar gẽſina:turebi:flumẽ uſariẽs nauigabile.Flumẽ ampſaga abeſt a cæſarea.ccxxxiii.
miſ.paſſuum. Vtriuſq; mauritaniæ lõgitudo.d.ccc.mil.paſ.xxxix.mil.Latitudo.cccclxvii.mil.paſ.

## Numidia. Cap.iii.

B ampſaga numidia eſt Maſſiniſſæ clara nomine:metagonitis terra a græcis appellata.Numi
a dæ uero nomades a permutandis papilionibus mapalia ſua hoc eſt domus plauſtris circunfe
rentes. Oppida cullu ruſicade. Ab ea ad.xlviii.mil.paſſuum in mediterraneo colonia cirtha
ſittianorũ cognomine:& alia intus ſicca:liberumq; oppidum bulla regia. Et in ora tacatua hippo regi-
us.Flumen armua.Oppidum tabracha ciuium ro.Tuſca fluuius numidiæ finis. nec præter marmoris
numidici ferarumq; prouentum aliud inſigne.

## Africa.Cap.iiii.

Tuſca zeugitana regio & quæ proprie uocẽt africa ē.Tria ꝓmontoria: candidũ.mox Apolli-
a nis aduerſum ſardiniæ: Mercurii aduerſum ſiciliæ in altũ procurrẽtia duos efficiũt ſinus hip-
ponenſem proximum ab oppido:quod hipponem dirutum uocant diarrhytum a græcis di- Dilutũ
ctum ꝓpter aquarum irrigua.Cui finitimum theudalis immune oppidum longius a littore. Dein pro-
montoriũ Apollinis:& in altero ſinu utica ciuiũ romanorũ Catonis morte nobilis:flumẽ bagrada.Lo-
cus caſtra cornelia.Colonia carthago:magnæ in ueſtigiis carthaginis: colonia maxulla. Oppida carpi:
miſua.Et liberũ clupea ĩ ꝓmontorio Mercurii.Itẽ libera curubis neapolis Mox africæ ipſius alia diſtin
ctio.Libyphœnices uocanť qui byſantiũ incolunt.Ita appellať regio.ccl.mil.paſ.p circuitũ fertilitatis Bylaciũ
eximiæ cum centeſima fruge agricolis fœnus reddẽte terra.Hic oppida libera ileptis adrumentum : ru-
ſpina:tapſus.Inde thenæ macomades tacape:ſabrata contingens ſyrtin minorem:ad quam numidiæ & Auſes
africæ ab ampſaga longitudo.d.lxxx.mil.paſſuum.Latitudo qua cognitum eſt.cc.mil.Ea ps quã afri-
cã appellauimus diuidiť in duas prouincias ueterem & nouam diſcretas foſſa. Inter africanũ ſequentẽ
& reges thenas uſq; producta.quod oppidum a carthagine abeſt.ccxvii.mil paſſus. Tertius ſinus diui-
ditur in geminos duarum ſyrtium uadoſo ac reciproco mari.Diſrrhoos ad proximam quæ minor eſt a
carthagine.ccc.mil.paſſuum ut Polybius tradit.Ipſam.c.mil.paſ.additu.ccc.mil.ambitu.Et terra hæc
autem ſyderum obſeruatione nobilis.Ad eam per deſerta harenis perq; ſerpentes iter eſt. Excipiunt ſal-
tus repleti ferarum multitudine:& introrſus elephantorum ſolitudines:mox deſerta uaſta.Vtrinq; ga-
ramantes ab augylis dierum.xii.itinere diſtantes.Sup illos fuere gens pſyli:ſuper quos lacus lycome
dis deſertis circũdatus.Augylæ ipſi medio fere ſpatio locantur ab æthiopia quæ ad occidentẽ uergit : &
a regione quæ duas ſyrtes interiacet pari utrinq; interuallo:ſed littore inter duas ſyrtes ducentorũ quin-
quaginta mil.paſ.Ibi ciuitas oeenſies.Cynips fluuius ac regio.Oppida neapolis:taphra abrothonũ: le-
ptis altera quæ cognominatur magna.Syrtis maior circuitu.cxxv.mil.paſſuũ.aditu aũt . cccxiii.mil.In
de accolit gens ciſipadum.In intimo ſinu fuit ora lothophagon:quos quiã alachroas dixere ad phileno-
rum aras.ex harena ſunt eæ.Ab iis non ꝓcul a continente palus uaſta ad amnẽ tritonem:nomenq; ab eo
accepit:pallantias appellata a Callimacho:& citra minorem ſyrtim eſſe dicta:a multis uero inter duas
ſyrtes.Promontorium qđ maiorem includit borion appellatur:ultra cyrenaica prouincia.Ad hũc finẽ
africa a fluuio ampſaga populos.xxvi.habet qui romano parẽt imperio.In iis colonias ſex ꝓter iã ſupra
dictas uthinam tuburbin.Oppida ciuium romanorũ.xv.ex quibus in mediterraneo dicenda abſurita
nũ:abutucenſe.ab oriente canophicũ:chilmanenſe :ſimittuẽſe:thunuſdẽſe:tuburnicenſe: tynibrumenſe

f ii

Tiebicenſe tibigenſe. Veitana duo maius & minus:uagenſe:oppidum latinum unū uzzalitanum. Oppidum ſtipē
diarium unum. Caſtris corneliis oppida libera triginta:ex quibus dicenda intus acolitanum:acharitanū
auinenſe:aziritanum:canopitanum:melzitanum:madurenſe:ſalaphitanum:tuſdritanum. Titicenſe:thi
Tiſicenſe phicenſe:tinnuſenſe:theudenſe:tagaſtenſe:ſigenſe:uluſuburitanum:uagenſe aliud ſigenſe:zamenſe. Ex
reliquo numero non ciuitates tantum:ſed pleraq; etiam nationes iure dici poſſunt:ut nattabudes:caſpi
Maſſyli tani:inſulani:ſabarbares:maſſyllini ciues uamacures:ethini:muſſini:marchubii: & tota getulia ad flu-
Niſiues men nigrin:qui africam ab æthiopia dirimit.

## Cyrene. Cap. v.

Yrenaica eadem pentapolitana regio illuſtratur Hāmonis oraculo:quod a cyrenis abeſt.cccc.
e mil.paſ. fonte ſolis:pentapolis urbibus maxime quinq; bereniæ:arſinoe:ptolemaide appollo-
nia:ipſaq; cyrene. Berenice in ſyrtis extimo cornu eſt quondam uocata heſperidū ſupradictarū
uagantibus græciæ fabulis. Nec procul ante oppidum fluuius lethō:lucus ſacer: ubi heſperidum horti
memorantur. Abeſt a lepti.ccclxxxv.mil.p. Ab ea arſinoe tauchera uocitata.xliii.mil.paſ. Et deinde pto
lemais antiquo nomine barce.xxii.mil.paſ. Mox.ccl.mil.promontorium phycus per creticum mare ex
currit diſtans.cccl.mil.paſ.a tænaro laconicæ ꝑmontorio. A creta uero ipſa.cxxv.mil. Poſt id cyrene a
mari.xi.mil.paſ. A phicūte appoloniā.xxiiii.mil.paſ.ad cherōneſum.lxxxviii.mil.paſ. Vn̄ catabathmū
ccxvi.mil.paſ.accolunt marmaridæ a paretonii ferme regiōe ad ſyrtin uſq; maiorem porrecti. Poſt eos
Ararauceles & iam in ora ſyrtis naſamones: quos meſammones græci appellauere ab argumento loci
medios inter harenas ſitos. Cyrenaicus ager.xv.mil.p.latitudine a littore arboribus fertilis habetur. In-
tus eodem ſpatio frugibus tantum mox.xxx.mil.paſſuum latitudine:&.ccl.mil. paſſuum longitudine
laſeri modo Poſt naſammonas haſbyte & macæ uiuunt. Vltra eos hammanientes.xi. dierum itinere a
ſyrtibus maioribus ad occidentem & ipſi quaqua uerſus harenis circundati:puteos tamen haud diffici-
les binum fere cubitorum inueniunt altitudine ibi reſtagnantibus mauritaniæ aquis. Domos ſale e mon
tibus ſuis exciſo ceu lapide conſtruunt. Ab iis ad troglodytas hyberni occaſus plaga dierū quattuor iter
cum quibus cōmerciū gēmę tantum quā carbunculum uocamus ex æthiopia uectę. Interuenit ad ſolitu
dines africæ ſuper minorem ſyrtin dictas uerſa phazania:ubi gentem phazaniorum urbeſq; alelen & cil-
labam ſubegimus. Item cidamum e regione ſabrate. Ab his mons longo ſpatio in occaſum ab ortu ten-
dit. Ater a noſtris dictus a natura aduſto ſimilis:aut ſolis repercuſſu accenſo. Vltra eum deſerta. Matel
Debris gæ oppidum garamātum. Itēq; detris affuſo fonte a medio die ad mediā noctem aquis feruētibus: toti
Garama dem horis ad medium diem rigentibus. Clariſſimumq; oppidū garadamum caput garadamātum: oīa
armis romanis ſuperata: & a Cornelio Balbo triumphata: uni omnium externo curru & quiritium iure
donato. Quippe gadibus nato ciuitas romana cum Balbo maiore patruo data eſt. Et hoc mirum ſupra
dicta oppida ab eo capta auctores noſtros prodidiſſe. Ipſum in triumpho præter cydamum & garada
mum omnium aliarū gentium urbiumq; numina ac ſimulacra duxiſſe:quæ fuere hoc ordine. Tabidiū
oppidum:niteris natio nigligemela oppidū. Bubeium natio: Vel oppidū. Enipi natio. Thuben oppidū
Mons noīe niger:nitibrum rapſa oppida:diſcera natio:detrioppidū flumen nathabur: tapſagum oppi
dum nānagi natio:boin oppidum:pege oppidum:flumen daſibari. Mox oppida cōtinua baracum: bu
luba:alaſi:balſa:galla:maxala:zizama. Mons gyri:in quo gemmas naſci titulus ꝑdidit. Ad garaman-
tas iter inexplicabile adhuc fuit latronibus gentis eius. Puteo qui ſunt non alte fodiendi ſi locorum noti
cia adſit harenis operientibus. Proximo bello quod cum oenſibus romani geſſere auſpiciis Veſpaſiani
imperatoris compendium uiæ quatriduo deprehenſum eſt. Hoc iter uocatur præter caput ſaxi. finis cy-
renaicus catabathmos appellatur oppidum & uallis repente conuexa: Ad eum terminum cyrenaica afri
ca a ſyrti minore decies ſexaginta mil.p.in longitudinem patet. In latitudine qua cognitum eſt.d.ccc.
paſſuum.

## Libya mareotis. Cap. vii.

A quæ ſequitur regio mareotis libya appellatur: ægypto contermina. Tenent marmarides:
e adirmachidæ:deinde mareotæ. Menſura a catabathmon ad paretonium.lxxxvi.mil. paſſuum
Vicus In eo tractu intus apis intereſt nobilis religione ægypti locus. Ab eo paratonium.xii. mil.paſ
ſuum. Inde alexandriam.c.mil.paſſuum. Latitudo.c.lxix.eſt. Erathoſtenes a cyrenis alexandriam ter-
reſtri itinere.d.xxv.mil.prodidit. Agrippa totius africæ a mari atlantico cum inferiore ægypto. lxxxv.
mil.paſſuum longitudinem poſuit. Polybius & Eratoſthenes diligentiſſime exiſtimati ab oceano ad.
carthaginem magnam.lxvi.mil.paſſuum. Ab ea canopum nili proximum hoſtium.xvi. mil. paſſuum
xxix.fecerunt. Iſidorus a tingi canopum.xxxv.xcix.mil paſſuum. Artemidorus quadraginta minnus ꝗ
Iſidorus.

## Inſulæ circa africam & aduerſarum africæ. Cap. vii.

Nſulas non ita multas complectuntur hæc maria. Clariſſima eſt Meninx longitudine
i xxxv.mil.paſ.latitudine.xxv.ab Eratoſthene lotophagites appellata. Oppida habet duo me-
Gira ningen ab africæ latere: & altero thoiar. Ipſa a dextro ſyrtis minoris ꝑmontorio paſſibus.cc.

ſita ab

ſita ab ea.c.p.cõtra leuum cercina cum urbe eiſdem nominis libera longa.xxv.mil.paſ. Lata dimiũ eius ubi plurimum:ac in extremo non plus.v.mil.paſſus.Hinc pparua carthaginem uerſus cercinitis ponte iungitur.Ab iis.l.mil.fere paſſuum lopaduſa longa.vi.mil.paſ.Mox Gaulos & galata:cuius terra ſcorpionem dirum animal africæ necat.Dicuntur & in clupea emori:cuius ex aduerſo coſſyria cum oppido. At contra carthaginis Sinum duæ e gremio areæ aræ.Re uera aũt ſcopuli uerius q̃ inſulæ:inter ſiciliam maxime & ſardiniam Auctores ſunt & has quondam habitatas ſubſediſſe.Interiori autem ambitu africæ ad meridiem uerſus:ſuperq; getulos interuenientibus deſertis primum omnium libyægyptii:deinde leucæthiopes habitant.

Aegimuros
Aegate & Tarichiæ

## Aethiopes. Cap.viii.

ſ Vper eos æthiopum gentes nigritiæ a quo dictum eſt flumine.Gymnetes pharuſi etiam oceanum attingentes:quos in mauritaniæ fine diximus perorri. Ab iis omnibus uaſtæ ſolitudines orientem uerſus:uſq; garamãtes:augylaſq; & troglodytas:ueriſſima opinione eorũ q deſertis africæ duas æthiopias ſupponunt:& ante oẽs Homeri qui bipartitos tradit æthiopas ad orienté occaſumq; uerſos.Nigri fluuio eadem natura quæ nilo:calamum & papyrũ & eaſdem gignit animantes iiſdemq; tempore augeſcit.Oritur inter tareleos æthiopas:œcalicas.Horum oppidum mauin quidam ſolitudinibus interpoſuerunt.Atlantas iuxta eos:ægipanas ſemiferos:& blemmias : & gamphaſantas : & ſatyros.& himantopodas.Atlantes degeneres ſunt humani ritus ſi credimus.Nã neq; nominum ullorũ inter eos appellatio eſt:& ſolẽ orientẽ occidẽtẽq; dira imprecatione cõtuentur: ut exitialẽ ipſis agriſq;. Neq; inſomnia uiſunt qualia reliqui mortales.Troglodytæ ſpecus excauãt.Hæ illis domus : uictus ſerpẽtium carnes:ſtridorq; non uox:adeo ſermonis cõmercio carent. Garamantes matrimonioꝝ exortes paſſim cum fœminis degunt.Augylæ tantum inferos colunt.Gãphaſantes nudi : prœliorumq; expertes nulli externo congregantur.Blemmiis traduntur capita abeſſe:ore & oculis pectore affixiſ. Satyris præter figuram nihil moris humani.Aegipanis qualis uulgo pingitur forma.Himantopodes loripedes quidam:quibus ſerpendo ingredi natura eſt.Pharuſi quondã pſæ comites fuiſſe dicuntur Herculis ad heſpidas tendentis.Nec de africa plura quæ memorentur occurrunt.

Perorſi
Thalæos

## De aſia.Cap.ix.

a Dhæret aſia quã patere a canopico hoſtio ad ponti hoſtiũ Timoſthenes .xxvi.xxxviii.mil.paſſuum tradidit.Ab ore aũt ponti ad os męotis.Eratoſthenes.xv.xlv.mil.p. Vniuerſam uero cũ ægypto ad tanain Artemidorus & Iſidorus.lxxxviii.d.ccl.mil.paſſus.Maria eius complura ab accolis traxere nomina quare ſimul indicabuntur.Proxima africæ incolitur ægyptus introrſus ad meridiẽ recedẽs:donec a tergo prætendãt æthiopes.Inferiorẽ eius ptẽ nilus dextra leuaq; diuiſus amplexu ſuo determinat canopico oſtio ab africa:ab aſia peluſiaco.c.lxx.mil.paſſuum interuallo. Quam ob cauſam inter inſulas quidam ægyptum retulere:ita ſe findente nilo ut triquetram terræ figuram efficiat Ideo multi græcæ litteræ uocabulo deltã appellauere ægyptum. Menſura ab unitate aluei unde ſe primum fundit in latera ad canopicum oſtiũ.xlvi.m.ad peluſiacum.cclvi.mil.eſt. Summa pars contermina æthiopiæ thebais uocatur.Diuiditur in præfecturas oppidorum:quas nomos uocant:ombiten:phãturiten:appolopoliten:hermonthiten:thimitin:phãturiten:coptiten:tẽtiriten:diopoliten:antiopoliten: aphroditopoliten:lycopoliten. Que iuxta peluſium eſt regio nomos habet pharbæthiten: bubaſtiten: ſethroiten:taniten.Reliqua aũt arabicum hãmoniacũ tendentẽ ad Hãmonis Iouis oraculũ oxyirynchiten leontopoliten:atribiten:ſynopoliten:hermopoliten:xoiten:mendeſium:ſebenniten:capaſiten:ſelatopoliten:heliopoliten:pſopiten:cynopoliten:thermopoliten:bruſophiten:onuphiten:ſaiten:ptenethũ phthemphum:naucratiten ueratiten meteliten gymecopoliten menelaiten.Alexandriæ regione . Item libyæ mareotis heracleopolites eſt in inſula nili longa paſſus.l.mil.in q̃a & oppidum Herculis appellatum.Arſinoitæ duo ſunt.hi & mẽphites uſq; ad ſummũ delta pueniunt.Cui ſunt contermini ex africa duo œaſitæ.Quidam ex iis aliqua nomina permutant & ſubſtituunt alios nomos:ut heroopoliten:crocodilopoliten. Inter arſinoiten aũt ac mẽphitẽ lacus fuit circuitu.ccl.mil.p.aut ut Mutianꝰ tradit cccl. mil.& altitudinis.l.p.manufactus a rege qui fecerat Mœridis appellatus.Inde.lxxii.mil.paſ.ppe abeſt mẽphis quondam arx.ægypti regum.inde ad Hãmonis oraculũ. xii.dieꝝ iter eſt. Ad ſciſſuram autẽ nili qđ appellauimus delta.xv.mil.paſ.Nilus ĩcertis ortus fontibus:ut per deſerta & ardentia & ĩmẽſo longitudinis ſpatio ambulãs famaq; tantũ ĩermi quæſitu cognitus ſine bellis:quæ cæteras omnes terras inuenere:originem(ut iuba rex potuit exquirere)in monte ĩferioris mauritaniæ nõ procul oceano habet lacu protinus ſtagnante:quem uocant nilidem.Ibi piſces reperiũtur alabetæ:coracini:ſiluri: crocodillus quoq;.inde ob argumentũ hoc cæſareæ(ortus creditur.in iis quæ nili alueo ſpectantur:hocq; lacu educantur:)in theſeo dicatus ab eo ſpectatur hodie. Præterea obſeruatum eſt prout in mauritania niues hymbreſue ſatiauerint : ita nilum increſcere ex hoc lacu : Rurſus indignatur fluere per harenoſa & ſqualentia.Conditq; ſe aliquot dierum itinere. Mox alio lacu maiore in cæſarienſis mauritaniæ gente maſeſylum erũpit: & hominũ cœtus ueluti circũſpicit iiſdẽ animaliũ argumentis.iteꝝ harenis receptus

phathniten
Atharrabiten
Panopoliten
Buſiriten
Nitriten
Oaſitæ
Myridis
Iſeo

conditur rurſus.xx.dierum deſertis ad proximos æthiopas:atq; ubi iterum ſenſerit hominem proſilit ſõ
te(ut uериſimile eſt)illo quem nigrin uocauere.Inde africa ab æthiopia diſpeſcens etiam ſi non protinus
populis:feris tamen & beluis frequens:ſiluarumq; opifex medios æthiopas ſecat cognominatus aſtapuſ
quod illarum gentium lingua ſignificat aquam e tenebris ꝓfluentem.Inſulas ita inumeras ſpargit quaſ
damq; tam uaſtæ magnitudinis quãq̃ rapida celeritate ut tamen dierum quinq; curſu non breuiore trãſ-
uolet:circa clariſſimam earum meroen aſtabores leuo alueo dictus:hoc eſt ramus aquę uenientis e tene
bris.Dextera uero aſtuſapes:quod latentis ſignificationem adiicit.Nec ante nilus q̃ ſe totum aquis con
cordibus ruſus iunxit.Sic quoq; etiamnum gyriſantes nomiatus per aliquot milia & in totum Home
ro ægyptus:aliiſq; triton. Subinde inſulis ĩpactus totidem incitatus irritamentis. Poſtremo incluſus
montibus nec alibi torrentior uectus aquis properantibus ad locum æthiopum:qui catadupi uocantur
nouiſſimo catarac̃te interoccurſantes ſcopulos non fluere immenſo fragore creditur:ſed ruere.Poſtea le
nis & confractis aquis domitaq; uiolentia:alioquin &ſpatio feſſus multis quãuis faucibus in ægyptium
mare ſe euomit.Certis tamen diebus auctu magno per totam ſpatiatus ægyptum fœcundus ĩnatat ter
ræ.Cauſas huius incrementi uarias prodidere:ſed maxime probabiles eteſiarum eo tempore ex aduerſo
flantium repercuſſu ultro in ora acto mari.Aut hymbres æthiopiæ æſtiuos iiſdem eteſiis nubila illo fe
rentibus e reliquo orbe.Timæus mathematicus occultam protolit ratiõem.Phialiam appellari fontem
eius mergiq; in cuniculos ipſum amnem uapore anhelantem fumibus cautibus ubi conditur. Verum
ſole per eos dies comminus facto extrahi ardoris ui:& ſuſpenſum abundare:ac ne deuoretur abſcondi.
Idq; euenire a canis ortu per introitum ſolis in leone contra perpendiculũ fontis ſydere ſtante: cum ĩ eo
tractu abſumantur umbræ.Pleriſq; e diuerſo opinatis largiorem fluere ad ſeptentrionem ſole diſceden-
te:quod in cancro & leone euenit.Ideoq; tunc minus ſiccari.Rurſus in capricornum & auſtrinum polũ
uerſo ſorberi:& ob id parcius fluere.Sed timæo ſi quis extrahi poſſe credat umbrarum defectus iis die-
bus &locis ſine fine abeſt.Incipit creſcere luna noua quæcũq; poſt ſolſtitium eſt ſenſim modiceq; cancrũ
ſole tranſeunte:abundatiſſime autem leonem.Et reſidet in uirgine iiſdem quibus accreuit modis.In to-
tum autem reuocatum intra ripas in libra:ut tradit Herodotus cẽteſimo die.Cum creſcit reges aut præ
fectos nauigare eo nefas iudicatum eſt.Auctus eos per puteos menſuræ notis deprehenduntur.Iuſtum
incremẽtũ ẽ cubitoꝝ.xvi.Minores aquæ non oĩa rigant.Ampliores detinẽt tardius recedẽdo. Hæ ſerẽ
di tempora abſumunt ſolo madente.Illæ non dat ſitiente. Vtrũq; reputat ꝓuintia.In.xii.ᵒcubitis famẽ
ſentit ĩ.xiii.etiãnũ eſurit.Xiiii.cubita hilaritatẽ afferunt.Xv.ſecuritatem.Xvi.delitias.Maximum incre-
mẽtum ad hoc æui fuit cubitoꝝ.xviii.Claudio principe.Minimũq; pharſalico bello:ueluti necẽ Magni
ꝓdigio quodã flumine auerſante.Cũ ſtetere aquæ aptis molibus admittuntur. Vt quæq; liberata ẽ ter
ra:ſerit.Idẽ amnis unus oĩum nullas expirat auras.Ditionis egypti eſſe ĩcipit a fine æthiopiæ ſyene : ita
uocatur inſula.c.mil.p.ambitu:in qua ceraſtiæ ſunt latere arabiæ & ex aduerſo inſulę.iiii.philę.d.c.mil.
paſ.& a nili fixura:unde appellari diximus deltam.Hoc ſpatiũ edidit Artemidorus.& in eo.ccl.oppida
fuiſſe.Iuba.cccc.mil.paſſus.Ariſtocreon ab elephantide ad mare.d.ccl.mil.paſ.Elephantis inſula infra
nouiſſimum cataractem.cccc.mil.paſ.& ſupra ſyenem.xvi.mil.habitatur. Nauigationes ægyptiæ finis
ab alexandria.d.lxxxv.mil.p.in tantum errauere ſupraſcripti.Ibi æthiopicæ conueniunt naues.Nãq; eas
plicatiles humeris tranſferunt quotiens ad cataractas uentum eſt.Aegiptus ſuper cæteram antiquitatis
gloriam.xx.mil.urbium ibi Amaſe regnante habitata præfert.Nunc quoq; multis etiam ſi ignobilibus
frequens celebratur tamen Apollinis.mox leucothoe.& dioſpolis magna. Eadem thebe:portarum.c.
Leuco noe nobilis:fama copioſa indicarum arabicarumq; mercium nilo ꝓximũ emporiũ.Mox Veneris oppidum
& iteꝝ iouis:ac tentyris:infra quod abydus Mẽnonis regia:& Oſiris tẽplo inclytũ.vii.dieꝝ itinere in li-
byã remotũ a flumine.Deinde ptolemais & panopolis ac Veneris iteꝝ.Et in libyco lycon ubi montes
finiunt thebaidẽ. Ab iis oppida Mercurii:alabaſtrum canũ:& ſupradictũ Herculis.Deinde arſinoes &
iam dicta mẽphis:inter quã & arſinoiten nomon:in libyco turres quæ pyramides uocantur: labyrin-
thus in myridis lacu nullo addito ligno exædificatus:& oppidum crialon. Vnum præterea intus & ara-
biæ conterminũ claritatis magnæ ſolis oppidum.

Alexandria. Cap.x.

Ed iure laudetur in littore ægyptii maris alexandria a magno Alexandro condita in africæ
s parte ab oſtio canopico . xii.mil.paſ.iuxta mareotim lacum :qui lacus antea arapotes nomi-
nabatur.Metatus eſt eam Dinocrates architectus pluribus modis memorabili ingenio:quin-
decim milium paſſuum laxitate inſerta ad effigiem macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniofam
dextra leuaq; anguloſo procurſu : iam tum tamen quinta ſitus parte regi dicata. Mareotis lacus ad
meridianam urbis partem euripo & canopico oſtio mittitur .ex mediterraneo cõmercio. Inſulas quoq;
plures amplexus.xxx.mil.paſ.traiectu.dc.ambitu ut tradit Claudius Cæſar. Alii ſcœnos in latitudi-
nem patere.xl.faciunt: ſcœnumq; ſtadia.xxx. Ita fieri longitudinis. cl.mil. paſ. tantundem & latitu-
dinis. Sunt in honore & intra decurſus nili multa oppida præcipue quæ nomina debere oſtiis nõ omni-
bus.xi.enim

bus.xi.enim reperiuntur:ſuper quæ quattuor quæ ipſi falſa ora appellant. Sed celeberrimis:ſeptē:proximo alexandriæ canopico:deinde bolbitino:ſebenitico:pharnitico mendeſico:tanico:ultimoq; peluſiaco.Præterea buthos:pharbœtos:leontopolis:atribis:Iſidis oppidū:buſiris cynopolis:aphroditos:ſais:naucratis:unde oſtium quidam naucraticum nominant:quod alii heracleoticum:canopico:cui.vi.mil.paſ.proximum eſt præferentes.

Arabia. Cap.xi.

u Ltra peluſiacum arabia eſt ad rubrum mare ptingens & odoriferam illam ac diuitem & beatæ cognomine inclytam hæc catabanum & eſbonitaȝ & ſcenitarum arabum uocatur ſterilis:præterq̄ ubi ſyriæ confinia attingit:nec niſi caſſio monte nobilis. His arabes iunguntur:ab oriente canchleis:a meridie cedreis qui deinde ambo nabathæis. Heroopoliticus uocatur: alterq; lelaniticus ſinus rubri maris in ægyptum uergentis.cl.m.p.interuallo.Inter duo oppida læana: & in noſtro mari gaza.Agrippa a peluſio arſinoē rubri maris oppidum per deſerta.cxxv.mil.p.tradit tam paruo diſtat ibi tanta rerum naturæ diuerſitas.

Syria paleſtina phœnicis. Cap.xii.

i Vxta ſyria littus occupat quondam terrarum maxima & pluribus diſtincta nominibus.Nāq; paleſtina uocabatur qua contingit arabas: & iudæa & cœle:dein phœnice: & qua recedit intus damaſcena:ac magis etiam nunc meridiana babylonia. Et eadem meſopotamia inter euphraten,& tigrin:quaq; tranſit taurum:ſophene.Citra uero etiam comagene. Et ultra armeniam adiabene:aſſyria ante dicta. Et ubi ciliciam attingit antiochia. Longitudo eius inter ciliciam & arabiam.cccc.lxx.mil.p.eſt.Latitudo a ſeleucia pieria ad oppidum in euphrate zeuma.d.xxv.mil.p.Qui ſubtilius diuidūt circū euphraten ſyriam phœnicem uolunt: & eſſe oram maritimam ſyriæ: cuius pars ſit idumæa & iudæa deinde phœnicem:deinde ſyriam. Id quod præiacet mare totum phœnicum appellatur. Ipſa gens phœnicum in gloria magna litterarum inuentionis & ſyderum:naualiumq;:ac bellicarum artium.A peluſio gapriæ caſtra:caſſius mons:delubrum Iouis Caſſi:tumulus magni Pompeii oſtracine. Arabia finitur a peluſio.lxv.mil.paſ.

Idumæa ſyria:paleſtina:ſamaria:aſcalum:azotus:cæſarea.Cap.xiii.

m Ox idumæa incipit & paleſtina ab emerſu ſirbonis lacus:quem quidam.cl.mil.paſ.circuitu tradidere.Herodotus caſſio monti applicuit.Nunc eſt palus modica.Oppida rhinocolura: & intus rhaphea:gaza.& intus athedon:mons angaris.Regio per oram ſamaria:oppidum aſcalo liberȝ azotus Iamnes duæ.Altera uicus ioppe phœnicum antiquior terraȝ inundatione(ut ferunt)Inſidet colli præiacente ſaxo:in quo uinculoȝ Andromadæ ueſtigia oſtēdunt.Colitur illic fabuloſa ceto.Inde apollonia ſtratonis turris:eadē cæſarea ab Herode rege cōdita.Nūc colonia prima flauia a Veſpaſiano impatore deducta.Finis paleſtines.clxxxix.mil.paſ.a cōfinio arabiæ:Deinde phœnices.Intus autem ſamaria:Oppida neapolis qd antea mamortha dicebatur.Sebaſte in monte altiore gamala.

Iudæa:galilæa:hierico:emmaus:lyda:ioppe. Cap.xiiii.

ſ Vpra idumæam & ſamariā iudæa lōge lateq; fundit̄.Pars eni ſyriæ iuncta galilæa uocat̄.Arabiæ uero & ægypto ꝓxima peræa aſpis diſpſa mōtibus:& a cæteris iudeis iordane amne diſcreta:Reliqua iudæa diuidit̄ in toparchias decē quo dicemus ordine. Hiericōtē palmetis cōſitam fontib9 irriguā:emmaū:lydā:ioppicā:acrabathenā:& zophaniticā:thamicā:betholē:& tephene:norine in qua fuere hieroſolyma lōge clariſſima urbium oriētis:nomen iudææ:mō herodium cū oppido illuſtri eiuſdem nominis.

Iordanis. Cap.xv.

i Ordanis amnis oritur e fonte peneade:qui cognomen dedit cæſareæ de qua diximus: amnis amœnus:& quatinus locoȝ ſitus patit̄ ābitioſus:accoliſq; ſe præbēs uelut inuitus:aſphaltitē lacū dirȝ natura petit:a quo poſtremo ebibitur:aquaſq; laudatas pdit peſtilentibus mixtas.Ergo ubi prima cōualliū fuit occaſio:in lacū ſe fundit:quē plures geneſarā uocant.xvi.mil.p. longitudinis.vi.mil.latitudinis:amœnis circumſeptus oppidis: ab oriente iuliade & hippo:a meridie tharitie:quo & nomine aliq ēt lacū appellāt.ab occidente tiberiade aquis calidis ſalubri.

Aſphaltites. Cap.xvi.

a Sphaltites nihil præter bitumen gignit.unde & nomen.Nullum corpus animaliū recipit.tauri cameliq; fluitant. Inde fama nihil in eo mergi. Longitudine excedit.c.mil.p.Latitudine maxima.xxv.implet.Minima ſex.Proſpicit eum ab oriente arabia nomadum.a meridie macharō Macher9
ſecunda quondam arx iudææ ab hieroſolymis.Eodem latere eſt calidus fons medicæ ſalubritatis callirhoe aquarum gloriam ipſo nomine præferens.

Gens heſſenoȝ. Cap.xvii.

a B occidentali littore heſſeni.quos fugitant uſq; quaq; nocētes.Gens ſola & in toto orbe præter cæteras mira.ſine ulla fœmina omni uenere abdicata.ſine pecunia ſotia palmarum. In diem ex æquo conuenaȝ turba renaſcitur. longe frequentatibus quos uita feſſos admores eorum fortunæ fluctibus agitat. Ita per ſeculorum milia (incredibile dictu)gens æterna eſt. in qua nemo naſcitur. Tam fœcunda illis aliorum uitæ pœnitentia eſt.Infra hos egadda oppidum fuit ſecundum ab hieroſolymis fertilitate palmetorumq; nemoribus. Nunc alterum buſtum. Inde maſada caſtellum in rupe &

ipſum haud procul ab aſphaltite. Et hactenus iudæa eſt.

## Decapolis. Cap.xviii.

Vngitur e latere ſyriæ decapolitana regio a numero oppidorum: in qua non omnes eadem obſer
i uant. Plurimi tamẽ damaſcum & opotõ riguas amne chryſorhoa: fertilem philadelphiã rapha
nam: omnia in arabiam recedẽtia. Scythopolin antea niſã a Libero patre ſepulta nutrice ibi ſcy
this deductis. Gaddara hieramiace prefluẽte & iam dictũ hippo dion. Pellã aqs diuitẽ: galaſam canatã.
Intercurrũt cingũtq; has urbes tetrarchiæ: regnorum inſtar ſingulæ: & in regna cõtribuunt: traconitis pa
Gabade neas. In qua cæſarea cũ ſupradicto fonte abila: arca: ampelœſſa: gabe.

## Tyrus & ſidon. Cap.xix.

Inc redeundũ eſt ad oram atq; phœnicẽ. Fuit oppidũ crocodilon. Eſt flumẽ memoria urbium
h Dorum. Sigaminũ ꝓmontorium: carmelũq;. Et in mõte oppidum eodem noĩe quondam eg
batana dictũ. Iuxta getta Iebba. Riuus pagida ſiue belus: uitri fertiles harenaſ paruo littori mi
Cande- ſcens. Ipſe e palude cendeuia a radicibus carmeli ꝓfluit. Iuxta colonia Claudii Cæſaris ptolemais quæ
boca quondam Ace. Oppidum ecdippa. Promontorium album. Tyrus quondã inſula præalto mari ſeptin
gentis paſſibus diuiſa. Nunc uero Alexãdri oppugnantis opibus cõtinens. Olim partu clara urbibus ge
nitis: lepti: utica: & illa romani impii æmula terrarum orbis auida carthagine: etiã gadibus extra orbem cõ
ditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atq; purpura conſtat. Circuitus.xix.mil.paſ.eſt. Intra pale
Enhydra tyro incluſa. Oppidum ipſum.xxii.ſtadia optinet. Inde ide ac ſarepta & ornithõ oppida. Et ſidon artifex
uitri: thebarũq; boeotiarum parens.

## Mons libanus. Cap.xx.

Simyrã Tergo eius mons libanus orſus centum quinquaginta ſtadiis zimirã uſq; porrigitur: quæ cœ
a leſyria cognominatur. Huic par interiacente ualle mons aduerſus antelibanus obtẽditur quon
dam muro coniunctus. Poſt eum introrſus decapolitana regio eſt: prædictæq; cum ea tetrar
Macras chiæ & paleſtines tota laxitas. At in ora nũc ſubiecta libano fluuis magoras: berytus colonia quæ fœlix
iulia appellatur. Leontos oppidum: flumẽ lycos: palæbyblos: flumen adonis. Oppida byblos: botrys:
Gigarta trieris calamos: tripolis: quoniam Tyri & ſidonii & aradii optinent: orthoſia eleutheros flumẽ
Aradum Oppida zymira: marathos: contraq; ararados ſeptem ſtadiorum oppidum & inſula ducentis paſſibus
Antara- a continente diſtans. Regio in qua ſupradicti deſinunt montes. Et interiacẽtibus campis bargilus mons
dos incipit. Hic rurſus ſyria deſinente phœnice. Oppida carne balanæa paltos. Gabale ꝓmontorium in quo
laodicea libera: dioſpolis: heraclea: charadrus: poſidium.

## Syria antiochia. Cap.xxi.

Einde promontorium ſyriæ antiochenæ. Intus ipſa antiochia libera: epi Dapne cognominata
d oronte amne diuiditur. In ꝓmontorio autem ſeleucia libera pieria appellata.

## Caſſus mons. Cap.xxii.

Vper eam mons eodem quo alius nomine caſſius. Cuius excelſa altitudo quarta uigilia orien
ſ tem per tenebras ſolem aſpicit breui circumactu corporis diem noctemq; pariter oſtendens.
Ambitus ad cacumen.xix.mil.paſ.eſt: altitudo per directum.iiii. At in ora amnis orontes na
tus inter libanum & antelibanum iuxta helíopolin. Oppidum rhoſos: & a tergo portæ quæ ſyriæ appel
lantur interuallo rhoſiorum montium & tauri. In ora oppidum myriandros. Mons amanis. In quo op
pidum bomitæ. Ipſe ab ſyris ciliciam ſeparat.

## Cœle ſyria. Cap.xxiii.

Vnc interiora dicantur. Cœle habet apameam marſia amne diuiſam. Anazerinorum tetrarchia
n bãbicen: quæ alio nomine hierapolis uocatur. Syris uero magog ibi prodigioſa Atargatis græ
cis hec dereeto dicta colitur chalciden cognominata ad belum: unde regio achalcidene fertiliſſi
ma ſyriæ. Et inde cyrreſtica: irneazates: gindarenos: gabenos: tetrarchias duas quæ granii comatitæ uo
cantur. Hemiſenos: hylatas: itureorum gentem: & qui ex iis betearreni uocantur. mariammitanos. Te
trarchiam: quæ mãmiſea appellatur. Paradiſum: pagras: pinaritas: ſeleucias: præter iam dictam duas:
quæ ad euphraten: & quæ ad belum uocantur. Carditẽſes. Reliqua autem ſyria habet exceptis quæ cum
euphrate dicentur arethuſios: berœenſes: epiphanenſes. Ad orientem laodícenos: qui ad libanũ cognomi
nant: leucadios: lariſſæos: præter tetrarchias in regna deſcriptas barbaris noĩbus decem & ſeptem.

## Euphrates. Cap.xxiiii.

T de euphrate hoc in loco dixiſſe aptiſſimũ fuerit. Oritur in præfectura armeniæ maioris cara
e nitide. Vt prodidere ex iis qui proxime uiderũt Domitius Corbulo in monte aba. Licinius Mu
tianus ſub radicibus montis quẽ capoten appellant: ſupra cymirã.xii.mil.p.initio pyxirates no
Xerxenen minatus. Fluit derxenen primũ: mox anætiam: armeniæ regiones a cappadocia excludẽs. Daſcuſa abeſt
a zimara.lxxv.mil.p. Inde nauigaẽ paſtonam qnquaginta mil.p. Melitenen cappadociæ.lxxiiii.mil.paſ.
Elegeã armeniæ.x.mil.paſ.acceptis fluminibus lyco: arſania: arſano. Apud eligeam occurrit ei taurus
mons. Nec reſiſtit q̃q̃.xii.mi.p.latitudĩe pforata prævalens omirrã uocant irrumpentẽ. Mox ubi cornu
perfregit:

perfregit:euphratem. Vltra quoq; ſaxoſum ac uiolētum: arabiam inde leua meroꝝ dictam regionem tri
cena menſura: dextraq; comagenen diſterminat. Pontis tamen etiam ubi taurū expugnat patiens. Apud
claudiopolim cappadociæ curſum ad occaſum ſolis agit. Primo hūc illi impugnatus curſum taurus au
fert: uictuſq; & abſciſſus ſibimet alio modo uincit: ac fractum expellit in meridiem. Ita naturæ dimica-
tio illa æquatur hoc eunte quo uult: illo prohibente ire qua uelit. A cataractis iterum nauigatur quadra
ginta mil. paſ. inde comagenes apud ſamoſata. Arabia ſupradicta habet oppida hedeſam: quæ quon-
dam antiochia dicebatur: callirhoen a fonte nominatam: carras clade Craſſi nobiles. Iungitur præfectu-
ra meſopotamiæ originem a ſyris trahēs: in qua anthemuſia & nicephorium oppida. Mox arabes q̄ rhe
taui uocantur. Horum caput ſingara. A ſamoſatis autem latere ſyriæ marſias amnis influit. Gingla co-
magenen finit. Meroꝝ ciuitas incipit. Oppida alluuntur epiphania & antiochia: quæ ad euphratē uocan
tur. Item zeugma. lxxii. mil. paſ. a ſamoſatis tranſitu euphratis nobilis. Ex aduerſo apameā Seleucus.
Idem utriuſq; conditur ponte iūxerat. Qui coherent meſopotamiæ rhoali uocantur. At in ſyria oppida
europum thapſacum quondam nunc amphipolis. Arabes ſcenitæ ita feruntur uſq; urā locum: in quo cō
uerſus ad orientem relinquit ſyriæ palmirenas ſolitudines: quæ uſq; ad petrā urbem & regionem arabiæ
fœlicis appellatæ pertinent

Palmiras. Cap. xxv.

Almira urbs nobilis ſitu diuitiis ſoli & aquis amœnis: uaſto undiq; ambitu harenis includit
agros: ac uelut terris exempta a rerū natura priuata ſorte inter duo imperia ſumma romanoꝝ p
parthorūq;. Et prima in diſcordia: cuius ſemp utrinq; cura. Abeſt a ſeleucia parthoꝝ quæ uoca
tur ad tigrin quingentis trigintaſeptem mil. paſ. A proximo uero ſyriæ littore ducētis quinquagintaduo
bus mil. Et a damaſco uigintiſeptem mil. paſ.

Hieropolis. Cap. xxvi.

Ropius infra palmiræ ſolitudines ſtellēdena regio eſt: dictæq; iam hierapolis ac beroea & chal
cis. Vltra palmiram quoq; ex ſolitudinibus iis aliquid optinet emeſaitem elatium: dimidio ꝓ- p
pior petræ q̄ damaſcus. Aſura huic proxima eſt. Philiſcum oppidum parthorum ad euphraten Azura
ab eo ſeleuciam dierum decem nauigatio: totidemq; fere babylonem. Scinditur euphrates a zeugmate
lxxxiii. mil. paſ. circa uicum maſſicen. Et parte leua in meſopotamiam uadit per ipſam ſeleuciam: circaq;
eam præfluenti infuſus tigri. Dexteriore autem alueo babylonem quondam caldeę caput petit: mediāq;
permeans. Item quas otrin uocant: diſtrahitur in paludes. Increſcit autem & ipſe nili modo ſtatis diebus
paulum differens: ac meſopotamiam inundat ſole optinente uiceſimam partem cancri. Minui incipit in
uirgine & leone tranſgreſſo. In totum uero remeat in. xxix. parte uirginis.

Cilicia & adiunctæ gentes: pamphylia: iſauria: homonadum
piſidia lycaonia: taurus mons: lycia. Cap. xxvii.

Ed redeamus ad oram ſyriæ qui proxima eſt cilicia. Flumen diaphanes: mons crocodilus por-
tæ amani montis. Flumina andricus: pynarus: lycus: ſinus iſſicus. Oppidum iſſos: idem alexā ſ
dria. Flumen chlorus: : oppidum aege liberum: amnis pyramus: portæ ciliciæ: oppida mallos:
magarſos: & intus tarſos. Campi aleii oppida caſſipolis: mopſos liberꝝ pyramo impoſitū: thynos: zephy
rium anchiale. Amnes ſaros: cygnus tarſum liberā urbē ꝓcul a mari ſecās. Regio celēdiritis cū oppido.
Locus nympheū: ſoloe ciliciæ: nunc pompeiopolis adana cibyra: pinara: pedalie: hales: arſinoe: tabe: do Halix
rion. Iuxtaq; mare corycos: eodem nomine oppidū & portus & ſpecus. Mox flumen calicadnus. Pro- Doron
montoriū ſarpedon oppida olme Myle ꝓmontoriū & oppidum Veneris: a quo proxime cyprus iſula
Sed & in continente oppida myanda: anemurium: coraceſium: finiſq; antiquus ciliciæ: melas amnis: In
tus aūt dicendi anazarbeni: qui nun cæſarauguſtani: caſtabala: epiphania que antea eniandos: eleuſa:
iconium. Seleucia ſupra amnem calicadnum traheotis cognomine a mari relata: ubi uocabatur olmia.
Præterea intus flumina liparis: bombos. paradiſus. Mons imbarus. Ciliciæ pamphiliam omnes iunxe- Paradius
re neglecta gente iſaurica. Oppida eius intus iſauria: clybanus: lalaſis fluuius decurrit. Hic autem ad
mare Anemuri e regione ſupradicta. Simili modo omnibus qui eadem compoſuere ignorata eſt con-
termina illi gens homonadum: quorum intus oppidum homona. Cætera caſtella. xliiii. inter aſ-
peras conualles latent. inſident uerticem piſidiæ quondam ſolnmi appellati: quorum colonia cæ-
ſarea: eadem anthiochia. Oppida oronda ſagaleſſos. Hos includit lycaonia in aſiaticam iuriſdictio
nem uerſa: cum qua conueniunt philomelienſes: tymbriani: leucolithi: peltheni: tyrienſes. Datur & te- Hyriēſes
trarchia ex lycaonia qua parte galatiæ contermina eſt ciuitatum. xiiii. urbe celebarrima iconio. Ipſius
lycaoniæ celebrantur tēbaſa in tauro ſinda in confinio galaciæ atq; cappadociæ. A latere autem eius
ſuper pamphiliam ueniunt thracum ſoboles myliæ. Quorum aricanda oppidū: pamphilia ante mo
ſopia appellata. Mare pamphilium cilicio iungitur. Oppida eius ſide: & in monte aſpendum: plan-
taniſtum: perga. Promontorium leucolla. Mons ſardemiſus: Amnis eurimedon iuxta aſpendū fluens
cataractes: iuxta quem lyrneſus & olbia. Vltimaq; eius oræ phaſelis: iunctum ei mare lycium eſt genſq;
lycia: unde uaſtus ſinus. Taurus mons ab eois ueniens littoribus chelidonio ꝓmōtorio diſterminatur

Immenſus ipſe & innumerarũ gentium arbiter:dextero latere ſeptentrionalis:ubi primum ab indico mari exurgit:leuo meridianus:& ad occaſum tendens:mediãq; diſtrahens aſiam niſi opprimenti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad ſeptentriones:flexuſq; imẽſum iter quærit:uelut de induſtria rerũ natura ſubinde æquora opponente:hinc phœnicũ:hinc ponticũ:illinc caſpium & hyrcanum:contraq; mæotium lacum torquetur. Itaq; colliſus inter hæc clauſtra: & tamen uictor flexuoſus euadit uſq; ad cognita riphæorum mõtium iuga numeroſis nominibus & nouis quocũq; incedit inſignis. Imaus prima parte dictus:mox edigis:paropaniſus:circius:cambades:pharphariades:choatras:oreges:orates:niphates:taurus. Atq; ubi ſe quoq; exuperat:caucaſus:ubi brachia emittit ſubinde tentanti maria ſimilis ſarpedon:coraceſius:cragus:iterumq; taurus etiam ubi dehiſcit:ſeq; populis aperit:portarum tamen nomine unitatem ſibi uendicans:quæ alibi armenicæ:alibi caſpiæ:alibi ciliciæ uocãtur. Quinetiam cõfractus effugiẽs quoq; maria plurimis ſe gẽtium nominibus hinc & illinc implet:& a dextra hyrcanus caſpius:a leua paricdrus moſchius:amazonicus:coraxicus ſcythicus appellatus. In uniuerſum uero græce ceraunius. In lybia igitur a promontorio eius oppidum ſimena:mons chimera noctibus flagrans:epheſtium ciuitas: & ipſa ſæpe flagrantibus iugis. Oppidum olympus ibi fuit:nunc ſunt montana gage corydalla rhodiopolis. Iuxta mare lymira cũ amne:in quem arycandus influit:& mons maſſycites:andriaca ciuitas:myra oppida apyre & antiphellos:quæ quondã habeſſus atq; in receſſu phellus. Deinde pyrra. Itemq; xanthus a mari.xv.mil.paſ.flumen eodem nomine. Deinde patara:quæ prius pataros:& in monte ſidyma. Promontorium gragus. Vltra par ſinus priori. Ibi pirana:& quæ lyciam finit telmeſſus. Lycia quondã ſeptuaginta oppida habuit:nunc trigintaſex habet. Ex his celeberrima præter ſupradicta canas:candyba ubi laudatur oenium nemus. Podalia choma præfluente. Edeſa cyane:aſcandialis: amelas: noſcopium:

Telandrus' tlos telendus. Comprehendit & in mediterraneis cabaliam:cuius tres urbes:oenoanda:balbura: bubon a Telemeſſo Aſiaticum mare ſiue carpatium:& quæ proprie uocatur aſia in duas eam partes Agrippa diuiſit. Vnam incluſit ab oriente phrygia & lycaonia:ab occidente ægæo mari:a meridie ægyptio: a ſeptentrione paphlagonia. Huius longitudinem.cccclxx.mil.paſ.Latitudinem.ccc.mil.fecit. Alteram determinauit ab oriente armenia minore. Ab occidente phrygia lycaonia pamphylia. A ſeptentrione prouintia pontica. A meridie mari pamphylio. Longa.d.lxxv.mil.paſ.Lata.cccxxv.mil. In ꝓxima ora caria eſt:mox ionia. Vltra eam æolis:media doride. Circũfunditur mari utroq; latere ambiente. In ea ꝓmon

Carcea torium pedalium. Amnis claucus deferens telmeſſum. Oppidum dædala cyria fugitiuorum. Flumen

Calydna axon:oppidum calinda.

## Indus fluuius. Cap.xxviii.

Ninus Mnis indus cybiratarum iugis ortus recipit.lx.perẽnos fluuios:torrentes uero amplius centũ

a Oppidum caunos liberum:deinde pyrnos. Portus creſſa a quo rhodus inſula paſ.xx.mil. Locus loryma. Oppida thyſanuſa:paridion:larimna. Sinus tymnias. Promontorium aphrodi-

Hyla ſias. Oppidum lyde. Sinus ſchœnus. Regio bubaſſus. Oppidum fuit acanthus:alio nomine dulopolis. Eſt in ꝓmontorio gnidos libera triopia. Deinde pegaſa eſt ſtadia appellata. Ab ea doris incipit: ſed prius terga. Et mediterraneas iuriſdictiones indicaſſe conueniat. Vna appellatur cybiratica. Ipſum oppidum phrygiæ eſt. Conueniunt eo.xxv.ciuitates.

## Laodicea:apamea:ionia. Cap.xxix.

Elebertima urbs laodicea impoſita eſt lyco flumini latera alluentibus aſopo & capro: appel-

c lata primo diſpolis:dein rhoas. Reliqui in eo conuentu quos nominare non pigeat. hydrelitæ themiſones:hieropolitæ. Alter conuentus a ſynnada accipit nomen. Conueniunt lycaones:ap-

Eucarpeni piani:cercopeni dorylæi midæi iulienſes:& reliqui ignobiles populi.xv. Tertius apameam uadit ante appellatam celenas:dein cibothon. Sita eſt in radice montis ſigniæ circumfuſa marſia obrima orga fluminibus in mæandrum cadentibus Marſyas ibi creditur ortus:ac paulo mox conditus: ubi certauit tibiarum cantu cum Apolline Aulocrenes ita uocatur conuallis.x.mil.paſ.phrygiam ab apamea petentibus. Ex hoc conuentu deceat nominare metropolitas dionyſiopolitas euphorbenos acmonenſes pelte-

Silbianos nos ſiluianos. Reliqui ignobiles.ix. Doridis ſinu leucopolis amaxitos eleuſis & eutene. Deinde cariæ oppida pitaum euthanæ halycarnaſus:ſex oopida contributa ei ſunt a magno Alexandro theagela ſibde Medinaſſa euranium pedaſum telmeſſum. Habitatur inter duos ſinus ceramicum & iaſium inde myn

Caryãda dos & ubi fuit palemyndus nariandus neapolis arianda termera libera bargila & a quo ſinus iaſſius oppidum iaſus. Caria interiorum nominum fama prænitet. Quippe ubi ſunt oppida mylaſa libera: antiochia:ubi fuere ſeminethos & chranaos oppida:nunc eam circũfluunt mæander & moſſinus. Fuit in eo tractu & mæandropolis. Eſt eumenia cludro flumini appoſita. Glaucus amnis:lyſias oppidum: & orthoſia berecinthius tractus nyſa trallis eadem euanthia & ſeleucia & antiochia dicta. Alluitur eudone amne.perfunditur thebaide. Quidam ibi pigmæos habitaſſe tradunt. Præterea ſunt thydonos pyrrha. eurome heraclea amyxon alabanda libera,quæ conuentũ eũ cognominauit. Stratonice alinda libera.hynidos ceramus troezene phorontis. Longinquiores eodem diſceptant foro otchronienſes halydienſes.

ſeu hippini

ſeu hippini:xyſtiani:hydienſes:apolloniatæ:trapezopolitæ aphrodienſes liberi.Præter hęc coſcinus har hydiſien
paſa appoſita fluuio harpaſo:quo & trallicon cum fuit alluebatur.Lydia autem perfuſa flexuoſi amnis ſes
mæandri recurſibus ſuper ioniam procedit:phrygiæ ab exortu ſolis uicina ad ſeptentrionē myſiæ: meri
diana parte carian amplectens:meonia ante appellata.Celebratur maxime ſardibus ĩ latere tmoli mon-
tis:qui ante timolus appellabatur uitibus conſitus:ex quo profluente pactolo eodemq; chryſorhoa ac
fonte tarne a meoniis ciuitas ipſa hyde uocitata eſt:clara ſtagno gygeo.Sardiana appellatur nunc ea iu
riſdictio.Conueniuntq; in eam extra prædictos macedones:cadueni:loreni:philadelpheni: & ipſi in ra-
dice timoli cogamo flumini appoſiti.Meonii.tripolitani.Iidē & antoniopolitæ meādro alluntur. Apol
lonhieritæ:myſotmolitæ: & alii ignobiles. Ionia ab iaſio ſinu incipiens numeroſo ambitu littorum fle-
ctitur.In eam primus ſinus baſilicus.Poſſideum promontorium & oppidum : oraculum brancidarum
appellatum.Nunc didymei Apollinis a littore ſtadiis.xx.mil.Et inde.clxxx.mil.miletus ioniæ caput.
Lelegeis antea & phitiuſa & anactoria nominata:ſuper.lxxx.urbium pēr cuncta maria genitrix:nec frau
danda ciue Cadmo qui primus proſaicam orationem condere inſtituit. Amnis mæander ortus eſt lacu
in monte aulocrene plurimiſq; affuſus oppidis:& repletus fluminibus : crebris ita ſinuoſus flexibus : ut
ſæpe credatur reuerti.Apamenā primum peruagatur regiōem:mox cumeneticam:ac dein bargyleticos
campoſ.poſtremo cariam placidus:omneſq; eos agros fertiliſſimo rigans limo: Ad decimum a mileto
ſtadium lenis illabitur mari.Inde mons latmius.Oppida heraclea Mōtis eius cognominis cariæ Myus
quod primo condidiſſe iones narrantur:athenis profecti naulocum prienne.In ora quæ troglia appella-
tur geſſus amnis.Regio omnibus ionibus ſacra:& ideo panionia appellata.Iuxta fugitiuis conditū(uti
nomen inditio eſt)phygela fuit & maratheſium oppidum.Supra hæc magneſia mæādri cognomine in-
ſignis a theſſalica magneſia orta.Abeſt ab epheſo.xv.mil.paſ.Trallibus eo amplius.ccc.antea theſſālo-
ce & androlitia nominata & littori appoſita.Deraſidas inſulas ſecum ſubſtulit mari:intus & tyana allui
tur:& lyco pelopea:aliquando & euhippia cognominata:in ora autem manteum : epheſus amazonum
opus multis ante expetita nominibus.Alopes cum pugnatum apud troiam eſt : mox ortygia & mor-
ges uocata eſt & ſmyrna cognomine trachea & Samornion & ptelea.Attollit̄ mōte pione.Alluitur cay
ſtro in cylbianis iugis orto:multoſq; amnes deferente & ſtagnum pegaſeum: quod phyrites amnis ex-
pellit.Ab iis multitudo limi eſt:qua terras ꝓpagat:mediiſq; iam campis ſyrien inſulam adiecit. Fons in
urbe callippia templum Dianę complexa.E diuerſis regionibus duo ſelinūtes.Ab epheſo manteū aliud
colophoniorum:& intus ipſa colophon:haleſo affluente.Inde Apollinis clarii fanum lenedos fuit. & no
tium oppidum.Promontoriū cyreneum:mons minas.ccl.mil.paſ.excurrens:atq; in continentibus cam
pis reſidens.Quo in loco magnus Alexander intercidi planitiem eam iuſſerat.vii.mil.d.paſ.longitddi-
ne:ut duos ſinus iungeret:erythraſq; cū minante circūfunderet.Iuxta eos fuerunt oppida pteleon helos
dorion nūc eſt aleon.Fluuius cyreneon Minantis ꝓmontoriū clazomene: ptheniæ & hippi chytopho- Corycæ
ria appellatæ cū inſulæ eſſent.Alexāder idem ꝑ duo ſtadia cōtinenti adnexuit.Interiere intus daphnus & on
hermeſia & ſipylum quod ante tantalis uocabatur caput mæoniæ:ubi nunc eſt ſtagnum ſale ob id & ar
cheopolis ſubſtituta ſipylo:& inde illi Colpe & huic lebade:regredientibus Inde abeſt.xii.mil.p.ab ama
zone cōdita:reſtituta ab Alexādro.In ora ſmyrna amne melete gaudēs nō procul orto.Montes aſiæ no
biliſſimi in hoc tractu fere explicant ſe:maſtuſia a tergo ſmyrnæ & thermetis olympi radicibus iūctus.
Is in dracone deſinit:draco in timolo:timolus in cadmo:ille in tauro. A ſmyrna hermus amnis cam-
pos facit:& nomini ſuo adoptat.Oritur iuxta dorylaū phrygiæ ciuitatē.multoſq; colligit fluuios:iter
quos phrygem:qui nomine genti dato a caria eam diſterminat:hyllum & cryon:& ipſos phrygiæ:me-
ſiæ:lydiæ amnibus repletos.Fuit in ora eius oppidum temnos:nunc in extremo ſinu ſmyrne cheſcopo-
lis promontorium.Leuce dein oppidum quod inſula fuit:finiſq; ioniæ.Smyrneum conuentum magna
pars æolyiæ que mox dicetur frequentat:præterq; macedones hyrcani cognominati:& magnetes a ſipil
lo:Epheſum uero alterum lumen aſiæ remotiores conueniunt cæſarienſes:metropolitæ:cilbiani:inferio
res & ſuperiores myſomacedones:maſtaurenſes:brullitæ:hypæpeni:diſhieritæ.

Epheſus:æolis:troas:pergamus Cap.xxx.

Eolis proxima eſt quondam miſia appellata:& quæ helleſponto adiacet troas.Ab ea phocæa:
a aſcanius portus:dein fuerat lariſſa & cyme myrrine:quæ ſebaſtopolim ſe uocat. & intus ægæ Poſt ade
attalia poſſidea:neon tichos:temnos.in ora autē titanus amnis & ciuitas ab eo cognominata.
Fuit & grynia:nunc tantum portus ſoli inſula apprehenſa.Oppidum elæa:& ex myſia ueniens caicus
amnis.Oppida pitane canaius amnis.intercidere cane lyſimachea:atarnea:carene:ciſthene:cilla:cocylū
thebe:aſtyre:chryſa palæſcepſis gergitos neandros: nunc eſt perperēne ciuitas Heracleotes tractus.
Coryphas oppidū.Amnis gryliofolius.Regio aphrodiſias:quæ āte politiceorgaſ.Regio ſcepſis Flumē
euenū: cuius in ripis intercidere lyrneſos & miletos.in hoc tractu ida mons.Et in ora quæ ſinū cogno-

minaui & conuentum adramyteos olim pedaſus dicta. Flumina aſtron: cormalos: cryanos: alabaſtros
hieros ex ida. Intus mons gargara eodēq; nomine oppidū. Rurſus in littore antandros edonis prius uo
catā: deinde cymeris aſſos: eadem apollonia. Fuit & palamedium oppidū. Promontoriū lectū diſtermi
nans æolida & troada. Fuit & polymedia ciuitas: & chriſſa & lariſſa alia: ſminthiū templū durat. Intus
Colone colonia ītercidit: deportata adramyteū negocia: apolloniatæ arhyndaco amne ereſſii miletopolitę pema
netii: macedones aſchylacæ polychnæi: pionitæ: cilices: mādagandeni: in myſia abretteni: & helleſpontii
appellati: & alii ignobiles. Troadis primus locus amaxitus: dein cebrenia. Ipſaq; troas antigonia dicta
nunc alexādria colonia romana. Oppidū nee. Scamāder amnis nauigabilis: & in promontorio quondā
ſigæum oppidū. Dein portus achæoꝝ: in quem influxit xanthus ſimoenti iunctus ſtagnūq; prius faciēs.
Palæſcamāder. Cæteri Homero celebrati rheſus: heptaporus: acreſus rhodius ueſtigia non habēt. Grani
cus diuerſo tractu in ꝓpontida fluit. Eſt tamē & nūc ſcamādria ciuitas pua. Ac mille quingētis paſſibus
remotum a portu Ilium immune: unde oīs reꝝ claritas. Extra ſinum ſunt rhetea littora rheteo & darda
nio & ariſbe oppidis habitata. Fuit & achilleon oppidum iuxta tumulum Achillis conditum a mytile
næis: & mox athenienſibus: ubi claſſis eius ſteterat. Inſigæo fuit & æantiō rhodiis cōditum: in altero cor
nu Aiace ibi ſepulto. xxx. ſtadioꝝ interuallo a ſigæo & ipſo in ſtatione claſſis ſuæ. Supra æolida & partē
troadis in mediterraneo eſt: quæ uocatur teutrania: quā myſii antiquitus tenuere. Ibi caicus amnis iam
dictus oritur. Gens ampla per ſe etiam cum totum myſia appellaretur. In ea pioniæ: andera: dale: ſtabu
Thym- lum: coniſium: tegium: balcea. Tiare teutranie: ſarnaca: halyſerne: lycide: parthenium: cambre: oxyopū:
bre lygdanū apollonia: longeq; clariſſimum aſiæ pergamum: quod intermeat ſilenus: præfluit cetius profu
ſus pindaſo monte. Abeſt haud procul elæa quā in littore diximus. Pergamena uocatur eius tractus iu
riſdictio. Ad eam conueniunt thyatireni: mygdones: moſſini: bregmenteni: hierocomite: ppereni: tyare
Hydro- ni: iropolienſes: harmatopolitæ: attalenſes: pantaenſes: apollodoniēſes: aliæq; inhonoræ ciuitates. A rhe
polienſes teo dardanium oppidum paruum abeſt ſtadia. lxx. mil. Inde. xviii. mil. promōtorium trapeze. Vnde pri
mum concitat ſe helleſpontus. Ex aſia interiſſe gentes tradit Eratoſthenes ſolymoꝝ: lelegum: bebricum
Arinos colycantiorum. trepſedorum. Iſidorus arimeos: & capretas: ubi ſit apamea condita a Seleuco rege inter
ciliciam cappadociam cataoniam armeniam. Et quoniam ferociſſimas gentes domuiſſet initio dameā
uocatam.

Inſulæ ante aſiam: pamphilium mare rhodus ſamus chius. Cap. xxxi.

i Nſularum ante aſiam prima eſt in canopico hoſtio nili a Canopo Menelai gubernatore (ut fe
runt) dicta. Altera iuncta ponte alexandriæ colonia Cæſaris dictatoris pharus: quondam
diei nauigatione diſtans ab ægypto: nunc e turri nocturnis ignibus curſum nauium regens.
Nāq; fallacibus uadis alexādria tribus oīo aditur alucis maris: tegamo: poſſidonio: tauro. In phœniceo
deinde mari ē ante ioppe paria. Tota oppidū in qua obiectā beluæ Andromedā ferunt: & iam dicta ara
dos. Inter quā & cōtinentē. l. cubita alto mari (ut auctor ē Mutianus) e fonte dulcis aqua tubo coriis fa
cto uſq; ad uadū trahit. Pamphyliū mare ignobiles inſulas habet. Ciliciū ex qnq; maximis cyprū ad or
tum occaſumq; cilicię ac ſyriæ obiectā: quondā nouē regnoꝝ ſedem. Huius circuitū Timoſthenes. cccc.
xxix. mil. d. ꝓdidit Iſidorus. ccclxxv. mil. Longitudinē inter duo ꝓmontoria dinaretа & acamāta qd eſt
ad occaſum. Artemidorus. clxii. d. Thimoſthenes. cc. uocatā antea acamātida. Philonides ceraſtin. Xena
goras & aſpeliā & amathuſiam: & macariam. Aſtymonus crypton & coliniā. Oppida in ea. xv. paphos
Pedaliū palæpaphos: curias: citium: corinæum: ſalamina: amarus: lapethos: ſoloe: amamaſus: epidaꝝ: chrytri:
Tamaſus arſinoe: carpaſium: golgoe. Fuere & ibi cinyria: marium: idalium. Abeſt ab anemurio ciliciæ. l. paſ. Ma
re qd prætenditur uocant aulona cilicium. In eodē ſitu elæuſſa inſula eſt & quattuor ante promōtoria.
Ex aduerſo ſyriæ clides: rurſuſq; ab altero capite ſtiria. Contra Neāpaphum hierocepia. Contra ſalami
na ſalaminæ. In lycio aūt mari illyris: telandros: attelebuſa. Cypriæ tres ſteriles: & dionyſia prius care
tha dicta. Deinde contra tauri promontorium peſtiferæ nauigantibus chelidoniæ: Totidē. Ab iis cū op
pido leucola: pactyæ: eliſia: nymphalis: meris. megiſta cuius ciuitas interiit: Multæ deinde ignobiles.
Sed cōtra chimerā dolichiſte: chirogylium: crambuſſa rhogæ: enagora. viii. mil. paſ. dædaleon duæ cry
eon tres: ſtrongylæ: & contra ſidyma antiochia glaucūq; uerſus amnem leguſa macris didyme: helbo:
Scope: aſpis: & in qua oppidū interiit celandia: proximaq; cynorhoduſſā. Sed pulcherrima & libera rho
dos circuitu. cxxv. mil. paſ. Aut ſi potius Iſidoro credimus. ciii. habitata urbibus lindo: camyro: ialyſo:
nunc rhodo. Diſtat ab alexandria ægypti. d. lxxviii. mil. ut Iſidorus tradit. Vt Eratoſthenes. cccclxix.
mil. Vt Mutianus. d. a cypro. clxvi. Vocitata eſt antea ophiuſa: aſteria: aethrea: trinacria: corymbia:
poeeſſa: atabyria ab rege. Deinde macria & oleſſā. Rhodiorum inſulæ carpatus quæ mari nomē dedit.
Caſos ac duæ calymnæ ſyros diſtās ab gnido. xii. mil. d. porphyris ātea dicta. Et eodē tractu media iter
rhodū gnidūq; ſyme. Cingitur. xxxvii. mil. d. Portus benigne præbet octo. Præter has citra rhodum cy
Amos clops tergamon: cordyluſa diaberæ. iiii. Hymos chalce cū oppido ſeutluſa: narthecuſa: dymaſtos: pro
gne: & a gnido ciſeruſa: therion: archia: calydne: cum tribus oppidis nououiſtiro: mendetero: & in Arcō
neſo

neſo. Oppidum ceramus. In cariæ ora quæ uocãtur argiæ numero .xx. ethecuſa: lepſia: leros. Nobiliſſi
ma uero in eo ſinu co ab halycarnaſo .xv. paſ. diſtans circuitu .c. mil. ut plures exiſtimãt: Merops uoca
ta. Cos ut Staphylus meropis: ut Dionyſius: dein nymphea. Mons ibi prion & nyſiron: Abruptã illi Coea
putant quæ porphyris antea dicta eſt. Hinc carianda cũ oppido. Nec procul ab halicarnaſo pidoſus: In a filia
ceramico aũt ſinu priaponneſos: hipponneſos: pſyra: mya: lampſa: cmindus: paſſala: cruſa pyrrhe ſe- Lampſe-
phiuſſã melano paulũq; a continente diſtans quæ uocata eſt Cinædopolis probroſis ibi relictis a rege mandus
Alexandro. Ioniæ ora ægeas & corſeas habet: & icaron: de qua dictũ eſt. Ladem quæ prius late uocaba
tur: atq; inter ignobiles aliquot. Duas camelidas miletos: uicinas: mycalẽ: trogilias: treſpylion: argẽnon
ſcandaliõ: ſamon liberam circuitu .lxxxvii. mil. d. Aut ut Iſidorus .c. partheniã primũ appellatã. Vt Ari
ſtoteles tradit. poſtea dryuſan dein anthemuſam. Ariſtocritus adiicit melamphyllum. dein cypariſſiam.
Ab parthenio aruſam. ſtephanẽ. Amnes in ea imbraſus. cheſius ibettes. Fontes eucarto. leucothea. Mõs
cercetius. Adiacent inſulæ rhypara nymphea. Achillea. par claritate ab ea diſtat .xciii. mil. paſ. cum op-
pido. Chios libera quam etaliam Ephorus priſco nomine appellat. Metrodorus & Cleobolus chiã a
Chione nympha: aliqui a niue: & macrin & pityuſam. Montem habet pellenæum. Marmor chium cir-
cuitu .cxxv. mil. paſ. colligit ut ueteres tradidere. Iſidorus .ix. mil. adiicit. Poſita eſt inter ſamũ & leſbum
Ex aduerſo maxime erythrarũ. Finitimæ ſunt thalluſa: quam alii daphnuſam ſcribunt. Oenuſſæ laphi-
tes: curianaſſa: arginuſa cum oppido. Iam hæ circa epheſum: & quæ Piſiſtrati uocantur anthinæ. myon
neſos: clareuſa. In utraq; oppida intercidere. Poroſelene cum oppido. cercie halene: commone: illetia: le Halone
pria: & rheſperia procuſe bolbule pheate priapos ſyce melane ænare ſiduſa pela dirymuſa: anhydros ſto
pelos ſicuſa: marathuſa: pſile peritheuſa: multeq; ignobiles. Clara uero in alto teos cum oppido achio.
lxxi. mil. d. Tantũdem ab erythris. Iuxta ſmyrneã ſunt periſterides. Cateria. alopece: eleuſa: bachina: py
ſtira: crommyonneſos: megale. Ante troada aſcaniæ: pleteæ tres. Dein lamiæ plitaniæ duæ platæ ſcope-
los getone: arthedon: celæ: laguſæ didyme. Clariſſima autem leſbos a chio .lxv. mil. paſ. Hermete: & la
ſia pelaſgia egira: æthiopiæ macaria appellata fuit nouem oppidis inclyta. Ex iis pyrrha hauſta eſt mari
Ariſbe terrarum motu ſubuerſa. Antyſſam methymna traxit in ſeipſam octo urbibus aſiæ .xxxvii. mil.
paſ. uicina. Et agamede obiit & hiera. Reſtant ereſon pyrrha & libera mytilene annibus .l. potens. Tota
inſula circuitur (ut Iſidorus) clxvii. mil. paſ. Vt ueteres .cxcv. mil. Mõtes habet lepethymnum ordymũ
macyſtum creonem: olypum. A proxima continente abeſt .vii. mil. d. paſ. inſulæ appoſitæ ſcandalion:
leucæ .v. Ex his cydonea cum fonte calido. Argenuſſæ .iiii. paſ. diſtant. Dein pheluſa pedna. Extra helle-
ſpontum aduerſa ſigeo littori adiacet tenedus: leucophrys dicta: & phœnice & lyrneſos. Abeſt a leſbo
lvi. mil. paſ. A ſigeo .xii. mil. d.

Helleſpontus: myſia: phrygia: galatia: nicea: bithynia: boſporus. Cap. xxxii.

Mpetum deinde ſumit helleſpontus: & mare incumbit uorticibus limitẽ fodiens: donec aſiam
abrũpat europæ. Promontorium id quod appellauimus trapezã ab eo .x. mil. paſ. ad abydum
oppidum: ubi anguſtiæ ſeptem ſtadiorum. Deinde percote oppidũ & lampſacũ antea pityuſa
dictum. Parium colonia quã Homerus adraſtiam appellauit Oppidum priapos. Amnis apeſus zelia Aeſepus
ꝓpontis: ita appellatur ubi ſe dilatat mare. Flumen granicum: artace portus: ubi oppidum fuit ultra in-
ſula quã continenti iunxit Alexander. In qua oppidum mileſiorum cizicũ antea uocitatum arctonneſos
& dolionis & didymis: cuius a uertice mons didymis. Mox oppida placia. ariacos: ſcylace: quoq; a ter-
go mons olympus myſus dictus. Ciuitas Olympena. Amnes horiſius: & rhyndacus ante lycus uoca
tus Oritur i ſtagno artynia iuxta miletopolim. Recipit maceſton & pleroſq; alios. Aſiam bithyniãq; di
ſterminans. Ea appellata eſt cronia: dein theſſalis: deinde maliande & ſtrymonis. Hos Homerus halizo
nas dixit: quando pręcingitur gens mari. Vrbs fuit imenſa artuſa noïe. nunc ſunt .xv. ciuitates inter quas
gordiu come quę iuliopolis uocat̃. & i ora daſcylos. Deinde flumẽ gebes: & intus elgas. oppidũ quę ger
manicopolis: alio noïe booſcœte: ſicut a pamea quæ nunc myrlea. Colophonioq; flumen ethecãticus tro
adis finis: & myſiæ initium. Poſtea finis in quo flumen aſcanium: oppidũ bryllion: amnes hylas: & cios
cũ oppido eiuſdem nominis: quod fuit emporium nõ procul accolentis phygiæ a mileſiis qdem condi-
tum. In loco tamẽ qui aſcaniæ phrygiæ uocabatur. Quapropter non alibi aptius de ea dicitur. Phrygia
troadi ſupiecta populiſq; a ꝓmontorio lecto ad flumen celeum prædictis ſeptẽtrionali ſui parte galatię
contermina: meridiana lycaoniæ: pyſidæ: mygdoniæ: ab oriente cappadociã attingit. Oppida ibi celeber
tima pręter iam dicta ancyra: andria: celene: coloſſæ: carina: cotreon: cerane: iconium: midaion. Sunt au
ctores trãſiſſe ex europa Myſas & Phrygos & Thynos a quibus appellantur myſi bithyni. Dicendum
ſimul uidetur & de galatia quæ ſuppoſita agros maiori ex parte phrygiæ tenet. Caputq; quondam eius
gordium. Qui partem eam inſedere gallorum toliſtobogi & uoturi & ambiani uocãtur: qui meoniæ &
paphlagoniæ regionem Trogine prætenditur cappodocia a ſeptentrione & ſolis ortu: cuius uberrimam
partem occupauere tectoſages & teutobodiaci. Et gentes quidem hæ. Populi uero ac tetrarchiæ omnes

g

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 94 sur 536

numero.cxcv.Oppida tectoſagum Ancyra:trogmorum tauium toliſtobogorum:peſſinus.Preter hos
celebres attalenſes:araſenſes: didyenſes:hieronenſes:lyſirenæ:neapolitani:œandenſes:ſeleucenſes: ſeba-
Tarbaſeni ſteni:timoniacenſes thebiſeni.Attingit galatia & pamphyliç carbaliam & mylias:qui circa barin ſunt &
cyllanticum & orondicum pyſidie tractum.Item Lycaoniæ partem obigenen.Flumina ſunt in ea præ-
ter iam dicta ſangarium:& gallus a quo nomen traxere matris deum ſacerdotes . Nunc reliqua in ora a
Cio intus in bithynnia pruſa ab Hannibale ſub olympo condita: Inde nicæã.xxv.mil.paſ.interueniente
aſcanio lacu : Deinde nicæa in ultimo aſcanio ſinu:quæ prius olbia:pruſa:Item altera ſub hippio mon-
te.Fuere pythopolis:parthenopolis:coryphanta . Sunt in ora amnes eluis:bryazon:plataneus: areus:
iſiros:gendos:qui & chryſorhoas: Promontorium in quo megarice oppidum fuit . Inde craſpedites ſi-
nus uocabatur : quoniam id oppidum uelut in lacinia erat.Fuit & aſtacum:unde & ex eo aſtacenus idẽ
ſinus . Fuit & lybiſſa oppidum:ubi nunc Hannibalis tantum tumulus:& in intimo ſinu nicomedia bi-
thyniæ præclara:Leucadas promontorium quo includitur aſtacenus ſinus a nicomedia.xlii.mil.quin-
gentis paſſibus Rurſus coeuntibus terris anguſtiæ pertinentes uſq; ad boſphorum thracium.In iis chal
cedon libera a nicomedia.lxxii.quingentorum proceraſtis ante dicta : dein compulſa. Poſtea cæcorum
oppidum quod locum eligere neſciſſent:ſeptem ſtadiis diſtans a bizantio tanto fœliciore omnibus mo-
dis ſede. De cætero intus in bithynia colonia apamena:agripenſes: iuliopolitæ:bithynion. Flumina ſy-
rium:lapſias:pharmicas:aloes:crynis:lyleus: ſcopius hieras qui bithyniam & galatiam diſterminat. Vl
tra chalcedona:deinde chryſopolis fuit . Deinde nicopolis:a qua nomen etiãnum ſinus retinet. In quo
portus azari.Deinde naulocium:promontorium eſtiæ templum Neptuni. Boſphorus quingentorum
paſſuum interuallo aſiam europe iterum auferens abeſt a chalcedone.xii.mil.d.paſ.Inde fauces primæ
Sphyropolis aut Stenopolis aut phinopolis viii.mil.ccl.paſ.ubi boſporopolis oppidum fuit . Tenent oram omnem thyni : interiora bithyni. Finis
Aſiæ eſt populorumq;.cclxxxii.mil.qui ad eum locum a fine lyciæ numerantur: Spatium helleſponti
& propontidis ad boſporum thracium .clxxxviii.mil.paſſ.diximus : A chalcedone ſigæum Iſidorus
cccxii.mil.d.paſ.Inſu æ propontide ante cizicum elaphoneſus:unde cizicenum marmor. Eadem neuris
& præconneſus dicta . Sequuntur ophiuſa:acantus phœbe:ſcopelos:porphyrione : halone cum oppi-
do delphacia:polydora : utarcæon cum oppido. Eſt & contra nicomediam demonneſos. Item ultra
Artaçeon heracleam aduerſa bithyniæ thynnias:quã barbari bithyniam uocent. Eſt & antiochiæ & contra fauces
rhyndaci beſbycos.xviii.mil.paſſ.circuitu . Eſt & elæa: & duæ rhodiuſſæ : erebinthus: magale: chalci-
tis pityodes.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SEXTVS PRAEFATIO.

p ONTVS EVXINVS ANTEA AB INHOSPITALI FERITA-
te axenos appellatus eſt: peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis
auiditati maris: Et ipſe in europam aſiamq; funditur:Non fuerat ſatis ocea
no ambiſſe terras : & partem earum aucta inanitate abſtuliſſe:Non irrupiſ
ſe fractis montibus:calpeq; africæ auulſa multo maiora abſorbuiſſe q̃ reli-
querit ſpatia: Non per helleſpontum propontida infudiſſe iterum terris de
uoratis: A boſporo quoq; in aliam uaſtitatem panditur nulla ſacietate:do-
nec expatianti lacus a mæoti rapinam ſibi iungant.Inuitis hoc accidiſſe ter-
ris inditio tot ſunt anguſtiæ:atq; tam parua naturæ repugnantis interualla:
ad helleſpontum octingentorum.lxxv.mil.paſ.ad boſphros duos:uel bubus meabili tranſitu.Vnde no
men ambobus : & tanq̃ in diſſotiatione germanitas concors . Alitum quippe cantus canumq; latratus
inuicem audiuntur.Vocis etiam humanæ cõmercia inter duos orbes manẽte colloquio:niſi cũ idipſum
auferunt uenti.Menſuram ponti a boſphoro ad mæotium lacum quidam fecere.xiiii.xxxviii.mil.d.paſ.
Eratoſthenes.c.minorem:Agrippa a chalcedone ad phaſin.x.mil.Inde boſporum cimerium.ccclx.mil.
Nos interualla generatim ponimus comperta in noſtro æuo : quando etiam in ipſo ore cimmerio pu-
gnatum eſt.Ergo a faucibus boſphori eſt amnis rhebas : quem aliqui rheſum dixerunt. Deinde pſillis.
Portus calpas.Sangaris fluuius ex inclitis:Oritur in phrygia:accipit uaſtos amnes: inter quos tembro
gium & gallum . Et idem ſangarius a pleriſq; dictus coralius:a quo incipiunt maryandini ſinus : oppi-
dumq; heraclea lyco flumini appoſitum: Abeſt a ponti ore miliaris ducentis portus acone ueneno aco
Ticium nito dirus: Specus acheruſia: Flumina pedopiles:callichorum ſonautes . Oppidum Tium ab hereclea
xxxviii.mil.paſ.Fluuius Bilæus.

### Gens paphlagonum & cappadocum. Cap.ii.

u Ltra quem gens eſt paphlagonia: quam pylæmeniam aliqui dixerunt : incluſam a tergo gala-
tia: Oppidum maſtya mileſiorum:deinde cromna.Quo loco henetos adiicit Nepos Corne-
lius:a quibus

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 95 sur 536

lius:a quibus in italia ortus cognomines eorum uenetos credi poſtulat. Seſamum oppidum quod nũc
amaſtris. Mons cytorus a Tio.lxiii.mil.paſ. Oppida Cimolis ſtephane: Amnis parthenius: Promonto
rium carambis uaſto excurſu abeſt a põti hoſtio.cccxv.mil.paſ.uel ut aliis placuit.cccl.mil. Tantũdem
a cimmerio:aut ut aliqui maluere.cccxii.mil.d. Fuit & oppidum eodem nomine: & aliud inde armine
nunc eſt colonia ſinope pteria a cytoro.clxiiii.flumen uaretum. Gens cappadocum. Oppidum gaziu-
ra & gazelum. Amnis halys a radicibus tauri per cataoniam cappadociamq; decurrens: Oppida gan-
gre cariſſa inde Amyſum liberũ a ſinope.cxxx.mil.paſ. Eiuſdemq; nominis ſinus tanti receſſus ut aſiam
pene inſulam faciant ducentis milibus paſſ.aut amplius: per continentem ad iſſicum ciliciæ ſinum.
Quo in omni tractu proditur tres tantum gentes græcas iuræ dici doricam:ionicam:æolicam: cæteras
barbarorum eſſe. Amyſo iunctum fuit oppidum eupatoria a Mithridate conditum. Victo eo pompe-
iopolis utrumq; appellatum eſt.

## Cappadocia. Cap.iii.

Appadocia intus habet coloniam Claudii Cæſaris archelaidem: quã præfluit halys. Oppida
c comana:quod ſarus neoceſarem quod lycus:amaſiam quod iris: In regione gazacena: In co-
lopena uero ſebaſtiam & ſebaſtopolin. Hæc parua:ſed paria ſupradictis. Reliqua ſui parte ha-
bet melitam a Semiramide conditam haud procul euphrate. Diocæſariam:tyana:caſtaliã: maganopo Caſtaba-
lin:zelam. Et ſub monte argæo Mazaca:quæ nunc cæſarea nominatur. Cappadociæ pars prætenta ar- da
meniæ maiori melitene uocatur:comagene cataonia phrygiæ garſauritis: ſargauraſane cãmanene: gala-
tiæ morimeni:ubi diſterminat eos cappadox amnis:a quo nomen traxere:antea leucoſyri dicti. A neo-
cæſarea ſupradicta minoré armeniam lycus amnis diſterminat. Eſt & ceraunus intus clarus. In ora au-
tem ab amyſo oppidum & flumen chadiſia lycaſtum a quo themiſcyrena regio. Iris flumen deferens ly
cum. Ciuitas ziela intus nobilis clade Triarii & uictoria. C. Ceſaris in ora amnis thermodon ortus ad ca
ſtellum: quod uocant phanarocã: prǽterq; radices amazoni montis lapſus: Fuit oppidum eodem no-
mine: & alia quinq; phamizonium:themiſcyra:ſortira:amaſia:comara. Comana

## Themiſtidæ regionis gentes. Cap.iiii.

Vnc manteum genetarum chalibum. Oppidum cotyorum. Gentes tibareni: moſſyni notis ſi
n gnantes corpora. Gens macrocephali:oppidum cæraſus:portus cordulæ. Gentes bechires bu
zeri:flumen melas. Gens macrones ſidoni:flumen ſidenum:quo alluitur oppidum Polemoni Sideni
um ab amyſo.cxx.mil.paſ.inde flumina iaſonium melanchiũ: & ab amyſo.lxxx.mil.paſ. Pharnace oppi
dum:tripolis:caſtellum & fluuius.item philocalia: & ſine fluuio liuiopolis & a pharnace.c.mil.paſ. Tra
pezus liberum uaſto monte clauſum. Vltra quod gens armenocalybes: & maior armenia.xxx.mil.paſ.
diſtans:in ora aũt trapezunca flumen eſt pyxites. Vltra uero gens ſannorũ heniochoꝝ. Flumé abſarum
cum caſtello cognomine in faucibus:a trapezunte.cxl.mil.paſ.eius loci a tergo montium hiberia eſt: in
ora uero heniochi:ampreute lazi. Flumina a campſeonyſis:nogrus bathis. Gentes colchorum. Oppidũ
matiũ. Flumen heracleum: & ꝓmontoriũ eodé noíe. Clariſſimuſq; ponti phaſis oritur ĩ moſchis. Naui
gatur q̃libet magnis nauigiis.xxxviii.M.d.p. Inde minoribus longo ſpatio pontibus.cxx.peruius. Oppi
da in ripis habuit complura: Celeberrima Tyritacæũ: cygnum: & in faucibus phaſin. Maxime aũt incla
ruit ea.xv.mil.paſ.a mari:ubi hippos & cyanos uaſti amnes e diuerſo in eũ confluunt: Nunc habet ſu-
rium tantum: & ipſum ab amne influente ibi cognominatum: uſq; quo magnarum nauium capacé eſſe
diximus. Et alios accipit fluuios magnitudine numeroq; mirabiles. Inter quos glaucũ:in ora eius inſulę
ſine nomine. Abeſt abſaro.lxxv.mil. Inde aliud flumen charien: Gens ſalæ antiquis phthirophagi dicti Zale
& ſuani: Flumen cobũ e caucaſo per ſuanos fluens. Dein rhoan. Regio ecrectice: amnes ſigania: terſos:
atelpos:chryſorrhoas:gens abſilæ caſtellum ſebaſtopolis: A phaſide.c.mil.paſ.gens ſannigarum: oppi
dum cygnus: Flumen & oppidum penius: Deinde multis nominibus heniochorum gentes. Pityus

## Regio colchica anchæi & cæteri eodem tractu. Cap.v.

Vbiicitur ponti regio colchica:in qua iuga caucaſi ad rhipheos montes torquentur:ut dictum
s eſt:altero latere in euxinum & mæotin deuexa:altero in caſpium & hircanium mare. Reliqua
littora fere natiões tenent melãchlæni coraxi urbe colchoꝝ dioſcuriade iuxta fluuium antemũ-
ta: Nunc deſerta: quondam adeo clara ut Timoſthenes in eam.ccc.nationes quæ diſſimilibus linguis
uterentur deſcendere prodiderit: Et poſtea a noſtris.cxxx.interpretibus negocia ibi geſta: Sunt qui cõ-
ditam eam ab Amphito & Telchio Caſtoris ac Pollucis aurigis putant:a q̃bus ortam heniochoꝝ gen-
tem feram cõſtat. A dioſcoriade oppidũ heracleum diſtat a ſebaſtopoli.lxxx.mil.paſ.achæi mardi cerce
tę:poſt eos ſerri cæphalontomi:in intimo eo tractu pytius oppidum opulentiſſimum ab heniochis dire Phontys
ptum eſt: A tergo eius epagerite ſarmataꝝ populus in caucaſii iugis: Poſt qué ſauromatæ: Ad hos cõfu
gerat Mythrydates Claudio principe:narrauitq; thalos iis eſſe confines qui ab oriéte caſpii maris fauces Troica-
attingerent: ſiccari eas æſtu recedente:in ora aũt iuxta cercetas flumen icaruſa cum oppido hiero: & flu- rus achęi

mine ab heracleo.cxxxvi.mil.Inde promontorium cronea quo ſupercilium arduum tenent torete. Ciui-
tas ſindica ab hiero.lxvii.mil.d.paſ.flumen ſceaceriges.

Boſphorus cimericus:mæotis. Cap.vi.

Nde ad boſphori cimmerii introitum.lxxxviii.mil.d.paſ.Sed ipſius peninſulę inter pontum &
i mæotin lacum excurrentis non amplior.lxxxvii.mil.d.paſ.longitudo eſt.Latitudo nuſq̃ intra
duo iugera eionem uocant. Ora ipſa boſphori utrinq; ex aſia atq; europa curuatur in mæotin.
Oppida in additu boſphori primo hermonaſſa.Dein cepœ mileſiorum : Mox ſtratoclia & phanagoria
Cimbria cum & pene deſertum apaturos:ultimoq; in hoſtio cimmerium:quod antea cerberion uocabatur.

Gentes circa mæotin. Cap.vii.

Nde mæotis lacus in europa dictus. A cimmerio accolunt mæotici : ualli:ſerbi:arrechi: zingi
i pſeſii.Dein tanain amnem gemino ore influentem incolunt iaxamatæ medorum(ut ferunt)ſo
boles. Et ipſi in multa genera diuiſi. Primo ſauromatæ gynæo cratumenoe amazonum cõnu-
bia.Dein euazæ cottæ cizimeni meſſeniani coſtobocci choatræ zygoe dandari:thuſſagetæ:turcę:uſq; ad
ſolitudines ſaxoſis conuallibus aſperas: ultra quos aryphæi:qui ad ryphæos pertinent montes.Tanain
ipſum ſcythæ ſilin uocant:mæotin temerinda:quod ſignificant matrem maris. Oppidũ in tanais quoq;
hoſtio fuit.Tenuere finitima primi cares.Deinde clazomenii & męones.Poſtea panticapenſes.Sunt qui
circa mæotin ad ceraunicos montes altiores has tradunt gentes:a littore napeas: ſupraq; eſſedonas col-
chis iunctos:ac montiũ cacuminibus.Dein carmacas oranos:antacas mazacas aſcantios acapeatas aga
gammatas phyceros thimoſolos aſcõmarcos.Et ad iuga caucaſi icatalas imaduchos ranos anclacas ty
dios caraſtaſcos aſutiandas.Lagoum amnem ex montibus catheas:in quem defluit opharus ubi gentes
caucadas opharitas.Amnem menotharum imituenis ex montibus ſciſſum.Inter agdeos carnapas gar-
deos acciſos gabros gregaros.Circaq; fontem imitiſſi imituos & aparthenos . Alii influxiſſe eos cuitas:
Ophari- auchetæ ſatarneos aſanpatas. Ab his tanaitas & nepheonitas uiritim deletos . Aliqui flumen ocharium
um labi per cantecos & ſapeos tradunt.Tanain uero trãſiſſe ſatareos herticeos ſpondolicos ſynhietas amaſ-
Ganda- ſos iſſos catacetos tagoros catonos neripos agãdeos mandareos ſaturcheos ſpaleos:
tæos

Armeniæ duæ. Cap.viii.

Eracta eſt interior ora:omneſq; accolæ. Nunc reddantur gentes in mediterraneo ſinu : in quo
p multo aliter ac ueteres proditurum me nõ eo inficias anxia pquiſita cura rebus nuper in eo ſitu
geſtis a Domitio corbulone:regibuſq; inde miſis ſupplicibus:aut regũ liberis obſidibus . Or-
diemur autem a cappadocum gẽte.Longiſſime hæc ponticarum omnium introrſus recedens minorẽ ar
meniam maioréq; & comagenẽ leuo ſuo latere tranſit.Dextra uero oẽs in aſia dictas gentes plurimis ſu
pfuſa populis:magnoq; impetu ſcandens ad ortum ſolis & tauri iuga tranſit lycaoniã pyſidiã ciliciam.
Vadit ſup antiochiæ tractũ & uſq; ad cyreſticã eius regionẽ:pte ſua quæ uocaẽ cataonia.Cõtendit itaq;
ibi longitudo aſiæ.xii.l.M.p.efficit:latitudo.d.c.M.xl.M.

Armenia maior. Cap.ix.

Rmenia aũt maior incipit a pariedris montibus:euphrate amne ut dictum eſt:aufertur cappa
a docię:& qui diſcedit euphrates meſopotamię haud minus clara amne tigri. Vtrũq; fundit ipſa
& initium meſopotamiæ facit inter duos amnes ituræ.Quod intereſt ibi tenẽt arabes orei. Sic
finẽ uſq; in adiabenẽ præfert.Ab ea tranſuerſi iugis incluſa. Latitudinem in leua pandit ad cyrũ amnem
tranſuerſa in araxem.Longitudinem uero ad minorem uſq; armeniã abſaro amne in pontũ defluente &
pariedris montibus qui fundunt abſarum:diſcreta ab illacoriis.Oritur in heniochiis mõtibus : quos alii
coraxicos uocauere.Araxis eodẽ monte quo euphrates.vi.mil.paſ.interuallo actuſq; amne muſi & ipſe
(ut plures exiſtimauere )a cyro defertur in caſpium mare.Oppida celebrãtur in minore caſara aza nico
Arſamo polis.In armenia maiore arſamote euphrati proximũ.Tigri carcathiocerta:in excelſis aũt tigranocerta.
ſaca Et in campis iuxta araxem artaxata.Vniuerſæ magnitudinem Aufidus quinquagies centena milia pro-
didit.Claudius Cæſar longitudinem a daſcuſa ad confinium caſpii maris.xiii.mil.paſ.Latitudinẽ dimi-
dium eius.A tigranocerta ad hiberiam diuiditur(quod certum eſt in præfecturas:quas ii ſtrategias uo-
cant.Quaſdam ex iis uel ſingula regna quondam barbaris nominibus.cxx. Claudunt eam ab oriente
montes:ſed non ſtatim ceraunii:nec adiabene regio.Quod intereſt ſpatiis ſopheni tenent.Ab iis iuga ce
raunia.Vltra diabeni tenent.Per conualles autem proximi armeniæ ſunt menobardi & moſcheni. Adia
Mon- benen tigris & montes in.vii.M.paſſus cingunt.Ab leua eius regio medorũ eſt:& profectus caſpii ma-
tium ſi- ris.Ex oceano hoc ut ſuo loco dicemus funditur:totumq; caucaſiis montibus cingitur. Horum incolæ
nus mul per cõfinium armeniæ nunc dicentur.
ti

Albania hiberia. Cap.x.

Chaba- Lanitiem omnem a cyro uſq; albanoꝝ gens tenet.Mox hiberũ diſcreta ab iis amne alazone in
da p cyro e caucaſis mõtibus defluente.Præualẽt oppida albaniæ cabalaca.Hiberiæ harmaſtis iux
ta flumen neoris . Regio thaſiæ & triare uſq; ad partedorus montes . Vltra ſunt colchicæ ſo-
litudines : quarum a latere ad ceraunios uerſo armenochalybes habitant . Et moſcorum tractus ad hi-
berum amnem

berum amnem in cyrum defluentem: & infra eos ſacaſſani: & deinde macrones ad flumen abſarum. Sic
plana ac deuexa optinentur. Rurſus ab albaniæ confinio tota montium fronte gentes ſiluorum fere & in
fra lubienorum: mox diduri & ſodii.

Portæ caucaſiæ. Cap. xi.

B his ſunt portæ cauſiæ magno errore a multis caſpiæ dictæ: ingens naturæ opus & montibus
a interruptis repente ubi fores obdite ferratis trabibus ſubter medias amne dyriodori fluēte. Ci
traq; in rupe caſtello quod uocatur cumania: cōmunito ad arcendas tranſitu gentes innume
ras ubi loci terrarum orbe portis diſcluſo: ex aduerſo maxime harmaſtis oppidi hiberum a portis cauca
ſiis per montes Gorduos Valli. Suani indomitæ gentes auri tantum metalla fodiunt. Ab iis ad pontū
uſq; heniochorum plurima genera: mox achęorum. Ita ſe habet terrarum ſinus e clariſſimis. Aliqui inter
pontum & caſpium mare. ccclxxv. mil. paſ. non amplius intereſſe tradiderunt. Cornelius Nepos. cl. mi.
tantis interim anguſtiis infeſtatur aſia. Claudius Cæſar a cimmerio boſphoro ad caſpium mare. cl. mil.
prodidit: eaq; perfodere excogitaſſe Nicanorem Seleucum: quo tempore ab Ptolomæo Ceraunio ſit in
terfectus. A portis caucaſiis ad pontum. cc. mil. paſ. eſſe conſtat fere.

Inſulæ in ponto. Cap. xii.

Nſulæ in ponto planetæ: ſiue cyaneæ: ſiue ſymplegades. Deinde apollonia thynias dicta ut di
i ſtingueretur ab ea quæ eſt in europa. Diſtat a continente paſſibus mille: Cingitur. iii. mil. & cō
tra pharnaceam chalcitis: quam græci ariam dixerunt: ſacramq; Marti: & in ea uolucres cum
aduenis pugnaſſe pennarum ictu.

Gentes in ſcythico oceano. Cap. xiii.

Vnc omnibus quæ ſunt interiora aſiæ dictis rhypheos montes tranſcēdat animus: dextraq; lit
n tora oceani incedat. Tribus hic e partibus cæli alluens aſiam ſcythicus a ſeptentrione: ab orien
te eous: a meridie indicus uocatur: uarieq; per ſinus & incolas in complura nomina diuiditur.
Verum aſiæ hæc quoq; magna portio appoſita ſeptētrioni iniuria ſyderis rigentis uaſtas ſolitudines ha
bet. Ab extremo aquilone ad initium orientis æſtiui ſcythæ ſunt extra eos. Vltraq; aquilonis initiū hyp
boreos aliqui poſuere: pluribus ī europa dictos. Primū inde noſcitur promontoriū celtice lytarmis. Flu
uius carambucis: ubi laſſata cū ſyderū ui rhypheoꝝ montiū deficiunt iuga. Ibiq; arympheos quoſdā ac
cepimus haud diſſimilē hyperboreis gentē. Sedes illi nemora. Allimenta baccæ. Capillus iuxta fœminis
uiriſq; in probro exiſtimatur. Ritus clæmentis. Itaq; ſacros haberi narrant inuiolatoſq; eſſe etiam feris
accolarum populis. Nec ipſos modo: ſed illos etiam qui ad eos perfugerint. Vltra eos plane iam ſcythæ
cimmerii: ciſianthi: georgi: & amazonū gens. Hæc uſq; ad caſpium & hircanium mare. Nāq; id erumpit
ſcyhtico oceano in aduerſa aſię pluribus nominibus accolarum appellatum celeberrimis duobus caſpio
& hircano. Non minus hoc eſſe q̄ pontum euxinū Clytarchus putat. Eratoſthenes ponit & menſurā ab
exortu ad meridiē p caduſiæ & albaniæ oram quinquies quadringenta ſtadia: inde p aratiaticos: amar
bos hyrcanos: ad hoſtiū zoni fluminis quater octingēta ſtadia. Ab eo & hoſtiū laxatiſum mille quadra
ginta. Quæ ſumma efficit quindecies. lxxv. mil. paſſ. Artemidorus hinc detrahit. xxv. mil. paſſ. Agrippa
caſpium mare genteſq; quæ circa ſunt & cū iis armeniam diſterminans ab oriente oceano ſerico: & ab oc
cidente caucaſi iugis: a meridie tauri a ſeptētrione oceano ſcytico patere qua cognitum eſt. ccccxc. M. p.
in longitudinē. ccxc. mil. ī latitudinem prodidit. Non deſunt uero qui eius maris uniuerſum circuitum a
freto. xxv. mil. paſ. tradunt. Irrumpit aūt arctis faucibus in longitudinem ſpatioſis. At ubi cœpit in lati
tudinem pandi: lunatis obliquatur cornibus uelut ad mæotiū lacum ab ore diſcedens ſcythici arcus (ut
auctor eſt. M. Varro) ſimilitudine. Primus ſinus appellatur ſcythicus: utrūq; enim accolunt ſcythæ: &
p anguſtias inter ſe cōmeant. Hinc nomades & ſauromatæ multis nominibus: illinc abzoe non paucio
ribus. Ab introitu dextra mucronem ipſum faucium tenent udini: ſcytharum populus. Deinde per orā
albani (ut ferunt) ab Iaſone orti: Ante quos mare quod eſt albanū nominatur. Hęc gens ſupfuſa mon
tibus caucaſiis ad cyrū amnem armeniæ confiniū atq; hiberiæ deſcēdit ut dictū eſt. Super maritima eiꝰ
udinorūq; gente ſarmatæ: utidorſi: aroteres prætēduntur. Quoꝝ a tergo indicate iam amazones ſauro
matides. Flumina per albaniam decurrūt in mare caſſios & albanos. Deinde cambyſes ī caucaſiis ortus
montibus: mox cyrus in coraxicis ut diximus. Oram omnem a caucaſo præaltis rupibus in acceſſo pa
tere. ccccxxv. paſſuum auctor eſt Agrippa. A cyro caſpiū mare uocari incipit: accolunt caſpii. Corrigen
dus ē error in hoc loco multoꝝ: & eoꝝ etiā qui in armenia res proxime cum Corbulone geſſere. Nāq; ii
caſpias appellauere portas hiberiæ: quas caucaſias diximus uocari. Situſq; depicti & inde miſſi hoc no
men inſcriptum habent: Et Neronis principis comminatio ad caſpias portas tendere dicebatur: cum pe
teret illas: quæ per hiberiam in ſarmatas tendunt uix ullo propter appoſitos montes aditu. Ad caſpium
mare ſunt aliæ caſpiis gentibus iunctæ: quod digniſci non poteſt niſi in comitatu rerum Alexandri ma
gni. Nāq; perſarum regna quæ nunc parthorum intelligimus inter duo maria perſicum & hyrcanum
caucaſiis iugis attolluntur utrinq; per deuexa laterum. Armeniæ maiori a frontibus parte quæ uergit
in cōmagenem ſophene ut diximus copulatur: eiq; adiabene aſſyriorum initium. Cuius pars eſt ar



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 98 sur 536

belitis:ubi Darium Alexander debellauit proxima ſyriæ. Totam eam macedones mygdoniam cogno-
minauerunt a ſimilitudine. Oppida alexandria:item antiochia:quã nyſibim uocant. Abeſt ab artaxatis.
dccl.mil.paſ. Fuit & ninus impoſita tigri ad ſolis occaſum ſpectans quondam clariſſima. Reliqua uero
fronte qua tendit ad caſpium mare atrapatenæ:ab armenia otene regione diſcreta araxe. Oppidum eius
gazæ ab artaxatis quadringẽta quinquaginta mil.paſ. Totidem ab ecbathanis medorum:quorum pars
ſunt atropateni.

Media caſpiæ portæ caucaſiæ. Cap.xiiii.

Cbatana caput mediæ eſt. Seleucus rex condidit. A ſeleucia magna.dccl.mil.paſ.a portis uero
e caſpiis.xx.mil. Reliqua medorum oppida phauſya aganzua:apamea raphane cognominata.
Cauſa portarum nominis eadem quę ſupra:interruptis anguſto tranſitu iugis:ita ut uix ſingu
la meent plauſtra:longitudine.viii.mil.paſ.toto opere manufacto. Dextra leuaq; ambuſtis ſimiles im-
pendent ſcopuli ſitiente tractu per.xxxviii.mil.paſ. Anguſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor
atq; eadem emiſſus. Præterea ſerpentium multitudo niſi hyeme tranſitum non ſinit.

Gentes circa hyrcanum mare. Cap.xv.

Diabenis cõnectuntur carduci quondam dicti:nunc gordyæni præfluente tigri. hyſpratitæ pa
a reredoni appellati qui tenent caſpias portas. Iis a latere occurrunt altero deſerta parthiæ & cy-
thenis iuga. Mox eiuſdem parthiæ amœniſſimus ſitus qui uocatur choara. Duæ urbes ibi par-
thorum appoſitæ quondam medis:caliope:& alia in rupe iſſatis quondam. Ipſius uero parthiæ caput
hecatompylos adeſt a portis.cxxxiii.mil.paſ. Ita parthorum quoq; regna foribus diſcludũtur. Egreſſos
portis excipit protinus gens caſpica ad littora uſq;:quæ nomen portis & mari dedit. Leua montoſa. Ab
ea gente retrorſus ad cyrum amnem produntur.ccxx.mil.paſ. Ab eodẽ amne ſi ſubeatur ad portas.dcc.
mil.paſ. Hunc enim deinde cardinem Alexandri magni itinera fecere. Ab iis portis ad indiæ principium
ſtadia.xv.dc.lxxx.mil.procedendo ad bactra oppidum : quod appellant zariaſpa milies tria milia.dcc.
mil. Inde ad iaxartem amnem.v.mil.

Item gentes. Cap.xvi.

Caſpiis ad orientem uerſus regio eſt zapauortene dicta:& in ea fertilitatis inclytæ locus darie-
a um mons:gentes:tapyri:anariaci:ſtauri:hyrcani:a quorũ littoribus idem mare hyrcanium uo
cari incipit a flumine ſideri. Citra id amnes mazeras:ſtratos:omnia ex caucaſo. Sequitur regio
margine apricitatis inclytæ:ſola in eo tractu uitifera. Vndiq; inſula montibus amœnis:ambitu ſtadiorũ
mille quingentorum:difficilis aditu propter harenoſas ſolitudines per.cxx.mil.paſ.& ipſa cõtra parthi-
um tractum ſita. In qua Alexander alexandriam condiderat:qua diruta a barbaris. Antiochus Seleuci
filius eodem loco reſtituit ſeleuciam. Nam interfluente margo qui corriuatur in zotale. Is maluerat illã
antiochiam appellare. Vrbis amplitudo circuitu.lxx.ſtadiis. In hãc Orodes romanos craſſana clade ca-
ptos deduxit. Ab huius excelſi per iuga caucaſi protenditur ad bactros uſq; gens mardorũ fera ſuis iuris
Ab eo tractu gentes ochani chomari:berdrigei:pharmacotrophi:bomarei:coãmani:marucæi:mardrie
Mardrũ ni:iatii. Flumina mandrum:cridinum:Vtraq; choraſmii:gandari:attaſini:paricani:ſarangæ:parthaſini
maratiani:naſotiani:aorſi:gelæ:quos græci caduſios appellauere:matiani. Oppidum heraclea ab Ale-
xandro cõditum:quod deinde ſubuerſum ac reſtitutum Antiochus achaida appellauit. Derbices:quorũ
Oxia medios fines ſecat oxus amnis ortus in lacu oxo. Syrmatæ:oxii:tagæ:heniochi:bateni ſaraparæ bactri:
Oxyſta- quorũ oppidũ zariaſpe:quod poſtea bactrum a flumine appellatũ eſt. Gens hæc optinet aduerſa mõtis
gæ paropamiſi:& aduerſus fontes indi. Includitur flumine ocho. Vltra ſogdiani oppidum panda: & in ulti
mis eorum finibus alexandria ab Alexãdro magno conditum oppidum. Aræ ibi ſunt ab Hercule & Li
bero patre conſtitutæ. Item Cyro & Semiramide atq; Alexandro. Finis omnium eorum ductus ab illa
parte terrarum includente flumine iaxarte:quod ſcythæ ſilyn uocant. Alexãder militeſq; eius tãnain pu
tauere eſſe: Tranſcendit eum amnem Dæmodamas Seleuci & Antiochi regum dux: quem maxime ſe-
quimur in iis:araſq; Apollini dydimeo ſtatuit.

Scytharum gentes. Cap.xvii.

Ltra ſunt ſcytharum populi. Perſæ illos ſacas uniuerſos appellauere a proxima gente. Antiqui
u arameos. Scythæ ipſi perſas chorſaros:& caucaſum montem graucaſum:hoc ẽ niue candidũ.
Multitudo populorũ innumera:& quæ cum parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum ſacæ:
Peſici maſſagetæ:dahæ:eſſedones:ariacæ:rhymnici:perſtithomoti:hiſti:edones:camæ:camacæ:euchatæ: co-
Amordi tieri: antariani:pialæ:arimaſpi:antea:cacidiri:aſæi:oetei. Ibi napei interiſſe dicuntur & apellæi. Nobilia
apud eos flumina mandragreum & caſpaſum. Nec in alia parte maiorẽ auctorum incõſtantiam credo
ꝓpter ĩnumeras uagaſq; gentes. Hauſtum ipſius maris dulcem eſſe & Alexander magnus prodidit: &
M. Varro talem prælatum Pompeio iuxta res gerenti mithridatico bello : magnitudine haud dubiæ in
fluentium amnium uicto ſale. Adiicit idem Pompei ductu exploratum in bactros.vii.diebus ex india
perueniri ad icarum flumen:quod in oxum influat. Et ex eo per caſpium in cyrum ſubuectos. Et quinq;
non amplius

non amplius diebus terreno itinere ad phaſin in pontum indicas poſſe deuehi merces. Inſulæ toto eo
mari multæ. Vulgata una maxime tazata. A caſpio mari ſcythicoq; oceano in eam curſus inflectitur Talga
ad orientem conuerſa littoꝝ fronte. Inhabitabilis eius prima pars a ſcythico promõtorio ob niues. Pro
xima inculta ſæuitia gentiũ: antropophagi ſcythæ iſident humanis corporibus ueſcẽtes. Ideoq; iuxta ua
ſtæ ſolitudines ferarũq; multitudo haud diſſimilẽ hominũ immanitatẽ obſidens. Iteꝝ deinde ſcythæ:
iterũq; deſerta cum beluis uſq; ad iugum incumbens mari quod uocãt tabin. Nec ante dimidiã ferme
longitudinẽ eius oræ quę ſpectat æſtiuum orientẽ inhabitatur illa regio. Primi ſunt hominũ qui noſcan
tur: ſeres lanitio ſiluarum nobiles: perfuſam aqua depectentes frondium caniciem. Vnde geminus fœ-
minis noſtris labor redordiendi fila: rurſumq; texendi tam multiplici opere: tam longinquo orbe: peni-
tus ut in publico matrona tranſluceat. Seres mites quidẽ: ſed & ipſis feris perſimiles. Cœtũ reliquorum
mortaliũ fugiunt: cum cõmertia expectant. Primũ eoꝝ noſcitur flumẽ pſitaras: proximũ carabi: tertiũ
lanos: a quo promontoriũ: chryſe ſinus: cyrnaba flumen: attanos ſinus. Et gens hominum attacorum
apricis ab omni noxio afflãtu ſecluſa collibus: eadem qua hyperborei degũt tẽperie. De iis priuatim cõ
didit uolumen Amometus: ſicut Ecateus de hyperboreis. Ab attacoris gentes unni & thocari: & iã in
dorum caſiri introrſus ad ſcythas uerſi humanis corporibus ueſcuntur. Nomades quoq; indiæ uagant̃
Sunt qui ab aquilone cõtingi ab ipſis & cyconas dixere: & bryſanos. Sed inde (ut plane cõſentiunt oẽs)
emodi montes aſſurgũt. Indorũq; gens incipit non eo tantũ mari adiacens: uerũ & a meridiano quod
indicum appellauimus quæq; pars orienti aduerſa recto prætenditur ſpatio ad flexum & initium indi
ci maris. xviii. lxxv. mil. paſ. colligit. Deinde qua flectitur in meridiem. xxiiii. lxxv. mil. paſ. ut Eratoſthe
nes tradit uſq; ad indum qui eſt ab occidente finis indiæ. Complures autem totam ipſius longitudinẽ
xl. dierũ noctiũq; uelifico nauium curſu determinauere. Et a ſeptẽtrione ad meridiem. xxviii. l. mil. paſ.
Agrippa longitudinis. xxxiii. mil. latitudinis. xxiii. mil. prodidit. Poſſidonius ab æſtiuo ſolis ortu ad hy
bernũ exortũ metatus eſt. Eam aduerſam galliæ ſtatuens: quã ab occidente æſtiuo ad occidentẽ hyber
num metabatur totã a fauanio. Itaq; obuerſam eius uenti afflatu iuuari indiam: ſalubremq; fieri haud
dubia ratione docuit. Alia illius cæli facies. Alii ſyderũ ortus. Binæ meſſes in anno. Binæ æſtates media
inter illas hyeme eteſiarum flatu. Noſtra uero brumali. Lenes ibi auræ. Mare nauigabile. Gentes & ur
bes innumerabiles: ſi quis omnes perſequi uelit. Etenim patefacta eſt non modo Alexandri magni ar-
mis regumq; qui ei ſucceſſere: circumuectis etiam in hyrcanum mare & caſpium Seleuco & Antiocho
præfectoq; claſſis eorum Patrocle. Verum & aliis auctoribus græcis qui cum regibus indicis morati
ſunt: ſicut Magaſthenes & Dionyſius a Philadelpho miſſus ex ea cauſa uires quoq; gentium prodide
re. Non tamẽ deeſt diligentiæ locus: adeo diuerſa & incredibilia traduntur. Alexandri magni comites
ĩ eo tractu idiæ quẽ ſubegerãt ſcripſerũt. v. mil. oppidoꝝ fuiſſe: nullũ Co minus gẽtiũ. ix. Indiãq; tertiã
partem eſſe terrarum omnium: multitudinem gentiũ innumerã probabili ſane ratione. Indi enim ꝓpe
gentiũ ſoli nunq̃ emigrauere finibus ſuis. Colligunt̃ a libero patre ad Alexandrum magnum reges eo-
rum. cliii. ãnis. vi. mil. ccccii. adiiciũt & menſes tres. Amniũ mira uaſtitas. Prodit̃ Alexandrũ magnũ
nullo die minus ſtadia ſexcẽta nauigaſſe ĩ indo: nec potuiſſe ante mẽſes quinq; enauigare adiectis paucis
diebus: & tamen minorem gange eſſe conſtat. Seneca etiam apud nos Megaſthenes tentata indiæ cõ-
mentatione. lx. amnes eius prodidit. Gentes duodeuiginti centumq;. Par labor ſit montes enumerare.
Iunguntur inter ſe Imanus: hemodus: paropamiſus. caucaſus. p. a. R. quibus tota decurrit in planitiem
immenſam & ægyto ſimilem. Verum ut terrena demonſtratio intelligatur. Alexandri magni ueſtigiis Parnetus
inſiſtamus. Diognetus & Beton itinerum eius menſores ſcripſere a portis caſpiis hecatompylon par- uel cauca
thorum quot diximus milia eſſe. Inde alexandriam arion: quam urbem is rex condidit. d. lxxv. mil. inde ſi partes
ad prophthaſiam drangarũ. cxcix. mil. Inde ad arachoſioꝝ oppidũ. d. xv. mil. Inde orthoſpanũ. ccl. mil.
inde Alexandri oppidum. l. mil. in quibuſdã exemplaribus diuerſi numeri reperiuntur. Hãc urbem ſub
ipſo caucaſo eſſe poſitam. Ab ea ad flumẽ chepta & oppidũ indorũ peucolaitin. ccxxvii. mil. inde ad flu
men indum & oppidum taxilla. lx. mil. ad hydaſpen fluuium clarum. cxx. mil. ad hypaſin non ignobi
liorem. lxix. cccxc. mil. qui fuit Alexandri itinerum terminus: exuperato tamen amne ariſq; in aduerſa ri
pa dicatis. Epiſtolæ quoq; regis ipſius conſentiunt his. Reliqua inde Seleuco Nicanori peragrata ſunt:
ad heſidrum. clxviii. mil. omanẽ amnem tantũmodo. Exemplaria aliqua adiiciũt. v. mil paſ. inde ad gan
gẽ. cxii. mil. ad rhodapham. clxix. mil. Alii. ccc. mil. xxv. mil. in hoc ſpatio produnt ad calinipaxa oppi- Dianu-
dum. clxvii. d. alii. cclxv. mil. inde ad confluentem iomanis amnis & gangis. dc. xxv. mil. Pleriq; adii- mẽ
ciunt. xiii. mil. ad oppidumq; palibotra. ccccxxv. Ad oſtium gangis. dcxxxviii. mil. d. gentes quas me-
morare non pigeat a montibus hemodis: quorum promontorium hymaus uocatur: incolarum lingua
niuoſum ſignificante: iſari: coſyri: zgi: & per iuga chiſotoſagi: multarũq; gentium cognomen bracma-
næ: quorum macco calignæ flumina pumas & cainas: quod in gangem influit ambo nauigabilia. Gen-
tes calingæ proxime mari: & ſupra mandei: malli: quorum mons mallus: tractuſq; eius finis ganges.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 100 sur 536

## Fluuius ganges. Cap. xviii.

h Vnc alii in certis fontibus ut nilum: rigantemq; uicina eodem modo alii in ſcythicis montibus naſci dixerunt. Influere in eũ. xix. amnes. Ex iis nauigabiles præter iam dictos Canuchã uamã erranoboan coſoagũ Sonum. Alii cũ magno fragore ipſius ſtatim fontis erũpere: deiectumq; per ſcopuloſa & abrupta ubi primum molles planities contingat ĩ quodam lacu hoſpitari: inde lenem fluere: ubi minimũ. viii. mil. paſ. latitudine: ubi modicũ ſtadiorum. c. Altitudine nuſquam minore pa. xx.

## Gentes indiæ. Cap. xix

n Ouiſſime gẽtes gãdaridũ: calingarũ. Regio ptalis uocatur. Regi. lxx. mil. peditum: eqtes mille elephanti. dcc. in procinctu bellorum excubant. Nãq; uita mitioribus populis indorum multi partita degitur. Alii tellurẽ exercẽt. militiã alii capeſſunt. merces. alii ſuas euehũt res externas inuehũt: res publicas optimi ditiſſimiq; tẽperant. Iudicia reddũt. Regibus aſſident. Quintũ genus celebratæ illic & prope in religionẽ uerſæ ſapientiæ deditũ: uolũtaria ſemper morte uitam accenſo prius rogo finit: Vnũ ſuper hoc eſt ſemiferum ac plenum laboris immenſi: a quo ſupradicta cõtinentur uenandi elephantes: domãdiq;. Iis arant. Iis inuehunt. Hæc maxime nouere pecuaria. His dimicãt: militantq; pro finibus. Delectũ in belua uires & ætas atq; magnitudo faciũt. Inſula in gange eſt magnæ amplitudinis gentem continens unã modogalicã noĩe. Vltra ſiti ſunt modubæ molindæ. Vbere cũ oppido eiuſdẽ noĩs magnifico modroeſi: præti: caliſſæ: ſaluri: paſſalæ: colubæ: orzulæ: abali: taluctæ. Rex horũ peditũ. l. milia: equitũ. iiii. milia. elephantorum. cccc. in armis habet. Validior deinde gens andaræ plurimis uicis. xxx. oppidis. quæ muris turribuſq; muniuntur. Regi præbet peditũ. c. milia: equitũ duo milia: elephãtos mille. Fertiliſſimi ſunt auri dardæ: ſetæ uero argenti. Sed omniũ in india prope nõ modo in hoc tractu potentiã claritatẽq; antecedũt praſi ampliſſima urbe ditiſſimaq; palybotra. Vnde qdam ipſam gentem palybotros uocant: imo uero tractũ uniuerſum a gange. Regi eorum peditum ſexcenta milia: equitũ. xxx. milia: elephantorum. ix. milia per oẽs dies ſtipendiantur. Vnde coniectatio ingens opum eſt

Honiades Ab iis in interiore ſitu monedes & ſuari: quorũ mons maleus: in quo umbræ ad ſeptẽtrionem cadunt hyeme: æſtate in auſtrum per ſenos menſes. Septẽtriones eo in tractu ſemel in anno apparere: nec niſi xv. diebus. Beton auctor eſt. Hoc idem pluribus locis indiæ fieri Megaſthenes. Auſtrinum polum indi dramaſa uocant. Amnis iomanes per gangem & palibotros decurrit. Inter oppida methora & cyriſoborca. A gange uerſa ad meridiem plaga tinguntur ſole populi iam quidem infecti: nondum tamen æthiopum modo exuſti: quantum ad indum accedunt: tantum colore præferunt ſydus. Indus ſtatim a praſiorum gente quorum in montanis pygmei traduntur. Artemidorus inter duos amnes. xxi. mil. paſ. intereſſe tradit.

## Indus fluuius. Cap. xx.

i Ndus ſandus ab incolis appellatus in iugo caucaſi montis quod uocatur paropamiſus aduerſus ſolis ortum effuſus: & ipſe undeuiginti recipit amnes. Sed clariſſimos hydaſpen quattuor alios efferentem. cantabram tres. Per ſe uero nauigabiles aceſinum & hypaſin quadam tamen aquarum modeſtia nuſq̃ latior quinquaginta ſtadiis: aut altior. xv. paſ. ampliſſimam inſulam efficiens: quæ praſiane nominatur. & aliam minorem quæ patale. ipſe per. xii. xl. paſ. pauciſſimis auctoribus nauigatus: & quodam ſolis comitatu in ocaſum uerſus oceano infunditur. Menſuram in ora ad eum ponam ut inuenio generatim: quãq̃ inter ſe nullæ congruant. Ab hoſtio gangis ad promõtoriũ calingon & oppidum dandagula. dccxxv. mil. paſ. Ad tropina. xii. mil. xxv. Ad perimulæ promontorium ubi eſt celeberrimum indiæ emporium. dccl. ad oppidum in inſula quam ſupradiximus patalam. dcxx. mil. paſ. Gẽtes montanæ inter eum & iomanem ceſi: cetriboni ſilueſtres. Deinde megallæ quorum regi quingenti elephanti. peditum & equitum numerus incertus. Chryſei: paraſangæ: aſangi: tigri: fera ſcatentes. Armant peditum. xxx. mil. elephantos. ccc. equites. dccc. Hos includit indus montium corona circundatos & ſolitudinibus. dcxxv. mil. Infra ſolitudines dari: ſuræ. Iterumq; ſolitudines per. clxxxvii. mil. paſ. plerumq; harenis ambientibus haud alio modo q̃ inſulas mari. infra deſerta hæc maltecoræ: ſingæ: marohæ: rarungæ: moruntes & maſuæ: pangungæ: ialii. Hi montium qui perpetuo tractu oceani oram tenent: incolæ liberi & regum expres multis urbibus montanos optinent colles. Nareæ deinde quos claudit mons altiſſimus indicorum capitalia. Huius incolæ alio latere late auri & argenti metalla fodiunt. Ab iis oraturæ. Quorum regi elephanti quidem. x. milia. Sed amplæ uires peditum. Varetatæ qui ſub rege elephantos non alunt fiducia equitum peditumq;. Odombeoræ: ſalabaſtræ horatæ urbe pulchra foſſis paluſtribus munita: per quas crocodilli humani corporis auidiſſimi aditum niſi ponte nõ dant. Et aliud apud illos laudatur oppidum automela impoſitum littori quinq; amnium in unum confluente concurſu emporio nobili. Regi eorum elephantos mille. dc. peditum. cl. equitum quinq;. Pauperior charmarum rex elephantos. lx. paruaſq; reliquas uires habet. Ab iis gens pande ſola indorum regnata fœminis. Vnam Herculi ſexus eius genitam ferunt: ob idq; gratiorem regno donatam præcipuo. Ab ea deducentis originem imperitant. ccc. oppidis: peditum. cl. milia: elephantis quingentis. Poſt hanc

genitis. Poſt hanc trecentaꝝ urbium ſyrieni: derangæ: poſingæ: buzæ: gogiarei: umbræ: neræ: brancoſi:
nobundæ: cocōdæ: neſei: pedatritæ: ſalobriaſq;: oloſtræ: patalam inſulam attingentes: a cuius extremo lit
tore ad caſpias portas. xviii. xxv. mil. produntur. Hinc deinde accolunt indum aduerſus eos euidenti de
monſtratione amatæ: bolingæ: gallitalutæ: dimuri: megari: ordabæ meſæ: ab his Vri: ſyleni. Mox deſer
ta in. ccl. mil. paſſ. Quibus exuperatis organagæ: abaortæ: ſibaræ: ſuertæ: & ab iis ſolitudines prioribus
pares. Dein ſarophages: ſorgæ: baraomatæ: gumbritæq;: quoꝝ. xii. nationes ſingulisq; binæ urbes. Aſe
ni trium urbium incolæ. Caput eoꝝ bucephala Alexandri regis equo: cui fuerat hoc nomen ibi ſepulto
conditum. Mutani ſuper hos caucaſo ſubiecti. Soleadæ: ſondræ: tranſgreſſisq; indum: & cū eo decurren
tibus ſamarabriæ: ſambraceni: briſabritæ: orſiandi: xeni taxilæ cum urbe celebri. Iam in plana demiſſo Orſii
tractu cui uniuerſo nomen amandræ. Populi quatuor peucolaitæ: arſagalitæ: geretæ: aſoi. Etenim pleri Amixeni
q; ab occidente non indo amne determinant: ſed adiiciunt quattuor ſatrapias: gedroſos: arachotas: ari
os paropamiſſadas.

Arii & iunctæ gentes. Cap. xxi

Ltimo fine cophete fluuio: quæ omnia ariorum eſſe aliis placet. Necnon & nyſam urbem ple
u riq; indiæ aſcribunt: montemq; meꝝ Libero patri ſacrū. Vnde origo fabulæ Iouis ſemine edi
tum. Item aſpagonas gentem uitis & lauri & buxi pomorūq; omnium in græcia naſcentiū fer
tilem. Quæ memorāda & prope fabuloſa de fertilitate terræ ac genere frugum arborumq; aut ferarum
aut uolucrum & aliorum animalium traduntur: ſuis quæq; locis in reliqua parte operis cōmemorabun
tur. Quattuor uero ſatrapiæ mox paulo ad taprobanā inſulam feſtinante animo. Sed ante ſunt aliæ pa
tale q̄ ſignificauimus in ipſis faucibus indi triquetra figura. ccxx. mil. paſſ. latitudine. Extra hoſtium indi
chryſæ & argyræ fertiles metallis ut credo. Nam quod aliqui tradidere aureum argenteumq; iis ſolum
eſſe aut facile crediderim. Ab iis. xx. mil. paſ. crocale. Ab ea. xii. mil. paſ. bibaga oſtreis & conchiliis refer
ta. Deinde toralliba. ix. mil. paſ. a ſupradicta multæq; ignobiles.

Taprobane inſula. Cap. xxii.

Aprobanem alterum orbem terrarum eſſe diu exiſtimatum eſt antichthonum appellatiōe. Vt
t liqueret inſulam eſſe alixandri magni ætas reſq; præſtitere. Oneſicritus claſſis eius præfectus
elephantos ibi maiores bellicoſioreſq; q̄ in india gigni ſcripſit. Megaſthenes flumine diuidi: in
colaſq; palæogones appellari: auri margaritarūq; grandium fertiliores q̄ indos. Eratoſthenes & menſu
ram prodidit longitudinis. vii. mil. ſtadioꝝ: Latitudine. v. mil. nec urbes eſſe: ſed uicos ſeptingentos. Inci
pit ab eoo mari inter ortum occaſumq; ſolis indiæ prætenta & quondam credita. xx. dierum nauigatio
ne a praſiana gente diſtare: mox quia papyraceis nauibus armamentiſq; nili peteretur ad noſtrarum na
uium curſus. vii. dierum interuallo taxato. Mare intereſt uadoſum: ſenis non amplius altitudinis paſſi
bus: ſed certis canalibus adeo profundum ut nullæ anchoræ ſidant: ob id nauibus utrinq; proræ: ne per
anguſtias aluei circūagi ſit neceſſe: Syderum in nauigando nulla obſeruatio. Septētrio nō cernitur: Sed
uolucres ſecum uehunt emittentes ſæpius: meatūq; eaꝝ terras petentium comitātur. Nec pluſq̄ ternis
menſibus in anno nauigant. Cauent a ſolſtitio maxime. c. dies tunc illo mari hyberno. Hactenus a pri
ſcis memorata: Nobis diligentior notitia Cladii principatu contingit: Legatis etiam ex inſula aductis:
Id accidit hoc modo. Anni Plocamii qui maris rubri uectigal a fiſco redemerat libertus circa arabiam
nauigans aquilonibus raptus præter carmaniam quintodecimo die hippuros portum eius inuectus ho
ſpitali regis clæmentia ſex menſium tempore imbutus alloquio percontanti poſtea enarrauit roma
nos & Cæſarem mirum imodum in auditis iuſticia ille ſuſpexit: q; pares pondere denarii eſſent in ca
ptiua pecunia: cum diuerſe imagines indicarent a pluribus factos. Et hoc maxime ſollicitatus ad ami
citiam legatos quattuor miſit principe eorum rachia. Et iis cognitum. d. eſſe oppida: portum contra
meridiem appoſitum oppido paleſimundo omnium ibi clariſſimo ac regia. cc. paſ. Lebis ſtagnum in
tus megiſba. ccc. lxxv. mil. paſ. ambitu: inſulas pabuli tantum fertiles complexum. Et ex eo duo amnes
erumpere paleſimundum iuxta oppidum eiuſdem nominis influentē in portum tribus alueis. v. ſtadio
rum arctiſſimo. xv. ampliſſimo. Alterum ad ſeptentrionē indiamq; uerſus cydara noīe. Proximum eſſe
indiæ promontorium: quod uocatur colaicum quatridui nauigatione: medio in curſu ſolis inſula incur
rente. Mare id colore peruiridi: præterea fruticoſum arboribus iubas earum gubernaculis deterrenti
bus. Septentriones uergiliaſq; apud nos ueluti in nouo cælo mirabantur. Lunam quidem apud ipſos
non niſi ab octaua ad. xv. ſupra terram aſpici fatentes. Canopum lucere noctibus ſydus ingens & cla
rum. Sed maxime mirum iis erat umbras ſuas in noſtrum cælum cadere non in ſuum: ſolemq; a leua
oriri & in dextra occidere potiuſq̄ e diuerſo. Idem narrauere latus inſulæ quod prætēderet indiæ. x. mil.
ſtadiorum eſſe ab oriente hyberno ultra montes emodos. Seras quoq; ab ipſis aſpici: notos etiam
commertio patrem mabaciem commeaſſe eo aduenis ibi feras occurſare. Ipſos uero excedere hominum
magnitudinem: rutilis comis: ceruleis oculis: oris ſono truci nulli commertio linguæ. Cætera eadem
quæ noſtri negociatores. Fluminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia tolli ab iis, ſi placeat p

mutatio non aliter odio triſtiore luxuriæ q̃ ſi perducta mens illuc uſq; cogitet quid & quod petatur &
quare. Sed ne taprobane quidem q̃uis extra orbem a natura relegata noſtris uitiis caret: aurum argen-
tumq; & ibi in prætio. Marmor teſtudinis ſimile. Gēmæ margaritæq; in honore multo præſtantiores.
Et totus luxuriæ noſtræ cumulus: ipſorum opes maiores eſſe dicebant: ſed apud nos opulentiæ maio-
rem uſum. Seruum nemini. Ne in diem aut interdiu ſomnum. Aedificia modice ab humo extantia. An
nonam nunq̃ augeri. Non fora liteſue eſſe. Coli Herculē. Eligi regem a populo ſenecta clæmentiaq; libe
ros nō habentem: & ſi poſtea gignat abdicari: ne fiat hæreditarium regnum. Rectores ei a populo .xxx.
dari: nec niſi plurium ſententia quemq̃ capite damnari: ſic quoq; appellationem eſſe ad populū. Lxx. iu-
dices dari: ſi liberent ii reum amplius .xxx. iis nullam eſſe dignationem grauiſſimo probro. Regi cultum
Liberi patris: cæteris arabum. Regem ſi quid delinquat morte mulctari nullo interimente: ſed auerſan-
tibus cunctis & cōmertia etiā ſermonis negantibus. Feſta uenatione abſumi. Gratiſſimam eam tigribus
elephantiſq; conſtare. Agros diligenter coli. Pomis abundare. Eſſe in piſcatu uoluptatem: teſtudinū ma
xime: quarum ſuperficie familias habitantium contegi tanta reperiri magnitudine. Vitam hominum cen
tum annis modicam: Hæc comperta de taprobane. Quattuor ſatrapiæ quas in hunc locum diſtulimus
ita ſe habent.

Capiſſenæ: dariti: carmania. Cap. xxiii.

Proximis indo gentibus montana capiſſenæ habent capiſſam urbem: quam diruit Cyrus: Ara
a choſia cum oppido & flumine eiuſdem nomine: quod quidam Cophen dixere a Semiramide
conditum: Amnis hermandus pr̨efluēs per abeſten arachoſioꝝ: Proximos iis a meridie ad par
tem arachotaꝝ faciunt gedroſos: & ſeptentriōe parapamiſſadas. Cartana oppidū ſub caucaſo: qᵈ poſtea
cecrogonis dictum: Hæc regio eſt ex aduerſo bactrianoꝝ: Deinde eius oppidum alexandria a cōditore
dictū. Syndraci: daugalæ: parapianæ: cantaces: magi. Ad caucaſum cadruſi oppidū ab Alexandro cōdi
tum. Infra hæc omnia ora arabindo. Ariana regio ambuſta feruoribus: deſertiſq; circundata. Multa ta-
men interfuſa opacitate cultores congregat circa duos maxime fluuios tonderon & aroſapen: Oppidū
artacaena arius amnis: qui præfluit alexandriam ab Alexādro conditam. Patet oppidū ſtadia .xxx. mul
Antiqus toq; pulchrius (ſicut acticinius tradit) artacabane. Item ab Antiocho munitum ſtadia .l. Deinde doriſci
Iterum gens. Amnes pharnacotis: oppradus: prophthaſia. Oppidum zaraſparum drangæ: argetæ: zarangæ: ge
druſi. Oppida peucolais: lymphorta: methoricū: deſerta. Amnis manain. Auguttiri gens: Flumē boru.
Genſurbi flumen nauigabile ponamus pandoꝝ finibus. item caberon ſorarum hoſtio portuoſus. Oppi
dum condrigrāma. Flumē cophes: influunt in eum nauigabilia ſadarus: paroſpus: ſodinus. Arianæ par
tem eſſe dararin aliqui uolunt: menſuráq; produnt utriuſq; longitudine .xix.l. milium paſſuum: latitudi
ne dimidio minorem q̃ indiæ. Alii gedruſos & ſyros poſuere per .clxxxiiii. mil. paſ. mox ichthiophagos.
Oritas ꝓpria nō indoꝝ lingua loquētes per .cc. mil. paſ. inde poſuere arbioꝝ gentē p .cc. mil. paſ. Ichthio
phagos oēs Alexander uetuit piſcibus uiuere. Vltra deſerta deinde carmania: ac perſis atq; arabia. Sed
priuſq̃ hęc generatim perſequamur: indicare conuenit quæ prodit Oneſicritus claſſe Alexandri circūue-
ctus in mediterranea perſidis & indiæ narrata proxime a iuba. Deinde eam nauigationem quæ his annis
comperta ſeruatur hodie. Oneſicriti & Nearchi nauigatio nec nomina habet manſionum nec ſpatia. Pri
mumq; xylenopolis ab Alexandro cōdita unde cœperunt exordium. Iuxta quod flumen aut ubi fuerit
non ſatis explanatur. Hæc tamē digna memoratu produntur. Ab iis oppidum a Nearcho conditum in
nauigatione ea. Flumē nabrū nauiū capax contra inſulam diſtans .lxx. ſtadiis. Alexandria cōdita a Leo-
nato iuſſu Alexandri in finibus gentis. Argenuus portu ſalubris. Flumen tubeꝝ nauigabile: circa qᵈ pa
rir̨e: Deinde ichthiophagi tam longo tractu ut .xx. dieꝝ ſpatio prænauigauerint inſulā: quæ ſolis appella
tur: & eadem cubile nymphaꝝ rubens: in qua nullū non animal abſumitur incertis cauſis. Origens. Flu
men carmaniæ hytanis portuoſum & auro fertile. Ab eo primū ſeptētriones apparuiſſe adnotauere. Ar
cturum nec omnibus cerni noctibus: nec totis unq̃. Achemenide uſq; illo tenuiſſe. Aeris & ferri metalla
& erſinici & m¦nii exercere. Inde promontorium carmaniæ eſt. Ex quo in aduerſo ora ad gentem arabiæ
macas traiectus diſtat .l. mil. paſ. Inſulæ tres quarum organa tantum habitatur a coſa a continenti .xxv.
mil. paſſ. inſulæ quattuor intimo in ſinu ante perſida. Circa has hydri marini uicenum cubitorum adna
tantes terruere claſſem: inſula acrotadus: item gauratæ: in quibus chiana gens. Flumen hyperis in me-
dio ſinu perſico onerariarum nauium capax. Flumē ſitiogagus: quo paſargadas ſeptimo die nauigatur.
Flumen nauigabile phirſtimus: inſula ſine nomine. Flumen granius modicarum nauium capax per ſu-
Oroatis ſiauē fluit. Dextera eius accolunt deximontani: qui bitumen perficiunt. Flumen Zarotis hoſtio difficili
niſi peritis: inſulæ duæ paruę: inde uadoſa nauigatio paluſtri ſimilis: Per euripos tamen quoſdam pera-
gitur. Hoſtium euphratis. Lacus quē faciunt eulaeus & tigris iuxta characem: inde tigri ſuſa. Feſtos dies
ibi agentem Alexandrum inuenerunt ſeptimo menſe poſtq̃ digreſſus ab iis fuerat patalis tertio nauiga-
tionis. Sic Alexandri claſſis nauigauit. Poſtea a ſyagro arabiæ promontorio patalen fauonio quem
hypal■m ibi uocant peti certiſſimū uidebatur .xiii. mil. .xxxii. paſ. æſtimatione. Secuta uero ætas propio-
rem curſum

rem curſum tutioremq; indicauit ſi ab eodem promontorio zizerũ amnem portũ indiæ peteret. Diuq;
ita nauigatũ eſt: donec compendia inuenit mercator: lucroq; india admota eſt. Quippe omnibus an-
nis nauigatur ſagittariorum cohortibus ĩpoſitis. Etenim pyratæ maxime infeſtabant. Nec pigebit totũ
curſum ab ægypto exponere nunc primũ certa notitia pateſcente. Digna res nullo anno minus hic quin Hs. quin
genteſimis imperii noſtri exhauriente india & merces remittente: quæ apud nos cẽtuplicato ueneant. gẽtis. M.
Mille millibus paſ. ab alexandria abeſt oppidum Heliopolis. Inde nauigant nilo coptũ. ccciii. mil. paſ.
qui curſus eteſiis flantibus peragitur. xv. diebus. A copto camelis itur aquationum rõne manſionibus
diſpoſitis. Prima appellatur hydreum. xxxii. Secunda in monte diei itinere. Tertia in altero hydreuma- hydreu-
te a copto. xcv. Deinde in monte. Mox ad hydreum Apollinis a copto. clxxxiiii. mil. paſ. Rurſus ĩ mõte. ma
Mox ad nouũ hydreũ a copto. ccxxxiii. paſ. Eſt & aliud hydreũ uetus. Trohlodyticum nominatur: ubi
præſidium excubat diuerticulo duum miliũ. Diſtat a nouo hydremate quattuor mil. paſ. Inde bereni-
ce oppidum ubi portus rubri maris a copto. cclviii. paſ. Sed quia maior pars itineris conficitur noctib9
propter æſtus: & ſtatim die abſumuntur totum a copto berenicen iter duodecimo conficitur die. Naui
gare incipiunt æſtate media ante canis ortum: aut ab exortu protinus. Veniuntq; circiter. xxx. die oce-
lin arabiæ: aut canan thuriferæ regionis. Eſt & tertius portus: qui uocatur muza: quem indica nauigatio
non petit: nec niſi thuris odorumq; arabicorum mercatores. Intus oppida regia eius: unum appel
latur ſaphar: aliudq; ſabæ. Indos aũt petentibus utiliſſimũ eſt ab oceli egredi. Inde uẽro hipalo nauigãt ſaua
diebus. xl. ad primũ emporium indiæ. Muzirũ nõ expetendũ propter uicinos pyratas qui obtinẽt locũ
nomine hydras: neq; eſt abũdans mercibus. Præterea longe a terra abeſt nauium ſtatio: lintribuſq; effe-
runtur onera quæ geruntur. Regnabat ibi cum proderem hæc Celebothras. Alius utilior portus gentis
necanidon: qui uocatur becare. Ibi regnat paridion: longe ab emporio mediterraneo diſtante oppido qđ
uocatur moduſa. Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus baracen conuehitur uocatur cottona
ra: quæ omnia gentium portuum ue aut oppidorum nomina apud neminem priorum ĩueniunť. Quo
apparet mutari locoꝝ ſtatus. Ex india renauigant menſe ægyptio tybi incipiente noſtro decembri: aut
utiq; mechiris ægypti intra die ſextum: quod fit intra idus ian. noſtras. Ita euenit ut eodem anno remeẽt
Nauigant aũt ex india uento uulturno & cum intrauere rubrũ mare africo uel auſtro. Nunc reuerte-
mur ad propoſitum. Carmaniæ. oram patere duodecies. l. mil. paſ. Nearchus ſcripſit Ab initio eius ab
flumẽ ſabin. c. mil. paſ. Inde uineas coli & arua. Flumen andanin. xxv. mil. ſpatio. Regio uocatur armu-
ri. Oppida carmaniæ zetis: alexandria. Irrumpit deĩde & in hac parte geminum mare in terras: quod ru
brum dixere noſtri: græcia erytreum a rege erythra: aut ut alii ſolis repercuſſu talẽ reddi colorem exiſti
mantes. Alii ab harena terraq;. Alii tali aquæ ipſius natura.

Sinus perſicus & arabicus. Cap. xxiiii.

Ed in duos diuiditur ſinus. Is qui ab oriente eſt perſicus appellatur. xxv. mil. paſ. circuitu: ut
ſ Eratoſthenos tradit: ex aduerſo ẽ arabia: cuius. xii. mil. paſ. eſt longitudo. Rurſus. altero am-
bitur ſinu arabico nominato: oceanũ qui influit azanium appellant. Perſicũ introitum. v. mil.
paſ. latitudinis: alii quattuor fecerunt. Ab eo ad intimũ ſinum recto curſu. xi. mil. xxv. ꝓpemodum con
ſtat eſſe: & ſitum eius humani capitis effigie. Oneſicritus & Nearchus ab indo amne in ſinum perſicum
atq; illinc babylonem ab euphratis paludibus ſcripſerũt. xxv. mil. paſ. eſſe in carmaniæ angulo ſunt che-
lonophagi teſtudinum ſuperficie caſas tegentes: carne ueſcentes. A flumine arbi promontorium ipſum
inhabitant: præter capita toto corpore hirti: coriiſq; piſcium ueſtiti.

Caſcandrus inſula perthorum regna. Cap. xxv.

B hoꝝ tractu indiã uerſus caſcandrus deſerta inſula in oceano. mil. paſ. tradiť. iuxta eam freto ſocaican-
a influente ſtoidis quæſtuoſa margaritis a promontorio. Carmanis. iunguntur armozei. Quidã dros
interponunt arbios. ccccxii. paſ. toto littore. Ibi portus macedonũ: & aræ Alexandri in ꝓmon- aſthoidis
torio amnes ſaganos: dein daras & ſalſus. Ab eo promontorium themiſteas. inſula aphrodiſias habitať
inde perſidis initium ad flumen oroatim: quo diuiditur ab elimaide. Cõtra pſidẽ inſulæ philos caſandra
aracia cum monte præalto Neptuno ſacra: ipſa pſis aduerſus occaſum ſita optinet littora. d. l. mil. paſ.
etiã in luxum diues in parthoꝝ iampridẽ trãſlata nomẽ. Hoꝝ de imperio nun pauciſ. Regna parthoꝝ
duodeuiginti ſunt oĩa: ita enim diuidunt prouincias circa duo ut diximus maria: rubrũ a meridie: hyr
canũ a ſeptentrõie. Ex hiis undecim quæ ſuperiora dicuntur incipiunt a confinio armeniæ caſpiiſq; litto
ribus pertinent ad ſcythas: cum qbus ex æquo degunt. Reliqua. vii. regna inferiora appellantur. Quod
ad parthos attinet: ſemp fuit parthia in radicibus montium ſæpius doctoꝝ: qui oẽs eas gentes prætexũt
Habẽt ab ortu arios: a meridie carmaniã & arianos: ab occaſu pratitas medas: a ſeptentrione hyrcanos hyſpra-
Vndiq; deſertis cincta. Vlteriores parthi nomades appellanť. Citra deſerta. Ab occaſu urbes eorũ: quas titas
diximus iſſatis & calliope: ab oriente æſtiuo Europum: ab hyberno mania: in medio hecatompylos. Ar
ſaci a regio neſæa parthyænę nobiles: ubi alexandropoles a conditore.

### Media:meſopotamia:babylon:ſeleucia. Cap.xxvi.

n Ecesſarium eſt in hoc loco ſignare & medorũ ſitum:terrarũq; faciẽ circũagere ad perſicum mare:quo facilius deinde reliqua noſcanť. Nãq; media ab occaſu tranſuerſa oblique parthiæ occurrens utraq; regna includit. Habet ipſa ab ortu caſpios & parthos:a meridie ſittacenẽ & ſuſianẽ & perſida:ab occaſu adiabenen: a ſeptentrione armeniam. Perſæ rubrũ mare ſemp accoluere:propter quod is ſinus perſicus uocatur. Regio ibi maritima cyropolis. Quia uero ipſa ſubit ad medos climais megala appellatur locus arduo mõtis aſcẽſu p gradus introitu anguſto ad perſopolin caput regni dirutam ab Alexandro. Præterea habet in extremis finibus laodiceã ab Antiocho conditam. Inde ad orientem magi optinent paſſargada caſtellũ:in quo Cyri ſepulchrũ ẽ. & Horũ agbatana oppidũ tranſlatum ab Dario rege ad montes. Inter parthos & arianos excurrunt paratacene. His gentibus & euphrate inferiora regna includuntur. Reliqua dicemus a meſopotamia excepto mucrone eius arabũq; populis ĩ priore dictis uolumine. Meſopotamia tota aſſyriorum fuit uicatim diſperſa:præter babylona & ninum. Macedones eam in urbes congregauere ꝑpter ubertatem ſoli. Oppida prẹter iam dicta habet ſeleuciam:laodiceam:artemitam. Item in arabum gente qui arroei uocantur & mardani:antiochia:quæ a præfecto meſopotamiæ Nicanore condita nicatoria uel arbelis uocatur. Iunguntur iis arabes. introrſus eldamarii. Super quos ad pellacontam flumen bura oppidum:ſalmani & maſei arabes. Gordyæis uero iuncti aloni:per quos zerbis fluuius in tigrin cadit:azones. ſilices:mõtani:& orõtes. Quorum ad occidentem oppidum gaugamela. Item ſue in rupibus. Supra ſiciclaſſi.iii.mil.paſ.p quos lycus ex armenia fertur. Abſitris ad hybernum exortum. Azochis oppidum. Mox in cãpeſtrib⁹ oppida dioſpage:polytelia:ſtratonicea:anthemus. In uicina euphratis nicephorion:quod ut diximus Alexander iuſſit condi propter loci oportunitatem. Dicta eſt & in zeumate apamia:ex qua orientem petentes excipit oppidum apprime munitum quondam ſtadiorum.lxv.amplitudine:& ſatraparum regia appellatum: quo tributa conferebantur:nunc in arcem redactum. Durant ut fuerant hebata:& ductu Pompei magni terminus Romani Imperii oruros. A zeumate.ccl.mil.paſ. Sunt qui tradunt euphratem Gobaris præfecti opere deductum : ubi cum diximus ſidi:ne præcipiti curſu babyloniam infeſtaret. Ab aſſyriis uero uniuerſis appellatum armalchar:quod ſignificat regium flumen. Qua deriuatur oppidum fuit agrani e maximis : quod diruere perſæ. Babylon chaldiacarum gentium caput diu ſummam claritatem optinuit in toto orbe:propter quam reliqua pars meſopotamiæ aſſiriæq; babylonia appellata eſt.lx. mil. paſ.amplexa:muris ducenos pedes altis:quinquagenos latis. In ſingulos pedes ternis digytis menſura ampliore q̃ noſtra:iterfluo euphrate mirabili⁹opere utroq;. Durat adhuc ibi Iouis Beli templum. Inuentor hic fuit ſyderalis ſcientiæ. Cætero circuitu in ſolitudinẽ rediit exhauſta uicinitate ſeleuciæ ob id cõditæ a Nicatore intra nonageſimũ lapidẽ ĩ cõfluentẽ euphratis foſſa perductis atq; tigris : quæ tamen babylonia cognominantur. libera hodie:ac ſui iuris macedonũq; moris. Feruntur ei plebes urbanæ ſexcẽtæ eſſe. Situm uero mœnium aquilæ pãdentis alas. Agrum totius orientis fertiliſſimũ. Inuicẽ ad hanc exhauriendã & Cteſiphontem iuxta tertiũ ab ea lapidem in chalonitide condidere parti:quod eſt nunc caput regni. Et poſtq̃ nihil proficiebatur nuper Vologeſus rex aliud oppidũ uelogeſocertã in uicino cõdidit. Sunt etiam in meſopotamia oppida hupparenũ chaldeorũ doctrina clarũ. Et hoc ſicut babylon iuxta flumen narragam:qui dedit ciuitati nomen. Moros hipparenorum perſæ diruere. Orcheni quoq; tertia chaldeoꝝ doctrina in eoſdẽ ſitu locanť ad meridiem uerſi. Ab iis notitiæ & orthophantæ & grætiochãthæ. Euphrate nauigari babylonem & perſico mari.ccccxxii.mil.paſ.tradunt Nearchus & Oneſicritus. Qui uero poſtea ſcripſere a ſeleucia.ccccxc.mil. Iuba a babylone characem.clxxv.mil.d. Fluere aliq ultra babylonem continuo alueo priuſquã diſtrahitur in irrigua.lxxxvii.mil. Vniuerſo autem curſu.xi. mil.paſ.inconſtantiam menſuræ diuerſitas auctorum facit:cũ perſæ quoq; ſchœnos & paraſangas alia menſura determinent. Vbi deſinit alueo munire ad confinium characis accedente tractu ſtatim ĩfeſtant attali latrones:arabum gens. Vltra quos ſcenitæ. Ambitu uero euphratis nomades arabiæ uſq; ad deſerta ſyriæ:unde in meridiem flecti eum diximus ſolitudines palmirenas relinquentem. Seleucia abeſt a capite meſopotamiæ euphraten nauigantibus undecies.xxv.mil.paſ. A mari rubro ſi tigri nauigetur.cccxx.mil. A zeumate.d.M.xxvii. Zeuma a ſeleucia ſyriæ ad noſtrum littus.cxxxii.mil.paſ. Hæc eſt ibi latitudo terrarum inter duo maria. Parthici uero regni.d.cccc.mil.xliiii.paſ. Eſt etiamnum oppidum meſopotamiæ in ripa tigris circa confluentes:quod uocant digbani.

Anthemuſa

Borſippenos

Reciochanta

### Flumen tigris. Cap.xxvii.

s Ed & de tigri ipſo dixiſſe conueniat. Oritur in regione armeniæ maioris fonte conſpicuo in planitie. Loco nomen elongoſine eſt. Ipſius qua tardior fluit diglito. Vnde concitatur a celeritate tigris incipit uocari. Ita appellant medii ſagittam. influit in lacum arethiſſam omnia illata pondera ſuſtinentem:& nitrũ nebulis exhalantem. Vnum genus ei piſcium eſt:& hic aquæ trãſcurrẽtis non miſcetur alueo:ſicut nec e tigri piſces in lacum tranſnatant. Fertur autem & curſu & colore diſſimilis. Trãſuectuſq;

biglito
Medi

milis. Trāſuectuſq; occurrente tauro monte in ſpecu mergitur. Subterq; lapſus a latere altero eius erū-
pit locus uocatur zoroanda: Eundem eſſe manifeſtum eſt quod demerſa perfert. Alterum deinde tran-
ſit lacum: qui teſbidis appellatur: rurſuſq; in cuniculos mergitur: & poſt. xxv. mil. paſ. circa nympheum
redditur tam uicinum arſaniæ. Fluere eum in regionē arheni Claudius Cæſar auctor eſt: ut & cum intu
muere confluant: nec tamen miſceantur. Leuiorq; arſanias innatat. iiii. mil. ferme ſpatio. Mox diuiſus in
euphratē mergitur. Tigris aūt ex armenia acceptis fluminibus claris ptheni agnice pharione arabas ore
os adiabenoſq; diſterminās: & quā diximus meſopotamiā faciens luſtratis montibus gordyæorum cir
ca apameam meſenes oppidum: citra ſeleuciā babyloniam. cxxv. mil. paſ. diuiſus in alueos duos. Altero
meridiem ac ſeleuciam petit meſenen perfundens. Altero ad ſeptentrionem flexus eiuſdem gentis tergo
campos cauchas ſecat. Vbi remeauere aquæ paſitigris appellatur. Poſtea recipit ex media choapſen: atq;
ut diximus inter ſeleuciam & ctesiſphontem uectus in lacus chaldiacos ſe fundit: eoſq;. lxx. mil. paſ. am
plitudine implet. Mox uaſto alueo profuſus dextra characis oppidi infertur mari perſico decimo ore. Duplici
Inter duorum amnium hoſtia. xxv. mil. paſ. fuere. Aut ut alii tradunt. vii. mil. utroq; nauigabili. Sed lon modo
go tempore euphratē præcluſe orcheni & accolæ agros rigantes: ac niſi poſt tigrin defertur in mari. Pro
xima tigri regio paropotamia appellatur. In ea dictum eſt de meſene. Oppidum eius dibitach Iungun
tur chalonitis cum ctesiphonte: non palmetis mō: uerum & olea pomiſq; aliiſq; arbuſtis nobilis. Ad eā
peruenit zagrus mons ex armenia inter medos adiabenoſq; ueniens ſupra parætacenē & perſidē. Chalo-
nitis abeſt a perſide. cccclxxx. mil. paſſ. Tantum a caſpio mari aſſyria abeſſe compendio itinerum aliqui
tradunt. Inter has gentes atq; meſenen ſittacene eſt: eadem arbelitis & paleſtinę dicta. Oppidū eius ſitta
ce græcorum ab ortu eſt & ſabbata. Ab occaſu autem antiochia inter duo flumina tigrin & tornadotū.
Item apameæ cui nomen Antiochus matris ſuæ impoſuit: tigris circūfunditur. Hæc diuiditur archoo.
Infra eſt ſuſianæ: in qua uetus regia perſarum ſuſa a Dario Hiſtapis filio condita. Abeſt a ſeleucia baby
lonia. cccel. mil. paſ. Tantūdem ab egbatanis medoꝝ per mōtem charbantū in ſeptentrionali. Tigris al-
ueo oppidum eſt babytace. Abeſt a ſuſis. cxxxv. mil. paſ. Ibi mortalium ſoli aurum in odio contrahunt.
Id defodiunt ne quo cui ſit in uſu. Suſianis ad orientē uerſus iungūtur coſſæi latrones & mizæoꝝ. xl. po
puli libere feritatis. Supra eos parent parthuſi mardi & ſaitæhyi qui prætenduntur ſupra elymaida: quā
perſidi in ora iunximus. Suſa a perſico mari abſunt. ccl. mil. paſ. qua ſubiit ad eā claſſis alexandri paſiti-
gri intus ad lacū chaldaicū uocatᷣ alphle: unde ſuſa nauigatiōe. lxv. mi. d. p. abſūt. Suſanis ab oriēte ſunt
choſiei: Supra choſieos ad ſeptentrionem moſobatene ſub monte cambalido: qui eſt caucaſi ramus. In-
de molliſſimo tranſitu in bactros. Suſianen ab elymaide diſterminat amnis euleus ortus in medis: me-
dioq; ſpatio cuniculo conditus: ac rurſus exortus per meſobatenen lapſus circuit arcem ſuſarum ac Dia
næ templum auguſtiſſimum cum illis gentibus & ipſe in magna cerimonia ſit: Siquidem reges non ex
alio bibunt: & ob id in longinqua portant: Recipit amnes edippū præter aſylum a mōtibus perſaꝝ ue-
nientem ad unum ex ſuſianis oppidum: iuxta cum magoga a charace. xv. paſ. Quidam hoc in extrema
ſuſiane ponunt ſolitudinibus proximum. Infra euleum elymais eſt: in ora iuncta perſidi: a flumine oro-
ati ad characen. ccxl. mil. paſſ. Oppida eius ſeleucia & ſoſirate appoſita monti caſyro Oram quæ præ-
iacet minorum ſyrtium uice diximus inacceſſam cœno plurimum limi deferentibus brixia & ortacea
amnibus: madente & ipſa elymaide in tantum ut nullus ſit niſi circuitu eius a perſide aditus. Infeſta-
tur a ſerpentibus quos flumina deportant: pars eius maxime inuia characene uocatur ab oppido ara-
biæ claudente regna de quo dicemus expoſita prius. M. Agrippæ ſententia. Nāq; is mediam & par-
thiam & perſidem ab oriente indo: ab occidente tigri: a ſeptentrione tauro caucaſo: a meridie rubro ma
ri terminatas patere in longitudinem terdecies. xx. mil. paſſ. in latitudine. d. cccxl. prodidit. Præterea per
meſopotamiam ab oriente tigri: ab occaſu euphrate: a ſeptentrione tauro: a meridie mari perſico in-
cluſam longitudine octingentorum mil. paſ. latitudine. ccclx. Charax oppidum perſici ſinus intimum a
quo arabia eudemon cognominata excurrit: habitatur in colle manufacto inter confluentes dextra ti-
grin: leua euleum. iii. mil. paſſ. laxitate conditum eſt. Primum ab Alexandro magno colonis ex urbe re-
gia durine: quæ tum interiit deductis: militumq; inutilibus ibi relictis alexandriam appellari iuſſerat:
pagumq; pelleneum a patria ſua quem proprie macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugna-
uere. Poſtea Antiochus reſtituit quintus regum & ſuo nomine appellauit: Iterumq; infeſtatum Paſ-
ſiones Sogdonaci filius rex finitimorum arabum quem iuba ſatrapem Antiochi fuiſſe falſo tradit oppo
ſitis molibus reſtituit: nomen ſuum dedit emunito ſitu iuxta in longitudinem. vi. mil. paſſ. Latitudine
paulo minus: Primo fuit a littore ſtadiis. x. & maritimum etiam in pſanda porticus habet: iuba uero Inde pſe-
prodente. l. mil. paſ. Nunc abeſſe a littore. c. xx. mil. Legati arabum noſtriq; negociatores qui inde ue- udopor-
nere affirmant: Nec in ulla parte plus aut celerius profecere terræ fluminibus inuectæ: Magis id mi- ticus
rum eſt æſtu longe ultra id accedente non repercuſſa: Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium terrarum
orbis ſitus recentiſſimum auctorem conſtat: quem ad cōmentanda omnia in orientem præmiſit Diuus

Auguſtus ituro in armeniam ad parthicas arabicaſq; res maiore filio. Non me præterit: nec ſum oblitus
ſui quęq; ſitus diligentiſſimum auctorem uiſum nobis in introitu huius operis. In hac tamen parte ar-
ma romana ſequi placet nobis: Iubamq; regem ad eundem claudium Cæſarem ſcriptis uoluminibus de
eadem arabica expeditione.

Arabia: nomades: nabatei: omani: tilos: & ogyris inſulæ. Cap. xxviii.

Rabia gentium nullis poſtferenda amplitudine longiſſima a monte amano a regione cilicię co
a magenisq; deſcēdit ut diximus multis gentibus eo⁊ deductis illo a Tigrane magno: ſponte ue
ro ad mare noſtrū littuſq; ægyptiacū ut docuimus. Necnō & in media ſyriæ ad libanum mon
tem penetrātibus nubeis qbus iunguntur ramiſi. Deinde teranei: deinde patami. Ipſa uero peninſula ara
bia intra duo maria rubrū perſicūq; pcurrens quodā naturæ artificio ad ſimilitudinē atq; magnitudinē
tali maris etiā circūfuſa. In eandem etiā cæli partē nulla differentia ſpectat. Hæc quoq; in illo ſitu. Fœlix
eius populus. A noſtro mari uſq; ad palmirenæ ſolitudines diximus. Reliqua nūc inde peragemus. No
mades infeſtatoreſq; chaldeo⁊ ſcenitę ut diximus claudunt: & ipſi uagi: ſed a tabernaculis cognominati
quæ ceiliciis metantur ubi libuit. Deinde nabathei oppidum incolunt petram noīe in conualle paulo mi-
nus. ii. mil. paſ. amplitudinis circundatum montibus inacceſſis amne interfluente. Abeſt a gaza oppido
littoris noſtri. d. c. mil. a ſinu perſico. cxxii. mil. Huc conuenit utrūq; biuium eorum: qui ſyriæ palmirā
petiere: & eorum qui ab gaza uenerūt. A petra incoluerūt omani ad characen oppidis quondam claris a
Semiramide conditis abeſamide & ſoroactia. Nunc ſunt ſolitudines. Deinde eſt oppidum quod chara-
ceno⁊ regi paret in paſitigris ripa forath nomine. In quo a petra conueniūt characeni. Inde. xii. mil. paſ. ſe
cundo æſtu nauigant. E parthico. n. regno nauigantibus uicus teredon. Infra cōfluentem euphratis & ti
gris leua fluminis chaldei optinent: dextra nomades ſcenitæ. Quidā & alia duo oppida longis interual
lis tigris pnauiga tradunt barbathiā: mox thumatā: quod abeſt a petra decē dierum nauigatiōe. Noſtri
negociatores dicunt characeno⁊ regi parere: & apameā ſitam ubi reſtagnatio euphratis cum tigri con-
fluat. Itaq; molientes incurſionem parthos operibus abiectis inundatiōe arceri: Nūc a charace dicemus
oram Epiphanio primum exqſitam: locus ubi euphratis oſtiū fuit flumē ſalſum pmontoriū chaldone
Icarian uoragini ſimilius q̄ mari: per. l. paſ. ore: flumen achana: deſerta. c. mil. paſ. uſq; ad inſulam barum. Sinus
capeus quem accolunt gaulopes & chateni. Sinus gerraicus: Oppidū gerra. v. mil. paſ. amplitudine tur
res habet ex ſalis quadratis molibus. A littore. l. mil. paſ. regio attenæ. Ex aduerſo tylos inſula totidem
milibus a littore. Plurima margaritis & celeberrima cū oppido eiuſdem nominis. Iuxtaq; altera minor
promontoria eius. xxii. d. paſſ. Vltra magnas aſpici inſulas tradunt ad quas non ſit peruentum. Huius
ambitum. cxii. mil. d. paſſ. a perſide longius abeſſe: adiri uno alueo anguſto. In inſula aſgilia gentes no-
cheti: zurachi: borgodi: cataræi: nomades. Flumen cynos. Vltra nauigationem incompertam ab eo la-
tere propter ſcopulos tradit iuba. Prætermiſſa mentione oppidi omanorum batraſa aues & tomamem:
quod priores celebrem portum carmaniæ fecere. Item omen & athane: quæ nunc oppida maxime cele-
brari a perſico mari noſtri negociatores dicunt a flumine canis: ut iuba tradit mons aduſto ſimilis. Gen
tes epimaranitæ. Mox ichthiophagi: inſula deſerta: Gentes bathymi: Eblitei montes: inſula omœnus.
Portus machorbe: inſulæ etaxalos. Onchobrice gens cadei: inſulæ ſine nominibus multæ. Celebres ue-
ro iſura rhinnea & proxima in qua ſcriptæ ſunt ſtelæ lapideæ litteris incognitis. Goboea portus: bragæ
inſulæ deſertæ: Gens caludei: dabanegoris regio. Mons orſa cum portu. Sinus duatus: inſulæ multæ.
Mons tricoriphos. Regio cardalena: inſulæ ſolanidæ: capina: item ichthiophagorum. Deinde glari. Lit
tus hammaeum: ubi auri metalla. Regio canauna: Gentes apitami: gaſani: inſula deuiade. Fons gora-
lus garpheti: inſulæ alaca & amnamethus: Gens clare: inſulæ chelonitis: ichthiophagon: multhe. Eodan
da deſerta baſag. Multæ ſabæorum: Flumina tharnar: amnum: inſulæ dolicæ. Fontes daulotes dora: in-
ſula epteros: labanis: coboris: ſambracate: & oppidum eodem nomine incontinenti. A meridiæ inſulæ
multæ: maxima camari: flumen myſecros: portus leupas. Scenitę ſabæi: inſulæ multæ. Emporium eo-
rum acila: ex quo in indiam nauigatur. Regio amithoſcuta: damnia. Mizi maiores & minores: drimati:
macæ Ho⁊ promontorium contra carmaniā eſt. Diſtat. l. mil. paſ. Mira res ibi traditur. Numeniū ab
Antiocho rege miſenæ præpoſitū ibi uiciſſe. Eodem die claſſe æſtuq; reuerſo: iterū equitatu cōtra perſas
dimicantem & gemina trophea eodem in loco ioui ac Neptuno ſtatuiſſe: inſula in alto obiacet ogyris:
clara Erythra rege ibi ſepulto. Diſtat a continente. cxxv. mil. paſ. Circuitu. cxii. mil. d. Nec minus altera
clara in azanio mari dioſcuriada diſtans a ſiagro extimo promontorio. cclxxx. mil. paſ. Reliqui in conti
Auſeritæ nente a noto etiānum auraridæ i montes octo die⁊ tranſitus: Gentes larendani: catabani: gebanitæ plu
ribus oppidis: ſed maximis nagia & thōna templo⁊. lxv. Hæc eſt amplitudinis ſignificatio hoc promō-
torium: a quo ad continentē troglodytarum. l. mil. paſ. thoani: acchitæ: charramotitæ: tonabei: antida-
lei: lexianæ: agrei: cerbani: ſabæi arabum propter thura clariſſimi ad utraq; maria porrectis gentibus:
Marane Oppida eorum in rubro littore maerine: marma: corolia: ſabatra: intus oppida naſcus: cardaua carnus:
& quo merces

& quo merces odorum deferũt tomala. Pars eorum atramitæ quorũ caput ſobotale.lx.mil.templa mu
ris includens. Regia tamen omnium Mariaba. Sinum optinet.xciiii.mil.paſ.refertum inſulis odorife-
ris. Atramitis in mediterraneo iunguntur Minei mare accolunt: & elamitæ. Oppidũ eiuſdem noīs.Iis
iunguntur cagulatæ.Oppidum ſibi quod græci appoten uocant arſicodani. Vadei oppido magno:ba-
raſei lichleni.ſygaros inſula:quã canes nõ intrant:expoſitiq́ circa littora errando moriuntur.Sinus inti-
mus in quo leanitæ qui nomen ei dedere.Regia eoꝝ Agra:& in ſinu læana:uel ut alii ęlana.Nã & ipſum
ſinum noſtri ælaniticũ ſcripſere:alii alaniticum:Artemidorus alaniticũ.Iuba leniticum.circuitus arabiæ
acharace læana colligere proditur quadragies octies.lxv.paſ.Iuba paulo minus.xl.mil.putat. Latiſſi-
ma eſt a ſeptentrione inter oppida heroum & characen. Nunc & reliqua mediterranea eius dicãtur. Na
batheis thimaneos iunxerunt ueteres: nunc ſunt taueni: ſuelleni: ſarraceni : arraceni. Oppidum in quo
omnis negociatio conuenit:hemuatæ:analitæ.Oppida domada:egrata:mudei. Oppidum badanatha:
carręi.Oppidum chariati achoali.Oppidum phoda:ac minei a rege cretæ Minoe(ut exiſtimant)origi-
nem trahentes:quorum charmei oppidum.xiiii.mil.paſ.marriba baramalacũ:& ipſum non ſpernendũ.
Item carnon rhãmei & hoꝝ origo Rhadamanthus putatur frater Minois.Homeritę maſſala. Oppida
hamirei ſannei:chãtace:bactias:harma.Oppidum gedranitæ:ampre:iliſanitæ bachilitæ ſammei amathei.
Cũ oppidis neſã & cenneſſeri Zamareni cũ oppidis ſaiace ſcãtate:bacaſcami. Riphearma oppidũ quo
uocabulo appellant ordeum.Aurei & rhaui gyrei & mathæi.Helmodenes cum oppido ebode.Agatur
in montibus oppido.xxv.mil.paſ.in quo fons emiſchabales : quod ſignificat camelorum oppidum.
Amyclomei colonia mileſiorum.Actrida oppidum calingii:quorum mariba oppidum ſignificat domi
nos omnium . Oppida pallon murannimal iuxta flumen per quod euphraten emergere putant . Gen-
tes agrei hammonii.Oppidum athenæ:caurarani:quod ſignificat ditiſſimos armento. Coranitæ:ceſa-
ni:choani. Fuerunt & græca oppida:arethuſa:lariſſa:chalcis deleta uariis bellis. Romana arma ſolus in
eam terram adhuc intulit Aelius Gallus ex equeſtri ordine.Nam Caius Cæſar Auguſti filius proſpexit
tantum arabiam . Gallus oppida diruit non nominata ab auctoribus qui ante ſcripſerunt : egran anne-
ſtum:eſcam maguſum:tammacum:labeciam:& ſupradictam maribam:circuitu.vi.mil.paſ.Item cari-
peta:quo lõgiſſime ꝓceſſit.Cætera explorata retulit.Nomades lacte & ferina carne ueſci. Reliquos ui
num ut indos palmis exprimere.Oleum ſeſamæ.Numeroſiſſimas eẽ homeritas minæos fertiles agros
palmetis arbuſtis.In pecore diuites cerbanos & arcos:armis præſtare maxime chatramotitas:Carręis
latiſſimos & fertiliſſimo agros.Sabęos.ditiſſimos ſiluarum fertilitate odorifera:auri metallis agrorum
riguis:mellis:ceræq́ ꝓuentu.Deinde de odoribus ſuo dicemus uolumine.Arabes mitrati degunt : aut
intonſo crine:barba abraditur:præterq̃ in ſupiore labro.Aliis & hæc intonſa:mirũq́ dictu ex innumeris
populis pars coæqua in commertiis aut latrociniis degit.in uniuerſum gentes ditiſſimæ : ut apud quas
maxime opes romanorum parthorumq́ ſubſiſtant:uendentibus quæ e mari aut ſiluis capiant.Nihil in
uicem redimentibus.Nunc reliquam oram arabiæ contrariam pſequemur. Timoſthenes totum ſinum
quatridui nauigatione in longitudinem taxauit:bidui latitudinem.Anguſtias.iiii.mil.d.paſ.Eratoſthe-
nes ab oſtio.xiii.mil.in quãq́ partem.Artemidorus arabiæ latere.xiiii.l.mil.

Sinus maris rubri troglodytici & æthiopici. Cap.xxix.

Roglodytico uero undecies.lxxxii.mil.d.pa.ptolemaida uſq́.Agrippa.xiiii.paſ.xxxii.fine dif
t ferentia laterum.Pleriq́ latitudinem.cccclxii.prodiderunt faucis quę hyberno orienti obuerſa.
Alii.iiii.mil.alii.vii.mil.alii.xii.mil.paſ.patere.Situs autem ita ſe habet. A ſinu ælanitico alter
ſinus quem arabes aeant uocant:in quo heroum oppidum eſt.Fuit & cambiſo inter nelos & marchadas
deductis eo ægris exercitus.Gens tyra.Daneon portus.Ex quo nauigabilem alueum pducere in nilum
quã parte ad delta dictum decurrit.lxii.d.paſ.interuallo:quod inter flumen & rubrum mare iter eſt pri
mus omnium Seſoſtris ægypti rex cogitauit.Mox Darius perſarum. Deinde Ptolomæus ſequens qui
eduxit foſſam latitudine pedum.c.altitudine.xxx.in lõgitudine.xxxvii.d.paſ.uſq́ ad fontes amaros. Vl
tra deterruit inundationis metus excelſiore tribus cubitis rubro mari compto q̃ terra ægypti.Aliq́ eam
nõ auferũt cauſam:ſed ne immiſſo mari corrũperetur aqua nili:quæ ſola potus præbet: Nihilominus iter
totum terendo frequẽtatur a mari ægyptio:quod eſt triplex.Vnum a peluſio p harenas in quo niſi cala
mi defixi regant uia nõ repitur:ſubinde aura ueſtigia operiente.Alterum uero duobus mil.paſ.ultra ca
ſium mõtem:quod a.lx.mil.paſ.redit in peluſiacã uiam.Accolunt arabes autei. Tertium a gerro quod
ad ipſum uocant.Per eoſdem arabes.lx.paſ.propius aſperum mõtibus & inops aquarũ.Eæ uiæ oẽs arſi
noen ducunt conditã ſororis noīe in ſinu charandra a Ptolemæo Philadelpho : qui primus troglodyti-
cen excuſſit amnem:qui arſinoen præfluit:ptolemeum appellauit:Mox oppidum paruum eſt aennum
pro quo alii philoteram ſcribunt: Deinde ſunt azarei:ex troglodytarum cõnubiis arabes feri: inſulæ ſa-
pirene ſcitala:mox deſerta admyos hormon:ubi fons tadnos:mons eos:inſula lambe:Portus multi:Be
renice oppidũ matris Philadelphi nomine:ad quod iter a copto diximus.Arabes autei & gnebadei tro-

glodyticæ:quã priſci michoen:alii midoen dixere.Mons pentedactylos. Inſulæ ſtenæ diræ aliquot halõ
neſes non pauciores cardamin.Topazos quæ gẽmæ nomen dedit. Sinus inſulis refertus ex iis quæ ma-
ren uocatur:aquoſa quæ crataos:ſinentes.Regum ii præfecti fuere.Introrſus candei: quos ophiopha-
gos uocant:ſerpentibus uelci aſſueti.Neq; alia regio fertilior earum.Iuba qui uidetur diligentiſſime pro
ſecutus hæc omiſit in hoc tractu(niſi ſi exemplarium uitiũ eſt)berenicen alterã:quæ pãchryſos cogno-
minata eſt. Tertiam quæ epi dires inſignem loco. Eſt enim ſita in ceruice longe procurrente:ubi fauces
rubri maris.iiii.mil.d.paſſ.ab arabia diſtant.Inſulæ ibi cytis topazium ferens & ipſa ultra ſiluas ubi pto
lemais a philadelpho condita ad uenatus elephantorum:ob id epi therias cognoiata iuxta lacum mono
leum.Hæc eſt regio ſecundo uolumine a nobis ſignificata.In qua.xlv.diebus ante ſolſtitium totidemq;
poſtea hora.vi.conſumuntur umbræ:& in meridiem reliquis horis cadunt. Cæteris diebus in ſeptentrio
nem:cum in berenice quam primam poſuimus ipſo die ſolſtitii.vi.hora umbræ in totum abſummantur
nihilq; adnotatur aliud noui.D.cii.mil.paſ.interuallo a ptolemaide res ingentis exempli: locuſq; ſubtili
tatis immenſæ mundo ibi deprehenſo cum indubitata ratione umbrarum.Eratoſthenes menſuram ter-
ræ prodere inde cœperit. Hinc azanium mare: promontorium quod aliqui hiſpalum ſcripſere. Lacus
mandalum.Inſula caſitis:& in alto multæ:in quibus teſtudo plurima.Oppidum ſuchæ.Inſula daphni-
dis.Oppidum adulitori. Aegyptiorum hoc ſerui a dominis profugi condidere. Maximum hic empo-
rium troglodytarum etiam æthiopum.Abeſt a ptolemaide.v.dierum nauigatiõe. Deferunt plurimum
ebur.Rhinocerotum cornua.Hippopotamorum coria:celtium:teſtudinum ſphingia mancipia.Supra
Elea
æthiopes arrotheras inſule quæ alien uocantur. Item bacchias & antibachias & ſtratoton. Hinc in ora
Straton
æthiopiæ ſinus incognitus:quod admiremur cũ ulteriora mercatores ſcrutentur. Promontorium i quo
eſt fons cutius expetitus nauigantibus.Vltra Iſidis portus.x.dierum remigio ab oppido adulitarum di
ſtans.In eum troglodytis myrrha confertur.Inſulæ ante portum duæ pſeudophylæ uocantur: interio-
res totidem pylæ.In altera ſtelæ lapideæ litteris incognitis. Vltra ſinus abalites.Inſula diodori: & aliæ
deſertæ.Oppidum gaza ꝓmontorium & portus moſſylicus:quo cynnamomum deuehitur. Huculq;
Seſoſtris exercitum duxit.Aliqui unum æthiopiæ oppidum ultra ponunt in litore baragaza. A moſeli
te ꝓmontorio atlanticum mare incipere uult Iuba: præter mauritanias ſuas: gadis uſq; nauigandum
coro.Cuius tota ſententia hoc in loco ſubtrahenda non eſt. A promontorio indorum quod uocatur le
pte acra ab aliis drepanum proponit recto curſu præter exuſta & malacho inſulam.xv.mil.paſ.eſſe.In-
de ad locum quem uocant ſcenеos.ccxxv.mil.Inde ad inſulam ſadanũ.cl.mil.paſſ. Sic fieri ad apertum
maré.xviii.lxxxv.mil.paſ.Reliqui omnes propter ſolis ardorem nauigare poſſe non putauerunt. Quin
& commertia ipſa infeſtant ex inſulis arabes aſcitæ appellati: quoniam bubolos utres binos ſternen-
tes ponte pyraticam exercent ſagittis uenenatis. Gẽtes troglodytarum iuba tradit therothoas a uenatu
dictos mire uelocitatis ſicut ichthiphagos natantes ceu maris animalia.Bargenos zageras:chalybas: ſa
xinas ſyrecas:daremas domazanes. Quin & accolas nili a ſyene nõ æthiopum populos:ſed arabum eẽ
dicit uſq; meroen.Solis quoq; oppidum quod non ꝓcul memphi in ægypti ſitu diximus arabas cõdito
res habere. Sunt & qui ulteriorem ripam æthiopiæ auferant adnectantq; africæ. Ripas autem incolere
ꝓpter aquã.Nos relicto cuiq; arbitrio intelligendi oppida quo tradunt ordine utrinq; ponemus.A ſye
ne & prius arabiæ latere gens catadupi.Deinde ſyenitæ. Oppida tacompſon: quã quidam appellaue-
aranium
runt thathicen aramum ſeſamun ſandura:naſaudũ: anaundoma cumara beta & bochiana: leuphitorga
Seſaniũ
tãtarene:mecchindita noa gophoa gyſtate megeda lea rhẽnia nupſia direa pataga bagada dumana rha
data in quo felis aurea pro deo colebatur. Boron in mediterraneo mallo: proximum meroe. Sic pro-
didit Bion.iuba aliter. Oppidum limum in monte megaticos inter ægyptum & æthiopiam quod ara-
bes myrſon uocauere. Deinde metacompſon aranium ſeſanium:pidne mamuda corambin. Iuxta eam
bituminis fontem: hammodata proſda parenta mama teſſata gallas zoton gaucomene mcũpidi bo-
tas:endonda:cametas. Nomadas in tabernaculis uiuentes cyſtæ pẽmani: gadagaleni: paloi primi:nu
pſii:deſeleni patini:gambreues magaſne ſegaſmala: crãda:dẽna:cadeumna thena batha alana: macua:
ſcãmos: gorã.in inſula ab iis ab Alexandro callim ſeren mallos agoceni. Ex africæ latere tradita ſunt
eodem nomine tacompſos altera ſiue pars prioris mogora.ſea.edoſa.pelenaria.epyndis.maguſa. bau-
ma linitima: ſpyntuma. ſydopta.genſoa. pindicitora.cugoa. orſima.ſuaſa.mauma.rhuma. urbuma.
mulona.quod oppidum græci hypatiton uocarũt.Pagoargas.zamnes unde elephanti incipiant. Mam
blia.bereſa.cetuma.Fuit quondam & epis oppidum contra meroen anteq̃ Bion ſcriberet deletum.

Hæc ſunt prodita uſq; meroen.ex quibus hoc tempore nullum prope utroq; latere extat. Cæteræ ſoli-
tudines.Nuper renunciauere principi Neroni miſſi ab eo milites prætoriani cum tribuno ad exploran-
dum inter reliqua bella æthiopicum cogitanti.Intrauere autem & eo arma romana Diui Auguſti tem-
Primnin
poribus duce.P.Petronio & ipſo equeſtris ordinis præfecto.Aegyptus oppida eorum expugnauit quæ
Comby-
ſola inuenerat quo dicemus ordine.pſelchin:primin:abocciu:phthurin:cambuſin:attenan:ſtadiſin: ubi
ſin
nilus præcipitans

nilus præcipitans ſe:fragore auditum accolis aufert. Diripit & nepata. Longiſſimi ãt a ſyene progreſ-
ſus.d.ccclxx.mil.paſ.Nec tamen arma romana ſolitudinem ibi fecerunt.Aegyptiorum bellis attrita eſt
æthiopia uiciſſim imperitãdo ſeruiendoq; clara & potens etiã uſq; ad troiana bella Mẽnone regnãte.Et
ſyriæ imperitaſſe cã noſtroq; littore ætate regis Cephei patet Andromadæ fabulis.Simili modo & de
mẽſura eius uaria prodidere.Primus Dalion ultra meroen lõge ſubuectus:Mox Ariſtocreon: & Bion:
& Baſilis.Simonides minor etiam quinquẽnio in meroe moratus cũ de æthiopia ſcriberet.Nam & Thi
moſthenes claſium Philadelphi præfectus ſine menſura dierum.lx.a ſyene meroen iter prodidit.Erato-
ſthenes.d.c.mil.xxv.Artemidorus.d.c.mil.Seboſus ab ægypti extremis ſexdecies.lxxv.mil.paſ.proxi-
me dicti.lxv.Verum omnis hæc finita nuper diſputatio eſt:quoniam a ſyene.d.cccclxii.mil.Neronis
exploratores renunciauere his modis.A ſyene hieran ſycaminon.liiii.mil.par. Inde tania.lxxv.mil.paſ.
regione enominiton.Aethiopum primi.cxx.mil.Acinam.lxiiii.mil.Pitaram.xxv.Tergedum.cvi.mil.in
ſulam gagauden eſſe in medio eo tractu. Inde primum uiſas aues pſitacos:& ab altera quæ uocatur ar
tigula:animal ſphingion:a tergedo cynocephalos.Inde nabatha.lxxx.mil.Oppidum id paruum inter
prædicta ſolum.Ab eo ad iſulam meroen.ccclx.mil.Hærbas circa meroen demum uiridiores ſiluarũq;
aliquid apparuiſſe rhinocerotũ elephantorumq; ueſtigia.Ipſum oppidũ meroen ab introitu inſulæ abeſ
ſe.lxx.mil.paſ.Iuxtaq; aliã inſulã tractu dextro ſubeũtibus alueo quæ portum faceret. Aedificia oppidi
pauca.Regnare fœminã Candacẽ:quod multis iã annis nomẽ ad reginas traſiit:Delubrũ Hammonis
eſt ibi religioſum:& toto tractu ſacella.Cæterũ cum potirentur rex æthiopes: inſula ea magnæ clarita-
tis fuit.Tradũt armatorum.ccl.mil.dare ſolitã: artificũ.iiii.mil.alere.Reges æthiopũ.xlv.& hodie tradũt.

Multiformes & miræ hominum effigies. Cap.xxx.

u Vniuerſa uero gens etheria appellata eſt:deinde atlantia:mox a Vulcani filio Aethiope æthio
pia.Animaliũ hoiumq; effigies mõſtriferas circa extremitates eius gigni minime mirum artifi
ci ad formãda corpora effigieſq; celãdas mobilitate ignea.Ferunt certe ab orientis parte intima
gentes eſſe ſine naribus:æquali totius corporis planitie.Alias ſuperiore labro orbas: alias ſine linguis.
Pars etiam ore concreto:& naribus carens uno tantum foramine ſpirat:potumq; calamis auenæ trahit
& grana eiuſdem auenæ ſponte prouenientis ad ueſcendum.Quibuſdam pro ſermone nutus motuſq;
membrorũ eſſe.Quibuſdã ante Ptolemæũ lathyrũ regẽ ægypti ignotus fuit uſus igniũ.Quidã & pyg
mæorum gentes ꝓdiderũt ante paludes:ex qbus nilus oriret.In ora.n.ubi deſiimus continui montes ar-
dentibus ſimiles rubẽt.Troglodytis & rubro mari a meroe tractus omnis qui ſupponit a napata tridui
itinere ad rubrum littus aqua pluuia ad uſum cõpluribus locis ſeruat:fertiliſſima regione: quæ intereſt
auri. Vlteriora arabuli æthiopum gens tenet. Deinde contra meroen megabarbi: quos aliqui adia
baras nominauere:oppidum habent Appollinis.Pars eorum nomades q̃ elephantis ueſcit. Et ex aduerſo
in africæ pte macrobii.Rurſus a megabarſis mẽnones:&danelli:dierũq;.xx.interuallo critẽſi.Vltra eos
dochi.Deinde gymnites ſemper nudi.Mox anderæ: mathitoe.meſagebes:hiporeæ atri coloris tota cor Dedacæ
pora rubrica illinunt. At ex africæ parte medimni. Deinde nomades cynocephalorum lacte uiuentes: Menſini
olabi:ſyrbotæ:qui octonũ cubitorũ eſſe dicunt.Ariſtocreon libye latere a meroe oppidũ tolen dierum ni
quinq; itinere tradit.inde dierum.xii.eſar ægyptiorum oppidũ:quo pſammetichũ fugerunt in eo,produnt Coloen
annis.ccc.habitaſſe.Contra in arabico latere daron oppidum eſſe eorum.Bion autem ſapen uocat quod
ille eſar:& ipſo noie aduenas ait ſignificari.Caput eorum in inſula ſembobitin:& tertium in arabia ſai. In-
ter montes autem & nilum ſymbari ſunt phaliges.in ipſis uero montibus aſachae multis nationibus. phalãges
Abeſſe a mari dicuntur dierũ quinq; itinere. Viuunt elephantorum uenatu.inſula i illo ſambritarum regio
ni paret:Ab ea nubei æthiopes dierum octo itinere.Oppidũ eorum nilo ipoſitum tenupſis ſambri: apud Tẽneſis
quos quadrupedes oẽs ſine auribus etiã elephanti.At ex africæ parte ptoembari ptoemphanæ qui canẽ
ꝓ rege habent motu eius iperia augurãtes.Aruſbi oppido longe a nilo ſito. Poſtea achiſarin: phaliges
marigerri caſimarri.Bion & alia oppida in inſulis tradit.A ſembobiti meroen uerſus dierũ toto itinere.
xx.Proxime inſulæ oppidum ſebritarum ſub regina.Et aliud aſar. Alterius oppidum daron. Tertiam
medoen uocant in qua oppidum aſel.Quartam eodẽ quo oppidum noie garoden.inde paropas oppi-
dum.Nauos modũ dæ:mãdarini:ſecanduni:colligati:ſecandæ nauectabæ:cumi agroſpi:ægypani:can-
drogari arabum ſummorum.Regio ſupra ſirbitum ubi deſinunt mõtes traditur a qbuſdam habere ma
ritimos æthiopas niſicaſtes:niſitas:qd ſignificat ternũ & quaternũ oculorum uiros:nõ quia ſic ſit:ſed quia
ſagittis præcipua cõtemplatione utuntur.Ab ea uero parte nili quæ ſupra ſyrtes maiores oceanũq; meri
dianum protenditur dalion uocatos eſſe dicit pluuia tantũ aqua utentes ciſoros:longoporos.Ab occa-
licibus dierum.v.itinere uſibalcos:iſuelos:peruſios:ualios:ciſpios.Reliqua deſerta.Deinde fabuloſa ad pharu-
occidentem uerſus nigre: quorum rex unum oculum habeat in fronte.Agriophagi pantherarum & leonũ ſios
carnibus maxime uiuentes.Pãphagi omnia mandentes.Antropophagi humana carne ueſcẽtes.Cyna-
molgi caninis capitibus.Arthabathitæ quadrupedũ feratum modouagi. Deinde heſperiæ perorſi quos

h

in mauritaniæ confinio diximus. Pars quædam æthiopum locuſtis tantum uiuit fumo & ſale duratis in
annua alimenta in quadrageſimũ uitæ annum non excedunt. Aethiopũ terram uniuerſam cum mari ru
bro patere in longitudinem ſemel & uities. lxx. mil. paſ. In latitudinẽ cum ſuperiore ægypto duodecies.
xcvii. M. Agrippa exiſtimauit. Quidã longitudinẽ ita diuiſerũt. A meroe ſirbitum. xv. dierum nauiga
tione. Ab ea. xii. ad dabellos. Ab iis ad oceanum æthiopicum. vi. dierũ iter. In totũ enim ab oceano ad
meroen. d. cc. mil. xxv. mil. paſ. eſſe inter auctores fere conuenit. Inde ſyenem quantũ diximus. Sita eſt
æthiopia ab oriente hyberno ad occidentem hybernum. Meridiano cardine ſiluę hebeno maxime uirent
meridiana eius parte imminens mari mons excelſus æternis ardet ignibus æonocauma dictus a quo na
uigatio quatridui ad promontoriũ quod heſperionceras uocatur cõfine africæ iuxta æthiopas & heſpe
rios. Quidã & in eo tractu modicos colles amœna opacitate ueſtitos ægypanum ſatyrorũq; produnt.

Inſulæ ethiopici maris. Cap. xxxi.

Nſulas toto eo mari & Euphorus complures eſſe tradit & Eudoxus & Thimoſthenes. Cli
i tarchus uero Alexandro regi renuntiatam adeo diuitẽ: ut equos incolæ talentis auri permuta
rẽt. Alterã ubi ſacer mons opacus ſilua repertus eſſet diſtillantibus arboribus odore miræ ſua
uitatis. Contra ſinum perſicũ cernen nominat insula aduerſa æthiopiæ: cuius neq; magnitudo neq; inter
uallũ a continẽte conſtat. Aethiopias tãtum populos habere traditur. Euphorus auctor eſt a rubro ma
ri nauigantes in eã nõ poſſe propter ardores ultra quaſdam colũnas (ita appellantur paruæ inſulæ pro
uehi. Polybius in extrema maturitania contra montẽ atlantẽ a terra ſtadia. viii. abeſſe prodidit cernen.
Nepos Cor. ex aduerſos maxime carthaginis a continente paſ. mil. nõ ampliorem circuitum. ii. mil. Tra
dit & alia inſula contra mõtẽ atlantẽ: & ipſa atlantis appellata. Ab ea quinq; dierum nauigatione ſolitu
dines ad æthiopas heſperios: & promontoriũ q^d uocamus heſperioceras. Inde primũ circũagẽte ſe ter
rarũ fronte in occaſum ac mare atlanticũ. Cõtra hoc quoq; promontoriũ gorgones iſulæ narrant. Gor
gonũ quondã domus bidui nauigatione diſtantes a continente ut tradit Xenophõ. Lãpſacenus. Pene
trauit i eas. Hãno pœnoꝝ impator prodiditq; hirta fœmiarum corpora uiros pernicitate euaſiſſe. Dua
rũq; gorgonũ cutes argumẽti & miraculi gratia in Iunõis tẽplo poſuit ſpectatas uſq; ad carthaginem ca
ptam. Vltra has etiãnum duæ heſperides inſulæ narrant. Adeoq; omnia circa hæc incerta ſunt: ut Sta
tius. Seboſus a gorgonũ inſulis prænauigatiõe atlãtis dierũ. xl. ad heſperidũ inſulas curſum prodiderit
ab hiis ad heſperionceras unius. Nec mauritaniæ inſularũ certior fama eſt. Paucas mõ conſtat eſſe ex ad
uerſo autolalum a Iuba repertas: in quibus getulicam purpuram tinguere inſtituerat.

De fortunatis inſulis. Cap. xxxii.

Vnt qui ultra eas fortunatas putant eſſe quaſdam & alias. quaꝝ numero idẽ Seboſus etiã ſpa
f tia complexus iunoniam abeſſe a gadibus. d. ccl. mil. paſ. tradit. Ab ea tãtumdem ad occaſum
uerſus pluuialiã caprariamq;: in pluuialia non eſſe aquã niſi ex hymbribus. Ab iis. ccl. mil. paſ.
Fortunatas contra leuã mauritaniæ. viii. mil. paſ. Oram ſolis uocari in conualle a conuexitate & pla
nariam a ſpecie conuallis: circuitu. ccc. mil. paſ. Arborũ ibi ꝓceritatẽ ad centum quadragintaquattuor
pedes adoleſcere: iuba de fortunatis ita iqſiuit ut ſub meridiẽ poſitas eſſe prope occaſum a purpurariis
d. ccxxv. mil. paſ. ſic ut. ccl. ſupra occaſum nauiget. Deinde p. ccclxxv. mil. paſ. ortus petatur. Primã uo
cari ombrion nullis ædificioꝝ ueſtigiis: habere in mõtibus ſtagnũ: arbores ſimiles ferulæ: ex qbus aqua
exprimatur ex nigris amara: ex candidioribus potui iucunda. Alterã inſulã iunoniam appellari: i ea ædi
culam eſſe tantũ lapide ex ructam. Ab ea in uicino eodem nomine minorem. Deinde caprariam lacertis
Niuariã grandibus refertã: in cõſpectu eaꝝ eſſe niguariã: quæ hoc nomen accepit a ppetua niue nebuloſam. Pro
ximã ei canariã uocari a multitudine canum ingẽtis magnitudinis. Ex qbus pducti ſunt a iuba duo: qui
Caperent ibi faſtigia ædificiorum. Cum autem copia omnes pomorum & auiũ omnis generis abundẽt
hanc & palmetis caryotas ferentibus: ac nuce pinea abundare. Eſſe copiã quoq; mellis. Papyrũ quoq; &
ſiluros in amnibus gigni. infeſtari eas beluis quæ expellant aſſidue putreſcentibus. At abunde orbe ter
rarum extra intra indicato collecta in arctum menſura æquior uidetur.

Terræ per menſuras Computatæ digeſtio. Cap. xxxiii.

Olybius a gaditano freto longitudine directo curſu ad os mæotis. xxxiiii. xxxvii. mil. d. paſ.
p prodidit. Ab eodem initio ad orientem recto curſu ſiciliam duodecies. lx. mil. d. paſ. Cretam
ccclxxv. paſ. Rhodum. clxxxvi. d. paſ. Chelidonias tantũdem. Cyprũ. cccxxv. paſ. Inde ſyriæ ſe
leuciã pieriã. cxv. paſ. Quæ cõputatio efficit uicies ter. xl. mil. paſſus. Agrippa hoc idẽ interuallũ a freto
gaditano ad ſinũ perſicum p longitudinẽ directam. xxxiiii. xl. mil. paſ. taxat: in quo haud ſcio an ſit er
ror numeri: quoniam idem a ſiculo freto alexandriam curſus. xii. l. mil. paſ. tradidit. Vniuerſus autem
circuitus per ſinus dictos ab eodem exordio colligit intra mæotin lacum. clvi. mil. paſ. Artemidorus
adiicit. d. cclvi. mil. Idem cum mæotide. clxxiii. xc. paſ. eſſe tradit. Hæc eſt menſura inermium & pacata
audacia fortunam prouocantium hominum. Nunc ipſarum partium magnitudo comparatur utcũq;
difficultatem afferet

difficultatem afferet auctorum diuerſitas. Aptiſſime tamen ſpectabitur ad longitudinem latitudine addita. Eſt ergo ad hoc præſcriptum europæ magnitudo. lxxxi. xlviii. mil. paſ. Africæ ut media ex omni uarietate prodentium ſummatur cõputatio. Efficit longitudo. xxxvii. xlviii. mil. Latitudo qua colitur nuſq̃ ccl. mil. paſ. excedit. Sed quoniam a cyrenaica eius parte. d. ccccx. mil. paſ. eã fecit Agrippa. Deſerta eius ad garamantas uſq; qua noſcebantur complectens uniuerſam menſuram quæ uenit in computationem xlvi. viii. mil. paſ. efficit Aſiæ lõgitudo ĩ cõfeſſo ẽ. lxiii. mil. d. cccl. mil. paſ. Latitudo ſane cõputet̃ ab ęthiopico mari alexandriam iuxta nilum ſitam: ut per meroen & ſyenem menſura currat. xviii. lxxv. mil. paſ. Apparet ergo europam paulominus dimidia aſiæ parte maiorem eſſe q̃ aſiam. Eandem altero tanto & ſexta parte africæ ampliorem q̃ africam. Quod ſi miſceantur omnes ſummæ liquido patebit europam totius terræ tertiam eſſe partem & octauam paulo amplius. Aſiam uero quartam & quartamdecimã Africam autem quintam & inſuper ſexageſimam. His addemus etiamnum unam græcæ inuentionis ſententiam uel exquiſitiſſimæ ſubtilitatis ut nihil deſit in ſpectando terrarum ſitu: indicatiſq; regionibꝰ noſcatur: & quæ cuiq; earum ſocietas ſit ſiue cognitio dierum ac noctium: qbuſq; inter ſe pares umbræ & æqua mundi conuexitas. Ergo reddetur hoc etiam: terraq; uniuerſa in membra cæli digeretur. Plura ſunt autem hæc ſegmenta mundi: quæ noſtri circulos appellauere: græci parallelos.

### Digeſtio terrarum in parallelos & umbras pares. Cap. xxxiiii.

P Rincipium habet indiæ pars uerſa ad auſtrum. Patet uſq; arabiã & rubri maris accolas. Continentur gedroſi: perſæ: carmani: elimæi: parthienæ: aria: ſuſiane: meſopotamia ſeleucia cognominata. Babylonia arabia ad petras uſq;. Syria cele: peluſium ægypti. Inferiorq; ora quę uocatur alexandriæ africæ maritima. Cyrenaica oppida oĩa. Tapſus: hadrumentum: clupea: carthago. Vtica utraq; hippo. Numida mauritania utraq; atlanticum mare: colũnæ Herculis. In hoc cæli circõplexu æquinoctii die media umbilicus quẽ cognomẽ uocant: ſeptẽ pedes lõgus: umbrã nõ amplius quatuor pedes longã reddit. Noctis uero dieiq; longiſſima ſpatia oras. xiiii. æquinoctiales habẽt breuiſſima e cõtrario decem. Sequens circulus incipit ab india uergente ad occaſum: uadit per medios parthos: perſepolin: citima: perſidis arabiam: citeriorem iudæam: libani mõtis accolas. Amplectitur babylonem: ydumæam: ſamariam: hieroſolymam: aſcalonem: ioppam cæſaream: phœnicem: ptolemaidẽ. ſidonẽ: tyrũ: beritũ: botrin: tripolin: bybluman: thiochiã: laodiceã: ſeleuciam ciliciæ maritima: cyprũ auſt rinã: cretam: lilybeũ in ſicilia: ſeptentrionale africæ & numidiæ. Vmbilicus equinoctio. xxxv. pedum umbram. xxiiii. pedes longam facit. Dies autem noxq; maxima qnatuordecim horarum æquinoctialium eſt accedente iis quinta parte unius horæ. Tertius circulus ab indis imauo proximis orit̃. Tẽdit p caſpias portas mediæ proximas cataoniam cappadociã: taurũ: amanum: iſſum: cilicias: portas ſolos: tharſum: cyprũ: piſidiam: pamphyliæ ſiden: lycaoniam: lyciæ: pataram: xanthum: caunum rhodum: coum: halycarnaſum: gnidũ: dorida chiũ: delũ: cycladas medias: gythiũ: maleã: argos: laconiã: elin: olympiã: meſſeniã peloponeſi: ſyracuſas: catinã ſiciliã mediam: ſardiniæ auſtrina: carteiã gades. Gnomonis centum unciæ umbram. lxxvii. unciarum faciunt. Longiſſimus dies eſt æquinoctialium horarũ. xiiii. atq; dimidiæ cũ. xxx. pte unꝰ horæ. Quarto ſubiacẽt circulo quæ ſunt ab altero latere imaui. Cappadociæ auſtrina galatia: myſia: ſardis: ſmyrna: ſipylus tmolus mons lydiæ: caria: ionia: tralis: colophon: epheſus miletos: ſamos chios: icarium mare: cyclades ſeptextrionales: athenæ: megara: corinthus: ſicyon: achaia: patræ: iſthmos: epirus: ſeptentrionalia ſiciliæ: narbonenſis galliæ exortiua: hiſpaniæ maritima a carthagine noua & inde ad occaſum. Gnomoni. xxi. pedum reſpondent umbræ. xvii. pedum. Longiſſimus dies habet æquinoctiales horas quattuordecim & duas tertias unius horæ. Quinto continentur ſegmẽto ab introitu caſpii maris bactria: hyberia: armenia: myſia: phrygia: helleſpontus: troas: tenedus: abydos: ſcepſis: ilium: ida mons: cizicum: lapſacum: ſinope amiſum: heraclea in ponto: paphlagonia: lemnus: imbrus: thaſſus: caſandria: theſſalia: macedonia: lariſa: amphipolis: theſſaliõice: pella: edeſus: beroea: pharſalia: cariſtũ: euboea: boeotum: chalcis delphi: acarnania: ætholia: apollonia: brũduſium: tarentum: thurii: locri: regium: lucani: neapolis: puteoli: thuſcum mare: corſica: baleareſ hiſpania media. Gnomoni ſeptem pedes umbris ſex. Magnitudo diei ſumma horarum æquinoctialium quindecim. Sexta comprehenſio qua continetur urbs roma amplectitur caſpias gentes: caucaſum ſeptẽtrionalia armeniæ: appolloniã ſupra rhyndacũ: nicomediã: niceã chalcedonẽ: bizãtium: lyſimachiã: cherõneſum: melanẽ ſinum abderã: ſamothraciã: maroneã: œnũ: beſſicam: thraciam: mædicam: pæoniã illyrios: dyrrachiũ: canuſium: apuliæ extima: campaniã: & ethruriam: piſas: lunam: luccam: genuam: liguriam: antipolin: maſſiliam: narbonẽ: terraconẽ: hiſpaniam tarraconenſem mediã: & inde per luſitaniam. Gnomoni pedes nouẽ umbræ octo. Longiſſima diei ſpatia horarũ æquinoctialiũ. xv. addita nona parte unius horæ: aut ut Nigidio placuit quinta. Septima diuiſio ab altera caſpii maris ora incipit. Caditq; ſupra callatin: boſphorum: boryſthenen: Tomos: thraciæ auerſa: triballos: illyrici reliqua: adriaticum mare: aquileiam: altinum: uenetiam: uincentiam: patauium: ueronam: cremonam: rauen-

h ii

nam:anconam:picenum:marſos:pelignos:ſabinos:umbriam:ariminum bononiam:placentiam : mediolanum:omniaq; ab apennino. Tranſq; alpes:galliam aquitaniam uiennã:pireneũ:celtiberiã. Vmbilico.xxxv.pedum umbræ.xxxvi. Vt tamẽ ĩ ptem Venetiæ exæquet umbra gnomoni. Ampliſſima dies horarum æquinoctialiũ.xv.& quintaq; partium horaq; trium. Hactenus antiquoq; exacta celebrauimus. Sequentium diligentiſſimi quod ſupereſt terrarũ tribus aſſignauere ſegmentis. A tanai per mæotin lacum & ſarmatas uſq; boryſthenem:atq; ita per dacos partemq; germaniæ gallias oceani littora amplexi quod eſſet horarum.xvi. Alterum per hyperboreos & britaniam horarum.xvii. Poſtremo ſcythicum a rhypheis iugis in thylem. in quo dies cõtinuarentur (ut diximus) noctesq; per uices. Iidem & ante principia quæ fecimus poſuere circulos duos. Primũ p inſulam meroen & Ptolemaidem in rubro mari ad elephantorum uenatus conditam ubi longiſſimus dies.xii.horarum eſſet dimidia hora amplior. Secundum per ſyenem ægypti euntem:qui eſſet horarum.xiii. Idemq; ſingulis dimidia horarum ſpatia uſq; ultimum adiecere circulis. Et hactenus de terris.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. VII. PROOEMIVM.

## De Animalibus.

m

VNDVS ET IN EO TERRAE GENTES MARIA: INSVLAE: INſignes urbes adhunc modũ ſe habẽt. Animãtiũ ĩ eodẽ natura nullius prope partis contẽplatione minor eſt. Siqdẽ cũ omnia exequi humanus nequeat animus: Principiũ iure tribuetur homini: cuius cauſa uidetur cuncta alia genuiſſe natura magna & ſæua mercede contra tanta ſua munera : ut non ſit ſatis æſtimare parens melior homini an triſtior nouerca fuerit. Ante omnia unũ animantiũ cũctorũ aliena alienis uelat opibus: cæteris uarie tegumẽta tribuit: teſtas: cortices. coria: ſpinas: uillos: ſetas: pilos: plumam: pennas: ſquamas. uellera. Truncos etiã arboreſq; cortice interdũ gemino a frigoribus & calore tutata eſt. Hominẽ tantũ nudũ & in nuda humo natali die abiicit ad uagitus ſtatim & ploratũ: nullũq; tot animaliũ aliud ad lachrymas: & has protinus uitæ principio. At hercule riſus præcox illi & celerrimus? ante quadrageſimũ diem nulli datur. Ab hoc lucis rudimento quod ne feras quidem inter nos genitas uincula excipiunt. & omniũ membrorũ nexus atq; infœliciter natum iacet manibus pedibuſq; deuinctis flens. Animal cæteris imperaturum. & a ſuppliciis uitam auſpicat. unã tantũ ob culpã quia natum eſt. Heu dementia ab iis initiis exiſtimãtium ad ſuperbiam ſe genitos. Prima roboris ſpes primũq; tẽporis munus quadrupedi ſimilem facit. Quando homini receſſus? quando uox? quando firmum cibis os? quãdiu palpitans uertex. Summæ inter cũcta animalia ĩbecillitatis indiciũ. Iam morbi tot: atq; medicinæ tot contra mala excogitatæ: & hæ quoq; ſubinde nouitatibus uictæ: cætera ſentire naturam ſuam. Alia pernicitatẽ uſurpare: alia præpetes uolatus: alia uires: alia nare. Hominem ſcire nihil ſine doctrina: non fari non ingredi. non ueſci. breuiterq; nõ aliud naturæ ſponte q̃ flere. Itaq; multi extitere qui non naſci optimum cenſerent. aut q̃ ociſſime aboleri. Vni animantium luctus eſt datus. Vni luxuria: & quidem innumerabilibus modis: ac per ſingula membra: uni ambitio. Vni auaritia. Vni imenſa uiuẽdi cupido. Vni ſuperſtitio. Vni ſepulturæ cura: atq; etiam poſt ſe de futuro. Nulli uita fragilior. Nulli rerum omnium libido maior. Nulli pauor confuſior Nulli rabies acrior. Deniq; cætera animantia in ſuo genere probæ degunt. Congregari uidemus: & ſtare contra diſſimilia. Leonum feritas inter ſe non dimicat. Serpentum morſus non petit ſerpentes. Ne maris quidem beluæ ac piſces niſi in diuerſa genera ſæuiunt. At hercule homini plurima ex homine ſunt mala.

## Gentium mirabiles figuræ. Cap.i.

e

T de uniuerſitate quidem generis humani magna ex parte in relatiõe gentium diximus. Neq; enĩ ritus moreſq; nunc tractamus. Innumeri ſunt totidem pene quod ſunt hominum cœtus: Quædam tamen non omittenda duco: maximeq; longius a mari degentium. In quibus prodigioſa aliqua & incredibilia multis uiſum iri haud dubito. Quis enim æthiopas anteq̃ cerneret credidit? aut cui non miraculo eſt cum primum in noticiam uenit? Quam multa fieri non poſſe priuſq̃ ſint facta iudicantur. Naturæ uero req; uis atq; maieſtas in oĩbus momẽtis fide caret: ſi quis modo partes eius ac non totã cõplectatur aĩo. Ne pauones aut tigriũ pãtheraruq; maculas & tot aĩaliũ picturas cõmemorẽ paruũ dictu: ſed ĩmenſum æſtimatione: tot gentium ſermones tot linguæ: tanta loquendi uarietas : ut externus alieno pene non ſit hoĩs uice Iam in facie uultuq; noſtro cum ſint.x.aut paulo plura membra nullas duas in tot milibus hominũ indiſcretas effigies exiſtere. Quod ars nulla in paucis numero præſtet affectando: Nec tamen ego in pleriſq; eorum obſtringam fidẽ meã: potiuſq; ad auctores relegabo: qui de dubiis rogentur omnibus. Modo ne ſit faſtidio græcos ſequi tanto maiore corũ diligẽtia uel cura uetuſtiore.

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 113 sur 536

ra uetuſtiore.

## De ſcythis & aliarum diuerſitate gentium. Cap. ii.

Eſſe ſcytharũ genera & quidem plura: quæ corporibus humanis ueſcerentur indicauimus. Id ipſum incredibile fortaſſe ni cogitemus in medio orbe terrarum ac ſicilia & italia fuiſſe gentes huius monſtri cyclopas & leſtrigonas: & nuperrime trãſalpes hoīem imolari gentiũ earũ more ſolitum: quod paulo a mãdendo abeſt. Sed & iuxta eos qui ſunt ad ſeptẽtrionem uerſi haud procul ab ipſo aquilonis exortu ſpecuq; eius dicto: quem locũ geſglitron appellant ꝓduntur arimaſpi: quos diximus uno oculo in fronte media inſignes: quibus aſſidue bellum eſſe circa metalla cũ gryphis ferarum uolucri genere quale uulgo traditur. eruente ex cuniculis aurũ mira cupiditate & feris cuſtodientibus & arimaſpis rapientibus. multi ſed maxime illuſtres. Herodotus & Ariſteas Procõneſius ſcribunt. ſuper alios aũt anthropophagos ſcythas in quadã cõualle magna mai mõtis regio eſt: quæ uocatur abarimõ: in qua ſilueſtres uiuunt homines auerſis poſt crura plantis eximiæ uelocitatis: paſſim cum feris uagantes. Hos in alio non ſpirare cælo: ideoq; ad finitimos reges non pertrahi. Neq; ad alexãdrum magnum pertractos Beton itinerum eius menſor prodidit. Priores anthropophagos quos ad ſeptẽtrionẽ eſſe diximus. x. dieꝝ itinere ſupra boryſthenẽ amnẽ oſſibus humanoꝝ capitũ bibere. Cutibuſq; cũ capillo pro baltelibus ante pectora uti Iſigonus Nicœnſis. Idem in albania gigni quoſdam glauca oculorum acie a pueritia ſtatim canos: qui noctu pluſꝗ interdiu cernãt. Idem itinere dieꝝ. x. ſupra boryſthenẽ ſauromatas tertio die cibum capere ſemper. Crates pergamenus in helleſpontum circa parium genus hominum fuiſſe tradit: quos ophiogenes uocat: ſerpentum ictus contractu leuare ſolitos: & manu impoſita uenena extrahere corpori. Varro etiam nunc eſſe paucos ibi: quorum ſaliuæ contra ictus ſerpentum medeantur. Similis & in africa gens pſyllorum fuit ut Agatharchides ſcribit a Pſyllo rege dicta cuius ſepulchrũ in parte ſyrtium maiorum eſt. Horum corpori ingenitum fuit uirus exitiale ſerpentibus: ex cuius odore ſopirẽt eas. Mos uero liberos genitos protinus obiiciendi ſæuiſſimis earum. Eoq; genere pudicitiam cõiugum experiendi non profugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hæc gens ipſa quidem prope interemptione ſublata eſt a naſamonibus: qui nunc tenent has ſedes. Genus tamen hominum ex iis qui profugerant: aut cum pugnatum eſt abfuerant: hodieq; remanet in paucis. Simile & in italia marſoꝝ gente durat: quos a Cyrces filios ortos ferũt: & ideo ineſſe iis uim naturalẽ eã. Et tamen oībus hoībus contra ſerpentes ineſt uenenũ. Feruntq; ictas ſaliua ut feruentis aquæ cõtactu fugere. Quod ſi ĩ fauces penetrauerit: etiã mori. Idq; maxime humani ieiuni oris. Supra naſamonas confineſq; illis machlias androgynas eſſe utriuſq; naturæ inter ſe uicibus coeũtes Calliphãtes tradit. Ariſtoteles adiicit dextram mammã iis uirilem: leuam muliebrẽ eſſe. In eadem africa familias quaſdã effaſcinãtiũ Iſigonus & Memphodorus tradunt. Quaꝝ laudatiõe intereãt probata: areſcãt arbores: emoriantur infantes. Eſſe eiuſdẽ generis in triballis & illyris adiicit Iſigonus: qui uiſu quoq; effaſcinent. interimantq; quos diutius intueãtur: iratis præcipue oculis: quod eorum malum facilius ſentire puberes. Notabilius eſſe: ꝙ pupillas binas in oculis ſingulis habeant. Huius generis fœminas in ſcythia quæ uocantur Pythiæ ꝓdit Apollonides. Philarchus & in ponto thibiorum genus: multoſq; alios eiuſdem naturæ: quorum notas tradit in oculo altero geminam pupillam: in altero equi effigiem. Eoſdẽ præterea nõ poſſe mergi: nec ueſte ꝗdem degrauatos. Haud diſſimile iis genus pharnacũ in æthiopia prodidit Damon. Quoꝝ ſudor tabẽ cõtactis corporibus afferat. Fœminas quidem oẽs ubiq; uiſu nocere: quæ duplices pupillas habeant Cicero quoq; apud nos auctor eſt. Adeo naturæ cum feraꝝ more ueſcendi humanis corporibus ĩ hominem rabiem genuiſſet: gignere in toto corpore & quorũdam oculis quoq; uenena placuit: nequid uſꝗ mali eſſet quod in homine non eſſet. Haud procul urbe roma in faliſcoꝝ agro familiæ ſunt paucæ quæ uocantur hirpiæ: quæ ſacrificio annuo quod fit ad montẽ ſoractẽ Apollini ſuper ambuſtam ligni ſtruẽ ambulantes non aduruntur. Et ob id ꝑpetuo ſenatuſconſulto militiæ omniũq; alioꝝ muneꝝ uacationem habent. Quorũdam corpori partes naſcuntur ad aliqua mirabiles. Sicut pyrrho regi pollex in dextro pede cuius tactu lienoſis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuiſſe tradunt. Cõditũq; loculo in tẽplo. Præcipue india æthiopũq; tractus miraculis ſcatent. Maxima in india gignunt animalia. Inditio ſunt canes grandiores cæteris. Arbores quidẽ tãtæ proceritatis tradunt: ut ſagittis ſuperari nequeãt Hæc facit ubertas ſoli temperies cæli: aquarum abundãtia. (ſi libeat credere) ut ſub una ficu turmæ cõdant equitũ. Arundines uero tantæ ꝓceritatis: ut ſingula internodia alueo nauigabili ternos interdum hoīes ferant. Multos ibi quina cubita conſtat longitudine excedere. Nõ expuere. Nõ capitis: non dentiũ aut oculoꝝ ullo dolore affici. Raro aliaꝝ corporis partium: tã moderato ſolis uapore durari. Philoſophos eoꝝ quos gymnoſophiſtas uocant ab exortu ad occaſum perſtare contuentes ſolem imobilibus oculis. Feruentibus harenis toto die alternis pedibus inſiſtere. In monte cui nomen ẽ milo hoīes eẽ auerſis plantis octonos digytos in ſingulis pedibus habentes auctor eſt Megaſthenes. In multis autẽ montibus genus hominũ capitibus caninis ferarum pellibus uelari: pro uoce latratum edere: unguibus armatum uenatu & aucupio ueſci. Hoꝝ ſupra. cxx. mil. fuiſſe produntur. Cteſias ſcribit in quadam gente

indiæ fœminas ſemel in uita parere:genitoſq; confeſtim caneſcere. Item hoium genus qui monoſceli uo-
carentur ſingulis cruribus miræ pernicitatis ad ſaltum. Eoſdemq; ſciopodas uocari: qui in maiore æſtu
humi iacentes reſupini umbra ſe pedum protegant. Non longe eos a troglodytis abeſſe. Rurſuſq; ab iis
occidentem uerſus quoſdam ſine ceruice:oculos in humeris habentes. Sunt & ſatyri ſubſolanis indo-
rum montibus:cartadulorum dicitur regio:perniciſſimũ animal tanq̃ quadrupedes tam recte currẽtes:hu
mana effigie ut propter uelocitatem niſi ſenes aut ægri non capiantur. Choromãdarum gentem uocat
Tauron ſiluestrem ſine uoce:ſtridoris horrẽdi:hirtis corporibus:oculis glaucis:dentibus caninis. Eudo
xus in meridianis indiæ uiris plantas eſſe cubitales. Fœminis adeo paruas ut ſtruthopodes appellentur
Megaſthenes gentem inter nomadas indos narium loco foramina tantum habentem:anguiũ modo lo
ripedem:uocari ſyrictas. Ad extremos fines idiæ ab oriẽte circa fontẽ gangis aſtomorum gẽtẽ ſine ore:cor
pore toto hirtam ueſtiri frondium lanugine:halitu tantũ uiuentem & odore quẽ naribus trahãt. Nullũ
illis cibũ:nullumq; potum. Tantum radicũ florũq; uarios odores ſilueſtrium malorum:quæ ſecũ por
tãt longiore itinere:ne deſit olfatus. Grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Super hos ex-
trema in parte montium ſpithamæi pygmæi narrantur:ternas ſpithamas lõgitudine hoc eſt ternos do-
drantes nõ excedentes. Salubri cælo:ſemperq; uernante:mõtibus ab aquilone oppoſitis:quos a grruib9
infeſtari Homerus quoq; prodidit. Fama ẽ inſidentes arietũ caprarũq; dorſis armatos ſagittis ueris tem
pore uniuerſo agmine ad mare deſcendere:& oua pulloſq; earum alitũ cõſumere:ternis eam expeditio-
nem menſibus confici:aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorũ luto penniſq; & ouorum putamini
bus conſtrui. Ariſtoteles in cauernis uiuere pygmæos tradit. Cætera de his ut reliqui Cirnos. indorum
genus Iſigonus tradit annis cẽtenis quadragenis uiuere. Itẽ æthiopas macrobios & ſeras exiſtimãt : &
qui athon montẽ icolant. Hos qdẽ quia uiperinis carnibus alant:itaq; nec capiti nec ueſtibus eorum no
xia corpori ineſſe animalia. Oneſicritus quibus in locis indiæ umbræ non ſint. Corpora hominium cubi
torum quinnũ & binorum palmorũ exiſtere:& uiuere annos.cxxx.nec ſeneſcere.ſed ut medio æuo mori
Crates Pergamenus indos qui centenos annos excedant gymneſtas appellat:non pauci macrobios.
Cteſias gentem ex iis quæ appellatur pandoræ in conuallibus ſitam annos ducenos uiuere:i iuuẽta can
dido capillo qui in ſenectute nigreſcat. Cõtra alios quadragenos non excedere annos iũctos macroniis.
quorum fœmine ſemel pariant. Idq; & Agatharchides tradit. Præterea locuſtis eos ali:& eſſe pernices. Mã
dorum nomen iis dedit Clytarchus & Megaſthenes:tricentoſq; eorum uicos annumerant. Fœminas ſe-
ptio ætatis anno parere:ſenectam quadrageſimo anno accidere. Artemidorus in taprobanam inſulam
longiſſimam uitam ſine ullo corporis langore traduci. Viros indorum quoſdam cum feris coire : mix
toſq; & ſemiferos eſſe partus. In calingis eiuſdẽ idiæ gente quinquẽnes concipere fœminas:octauum ui
tæ annum non excedere. Et alibi cauda uilloſa hoies naſci pernicitatis eximiæ. Alios auribus totos cõte
gi. ſoritas ab indis arbis fluuius diſterminat. Ii nullum alium cibum nouere q̃ piſciũ : quos unguibus
diſſectos ſole torreant:atq; ita panem ex iis faciunt ut refert Clytarchus. Troglodytas ſuper æthiopiã
ueIociores eſſe equis Pergamenus Crates. Itẽ æthiopas octona cubito lõgitudine excedere:ſyrbotas uo
Aſtapũ cari gentem eam nomadum æthiopum ſecundũ flumen aſtagũ ad ſeptẽtrionẽ uergẽtẽ. Gens menïſmi-
norum appellata abeſt ab oceano dierum itinere.xx. Animalium quæ cynocephalos uocamus lacte ui-
uunt :quorum:armenta paſcit maribus interemptis præterq̃ ſobolis cauſa. in africæ ſolitudinibus ho-
minum ſpecies obuiæ ſubinde fiunt:momentoq; euaneſcunt. Hæc atq; talia ex hominum genere ludi-
bria ſibi:nobis miracula ingenioſa fecit natura. Et ſingula quidem quæ facit indies aut prope horas quis
enumerare ualeat? Ad detegendam eius potentiam ſatis ſit inter prodigia poſuiſſe gentes. Hic ad con-
feſſa in homine pauca.

De prodigioſis partubus. Cap.iii.

Ergeminos naſci certum eſt Oratiorum Curatiorũq; exemplo. Supra inter oſtenta adducit : præ
t terq̃ i ægypto:ubi fœtifer potu nilus. Proxime ſupremis Diui Auguſti annis Fauſta quædam
e plebe oſtiæ duos mares:totidem fœminas enixa famẽ quæ ſecuta eſt portendit haud dubie.
Reperitur & in pelopõneſo binos quater enixa:maiorẽq; partem ex omni eius uixiſſe partu . Et in egy-
pto ſeptenos utero ſimul gigni auctor eſt Trogus. Gignuntur & utriuſq; ſexus:quos hermaphroditos
uocamus:olim androgynos uocatos:& in ꝓdigiis habitos:nunc uero in delitiis. Pompeius magnus in
ornamentis theatri mirabiles fama poſuit effigies:ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elabora
tas. iter quas legitur Eutyclas a.xx. liberis rogo illata trallis enixa triginta partus. Alcippe elephantum
q̃q̃ id inter oſtenta eſt. Nãq; & ſerpentem peperit inter initia marſici belli Ancilla. Multiformes pluri
bus modis inter monſtrum partus eduntur. Claudius Cæſar ſcribit hippocentaurum in theſſalia natũ
eodem die interiiſſe. Et nos principatu eius allatum illi ex egypto in melle uidimus. Eſt inter exempla in
uterum protinus reuerſus infans ſagunti quo anno ab Hannibale deleta eſt.

De mutatione ſexus & geminis partubus. Cap.iiii.

ex fœminis

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 115 sur 536

e X fœminis mutari in mares non eſt fabuloſum. Inuenimus in annalibus Licinio Craſſo.C. Caſſio Lõgino conſ.Caſini puerum factũ ex uirgine ſub parentibus: iuſſuq; aruſpicum deportatũ in inſulã deſertã. Licinius Mutianus prodidit uiſum a ſe argis Ariſtontẽ cui nomen Arſtuſæ fuiſſet. Nupſiſſe etiã. Mox barbã & uirilitatẽ proueniſſe: uxorẽq; duxiſſe. Eiuſdem ſortis & ſmyrnæ puerũ a ſe uiſum. Ipſe in africa uidi mutatũ in marẽ nuptiarũ die. L. Coſſicium ciuẽ tiſdritanum. Editis geminis rarũ eſſe aut puerperæ aut puerperio præterquã alteri uitã. Si uero utriuſq; ſexus editi ſint gemini rariorem utriq; ſalutem. Fœminas gigni celerius q̃ mares: ſicuti celerius ſeneſcere. Sæpius uero moueri mares in utero: & in dextra fere parte: in leua fœminas conſtat.

De homine generando: & pariendi tempore per illuſtria exempla a menſibus. vii. ad. xi. cap. v.

c AEteris amantibus ſtatutum & pariendi & partus egerendi tempus eſt. Homo toto anno & incerto gignitur ſpatio. Alius ſeptimo menſe: alius octauo: & uſq; ad initia decimi undecimiq;. Ante ſeptimum menſem haud unquam uitalis eſt. Septimo nõ niſi pridie poſtero ue plenilunii die aut interlunio cõcepti naſcũtur. Traſlatitiũ in ægypto eſt & octauo gigni. Iam quidẽ & in italia tales partus eſſe uitales. Contra priſcorũ opiniones uariant hæc pluribus modis. Veſtilia. C. Herdicii ac poſtea Pomponii atq; Orfiti clariſſimorũ ciuiũ cõiunx ex iis quattuor partus enixa ſemper ſeptimo menſe: genuit Suillum Ruffum undecimo: Corobulonẽ ſeptimo utrũq; conſulem. Et poſtea Ceſoniã Caii principis coniugem octauo. In quo menſium numero genitis intra quadrageſimũ diem maximus labor grauidis. Quarto aũt & octauo menſe lœtales in iis abortus. Maſurius auctor eſt. L. Papyrium prætorem ſecundo hærede lege agente bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe cum mater partum. xiii. menſibus diceret tuliſſe: quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum uideretur.

De conceptibus & ſigna ſexus in grauidis pertinentia ante partum. cap. vi.

a Conceptu decimo die dolores capitis: oculorũ uertigines tenebræq;: faſtidium in cibis: redundatio ſtomachi indices ſunt hoĩs inchoati. Melior color marẽ ferenti & facilior partus. Motus in utero quadrageſimo die. Contraria oĩa in altero ſexu. Ingeſtabile onus. Crurum & inguium leuis tumor. Primus aũt nonageſimo die motus. Sed plurimũ langoris in utroq; ſexu: capillũ germinãte partu & in plenilunio. Quod tẽpus editos quoq; infantes præcipue infeſtat. Adeoq; inceſſus atq; oẽ q̃cq̃d dici põt in grauida refert: ut falſioribus cibis uſæ carentẽ unguiculis partum edant. Et ſi reſpirauere: difficilius enitantur. Oſcitatio quidem in enixu lœtalis eſt: ſicut ſternuiſſe a coitu abortiuum.

De conceptu hominem & generatione. cap. vii.

m Iſeret atq; etiã pudet æſtimantem q̃ ſit friuola animaliũ ſuperbiſſimi origo. ũ plerumq; abortus cauſa fiat odor a lucernaȩ extictu. His principiis naſcunẽ tyrãni. Carnifex his animus. Tu q̃ corporis uiribus fidis. Tu qui fortunæ munera amplexaris: & te ne alũnum quidem eius exiſtimas: ſed prĩi. Tu cuius ſemp in uictoria mens. Tu qui te deum credis aliquo ſucceſſu tumẽs: tanti tamen perire potuiſti. Atqui etiam hodie minoris potes: quãtulo ſerpentis ictus dente. Aut etiam ut Anacreõ poeta acino uuæ paſſæ. Vt Fabius ſenator prætor in lactis hauſtu uno pilo tranſgulatus. Is demũ profecto uitam æqua lance penſitabit: qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit.

De agrippis. cap. viii.

i N pedes procedere naſcentem contra naturam eſt. E quo argumento eos appellarere agrippas ut ægre partus. Qualiter. M. Agrippam ferunt genitum unico prope fœlicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamq̃ is quoq; aduerſa pedum ualitudine. Miſera iuuenta exercito æuo inter arma hoſteſq; & ad mortem obnoxio acceſſu: infœlici terris ſtirpe omni: ſed per utraſq; Agrippinas maxime: quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere totidem faces generis humani. Præterea breuitate æui quinquageſimouno raptus anno in tormentis adulteriorũ cõiugis ſocerĩq; prægraui ſeruitio luiſſe præpoſteri ortus augurium exiſtimatur. Neronem quoq; pauloante pricipem & toto principatu ſuo hoſtem generis humani pedibus genitum parens eius ſcribit Agrippina Ritu naturæ capite hominem gigni: mos eſt pedibus efferri.

Monſtroſi partus exciſi utero. Cap. ix.

a Vſpicatius enecta parente gignuntur. Sicut Scipio Africanus prior natus. Primuſq; Cæſar a cæſo matris utero dictus. Qua de cauſa & cæſones appellati. Simili modo natus & Manlius qui carthaginem cum exercitu intrauit.

Qui ſint uopiſci. Cap. x.

u Opiſcum appellant unum e geminis: qui recenti utero naſceretur alio interempto abortu. Nãq; maxima & ſi rara circa hoc miracula exiſtunt.

Exempla numeroſæ ſobolis. Cap. xi.

p Reter mulierẽ pauca animalia coitum nouere grauida. Vnũ quidẽ omnino aut alterũ ſuperfœtat. Extat in monumentis etiam medicorum: & quibus talia conſectari curæ fuit uno abortu

duo puerperia egeſta. Sed ubi paululum temporis inter duos conceptus interceſſit: uterq; eſt perfectus ut ĩ Hercule & Iphiclo fratre eius apparuit. Et in ea quæ gemino partu alterũ marito ſimilem: alterum adulterio genuit. Itẽ Procõneſia ancilla quæ eiuſdẽ diei coitu alterũ domino ſimilem alterum procuratori eius. Et in alia quæ unum iuſto partu: quinq; menſium alterum edidit. Rurſus in alia quæ ſeptem mẽſium edito puerperio in ſecutis menſibus geminos enixa eſt. Iam illa uulgata e uarie. Ex integris truncos gigni: ex truncis integros eademq; parte truncos. Signa quædam næuoſq; & cicatrices etiam regenerari. Quarto partu dacorum originis nota in brachio redditur. aliquorũ

Exempla ſimilitudinum. cap. xii.

i N Lepidorum gente tres intermiſſo ordine obducto membrana oculo genitos accepimus. Similes quidem alios auo. Et ex geminis quoq; alter; patri: alter; matri. Annoq; poſt genitum maiori ſimilem fuiſſe ut geminum. Quaſdã ſibi ſimiles ſemp parere: quaſdam uiro: quaſdam nulli. quaſdam fœminam patri: marem ſibi. Indubitatũ exemplum eſt Nicei nobilis poetæ bizantii geniti: qui adulterio æthiopis nata matre nil a cæteris colore differente: ipſe ĩ auum degenerauit æthiopem. Similitudinum quidẽ in mente reputatio eſt: & in qua credantur multa fortuita pollere: uiſus: auditus: memoriaq; hauſtæ imagines ſub ipſo conceptu. Cogitatio etiam utriuſlibet animo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinem aut miſcere exiſtimatur. Ideoq; plures in homine q̃ in cæteris omnibus animalibus differentiæ: quoniam uelocitas cogitationum animiq; celeritas & ingenii uarietas multiformes notas imprimit: cum cæteris animantibus immobiles ſint animi: & ſimiles omnibus ſinguliſq; ĩ ſuo cuiq; genere. Anthioco regi ſyriæ e plebe nomine Arteon in tantum ſimilis fuit: ut Laodice coniunx regia necato iam Antiocho munus per eum commendationis regniq; ſucceſſionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam e plebe & Publitus etiam ſeruitute liberatus indiſcreta prope ſpecie fuere ſimiles: illud os probum reddentes: ipſumq; honorem eximiæ frontis. Qualis cauſa patri quoq; eius Menogenis coci ſui cognomen impoſuit Strabonis a ſpecie oculorum nomen habentis uitiũ imitata. Et Scipioni ĩ ſeruo Scrapiõe uictimarii negociatoris uili mancipio. Eiuſdẽ familiæ Scipiõi poſt Cneũ cognomẽ ſalutio mimus dedit. Sicut Spinter Secũdanus: Retiariuſq; Pãphilus collegio lẽtuli & Metelli cõſulũ. In quo perq̃ ĩfortune fortuitũ hoc quoq; fuit. Duoq; ſimul cõſulũ ĩ ſcœna imagines cerni. E diuerſo. L. Plancus orator hyſtrioni Rubrio cognomẽ ĩpoſuit. Rurſus Curioni patri Burbuleius. Itemq; Meſſalæ cenſorio Menogenes perinde hyſtriones. Suræ quidẽ procõſulis & rictũ ĩ loquẽdo: cõtractionẽq; linguæ: & ſermonis tumultum non imaginem modo piſcator quidam in ſicilia reddidit. Caſſio Seuero celebri oratori armẽtarii Mirmillonis obiecta ſimilitudo ẽ. Torãnius. M. Antonio iã triumuiro eximios forma pueros alterum in aſia genitum: alterum tranſalpes ut geminos uendidit: tãta unitas erat. Poſtq̃ deinde ſermone puerum detecta fraude a furente increpitus Antonio eſt: inter alia magnitudinem precii requirente (nam ducentis erat mercatus ſeſtertiis) reſpondit uerſutus ingenii mãgo ob id ipſum ſe tanti uendidiſſe: quoniam non eſſet mira ſimilitudo in ullis eodem utero editis. Diuerſaq; quidem gentiũ natales tam concordi figura reperiri: ſuper omnem eſſe taxationem: adeoq; tempeſtiuam admirationem intulit: ut ille preſcriptor animus mero & contumelia furens non aliud in cenſu magis & in fortuna ſua duceret.

Sciriatione
Eum
Tertianus

Quæ ſit generandi ratio. cap. xiii.

e St quædam priuatim diſſociatio corporum: & inter ſe ſterilis. At ubi cum aliis iunxere gignũt Sicut Auguſtus & Liuia. Item alii aliæq; fœminas tantum generant: aut mares. Plerũq; alternant. Sicut Gracchorum mater duodecies: & Agrippina Germanici nouies. aliis ſterilis eſt iuuenta. Aliis ſemel in uita datur gignere. Quædam non perferunt partus. Quales ſi quando medicina & cura uincere: fœminam fere gignunt. Diuus Auguſtus in reliqua exemplorum raritate neptis ſuæ nepotem uidit genitum quo exceſſit anno. M. Syllanus: qui cum aſiam optineret poſt conſulatum Neronis principis ſucceſſione ueneno eius interẽptus eſt. Q. Metellus Macedonicus cum ſex liberos relinqueret undecim nepotes reliquit. Nurus uero generoſq; & omnes qui ſe patris appellatione ſalutarẽt. xxvii. In ãctis Diui Auguſti temporum inuenitur. xii. conſulatu eius quem. L. Sylla collega ad. iii. idus aprilis geſſit Criſpinum Hylarium ex ingenua plebe feſulana cum liberis nouem: in quo numero filiæ duæ fuerunt: nepotibus. xxvii. pronepotibus. xxix. neptibus. ix. præalta pompa cum omnibus his in capitolio immolaſſe.

Item de eodem multiplicius. Cap. xiiii.

m V lier poſt quinquageſimum annum poſt gignit: maiorq; pars quadrageſimo profluuium genitale ſiſtit. Nam in uiris Maſiniſſam regem poſt octoginta ſex annos generaſſe filium: quem Metymathnum appellauerit clarum eſt. Catonem cenſorium octogeſimo exacto e filia Salonii clientis ſui. Qua de cauſa aliorum eius liberorum propago Liciniani ſunt cognominati: hi Saloniani ex quibus Vticenſis fuit. Nuper etiam. L. Voluſio Saturnino in urbis præfectura extincto notum eſt Corneliam e Scipionum gente Voluſium Saturnium qui fuit conſul poſt. lxii. annum, genuiſſe. Et uſq; ad. lxxv. apud ignobiles uulgaris reperitur generatio.

De menſtruis mulierum Cap. xv.

ſolum autem

Olum autem animal menſtruale mulier eſt. In unius utero quas appellarunt molas: Ea eſt ca
ſ ro informis inanima ferri ictum & aciem reſpuens mouetur: ſiſtitq; menſes & ut partus: alias
lœtalis: alias una ſeneſcens: aliquãdo aluo citatior excidens. Simile quiddam & uiris in uentre
gignitur quod uocant ſciron. Sicut Oppio Capitoni prætorio uiro. Sed nihil facile reperitur mulierum
profluuio magis monſtrificum. Aceſcunt ſuperuentu muſta. Sterileſcunt Tactæ fruges. Moriuntur in-
ſita. Exuruntur hortorum germina: & fructus arborum quibus inſidere decidunt. Speculorum fulgor
aſpectu ipſo hebetatur. Acies ferri præſtringitur: eboriſq; nitor. Aluei apum emoriũtur. Aes etiam ac fer
rum rubigo protinus corrumpit: odorq; dirus aera. Et in rabiẽ aguntur guſtato eo canes: atq; inſanabili Corripit
ueneno morſus inſigitur. Quin & bituminum ſequax alioquin & lenta natura in lacu iudææ qui uoca-
tur aſphaltites certo tempore anni ſupernatans nequit ſibi auelli: ad oẽm contactum adhærens præterq̃
filo quod tale uirus infecerit. Etiam formicis animali minimo ineſſe ſenſum eius ferunt: abiiciq; guſtatas
fruges: nec poſtea repeti. Et hoc tale tantũq; omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit: & trime
ſtri ſpatio largius. Quibuſdam uero ſępeius menſe: ſicut aliquibus nunq̃. Sed tales non gignunt. Quã-
do hæc eſt generando homini materia ſemine e maribus coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte. Quod de
inde tempore ipſo animatur: corporaturq;. Ergo cum grauidis fluxit: inualidi aut nõ uitales partus edũ
tur: aut ſanioſi ut auctor eſt Nigidius.

Item de ratione partuum. Cap. xvi.

Dem lac fœminæ nõ corrumpi alenti partũ: ſi ex eodem uiro rurſus cõceperit arbitratur. Inci-
i piente autem hoc ſtatu aut deſinente cõceptus facillime traduntur. Fœcũditatis in fœminis prę
rogatiuam accepimus inunctis medicamine oculis ſaliuã infici. Cæterum editis primores ſepti
mo menſe gigni dentes: priuſq̃ in ſupera fere parte haud dubium ẽ. Septimo eoſdẽ decidere anno alioſq;
ſuffici. Quoſdã & cũ dentibus naſci: ſicut. M. Curiũ qui ob id dentatus cognoiatus eſt. Et Cn. Papyriũ
Carbonem præclaros uiros. In fœminis ea res inauſpicati fuit exempli regum temporibus: cum ita nata
eſſet Valeria exitio ciuitati in quã delata eſſet futurum reſponſo aruſpicum uaticinante. Seſſapiã etiam
illa tempeſtate forentiſſimam deportata eſt ueridico exitio conſecuto. Quaſdam concreto genitali gigni
infauſto omine Cornelia Gracchorum mater indicio eſt. Aliqui uice dentiũ cõtinuo oſſẽ gignunt. Sicu-
ti Pruſiæ regis bithyniorũ filius ſuperna parte oris. Dẽtes aũt tantum inuicti ſunt ignibus: nec cremãtur
cũ reliquo corpore. Idẽ flãmis indomiti tabe cauantur pituita ue. Candorem trahunt quodã medicami
ne. Vſu atteruntur: multoq; primũ in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantũ & alimẽtis neceſſarii. Quippe
uocis ſermoniſq; regimẽ primores tenent concentu quodam excipientes ictum linguæ: ſeriemq; ſtructu
ræ: atq; magnitudine mutilantes mollientes ue aut hebetantes uerba. Et cũ defluxere explanationẽ oẽm
adimentes. Quin & auguriũ in hac eſſe creditur parte. Triceni bini uiris attribuuntur: excepta turdulorũ
gente. Quibus plures fuere longiora promitti uitæ putant ſpatia. Fœminis minor numerus. Quibus in
dextra parte gemini ſuperne a canibus cognominati: fortunæ blandimenta pollicentur: Sicut in Agrip-
pina Domitii Neronis matre: contra in leua. Hominem priuſq̃ genito dente cremari mos gentiũ nõ eſt.
Sed mox plura de hoc: cum mẽbratim hyſtoria decurret. Riſiſſe eodem die quo genitus eſſet unũ acce-
pimus hoiem Zoroaſtren. Eidem cerebrum ita palpitaſſe ut impoſitam repelleret manum: futuræ præ
ſagio ſcientiæ. In trimatu ſuo cuiq; dimidiam eſſe menſuram ſtaturæ certũ eſt. In plenũ aũt cuncto mor
talium generi minorem indies fieri propemodũ obſeruatur. Raroſq; patribus proceriores: conſumente
ubertatem ſeminum exuſtione: in cuius uices nunc uergat æuum. In creta terræ motu rupto monte in-
uentum eſt corpus ſtans. xlvi. cubitorum: quod alii Orionis: alii Etionis fuiſſe tradunt: Horeſtis corp9
oraculi iuſſu refoſſum ſeptem cubitorum fuiſſe monumentis traditur. Iam uero ante annos prope mille
uates ille Homerus non ceſſauit minora corpora mortaliũ q̃ priſca cõqueri. Neuii Pollionis amplitudi
nẽ annales nõ tradũt. Sed qa populi cõcurſu pene interẽptus eſſet: ꝓdigii uice habitũ. Proceriſſimũ ho-
minẽ ætas noſtra Diuo Claudio pricipe Gabbarã nomine ex arabia aduectũ nouẽ pedũ & totidẽ uncia
rum uidit. Fuere ſub Diuo Auguſto ſemipede addito. quorum corpora eius miraculi gratia in condito-
rio Saluſtianorũ aſſeruabantur hortorũ. Puſioni & Secundillæ erant noia. Eodem præſide minimus ho-
mo duos pedes & palmũ Conopas noie in deliciis iuliæ neptis eius fuit. Et mulier Andromeda liberta Scopas
iuliæ Auguſtæ. Manium maximũ & M. Tulium equites romanos binũ cubitorũ fuiſſe auctor eſt Var
ro. Et ipſi uidimus in loculis aſſeruatos. Sexquipedales gigni quoſdam longiores in trimatu iplentes ui
tæ curſum haud ignotum eſt. inuenimus in monumentis ſalaminæ Eutimenis filium in tria cubita triẽ- Salaminæ
nio adoleuiſſe: inceſſu tardum: ſenſu hebetẽ: & iam puberẽ factũ uoce robuſta: abſumptũ contractione
mẽbrorũ ſubita triẽnio circũacto. Ipſi nos pridẽ uidimus eadẽ ferme omnia præter pubertatẽ i filio Cor Ectrape-
nelii Taciti equitis Ro. belgicæ galliæ rationes procurantis. Ectapelos græci uocant eos. In latino non los
habent nomen.

Inſignia corporum. Cap. xvii. aut hecta

q Vod ſit hoium ſpatiũ a ueſtigio ad uerticem: id eſſe ſparſis manibus inter lõgiſſimos digytos pales

obſeruatum eſt: ſicuti uires quibuſdam dextera parte maiores: quibuſdam æquas utraq; : aliquibus leua manu præcipuas. Nec id unq̃ in fœminis. Mares præſtare pondere. Et defuncta uiuentibus corpora oĩum animalium. Et dormiẽtia uigilantibus. Viroꝝ cadauera ſupina fluitare. Fœminaꝝ ꝓna: uelut pudori defunctarum parcente natura.

Exempla uariarum figurarum. Cap. xviii.

c Oncretis quoſdã oſſibus ac ſine medullis uiuere accepimus. Signum eoꝝ eſſe nec ſitim ſentire nec ſudorem emittere: quãq̃ & uoluntate ſciamus ſitim uictam. Equitẽq; Ro. Iulium Viatorẽ e uocontiorum gente fœderata in pupillaribus annis aquæ ſubter cutẽ fuſæ morbo ꝓhibitum humore a medicis naturam feciſſe conſuetudine: atq; ſenecta caruiſſe potu. Necnon & alii multa ſibi imperauere.

Diuerſorum morum exempla. Cap. xix.

f Erunt craſſum auum Craſſi in parthis interempti nunq̃ riſiſſe. Ob id Agelaſtũ uocatum. Sicuti nec fleſſe multos. Socratẽ clarum ſapientia eodem ſemper uiſum uultu: nec aut hylari magis aut turbato. Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorem quẽdam toruitatemq; naturæ duram & inflexibilẽ: affectuſq; humanos adimit: quales apathes græci uocãt. Multos eius generis experti: quodq; mirum ſit auctores maximæ ſapientiæ. Diogenem cynicum. Pyrrhonem. Heraclitum. Timonem. Hũc quidem etiam in totius odium generis humani euectum. Sed hæc parua naturæ inſignia in multis uaria cognoſcuntur. Vt in Antonia Druſi nunq̃ expuiſſe. In pomponio conſulari poeta nunquã ructaſſe. Quibus natu concreta ſunt oſſa: qui ſunt rari admodum: cornei uocantur.

De fortitudine & uelocitate. Cap. xx.

c Orpore ueſcos eſſe: ſed eximiis uiribus. Tritanum in gladiatorio ludo ſamnitium armatura celebrẽ: filiũq; eius militẽ magni Põpeii: & rectos & trãſuerſos cancellatim toto corpore habuiſſe neruos in brachiis etiã manibuſq; auctor eſt Varro prodigioſa uirium elatione. Atq; etiã hoſtẽ ab eo ex prouocatiõe dimicantem inermi dextra uno digyto ſuperatum: & poſtremo correptũ in caſtra tranſlatum. Alunius Valens meruit in prætorio Diui Auguſti centurio uehicula cum culeis onuſta donec exinanirentur ſuſtinere ſolitus. Carpenta comprehenſã una manu retinere obnixius cõtra nitentibus iumentis. Et alia mirifica facere: quæ inſculpta monumento eius ſpectantur. Ideo. M. Varro Ruticellus inquit Hercules appellatus: mulum ſuum tollebat. Fuſius Saluius ducentenaria pondera pedibus: totidem manibus: & ducenaria duobus humeris cõtra ſcalas ferebat. Nos quoq; uidimus Athanatum nomine: prodigioſæ oſtentationis quinquagenario thorace plumbeo indutum. Cothurniſq; quingentorum pondo calciatum per ſcœnam ingredi. Crotoniatam Milonem athletam cum conſtitiſſet nemo ueſtigio

M.cc.xl. educebat. Malum tenẽti nemo digytũ corrigebat. Cucurriſſe mille centum. lx. ſtadia: ab athenis lacedæ

Aniſtius monẽ biduo Philippidẽ magnum erat: donec Caniſtius curſor lacedæmonius & Philonides Alexandri magni a ſycione elin uno die mil. cc. ſtadia cucurrerunt. Nunc quidem in circo quoſdã. clx. paſſ. tolerare

xlv non ignoramus. Nuperq; Fonteio & Vipſano conſ. annos. ix. genitum pueꝝ a meridie ad ueſpeꝝ. lxxv. M. p. cucurriſſe. Cuius rei admiratio ita demum ſolida perueniet: ſi quis cogitet nocte ac die longiſſimũ iter uehiculis tribus Tyberium Neronem emenſum feſtinantem ad Druſum fratrem ægrotãtem in germania in ea fuerunt ducenta mil. paſ.

De uiſu. Cap. xxi.

o Culorum acies uel maxime fidem excedentia inuenit exempla. in nuce incluſam iliada Homeri carmen in mẽbrana ſcriptum tradidit Cicero. Idem fuiſſe qui ꝓuideret. c. xxxv. mil. paſ. Huic & nomen. M. Varro reddidit Strabonem uocatum Solitum autem punico bello a lilybeo ſiciliæ promontorio exeunte claſſe carthaginis portu etiam numerum nauium dicere. Callicrates ex ebore formicas & alia tam parua fecit animalia: ut partes earum a cæteris cerni non poſſent. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit. a quo quadrigam ex eadem materia quam muſca integeret alis fabricatam: & nauem quam apicula pennis abſconderet.

De auditu. Cap. xxii.

a Vditus unũ exẽplum habet mirabile. Prœliũ quo ſybaris deleta eſt: eo die quo geſtũ erat auditũ olympiæ. Nã cymbriæ uictoricæ Caſtoreſq; romãi qui perſicã uictoriã ipſo die quo cõtigit nunciauere uiſus & auditus & numinũ fuere præſagia.

Exẽpla patientiæ. Cap. xxiii.

p Atientia corporis ut eſt crebra ſors calamitatum innumera documenta peperit. Clariſſimum in fœminis leænæ meretricis exemplum: quæ torta non indicauit Harmodium & Ariſtogitonem tyrãnicidas. In uiris Anaxarchides qui ſimili de cauſa cum torqueretur præciſam e denti-

Anaxarchus bus linguam unamq; ſpem indicii in tyrãnos expuit.

Memoriæ exempla. Cap. xxiiii.

m Emoria neceſſariũ maxime uitæ bonũ cui præcipua fuerit haud facile dictũ ẽ: tã multis gloriam eius adeptis. Cyrus rex omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddit. L. Scipio po. ro. Cyneas Pyrrhi regis legatus ſenatui & æqueſtri ordini romæ poſtero die q̃ aduenerat. Mithry

Charmidas dates duaꝝ & . xx. gentiũ rex totidẽ linguis iura dixit: ꝓ cõtiõe ſingulas ſine interp̃te affatus. Carmadas quidam in græcia quæ quis exegerit uolumina in bibliothecis legentis mõ repræſentauit. Ars poſtremo eius rei facta & inuenta eſt a Simonide melico conſumata a Metrodoro Sceptio. ut nihil nõ iiſdem uerbis

uerbis redderetur auditum. Nec aliud eſt æque fragile i hoie morboꝝ & caſus iniurias atq; etiam metus
ſentiens alias particulatim: alias uniuerſa: ictus lapide oblitus ē litteras tm̄. Ex præalto tecto lapſus ma
tris & affinium ꝓpinquoꝝ cœpit obliuionem. Alius ægrotus ſeruoꝝ etiā. Sui uero noīs oblitus Meſſa-
la Coruinus orator. itaq; ſæpe deficere tentat & meditatur uel quieto corpore & ualido. Sōno quoq; ſer-
pente cōputat: ut inanis mens quærat ubi ſit loci. Laus. C. Iulii Cæſaris. Cap. xxv.

a Nimi uigore præſtantiſſimū arbitror C. Cæſarem dictatorem. Nec uirtutem cōſtantiāq; nunc
cōmemoro: nec ſublimitatem oīum capacē quæ cælo continentᷓ: ſed ꝓprium uigorē celeritatēq;
quodā igne uolucrem. Scribere & legere ſimul dictare & audire ſolitum accepimus. Epiſtolas
uero tantaꝝ reꝝ quaternas pariter librariis dictare: aut ſi nihil aliud ageret: ſeptenas. Idem ſignis colla-
tis quinquagies dimicauit. Solus. M. Marcellum trāſgreſſus qui undequadragies dimicauerat. Nā præ L.&.ii.
ter ciuiles uictorias undecies cētum & nonagintaduo milia hominum occiſa præliis ab eo nō quidem in Solinus
gloria poſuerim. Tantam etiā coactam humani generis iniuriā. Quod ita eſſe cōfeſſus eſt ipſe: belloꝝ ci
uilium ſtragem non ꝓdendo. Vt iuſtius Pompeio magno tribuatur: octingentas quadragintaſex na-
ues piratis ademiſſe. Cæſari ꝓprium & peculiare fuit præter iam ſupradcta clæmentiæ inſigne: quauſq;
ad pœnitentiam oēs ſuperauit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplū: cui compari non poſſit aliud.
Spectacula enim edita effuſaſq; opes aut operum magnificentiam in hac parte enumerare luxuriæ fauē
tis ē. Illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi ſublimitas. Captis apud pharſaliam Pompeii magni
ſcriniis epiſtolarum iterumq; apud tapſum Scipionis ea optima concremaſſe fide: atq; non legiſſe.

Laus Pompeii magni. Cap. xxvi.

Erum ad decus imperii Ro. non ſolum ad uiri unius pertinet uictoriam. Pompeii magni titu-
u los oēs triumphoſq; hoc in loco nūcupare: æquato non modo Alexandri magni reꝝ fulgore:
ſed etiā Herculis ꝓpe ac Liberi patris. Igitur ſicilia recuperata unde primū Syllanus ī reipubli
cæ cā exoriens auſpicatus eſt. Africa uero tota ſubacta & in dictionem redacta. Magniq; noīe ſpolio in-
de capto eques romanus id qđ antea nemo curru triūphali reuectus ē: & ſtatim ad ſolis occaſum trāſ-
greſſus excitatis ī pyrenco tropharis oppida octingenta. lxxvi. ab alpibus ad fines hiſpaniæ ulterioris ī di
tionem redacta uictoriæ ſuæ aſcripſit: & maiore aīo Sertorium domuit: belloq; ciuili qđ omnia cōcutie
bat externa extincto iteꝝ triumphales currus eques Ro. induxit. Totiēs imperator anteq̄ miles. Poſtea
ad ota maria & deinde ſolis ortus miſſus: hos retulit patrię titulos: more ſacris certaminibus uincentiū
Neq; enī ipſi coronantur: ſed patrias ſuas coronant. Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ
quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius magnus imperator bello. xxx. annorū confecto fuſis fugatis
occiſis in deditionē acceptis hominū centies uicies ſemel octuagintatribus milibus. Depreſſis aut captis
nauibus. d. cccxlvi. Oppidis caſtellis mille quingentis. xxxviii. in fidem receptis. Terris a mæotis lacu ad
rubrum mare ſubactis uotum merito Mineruæ. Hoc eſt breuiarium eius ab oriēte. Triumphi uero quē
duxit ad. iii. Kalen. octob. M. Meſſala. M. Piſone conſ. præfatio hæc fuit. Cum oram maritimam a præ-
donibus liberaſſet: & imperiū maris populo Ro. reſtituiſſet: ex aſia: ponto: armenia: paphlagonia: cap-
padocia: cilicia: ſyria: ſcythis: iudæis: albanis: hiberia: inſula creta: baſternis: & ſuper hæc de regibus Mi-
thridate atq; Tigrane triumphauit. Summa ſummarum in illo gloria fuit: ut ipſe in contiōe dixit: cum
de rebus ſuis diſſereret: Aſiam ultimam prouintiaꝝ accepiſſe: eandemq; mediā patriæ reddidiſſe. Si qs e
contrario ſimili modo uelit percenſere Cæſaris res qui maior illo apparuit: totum profecto terrarum or
bem enumeret: quod infinitum eſſe conueniet. Laus Catonis primi. Cap. xxvii.

Aeteris uirtutum generibus uarie & multi fuere præſtantes. Cato primus portiæ gentis tres
c ſummas in homine res præſtitiſſe exiſtimatus eſt: optimus orator: optimus imperator: opti-
mus ſenator. Quæ mihi omnia etiam ſi non prius attamen clarius fuiſſe in Scipione Aemilia-
no uidentur. Dempto præterea plurimorum odio: quo Cato laborauit. Itaq; ſit proprium Catonis qua
ter & quadragies cauſam dixiſſe: nec quemq̄ ſæpius poſtulatum: & ſemper abſolutum.

Item de fortitudine. Cap. xxviii.

Ortitudo in quo maxime extiterit imenſæ quæſtionis eſt. Vtiq; ſi recipiatᷓ poetica fabuloſitas.
s Q. Ennius. T. Cecilium Teucrum fratrēq; eius præcipue miratus propter eos ſextum annalem
adiecit. L. Sicinius Dentatus: qui tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio. A. Thermo conſ. haud
multo poſt exactos reges innumeroſiſſima ſuffragia habet centies uicies prœliatus: ocies ex prouoca-
tione uictor. xlv. cicatricibus aduerſo corpore inſignis nulla in tergo. Item ſpolia cœpit. xxxiiii. Donatus
haſtis puris duodeuiginti. Phaleris. xxv. Torquibus tribus &. lxxx. Armillis. c. lx. Coronis. xxxvi. Ciuicis
xiiii. Aureis octo. Muralibus tribus. Obſidionali una. Fiſco æris. x. Captiuis. xx. milib9. Imperatores no
uē ipſius maxime opa triūphātes ſecutus. Preterea qđ optimū in opibus eius reor uno ex ducibus. T.
Romulo ex conſulatu ad populū cōuicto male acti imperii rei militaris. Haud minora forēt Mālii Ca
pitolini decora: ni ꝑdidiſſet illa exitu uitæ: ante. xxii. ānos bina cœpat ſpolia. Primus oīum eques coronā

muralem acceperat.vi.ciuicas.xxxvii.dona.xxxiii.cicatrices aduerſo corpore exceperat.P.Seruilium ma
giſtrũ equitũ ſeruauerat:ipſe uulneratus humeꝝ ac femur.Sup oĩa capitolium ſummãq; rem ĩ eo ſolus
a gallis ſeruauerat:ſi non regno ſuo ſeruaſſet.Verũ ſunt in his quidem uirtutis opera magna ſed maiora
fortunæ.M.Sergio ut eqdem arbitror nemo quemꝗ hoĩum iure pretulerit:licet pronepos Catilina gra
tiam nomini derogarit.Secũdo ſtipendio dextrã manũ perdidit.Stipẽdiis duobus ter & uicies uulnera
tus ẽ:ob id neutra manu neutro pede ſatis utilis.Vno tantũ ſeruo plurimis poſtea ſtipendiis debilis mi
les.Biis ab Hãnibale captus.Neq; enĩ cũ quolibet hoſte res fuit.Bis uinculoꝝ eius profugus.xx.menſi
bus nullo nõ die in cathenis aut cõpedibus cuſtoditus.Siniſtra manu ſola quater pugnauit:duobus eqs
inſidente eo ſuffoſſis.Dextram ſibi fecit ferream:eaq; religata prœliatus.Cremonam obſidione exemit.
Placentiã tutatus eſt.Duodena caſtra hoſtiũ in gallia cœpit.Quæ oĩa ex oratione eius apparent habita
cũ ĩ prætorio ſacris arceretur a collegis ut debilis.Quos hic coronaꝝ aceruos cõſtructurus hoſte muta
to?Etenim plurimũ refert in quę cuiuſq; uirtus tempora inciderit.Quas trebia ticinuſq; aut traſimenus
ciuicas coronas dedere?Quæ cãnis corona merita?unde fugiſſe uirtutis ſummũ opus fuit.Cæteri profe
cto uictores hoĩum fuere.Sergius uicit etiã fortunã.Ingenioꝝ gloriæ quis poſſit agere delectum ꝑ tot
diſciplinarũ genera & tantã reꝝ opeꝝ uarietatem?niſi forte Homero uate græco nullum fœliciorẽ exti
tiſſe cõuenit:ſiue operis fortuna:ſiue materia æſtimet.

Diuerſæ laudes plurimoꝝ. Cap.xxix.

Taq; Alexander magnus(etenĩ inſignibus iudiciis optime citraq; inuidiam tam ſupba cenſura
i pagetur)inter ſpolia Darii perſaꝝ regis unguentoꝝ ſcrinio capto quod erat auro gemmiſq; ac
margaritis præcioſum uarios eius uſus amicis demonſtrantibus:quãdo tedebat unguenti bel
latorem & militia ſordidũ:imo Hercule inquit libroꝝ Homeri cuſtodiæ detur ut præcioſiſſimũ huma
ni animi opus ꝗ maxime diuiti ope ſeruaretur.Idem Pindari uatis familiæ penatibuſq; iuſſit parci:cum
thebas raperet.Ariſtotelis philoſophi patriam condidit:tantæq; reꝝ claritati tam benignum teſtimoniũ (Suã cre-
miſcuit.Archillochi poetæ interfectores Apollo arguit delphis.Sophoclẽ tragici cothurni principẽ de- didit)
functum ſepelire.Liber pater iuſſit obſidentibus mœnia lacedæmoniis.Lyſandro eoꝝ rege inquiete ſæ
pius admonito ut pateretur humari delicias ſuas.Requiſiuit rex qui ſupremum diem athenis obiſſet:
nec difficulter ex iis quæ deus ſignificaſſet intellexit:pacemq; funeri dedit.

De Platone Ennio Virgilio M.Varrone & M.Cicerone. Cap.xxx.

Latoni ſapientiæ antiſtiti Dyoniſius tyrãnus alias ſæuitiæ ſuperbiæq; natus uittatam nauẽ mi
P ſit obuiã:ipſe quadrigis albis egredientẽ in littore excepit.Viginti talentis unã orationẽ Iſocra
tes uendidit.Aeſchines atheniẽſis ſummus orator cũ accuſationẽ qua fuerat uſus rhodi legiſſet
legit & defenſionẽ Demoſthenis:ob quã in illud depulſus fuerat exilium.Mirantibuſq; tum magis fuiſ
ſe miraturos dixit:ſi ipſum orantẽ audiuiſſent:in calamitate teſtis ingẽs factus inimici.Tucydidẽ impa
torẽ atheniẽſes ĩ exiliũ egere:reꝝ geſtaꝝ cõditorẽ reuocauere:eloquẽtiã mirati cuius uirtutẽ dãnauerant
Magnũ & Menãdro in cõmico ſocco teſtimoniũ regũ ægypti & macedoniæ cõtingit:claſſe & ꝑ legatos
petito.Maius ex ipſo regiæ fortunæ prælata litteraꝝ cõſcientia.Perhibuere & romani ꝓceres etiam exte
ris teſtimonia.Cn.Pompeius cõfecto mithridatico bello intraturus Poſidonii ſapientiæ profeſſione cla
ri domũ fores percuti de more a littore uetuit:& faſces lictorios ianuæ ſubmiſit is:cui ſe oriẽs occidenſq;
ſubmiſerat.Cato cenſorius in illa nobili trium ſapientiæ procerũ ab athenis legatiõe audito Carneade:ꝗ
primũ legatos eos cenſuit dimittendos:quoniã illo uiro argumentãte quid ueri eſſet haud facile diſcerni
poſſet.Quanta moꝝ cõmutatio?Ille ſemp alioquin exitiali appellãs nomine uniuerſos ex italia pellen
dos cenſuit græcos.At ꝓnepos eius uticẽſis cato unũ ex tribunatu militũ philoſophũ.alterũ ex cypria
legatione deportauit.Eandẽq; linguã ex duobus Catonibus in illo abieciſſe.in hoc ĩportaſſe memora
bile eſt.Sed & noſtroꝝ gloriã ꝑcenſeamus.Prior Africanus.Q.Ennii ſtatuã ſepulchro ſuo ĩponi iuſſit:
clarũq; illud nomẽ imo uero ſpoliũ ex tertia orbis parte raptũ in cinere ſupremo cum poetæ titulo legi.
Diuus auguſtus carmina Virgili cremari cõtra teſtamẽti eius uerecũdiã uetuit.Maiuſq; ita uati teſti
moniũ cõtigit:ꝗ ſi ipſe ſua carmina ꝓbauiſſet.M.Varronis in bibliotheca que prima in orbe ab Aſinio
Pollione de manubiis publicata romæ & unius uiuentis poſita imago ẽ:haud minore(ut equidem reor
gloria principe oratore & ciue ex illa ingeniorum quæ tunc fuit multitudine uni hãc coronã dante:ꝗ cũ
eidẽ magnus Pompeius pyratico ex bello naualẽ dedit.Innumerabilia deinde ſunt exempla romana ſi
perſequi libeat:cum plures una gens in quocũq; genere eximios tulerit:ꝗ cæteræ terræ.Sed quo & te
M.Tulli piaculo taceã?quo ue maxime excellentẽ inſigni prædicem:quo potius ꝗ uniuerſi populi & il
lius gentis ãpliſſimo teſtimonio:& tota uita tua ad conſulatũ tantũ operibus electis?Te dicente legem
agrariam hoc eſt alimenta ſua abdicauerunt tribus.Te ſuadente Roſcio theatralis ſeditionis auctori le
ges ignouerunt:notataſq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo aĩo tulerunt.Te orante ꝓſcriptoꝝ liberos
honores petere puduit.Tuũ Catilĩa fugit ingeniũ.Tu.M.Antoniũ ꝓſcripſiſti.Salue primus oĩum pa
rẽs patriæ appellate.Primus in toga triũphũ:linguæq; laureã merite:& facundiæ litteraꝝ latinarum pa
rens æque

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 121 sur 536

rens æque ut dictator Cæſar hoſtis quondam tuus de te ſcripſit:omnium triumphorum lauream ade-
pte maiorem. Quanto plus eſt ingenii romani terminos in tantum promouiſſe q̄ imperii.

De morum maieſtate. Cap.xxxi.

Eliquis animi boni præſtitere & apud cæteros mortales ſapientia:ob id Cati Corculi apud ro-
r manos cognominati. Apud græcos Socrates oraculo Apollinis Pythii prælatus cunctis.

De auctoritate. Cap.xxxii.

Vrſus mortales oraculorum ſocietatem dedere Chiloni lacedæmonii tria præcepta eius del-
r phis conſecrando aureis litteris quæ ſunt hæc. Noſſe ſe queq̄: & nihil nimium cupere. Comiteq̄
æris alieni atq; litis eſſe miſeriam. Quin & funus eius cum uictore filio olympię expiraſſet gau Sponſio
dio tota græcia proſecuta eſt. nem

De diuinitate. Cap.xxxiii.

d Iuinitas & quædam cælitum ſocietas nobiliſſima ex fœminis in ſybilla fuit. Ex uiris in Melāpo
de apud græcos:apud romanos in Martio.

De Naſica. Cap.xxxiiii.

u Ir optimus ſemel a condito æuo iudicatus eſt Scipio Naſica a iurato ſenatu. Idem in toga can
dida bis repulſa notatus a populo. In ſumma ei in patria mori non licuit. Nō hercule magis q̄
extra uincula illi ſapientiſſimo ab Apolline iudicato Socrati.

De pudicitia. Cap.xxxv.

Vdiciſſima fœmina ſemel matronaꝝ ſententia iudicata eſt Sulpitia Paterculi filia:uxor Fului
p Flacci electa ex centum præcipuis:quæ ſimulacrum Veneris ex ſybillinis libris dedicaret. Iteꝝ
religionis experimēto claudia inducta romam deoꝝ matre.

De pietate. Cap.xxxvi.

Ietatis exempla infinita qdem toto orbe extitere:ſed romæ unū cui:compari cuncta nō poſſint
p Humilis in plebe & ideo ignobilis puerpera ſupplici cā carcere incluſam matrē cū impetraſſet
aditū a ianitore ſemp excuſſa ne quid inferret cibi:deprehenſa ē uberibus ſuis alens cā. Quo mi
raculo matri ſalus donata filię pietate eſt. Ambæq; ppetuis alimētis Et locus ille eidē cōſecratus eſt deę.
C. Quintio. M. Attilio conſ. templo pietatis extructo in illius carceris ſede ubi nunc Marcelli Theatrū
eſt. Gracchoꝝ pater anguibus apprehenſis in domo cū reſponderetur ipſum uicturum alterius ſexus in
teremptio:immo uero inquit meum necate. Cornelia enim iuuenis ē:& parere adhuc pōt: hoc erat uxori
parcere:& reipublicæ conſulere:idq; mox cōſecutum eſt. M. Lepidus Apuleiæ uxoris caritate poſt repu
dium obit. P. Rutilius morbo leui impeditus nuntiata fratris repulſa in conſulatus petitione ilico expi-
rauit. Publius Catienus Philotimus patronum adeo dilexit ut hæres omnibus bonis inſtitutus in rogū
eius ſe iaceret.

De artiū plurimaꝝ excellētia:aſtrologia:grāmatica:geometria. Cap.xxxvii.

Ariarum artiū ſciētia innumerabiles enituere:quos tamē attingi par ſit florem hoīum libanti-
u bus. Aſtrologia Beroſus cui ob diuinas prædictiones athenięſes publico in gymnaſio ſtatuā in
aurata lingua ſtatuere. Grāmatica Apollodorus:cui amphyctiōes græciæ honorem habuere.
Hippocrates medicina pollens:qui uenientē ab illyriis peſtilentiam prædixit: & diſcipulos ad auxilian-
dum circa urbes dimiſit. Cui ob meritū honores illos quos Herculi decreuit græcia. Eandem ſcientiā in
Teombroto Ptolemæus rex megalenſibus ſacris donauit centū talentis ſeruato Antiocho rege. Magna
& Critobulo fama eſt extracta Philippi regis oculo ſagitta: & citra deformitatem oris curata orbitate lu
minis. Summa autem Aſclepiades pruſienſis condita noua ſecta ſpretis legatis & pollicitationibus Mi
thridatis regis:reperta ratione qua uinū ægris medeſ:relato e funere hoīe & cōſeruato:ſed maxime ſpon
ſione facta cum fortuna ne medicus crederetur. ſi unq̄ inualidus ullo modo fuiſſet ipſe:& uictor ſupre-
ma in ſenecta lapſu ſcalarum examinatus eſt. Grande & archimedi geometricæ ac machinalis ſcientię te
ſtimonium. M. Marcelli contigit interdicto cum ſyracuſæ caperentur:ne uiolaretur unus:niſi fefelliſſet
imperium militaris imprudentia. Laudatus Cteſiphon Gnoſius æde epheſiæ Dianæ admirabiliter fabri
cata:Philon athenis armamentario mille nauium. Cteſibius pneumatica ratione & hydraulicis organis
repertis. Dinocrates metatus Alexandro condente in ægypto alexandriam. Idem hic imperator edixit Chinocra
ne quis ipſum alius q̄ Appelles pingeret:q̄ Pyrgoteles ſculperet:q̄ Liſippus ex ære duceret. Quæ artes tes
pluribus inclaruere exemplis.

Item mira opera artificis. Cap.xxxviii.

Riſtidis thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitatus eſt. Octingen-
a ta emit duas Cæſar dictator. Mediam & Aiacem Timomachi in templo Veneris genetricis
dicaturus. Candaules rex Bularchi picturam magnetum exitii haud mediocris pari rependit
auro. Rhodum non incendit rex Demetrius expugnator cognominatus ne tabulam Protogenis crema
ret a parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus eſt:gnidiaq; Venere præcipue:ueſano amo
re cuiuſdam iuuenis inſigni:& Nicomedis æſtimatione regis grandi gnidiorum ære alieno permutare
eam conati. Phidiæ Iupiter olympius quotidie teſtimonium perhibet. Mentori Capitolinus & Diana
epheſia:quibus fuere conſecreta artis eius uaſa.

De ſeruitiis. Cap.xxxix.

Retiū hoīs in ſeruitio geniti maximū ad hanc diem quod eqdem compererim fuit grāmaticæ
p artis Daphnidis Cn. Piſaurenſe uendente:& M. Scauro principe ciuitatis.iii.mil.d.cc. ſeſter

tiis licente. Exceſſere hoc in noſtro æuo nec modice hiſtriones: ſed libertatem ſuam mercati. Quippe cū
iam apud maiores Roſcius hiſtrio .iii. mil. d. anniā mercaſſe ꝓdatur: niſi ſi qs in hoc loco deſiderat arme
niaci belli paulo ante propter Tyridatē geſti diſpenſatorem quē Nero .iii. cxxx. manumiſit. Sed hoc pre
Fortunæ cium belli non hominis fuit. Tam hercule q̄ libidinis non formæ Paronetem i ſpadonis Seiano .iii. mil. d.
mercante a Sutorio Priſco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis quoniam
arguere nulli uacabat.

De præſtantia gentium. Cap. xl.

ſe: oculoſq; maxime petunt. Ita fit ut plerunq; cæci ac fame & mœroris tabe confecti reperiantur. Quã
quis aliam tantæ diſcordiæ cauſam attulerit: niſi naturæ ſpectaculum ſibi ac paria componentis. Eſt &
alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem: ob id æſtu torrente præcipue a
draconibus expeti. Quamobrem in amnes merſos inſidiari bibentibus: arctatiſq; illigata manu in aurẽ
morſum defigere. Quoniam is tantum locus defendi non poſſit manu. Dracones eſſe tantos: ut totum
ſanguinem capiant. Itaq; elephantos ab iis ebibi. ſiccatoſq; concidere: & dracones inebriatos opprimi cõ
moriq;. De draconibus. Cap. xiii.

Enerat dracones æthiopia indicis pares uicenum cubitorum. Id modo mirum unde criſtatos
g Iuba crediderit. Aſachæi uocantur æthiopes: apud quos maxime naſcantur. Narratur in mari-
timis eorum quaternos quinoſq; inter ſe cratium modo implexos erectis capitibus uilificãtes)
ad meliora pabula Arabiæ) uehi fluctibus.

De ſerpentibus maximis & bois. Cap. xiiii.

Egaſthenes ſcribit in india ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere: ut ſolidos hauriant
m ceruos tauroſq;. Metrodorus circa rhindacum amnem in ponto: ut ſuperuolantes quãuis alte
perniciterq; alites hauſtu raptas abſorbeant. Nota eſt in punicis bellis ad flumen bagradam a
regulo imperatore baliſtis tormentiſq;: ut oppidum aliquod expugnata ſerpens. cxx. pedum longitudi-
nis. Pellis eius maxillæ uſq; ad bellum numantinum durauere romæ in templo. Faciunt his fidem in Ita
lia appellatæ boæ in tantam magnitudinem exeuntes: ut Diuo Claudio principe occiſæ in uaticano ſoli-
dus in aluo ſpectatus ſit infans. Aluntur primo bubuli lactis ſucco: Vnde nomen traxere. Cæterorum
animalium: quæ modo conuecta undiq; italiæ contigere ſæpius: formas nihil attinet ſcrupuloſe referre.

De ſythicis animalibus & ſeptentrionalibus. Cap. xv.

Auciſſima ſcythia gignit inopia fructuum. Pauca contermina illi germania. Inſignia tamen
p boum ferarum genera: iubatos biſontes: excellentiq;: & ui & uelocitate uros: quibus imperitũ
uulgus bubalorum nomen imponit: cum id gignat Africa uituli potius ceruiue quadam ſimi
litudine. Septentrio fert & equorum greges ferorum: ſicut aſinorum aſia & africa. Præterea alcen ni pro
ceritatis aurium & ceruicis diſtinguat: iumento ſimilem. Item natam in ſcardinauia inſula: nec unquam
uiſam in hoc orbe: multis tamen narratã Machlin haud diſſimilem illis: & nullo ſuffraginũ flexu. Idcoq; Alcen
non cubantem. Sed acclinem arbori in ſomno: eaq; inciſa ad inſidias capi. Alias uelocitatis memoratæ.
Labrum ei ſuperius prægrande: ob id retrograditur in paſcendo: ne in priora tendens inuoluatur. Tra-
dunt in pæonia feram: quæ bonaſus uocetur equina iuba: cætera tauro ſimilem: cornibus ita in ſe infle-
xis: ut nou ſint utilia pugnæ. Qua propter fuga ſibi aux liari: reddentem ea fimum interdum: & trium
iugerum longitudine: cuius contactus ſequentes: ut ignis aliquis comburat. Mirum pardos pantheras
leones: & ſimilia condito in corporis uaginas unguium mucrone ne refringantur hebetenturq; ingredi:

auerſiſq; falculis currere: nec niſi appetendo prætendere.

De leonibus. Cap.xvi.

Eoni præcipua generoſitas: tunc cum colla armoſq; ueſtiunt iubæ. Id.n. ætate contingit e leone
l conceptis. Quos uero pardi generauere ſemp inſigni hoc carent. Simili modo fœmiæ. Magna
iis libido coitus: & ob hoc maribus ira. Africa hæc maxie ſpectat inopia aquarũ ad paucos am
nes congregãtibus ſe feris. Ideo multiformes ibi aĩalium partus: uarie fœminis cuiuſq; generis mares aut
ui aut uoluptate miſcente. Vnde etiam uulgare græciæ dictum ſemper aliquid noui africã afferre. Odo
re pardi coitum ſentit in adultera leo: totaq; ui conſurgit in pœnam. Idcirco aut culpa flumine abluitur:
aut longius comitatur. Semel autem edi partum lacerato unguium acie utero in enixu uulgum credidiſ
ſe uideo. Ariſtoteles diuerſa tradit: uir quem in iis magna ſecuturus in parte præfandum reor. Alexãdro
magno rege inflammato cupidine animalium naturas noſcendi: delegataq; commentatione Ariſtoteli
ſummo in oĩ ſcientia uiro: aliquod milia hominũ in totius aſiæ græciæq; tractu parere iuſſa: omniũ quos
uenatus aucupia piſcatuſq; alebant. Quibuſq; uiuaria: armenta: aluearia: piſcinæ: auiaria in cura erant: ne
quid uſquam gentium ignoraretur ab eo. Quos percontãdo. L. ferme uolumina illa præclara de anima-
libus condidit. Quæ a me collecta in arctum cum iis: quæ ignorauerat: quæſo ut legẽtes boni conſulant
in uniuerſis rerũ naturæ operibus: medioq; clariſſimi regum oĩum deſiderio cura noſtra breuiter peregri
nantes. Is ergo tradit leænã primo fœtu parere quinq; catulos: ac per annos ſingulos uno minus: ab uno
ſterileſcere. Informes minimaſq; carnes magnitudine muſtellarũ eſſe initio. Semeſtres uix ingredi poſſe:
nec niſi bimeſtres moueri. In europa aũt inter acheloum tantũ & neſtum amnes leones eſſe: ſed longe ui
ribus præſtantiores iis quos africa aut ſyria gignant. Leonũ duo genera cõpactile & breue criſpiorib9 iu
bis. Hos pauidiores eſſe q̃ longo ſimpliciq; uillo: eos contẽptores uulnerum. Vrinã mares crure ſublato
reddere ut canes. Grauem odorẽ: nec minus halitum. Raros in potu. Veſci alternis diebus. A ſaturitate
interim triduo cibis carere. Quæ poſſint in mandendo ſolida deuorare: nec capiente aluo coniectis ĩ fau-
ces unguibus extrahere: ut ſi fugiendum ſit non in ſatietatẽ abeat. Vitam iis longam docet argumẽto q̧
pleriq; dẽtibus defecti reperiãtur. Polybius Aemiliani comes in ſenecta hoiem appeti ab iis refert. Quo
niam ad perſequendas feras uires non ſuppetant. Tunc obſidere africæ urbes: eaq; de cã crucifixos uidiſ-
ſe ſe cum Scipione: quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadẽ noxa. Leoni tãtum ex feris clæmẽ
tia in ſupplices proſtratis parcit: & ubi ſæuit in uiros prius q̃ in fœminas fremit: infantes non niſi magna
fame. Credit libya intellectum prouenire ad eos precũ. Captiuã certe getuliæ reducẽ audiui multorꝫ ĩ ſil
uis ĩpetum a ſe mitigatũ alloquio auſæ ſe dicere fœminã profugã infirmã ſupplicẽ aĩalis oĩum generoſiſ
ſimi; cæteriſq; imperãtis: indignã eius gloria prædam. Varia circa hæc opinio ex ingenio cuiuſq; uel caſu
mulceri alloquiis feras. Quippe iam ſerpentes extrahi cantu: cogiq; in pœnã. Verꝫ falſumue ſit uita de-
creuerit. Leonum aĩ index cauda: ſicut & equorꝫ aures. Nãq; & has notas generoſiſſimo cuiq; natura tri-
buit. Immota ergo placido clæmẽs blandientiq; ſimilis: qđ rarũ eſt. Crebrior.n. iracũdia eius. In prĩcipio
terra uerberatur. Incremẽto terga ceu quodã incitamento flagellãtur. Vis ſumma in pectore. Ex oĩ uul-
nere ſiue ungue impreſſo ſiue dente ater profluit ſanguis. Iidẽ ſatiati ĩnoxii ſunt. Generoſitas maxime in
periculis deprehẽditur: nõ in illo tantum mõ q̧ ſpernẽs tæla diu ſe terrore ſolo tuetur: aut uelut cogi teſta
tur. Cogiturq; non tanq̃ periculo coactus: ſed tanq̃ amentia iratus. Illa nobilior animi ſignificatio quali-
bet magna canum & uenantiũ urgente ui contemptim reſtitanſq; cedit in cãpis: & ubi uideri poteſt. Idẽ
ubi uirgulta ſiluaſq; penetrauerit acerrimo curſu fertur: uelut depurans abſconſiõe turpitudinem. Dum
ſequitur: inſilit ſaltu: quo in fuga non utitur. Vulneratus obſeruatione mira percuſſorem nouit: & in
quãtalibet multitudine appetit. Eum uero qui tæla quidem miſerit: ſed tamen non uulnerauerit correp-
tum raptatumq; ſternit: nec uulnerat. Cum pro catulis fœta dimicat: oculorum aciem traditur defigere
in terram: ne uenabula expaueſcat. Cæterꝫ dolis carent & ſuſpitione. Nec limis intuetur oculis: aſpiciq; ſi
mili mõ nolunt. Creditum eſt a moriente humũ morderi: lachrymãq; lœto dari. Atq; hoc tale tanq; ſæ-
uum aĩal rotarum orbes circũacti: curruſq; inanes: & gallinaceorum criſtæ cantuſq; etiam magis terrent
ſed maxime ignes. Aegritudinem faſtidii tantum ſentit: in qua medetur ei contumelia: in rabiem agente
annexarum laſciuia ſimiarũ. Guſtatus deinde ſanguis in remedio eſt. Leonum ſimul pugnam pluriũ ro
mæ princeps dedit. Q. Sceuola. P. filii in curuli ædilitate. Centum aũt iubatorũ primus omniũ. L. Syl-
la: qui poſtea dictator fuit in prætura. Poſt eum Põpeius magnus in cyrco. dc. ac in iis iubatorũ. cccxv.
Cæſar dictator quadringentos. Capere eos ardui erat quondã operis: foueiſq; maxime. Principatu Clau
dii caſus rationem docuit pudendam pene talis feræ noĩe: paſtoris getuli ſago contra ingruentis impetũ
obiecto. Quod ſpectaculũ in harenam protinus tranſlatum eſt: uix credibili modo torpeſcẽte tanta illa
feritate: q̃uis leui iniectu operto capite: ita ut deuinciat nõ repugnans. Videlicet oĩs uis conſtat in oculis
Quo minus mirum ſit a Lyſimacho Alexandri iuſſu ſimul incluſo ſtrãgulatum leonem. Iugo ſubdidit
eos. Primuſq; romæ ad currũ iunxit. M. Antonius & quidẽ ciuili bello: cũ dimicatum eſſet in pharſalicis
campis non ſine

campis non ſine oſtento quodam tempore illo generoſos ſpiritus iugum ſubire prodigio ſignificãte. Nã
q; ita uectus eſt cum Mima cytheride ſupra monſtra etiam illarũ calamitatum fuit. Primus aũt hoĩum
leonẽ manu tractare auſus: & oſtendere manſuefactum Hãno e clariſſimis pœnoꝝ traditur. Dãnatuſq;
illo argumẽto: quoniam nihil non perſuaſurus uir tam artificis ingenii uidebatur: & male credi libertas ei
cui in tantum ceſſiſſet etiã feritas. Sunt uero & fortuita eoꝝ quoq; clementiæ exẽpla. Mentor ſyracuſan⁹
in ſyria leone obuio ſuppliciter uolutante attonitus pauore: cũ refugienti undiq; fera opponeret ſeſe: & ue
ſtigia lamberet: adulanti ſimilis animaduertit in pede eius tumorem uulnuſq;: & extracto ſurculo libera
uit cruciatu. Pictura caſum hunc teſtatur ſyracuſis. Simili modo Helpis ſamius natione in africam dela
tus naue. iuxta littus conſpecto leone hiatu minaci arborem fuga petit. Libero patre inuocato: quoniam
tum præcipuus uotorum locus eſt: cum ſpei nullus eſt. Sed neq; profugienti cum potuiſſet: fera iſtiterat
& procũbens ad arborem hiatu quo terruerat miſerationẽ quærebat. Os morſu ualidiore adhæſerat den
tibus: cruciabatq; inedia. Tum pene in ipſis eius tælis ſuſpectantẽ ac uelut mutis precibus orãtem: dum
fortuitu fidens non eſt contra feram. Multoq; diutius miraculo q̃ metu ceſſatum eſt. Digreſſus tandem
euellit præbenti: & q̃ maxime opus eſt accõmodanti. Tradũtq; q̃diu nauis ea in littore ſtetit retuliſſe gra
tiam uenatus aggerando. Qua de cauſa libero patri templum ĩ ſamo Helpis ſacrauit: quod ab eo factũ
græci σώτηρος κεώς Διονυσου appellauere. Miremur poſtea ueſtigia hoĩum intelligi a feris: cum etiã
auxilia ab uno animalium ſperent. Cur enim non ad alia ierẽ? aut unde medicas manus hominis ſciunt?
niſi forte uis malorum etiam feras omnia experiri cogit?

De pantheris. Cap. xvii.

Eque memorandũ & de panthera tradit Demetrius phyſicus. Iacentem in media uia hoĩs deſi
a derio repente apparuiſſe patri cuiuſdã Philinis affectatoris ſapiẽtiæ: illum pauore cœpiſſe egre
di. Feram uero circũuolutari non dubie blandientem ſeſe conflictantem mærore: qui etiã ĩ pan
thera intelligi poſſet. Fœta erat: catulis procul in foueã delapſis. Primũ ergo mirationi fuit non expauе
ſcere. Proximũ ei curam intendere. ſecutuſq; qua trahebat ueſtem unguium leni iniectu: ut cauſam dolo
ris intellexit: ſimulq; ſalutis ſuæ mercedem: exemit catulos: eaq; cum iis proſequente uſq; extra ſolitudi
nes deductus læta atq; geſtiente: ut facile appareret gratiam referre: & nihil inuicem imputare: quod etiã
in homine rarum eſt. Hæc fidem etiam Democrito afferunt: qui Thoantem in achaia ſeruatum a draco
ne narrat. Eum nutrierat puer dilectum admodum: pauenſq; ſerpentis naturam & magnitudinem me
tuens in ſolitudines tulerat. In quibus circũuento latronum inſidiis agnitoq; uoce ſubuenit. Nam quæ
de infantibus ferarum lacte nutritis cum eſſent expoſiti produntur: ſicut de conditoribus noſtris a lupa
magnitudini fatorum accepta ferri æquius q̃ ferarum naturæ arbitror. panthera & tigris macularum ua
rietatẽ prope ſolæ beſtiarum ſpectantur. Cæteris unus ac ſuus cuiuſq; generis color eſt. Leonum tãtum
in ſyria niger. Pantheris in candido breues macularum oculi. Ferunt colore earũ mire ſollicitari quadru
pedes cunctas: ſed capitis toruitate terreri. Quãobrẽ occultato eo reliquas dulcedine ĩuitatas corripiũt.
Sunt qui tradant in armo iis ſimilem lunæ eſſe maculam creſcentẽ in orbes: & cauantẽ pari mõ cornua.
Nunc uarias & pardos: qui mares ſunt appellant in eo oĩ genere creberrimo ĩ africa ſyriaq;. Quidam ab
iis pantheras ſolo candore diſcernunt: nec adhuc aliam differentiam inueni. Senatuſcõſultum fuit uetus
ne liceret africanas in italiam aduehere. Contra hæc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis: per
miſitq; circenſium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate ſua. cl. uniuerſas miſit. Deinde Põ
peius magnus quadringentas decem. Diuus Auguſtus quadringentas uiginti. Idem. Q. Tuberone Fa
bio Maximo conſ. iiii. nonas maii theatri Marcelli dedicatione tigrin primus omnium romæ oſtendit in
cauea manſuefactam. Diuus uero claudius ſimul quattuor.

De tigridis natura: & camelis: & cameleopardali: & q̃uo primum uiſa romæ. Cap. xviii.

Igrin hyrcani & indi ferunt aĩal uelocitatis tremendæ: & maxime cognitæ dum capitur. Totus
t eius fœtus qui ſemper numeroſus eſt ab inſidiante rapitur equo q̃ maxime pernici: atq; in recen
tem ſubinde transfertur. At ubi uacuum cubile repperit fœta maribus enim cura non eſt ſobo
lis) fertur præceps odore ueſtigans. Raptor appropinquante fremitu abiicit unum ex catulis. Tollit illa
morſu: & pondere etiã ocior acta remeat: iterum cõſequitur & ſubinde: donec in nauẽ regreſſo irrita feri
tas ſæuit in littore. Camellos inter armẽta paſcit oriens: quoꝝ duo genera bactriæ & arabiæ differunt: q̃
illi bina habent tubera in dorſo: hi ſingula: & in pectore alteꝝ: cui incũbant. Dentiũ ſupiore ordine: ut bo
ues carent in utroq; genere. Omnes aũt iumentoꝝ in iis terris dorſo fungũtur: atq; etiã equitatu ĩ prœliſ
Velocitas inter equos. Sed ſua cuiq; menſura: ſicuti uires. Nec ultra aſſuctũ procedit ſpatium: nec plus
inſtituto onere recipit. Odium aduerſus equos gerunt naturale. Sitim & quadriduo tolerant. Implenť
cum bibendi occaſio eſt & in præteritum & in futurum: obturbata conculcatione prius aqua: aliter po
tu non gaudent. Viuunt quinquagenis annis: quidam & centenis. Vtcunque rabiem: & ipſi ſentiunt.
Caſtrandi genus etiã fœminas: quæ bello præparẽtur inuẽtum eſt. Fortiores ita fiũt coitu negato. Hoꝝ

aliqua ſimilitudo in duo tranſferẽ animalia Nabim æthiopes uocant collo ſimilẽ equo: pedibus & cruribus boui: camelo capite: albis maculis rutilum colorem diſtinguẽtibus. Vnde appellata camelopardalis. Dictatoris Cæſaris circẽſibus ludis primum uiſa romæ. Ex eo ſubinde cernitur aſpectu magis q̃ feritate cõſpicua. Quare etiam ouis feræ nomen inuenit. De chao & cepho. Cap. xix.

p Ompeii magni primum ludi oſtenderunt chaum: quem galli Rhaphiũ uocabant: effigie lupi: pardorum maculis. Iidem ex æthiopiã quas uocant cephos: quarũ pedes poſteriores pedibus humanis & cruribus. priores manibus fuere ſimiles. hoc animal poſtea roma non uidit.

De rhinocerote. Cap. xx.

i Iſdem ludis & rhinoceros unius in nare cornu qualis ſæpe uiſus. Alter hic genit⁹ hoſtis elephãto: cornu ad ſaxa limato præparat ſe pugnæ. In dimicatione aluum maxime petens. quam ſcit eſſe molliorem. Longitudo ei par. Crura multo breuiora. Color buxeus.

De lyncibus: & ſpingibus: & crocutis: cercopithecis: ĩdicis bubus: leucrocutis eale: tauris æthiopiæ: mãticora: monocerote: catoblepa: baſiliſco. Cap. xxi

l Yncas uulgo frequẽtes & ſphingas fuſco pilo: mãmis ĩ pectore geminis æthiopia generat: multaq; alia monſtro ſimilia. Pẽnatos equos & cornibus armatos: quos pegaſos uocant. Crocutas uelut ex cane lupoq; comceptos omnia dentibus frangentes: ꝓtinuſq; deuorata cõficientes uẽtre. Cercopithecos nigris capitibus: pilo aſinino: & diſſimiles cæteris uoce. Indicos boues unicornes tricorneſq;. Leucrocutam pernicioſiſſimam ferã aſini fere magnitudine: cruribus ceruinis collo cauda pectore leonis: capite melium: biſulca ungula: ore ad nares uſq; reſciſſo: dẽtium locis oſſe ꝑpetuo. Hãc ferã humanas uoces tradũt imitari. Apud eos & quæ uocatur eale magnitudine eq fluuialis: cauda elephãti: colore nigra uel fulua. Maxillas apri: maiora cubitalibus cornua hẽns mobilia: quæ alterna in pugna ſiſtit: uariatq; in feſta aut obliqua: utcumq; rõ mõſtrauit. Sed atrociſſimos habet tauros ſilueſtres maiores agreſtibus: uelocitate ante oẽs: colore fuluos: oculis ceruleis: pilo in cõtrarium uerſo: rictu ad aures dehiſcẽte. Iuxta cornua mobilia. Tergoris duricia ſilicis: oẽ reſpuens uulnus. Feras oẽs uenãtur. Ipſi nõ aliter q̃ foueis capti feritate ſemꝑ intereunt. Apud eoſdẽ naſci Cteſias ſcribit: quã mãticorã appellat triplici dentiũ ordine pectinatim coeũti. Facie & auriculis hoĩs: oculis glaucis: colore ſanguineo. corpore leonis: cauda ſcorpionis mõ ſpicula infigentẽ. Vocis ut ſi miſceaẽ fiſtulæ & tubæ cõcẽtus. Velocitatis magnæ: humani corporis uel præcipue appetentem. In india & boues ſolidis ungulis: unicornes: & ferã nomine axin: hinnuli pelle: pluribus candidioribuſq; maculis ſacram Liberi patris. Orſei indi ſimias cãdentes toto corpore uenanẽ. Aſperrimã aũt ferã monocerotẽ: reliquo corpore equo ſimilẽ: capite ceruo: pedib⁹ elephãto: cauda apro: mugitu graui: unocornu nigro media fronte cubitoꝝ duũ eminẽte. Hãc feram uiuam negãt capi. Apud heſperios æthiopas fons eſt Nigris ut pleriq; exiſtimauere nili caput: ut argumenta quæ diximus ꝑſuadent. Iuxta hũc fera appellaẽ catoblepas modica alioquin: cæteriſq; membris iners: caput tãtũ prægraue ægre ferens: id deiectũ ſemper in terrã. Alias internecio humani generis oĩbus: qui oculos eius uidere: confeſtim expirantibus. Eadẽ & baſiliſci ſerpẽtis eſt uis. Cyrenaica hunc generat ꝓuincia. xii. non amplius digytoꝝ magnitudine. Cãdida in capite macula ut quodam diademate inſigni. Sibilo oẽs fugat ſerpentes. Nec flexu multiplici. nec ut reliquæ corpus impellit: ſed celſus & erectus in medio incedens. Necat frutices non cõtactas modo: ueꝝ & afflatas exurit hærbas: rumpit ſaxa. Talis uis malo eſt. Creditum quondã ex equo occiſo haſta: & ꝑ eã ſubeunte ui non equitẽ mõ: ſed equũ quoq; abſumtũ. Huic tali monſtro ſæpe. n. enectũ cõcupiuere reges uidere muſtellaꝝ uirus exitio eſt: adeo naturæ nihil placuit eſſe ſine pari. Interficiunt eos cauernis facile cognitis ſola tabe. Necant illi ſimul odore. moriunturq;: & naturæ pugnam conficiunt. De lupis. Cap. xxii.

ſ Ed in italia quoq; creditur lupoꝝ uiſus eſt noxius. Vocẽq; hoĩ quẽ priores cõtẽplenẽ adimere ad præſens. Inertes hos paruoſq; africa & egyptus gignũt: aſperos truceſq; frigidior plaga. Homines in lupos uerti: rurſumq; reſtitui ſibi falſum eſſe cõfidenter exiſtimare debemus: aut credere oĩa quæ fabuloſa tot ſeculis cõperimus. Vnde tamẽ iſta uulgo infixa ſit fama in tantum ut in maledictis uerſipelles habeant: indicabitur. Euãtes inter auctores graciæ non ſpretus tradit arcadas ſcribere ex gente Antæi cuiuſdam ſorte familia electũ ad ſtagnum quoddã regionis eius duci: ueſtituq; inquercu ſuſpenſo tranare. atq; abire in deſerta: transfigurariq; in lupũ: & cum cæteris eiuſdem generis congregari per annos nouem. Quo in tempore ſi hoĩe ſe abſtinuerit: reuerti ad idem ſtagnum: & cũ tranauerit effigiem recipere ad priſtinũ habitum addito nouẽ annorum ſenio. Addit quoq; Fabius eandẽ recipere ueſtẽ: Mirũ eſt q̃ procedat græca credulitas. Nullum tam ĩpudens mendaciũ eſt ut teſte careat. Itaq; Copas qui olympionica ſcripſit narrat Demarchũ Parrhaſium in ſacrificio quod archades Ioui Lyceo humana etiam cum hoſtia faciebãt: ĩmolati pueri exta deguſtaſſe. & ĩ lupum ſe cõuertiſſe. Eundẽ decimo anno reſtitutum athleticæ reſtitiſſe in pugilatu. uictoreq; uictoria olypia reuerſum. Quin & caudæ huius aĩalis credit̃ uulgo ineẽ amatoriũ uirus exiguo ĩ uillo: eũq; q capiaẽ abiicere. Nec idẽ pollere: niſi uiuenti direptum.

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 135 sur 536

uenti dir:ptum. Dies quibus coeant toto anno non amplius.xii. Eundē in fame uefci terra. Inter auguria ad dexteram cōmeantium precifo itinere ſi pleno id ore fecerit: nullum omnium præſtantius. Sunt in eo genere qui ceruari uocantur: qualem e gallia in Pompei magni harena ſpectatum diximus. Huic quãuis in fame mandenti ſi reſpexit obliuionem cibi ſurrepere aiunt: digreſſumq; quærere aliud.

De ſerpentibus. Cap.xxiii.

q

Vod ad ſerpentes attinet uulgatū eſt colores eaꝵ pleraſq; terras habere in quas occultentur. Innumera eſſe genera. Ceraſtis corpore eminere cornicula ſæpe quadrigemina: quoꝵ motu reliquo corpore occultato ſollicitent ad ſe aues. Geminum caput amphiſibenæ: hoc eſt & ad caput & ad caudā tanq̄ parū eſſet uno ore fundi uenenū. Aliis ſquamā eſſe. aliis picturas. Oibus exitiale uirus. Iaculum ex arboꝵ ramis uibrari. Nec pedibus pauendas tantū ſerpentes: ſed & miſſili uolare tormento. Colla aſpidum intumeſcere nullo ictus remedio: præterq̄ ſi confeſtim partes cōtactæ amputētur. Vnus huic tam peſtifero aiali ſenſus: uel potius affectus eſt. Coniuga ferme uagantur: nec niſi cum cōpare uita eſt. Itaq; alterutra interēpta incredibilis alteri ultionis cura. Perſequitur interfectorem: unūq; eum in quātolibet populi agmine notitia quadā infeſtat. Perrumpit oēs difficultates. Permeat ſpatia: nec niſi amnibus arcetur: aut præceleri fuga. Non eſt fateri rerum natura largius mala an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit: eoſq; non in fronte aut ex aduerſo cernere: ſed in temporibus. Ita excitatur: ſed ſæpius auditu quā uiſu.

De ichneumone. Cap.xxiiii.

h

Abet deinde interneciuū bellum cū ichneumone. Notū eſt aial hac gloria maxime in eadē natū ægypto. Mergit ſe limo ſæpius: ſiccatq; ſole. Mox ubi pluribus eodem modo ſe coriis loricauit in dimicationem pergit. In ea caudā attollens ictus irritos auerſus excipit: donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Nec hoc contentus aliud haud mitius debellat animal.

De crocodilo & hippopotamo. Cap.xxv.

c

Rocodilum habet nilus quadrupes malū: & terra pariter ac flumine infeſtum. Vnum hoc animal terreſtre linguæ uſu caret. Vnū ſuperiore mobili maxilla imprimit morſum: alias terribile pectinatim ſtipāte ſe dentiū ſerie. Magnitudine excedit plerunq; duodeuiginti cubita. Parit oua quāta anſeres: eaq; extra eum locū transferēs ſemp incubat: prædiuinatione quadā ad quē ſummo auctu eo anno egreſſurus eſt nilus. Nec aliud aial ex minori origine in maiore creſcit magnitudinem. Et unguibus hic armatus eſt cōtra omnes ictus cute inuicta. Dies in terra agit: noctes aqua temporis utrūq; ratione. Hunc ſaturū cibo piſciū: & ſemp eſculento ore in littore ſomno datum parua auis: quæ trochilos ibi uocatur rex auium in italia: inuitat ad hiandū pabuli ſui gratia os primum eius ad ſultim repurgans mox dentes & intus fauces quoq; ad hanc ſcabendi dulcedinē q̄ maxime hiātes. In qua uoluptate ſomno preſſum conſpicatus ichneumon per eaſdem fauces ut telū aliquod imiſſum erodit aluū. Similis crocodilo: ſed minor etiā ichneumone eſt in nilo natus ſcincos: cōtra uenena præcipuū antidotū. Itē ad iflamādam uiroꝵ uenerē. Verum in crocodilo maior erat peſtis: q̄ ut uno eſſet eius hoſte natura cōtenta. Itaq; & delphini immeantes nilo quoꝵ dorſo tanq̄ ad hunc uſum cultellata ineſt penna abigentes eos præda: ac uelut in ſuo tantū amne regnātes alioquin impares uiribus ipſi actu interimūt. Callent.n. in hoc cuncta aialia: ſciuntq; nō modo ſua cōmoda: ueꝵ & hoſtiū aduerſa. Norunt ſua tela: norunt occaſiōes: parteſq; diſſidentiū imbellis. In uentre mollis eſt: tenuiſq; cutis crocodilo: ideo ſe ut territi imergunt delphini: ſubeunteſq; aluum illā ſecant ſpina. Quin & gens hoīum eſt huic beluæ aduerſa in ipſo nilo. Tentyritæ ab inſula in qua habitat appellata. Menſura eorū parua: ſed præſentia animi in hoc tantum uiſu mira. Terribilis hæc contra fugaces belua eſt: fugax contra inſequētes. Sed aduerſum ire ſoli hi audent. Quin etiā flumini innatāt. Dorſoq; equitantiū modo īpoſiti hiantibus reſupino capite ad morſum addita ī os claua dextra ac leua tenētes extrema eius utrinq;: ut frenis in terrā agunt captiuos: ac uoce etiam ſola territos cogunt euomere recentia corpora ad ſepulturam. Itaq; ei uni inſulæ crocodili nō adnatāt. Olfatuq; eius generis hominū: ut pſyllorum ſerpentes fugantur. Hebetes oculos hoc aial dicitur habere in aqua: extra acerrimi uiſus. Quattuorq; menſes hyemis inedia ſemper tranſmittere in ſpecu. Quidam hoc unū q̄diu uiuat creſcere arbitrantur. Viuit aūt longo tēpore. Maior altitudine in eodem nilo belua hippopotamus editur. Vngulis binis quales bubus: dorſo equi: & iuba: & hinnitu: roſtro reſimo: cauda torta: & dentibus aprorum aduncis: ſed minus noxiis. Tergoris ad ſcuta galeaſq; īpenetrabilis: prætterquā ſi humore madeat. Depaſcitur ſegetes: deſtinatione ante ut ferunt determinatas in diem: & ex agro ferentibꝰ ueſtigiis neq; reuertenti inſidiæ comparentur.

Qui primus romæ hippopotamū: & crocodilos oſtendit: & medicinæ ab aialibus reptæ. Cap.xxvi.

p

Rrimus eum & quinq; crocodilos romæ ædilitatis ſuæ ludis. M. Scaurus temporario euripo oſtendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magiſter exiſtit: aſſidua namq; ſatietate obeſus exit in littus: recētes arundinum cæſuras perſpeculatus: atq; ubi acutiſſimum uidet ſtipitem imprimens corpus uenam quandam in crure uulnerat: atq; ita profluuio ſanguinis morbi

dum alias corpus exonerat:& plagam limo rurſus obducit.
Quæ animalia quas hærbas oſtenderũt cerui:lacerti:hirundines:teſtudines:muſtella:ciconia:ap:an
guis:draco:panthera:elephas:urſi:cerui:palumbes:columbæ:grues:coruus. Cap.xxvii.
Imile quidam & uolucris in eadem ægypto mõſtrauit:quæ uocatur ibis:roſtri aduncitate p eã
s partem ſe perluens qua reddi ciborum onera maxime ſalubre eſt.Nec hæc ſola multis animali
bus reperta ſunt uſui futura & hoĩ.Dictamum herbã extrahendis ſagittis cerui mõſtrauere per
cuſſi eo tælo paſtuq; eius hærbæ eiecto.Iidem percuſſi a phalãgio:qđ eſt aranei genus:aut aliquo ſimili
cancros edendo ſibi medentur.Eſt & ad ſerpentiũ ictus præcipua:qua ſe lacerti quotiens cum his conſer
uere pugnã uulnerati refouent.Chelidoniã uiſui ſaluberrimam hirũdines mõſtrauere uexatis pullorum
oculis illa medentes.Teſtudo cunilæ quã bubulã uocant paſtu uires contra ſerpẽtes refouet.Muſtella
ruta in murium uenatu cũ iis dimicatione conſerta.Ciconia origano.Edera apri in morbis ſibi medẽtur
& cãcros uexendo maxime mari eiectos.Anguis hyberno ſitu mẽbrana corporis obducta fœniculi ſuc
co ĩpedimentum illud uexuit:nitiduſq; uernat.Exuit aũt a capite primum:nec celerius q̃ uno die ac no
cte replicãs:ut extra fiat membranæ quod fuerat intus.Idem hyberna latebra uiſu obſcurato marathro
hærbæ ſeſe affricans oculos inungit ac refouet.Si uero ſquamæ obtorpuere:ſpinis iuniperi ſe ſcabit.Dra
co uernam nauſeam ſiluestris lactucæ ſucco reſtringit.Pantheras per carnes fricatas aconito(uenenum
id eſt)barbari uenãtur.Occupat ilico fauces earũ angor.Quare pardalianches id uenenũ appellauere q
dam.At fera contra hæc excremẽtis hoĩs ſibi medetur:& alias tam auida eorũ:ut a paſtoribus ex indu
Deſigatur ſtria in aliquo uaſe ſuſpenſa altius q̃ ut queat ſaltu contingere:iaculãdo ea petendoq; defatigata poſtre
mo expiret alioquin uiuacitatis adeo lentæ:ut eiectis interaneis diu pugnet.Elephas cameleõte cõcolori
fronde deuorato occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo.Vrſi cum mandragoræ mala deguſtauere:formicas
lambunt.Ceruus hærbas cynare uenenatis pabulis reſiſtit.Palumbes:graculæ:merulæ:perdices lauri fo
lio annuum faſtidium purgant.Columbæ:turtures:& gallinacei herba quæ uocatur helxine.Anates:an
ſeres:cæteræq; aquaticæ hærba ſiderite. Grues:& ſimiles iunco paluſtri.Coruus occiſo cameleonte qui
etiam uictori nocet lauro infeſtum uirus extinguit.

Prognoſtica animalium. Cap.xxviii.

Ilia præterea utpote cũ plurimis aĩalibus eadẽ natura rerũ cæli quoq; obſeruatione:& uentorũ
m & hymbrium & tempeſtatum præſagia aliis alia dederit:quod perſequi immẽſum ẽ:æque ſcili
cet q̃ reliquam cum ſingulis hoĩum ſocietatem.Siquidẽ & pericula præmonent non fibris mo
do extiſq; circa quod magna mortalium portio hæret:ſed alia quadam ſignificatione.Ruinis iminenti
bus muſculi præmigrant.Aranei cum tælis primi cadũt.Auguria quidem artem periculis fecere.Apud
romanos ſacerdotum collegium uel maxime ſolẽne eſt.In thracia locis rigẽtibus:& uulpes animal alio
quin ſolerti auditu:amnes gelatos lacuſq; nonniſi ad paſtusituræ redituræq; tranſeunt.Obſeruatum eã
aure ad glaciem appoſita coniectare craſſitudinem gelu.

Ciuitates & gentes a minutis animalibus deletæ. Cap.xxix.

Ec minus clara exitii documenta ſunt etiã ex contẽnendis aĩalibus.M.Varro auctor eſt a cuni
n culis ſuffoſſum in hiſpania oppidũ:a talpis ĩ theſſalia:ab ranis ciuitatem ĩ gallia pulſam:ab lo
cuſtis in africa.Ex gyaro cycladum inſula incolas a muribus fugatos.In italia amyclas a ſerpẽ
tibus deletas.Citra cynamulgos æthiopas late deſerta regio eſt a ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata
& a ſcolopẽdris abactos otrerietes auctor eſt Theophraſtus.Sed ad reliqua ferarum genera trãſeamus.

De hyena & crocuta & manticora & fibris & lutris. Cap.xxx.

Yenis utranq; eſſe naturam:& alternis annis eſſe marem.alternis fœminã fieri.Parere ſine ma
h re uulgus credit.Ariſtoteles negat.Collum & iuba cõtinuitate ſpinæ porrigitur:flectiq; niſi cir
cũactu totius corporis nequit.Multa præterea mira traduntur.Sed maxime ſermonẽ huma
num inter paſtorũ ſtabula aſſimulare:nomẽq; alicuius addiſcere:quẽ euocatũ foras laceret.Itẽ uomitio
nem hoĩs imitari ad ſollicitãdos canes:quos inuadat.Ab uno aĩali ſepulchra erui inquiſitione corporũ.
Fœminã raro capi.Oculis mille eſſe uarietates:oculorũq; mutationes.Præterea umbræ eius cõtactu ca
nes obtumeſcere.Et quibuſdã magicis artibus omne aĩal quod ter luſtrauerit in ueſtigio hærere.Huius
generis coitu leæna æthiopica parit crocutam:ſimiliter uoces imitantẽ hoĩum pecorũq;.Acies ei ꝑpetua
in utraq; parte oris:nullis gingiuis dente continuo:qui ne contrario occurſu hebetetur:capſaꝝ modo in
cluditur.Hoĩum ſermones imitari:& manticorã in æthiopia auctor eſt iuba.Hyenæ plurimæ gignun
tur in africa:quæ & aſinorũ ſilueſtriũ multitudinẽ fundit.Mares ĩ eo genere ſingulis fœminarũ gregibus
ĩperitant.Timent libidinis æmulos:& ideo grauidas cuſtodiunt.Morſuq; natos mares caſtrant.Cõtra
grauidæ latebras petunt:& parere furto cupiũt:gaudẽtq; copia libidinis.Eaſdẽ partes ſibi ipſi põtici am
putant fibri periculo urgente:ob hoc ſe peti gnari.Caſtoreum id uocant medici.Alias aĩal horrendi mor
ſus.Arbores iuxta flumina ut ferro cædit.hoĩs parte comprehẽſa nõ anteq̃ fracta cõcrepuerint oſſa mor
ſu reſoluit

ſu r:ſoluit. Cauda piſcium iis: cætera ſpecies lutræ. Vtrũq; aquaticum. Vtriq; mollior pluma pilus.

De ranis & uitulis marinis & ſtellionibus. Cap. xxxi.

Anæ quoq; rubetæ quarum & in terra & in humore eſt uita: plurimis refertæ medicaminibus
r deponere ea quotidie ac reſumere a paſtu dicuntur: uenena tantum ſibi reſeruantes. Similis &
uitulo marino uictus i mari ac terra. Simile fibro & ingenium. Euomit fel ſuum ad multa me-
dicamenta utile. Item coagulum ad comitiales morbos. Ob ea ſe peti prudens. Theophraſtus auctor ẽ
angues eo modo & ſtelliones ſenectutem exuere: eamq; protinus deuorare: præcipientes comitiali mor
bo remedia. Eoſdem peſtiferos ferunt in græcia: innocuos eſſe in ſicilia.

De ceruis. Cap. xxxii.

Eruis quoq; eſt ſua malignitas quãq̃ placidiſſimo animalium: urgente ui canũ ultro confugiũt
c ad hoies. Et in pariendo ſemitas minus cauent: humanis ueſtigiis tritas: q̃ quæ ſecretæ ac feris
opportunæ. Conceptus eaꝝ poſt arcturi ſydus. Octonis menſibus ferunt partus & interdum
geminos. A cõceptu ſparant ſe. At mares relicti rabie libidinis ſæuiunt. Fodiũt ſcrobes. Tũc roſtra eoꝝ ni
greſcũt: donec aliqui abluant hymbres. Fœminæ aũt ante partũ purganť hærba quadã quæ ſeſelis diciť: Siſer
faciliore ita utentes utero. A partu duas habent hærbas quæ aros & ſeſelis appellatur. Paſtæ redeunt ad Rham-
fœtum. Illos imbui lactis primo nolunt ſucco quacũq; de cauſa. Editos partus exercent curſu: & fugam nos
meditari docẽt. Ad prærupta ducũt: ſaltũq; demõſtrant. Iam mares ſoluti deſiderio libidinis auide petũt
pabula. Vbi ſe præpingues ſenſere latebras quærunt: fatentes incõmodum pondus: & alias ſemp in fuga
acquieſcunt: ſtanteſq; reſpiciunt. Cũ ꝓpe uentũ eſt: rurſus fugæ præſidia repetẽtes. Hoc fit inteſtini dolo
re tam infirmi: ut ictu leui rũpatur intus. Fugiunt aũt latratu canum audito aura ſemp ſecũda: ut ueſti-
gia cũ ipſis habeant. Mulcẽtur fiſtula paſtorali & cantu. Cũ erexere aures: acerrimi auditus: cũ remiſere:
ſurdi. Cæteꝝ animal ſimplex: & oĩum reꝝ miraculo ſtupens: in tantũ ut equo aut bucula accedente ꝓpi
us hoiem iuxta uenantẽ non cernãt: aut ſi cernũt: arcum ipſum ſagittaſq; mirenť. Maria tranãt gregati
nãtes porrecto ordine & capita imponentes præcedentium clunibus: uicibuſq; ad terga redeuntes. Hoc
maxime notatur a cilicia cyprum traiicientibus. Nec uident terras: ſed in odore eaꝝ natant. Cornua ma
res habent: ſoliq; aialium oibus annis ſtatuto ueris tempore amittunt. Ideo ſub ipſa die q̃ maxime inuia
petunt. Latent amiſſis uelut inermes. Sed & ipſi bono ſuo inuidentes. Dextrum cornu negant inueniri:
ceu medicamẽto aliquo præditum. Idq; mirabilius fatendum eſt: & cum & in uiuariis mutent oibus an
nis. Defodi ab iis putant. Accenſis autem utriſlibet odore ſerpentes fugantur: & comitiales morbi depre
henduntur. Indicia quoq; ætatis in illis gerunt ſingulis annis adiicientibus ramos uſq; ad ſexẽnes. Ab eo
tempore ſimilia reuiuiſcũt. Nec poteſt ætas diſcerni. Sed dentibus ſenecta declaratur. Aut enim paucos
aut nullos habent: nec in cornibus imis ramos: alioquin ante frontem ꝓminert ſolitos iunioribus. Non
decidunt caſtratis cornua: nec naſcũtur. Erũpunt aũt renaſcẽtibus tuberibus primo aridæ cutis ſimilia.
Eadem teneris increſcunt ferulis arũdineas in panniculas molli plumata lanugine. Quãdiu carent iis no
ctibus procedunt ad pabula. Increſcentia ſolis uapore durant: ad arborẽ ſubinde experiẽtes. Vbi placue
rit robur: in aperta prodeunt. Capti iam ſunt edera in cornibus uiridante ex attritu arborum: ut ĩ aliquo
ligno teneris dum experiũtur innata. Fiunt aliquãdo ex candido calore qualem fuiſſe tradiť. Q. Sertorii
ceruã: quam eſſe fatidicam hiſpaniæ gentibus perſuaſerat. Et iis eſt cũ ſerpente pugna. Inueſtigãt cauer-
nas: nariũq; ſpiritu extrahunť renitentes. Ideo ſingulare abigendis ſerpẽtibus odor aduſto cornu ceruio
Contra morſus uero præcipuũ remediũ ex coagulo hinnuli in utero occiſi. Vita ceruis in confeſſo lõga:
poſt centum annos aliquibus captis cũ torquibus aureis: quos Alexãder magnus addiderat: adopertis
iam cute in magna obeſitate. Febrium morbos non ſentit hoc aial. Quin & medetur huic timori. Quaſ-
dam nos principes fœminas ſcimus oibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas: & lõgo æuo
caruiſſe febribus. Quod ita demum exiſtimant ratum ſi uulnere uno interierit.

De tragelapho: & chameleonte: & reliquis colorem mutantibus. Capi. xxxiii.

St eadem ſpẽ barba tantũ & armoꝝ uillo diſtans: quẽ tragelaphon uocãt: nõ alibi q̃ iuxta pha
e ſin amnẽ naſcens. Ceruos africa propemodum ſola nõ gignit. At chameleontẽ & ipſa: quãquã
frequentiorẽ india. Figura & magnitudo erat lacerti: niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera
uentri iunguntur ut piſcibus: & ſpina ſimili modo. Eminet roſtrum: ut in paruo ſit haud abſimile ſuillo
Cauda prælonga in tenuitatem deſinens: & ĩplicans ſe uiperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tar-
dior ut teſtudini. Corpus aſpeꝝ: ut crocodilo. Oculi in receſſu cauo: tenui diſcrimine prægrãdes: & cor-
pori cõcolores. Nunquã eos operiri: nec pupillæ motu: ſed totius oculi uerſatione circũaſpicit. Ipſe cel-
ſus hianti ſemper ore. Solus animalium nec cibo nec potu ſemper alitur: nec alio q̃ aeris alimento. Circa
caprificos ferus: innoxius alioquin. Et coloris natura mirabilior. Mutat namq; eum ſubinde: & oculis &
cauda & toto corpore. Redditq; ſemper quemcunq; proxime attingit præter rubrum candidumq;. De-
functo pallor eſt. Caro in capite & maxillis & ad commiſſuram caudæ admodum exigua. Nec alicu-

biſi toto corpore. Sanguis in corde & circa oculos tantum. Viſcera ſine ſplene. Hybernis menſibus latet
ut lacerta.

De tarando & lycaone & thoe. Cap. xxxiiii.

Vtat colores ſcytharum tharandus: nec aliud ex iis quæ pilo ueſtiuntur: niſi in indis lycaon: cui
m iubata traditur ceruix. Nam thoes luporum id genus eſt procerius longitudine: breuitate cru-
rum diſſimile: uelox ſaltu. Venatu uiuens Innocuum homini. Habitum non colorem mutat.
Per hyemes hirti: æſtate nudi. Tarando magnitudo quæ boui eſt. Caput maius ceruino: nec abſimile.
Cornua ramoſa: ungula bifida: uillus magnitudine urſorum. Sed cum libuit ſui coloris eſſe: aſino ſimi-
lis eſt. Tergori tanta duritia: ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum fruticum florum lo-
corumq; reddit metuẽs in quibus latet. Ideoq; raro capitur. Mirum eſſet habitum corpore tam multipli
cem dari mirabilius & uillo.

De hyſtrice. Cap. xxxv.

Yſtrices generat india & africa ſpina cõtectas: ac erinaceorum genere: ſed hyſtrici longiores acu
h lei: & cum intendit cutem miſſiles. Ora urgentium figit canũ: & paulo longius iaculatur. Hy-
bernis autem ſe menſibus condit. Quæ natura multis & ante omnia urſis.

De urſis & fœtibus eorum. Cap. xxxvi.

Orum coitus hyemis initio: nec uulgari quadrupedũ more: ſed ambobus cubantibus comple
c xiſq;. Deinde ſeceſſus in ſpecus ſeparatim: in quibus pariũt triceſimo die: ac plurimũ quinos. Hi
ſunt candida informiſq; caro: paulo muribus maior: ſine oculis: ſine pilo. Vngues tm̃ ꝑminẽt.
Hãc lambẽdo paulatim figurant. Nec quicq̃ rarius hoies q̃ parientẽ uidere urſam. Ideo mares quadra-
genis diebus latent. Fœminæ quaternis mẽſibus. Specus ſi non habuere ramoꝝ fruticũq; congerie ædifi
cant impenetrabiles ĩymbribus: molliq; fronde conſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno
præmũtur: ut ne uulneribus quidem excitari queant. Tunc miꝝ ĩmodum ueterno pingueſcũt. Illi ſunt
adipes medicaminibus apti: cõtraq; defluuiũ capilli tenaces. Ab iis diebus reſidunt: ac prioꝝ pedũ ſuctu ui
uunt. Fœtus rigẽtes apprimẽdo pectori fouẽt: nõ alio incubitu q̃ oua uolucres. Miꝝ dictu credit Theo
phraſtus per id tempus coctas quoq; urſorum carnes ſi aſſeruent̃ increſcere. Cibi tunc nulla argumenta
nec niſi humoris minimum in aluo inueniri. Sanguinis exiguas circa corda tantum guttas: reliquo cor-
pori nihil ineſſe. Procedunt uere: ſed mares præpingues. Cuius rei cauſa non prompta eſt. Quippe nec
ſomno quidẽ ſaginatis præter quattuordecim dies ut diximus. Exeuntes hærbã quãdam aron noie laxã
Cũ den- dis inteſtinis alioquin cõcretis deuorãt. circaq; ſulculos dentium prædomantes ora. Oculi eoꝝ hebetan
tiunt uel tur crebro. Qua maxime fauos cã expetunt: ut cõuulneratũ ab apibus os leuet ſanguine grauedinẽ illã.
Dentitio Inualidiſſimum urſo caput: qđ leoni fortiſſimũ. Ideo urgẽte ui præcipitaturi ſe ex aliqua rupe manibus
ni eo opto iaciuntur: ac ſæpe in harena colaphis inflictis exanimantur. Cerebro ueneficiũ eſſe hiſpaniæ cre-
dunt: occiſorũq; in ſpectaculis capita cremant teſtato quoniã potũ in urſinã rabiem agat. Ingrediuntur
& bipedes. Arborem auerſi diripiunt. Tauros ex ore cornibuſq; eoꝝ pedibus omnibus ſuſpenſi pondere
fatigant. Nec alteri animalium in maleficia ſtultitia ſolertior. Annalibus notatum ẽ. M. Piſone. M. Meſ
ſala conſ. ad. xiiii. Kalen. octob. Domitiũ Aenobarbum ædilem curulem urſos numidicos. c. & totidem
uenatores æthiopas ĩ cyrco dediſſe. Miror adiectum numidicos fuiſſe: cũ in africa urſos nõ gigni cõſtet.

De muribus ponticis & alpinis & herinaceis. Cap. xxxvii.

Onduntur hyeme & pontici mures: dũtaxat albĩ. Quorum palatum in guſtu ſagaciſſimum
c auctores quo nam modo intellexerint miror. Conduntur & alpini: quibus magnitudo media
eſt. Sed hi pabulo ante in ſpecus cõuecto: cum quidã narrẽt alternos marem ac fœminã ſupra
ſe complexo faſce hærbæ ſupinos cauda mordicus apprehenſa inuicem detrahere ad ſpecum. Ideoq; illo
tempore detrito eſſe dorſo. Sunt his pares & in ægypto. Similiter reſident in clunes: & in binis pedibus
gradiuntur: prioribuſq; ut manibus utuntur. Præparant hyemi & herinacei cibos: ac uolutati ſupra iacẽ
tia poma affixa ſpinis unum non amplius tenentes ore portant in cauas arbores. Iidem mutationẽ aqui
lonis in auſtrum condentes ſe in cubile præſagiunt. Vbi uero ſenſere uenantem contracto ore pedibuſq;
ac parte omni inferiore qua raram & innocuam habent lanuginem cõuoluuntur in formam pilæ: ne qđ
compræhendi poſſit præter aculeos. In deſperatione uero urinam ex ſe reddunt tabificam tergori ſuo ſpi
niſq; noxiam: propter hoc ſe capi gnari. Quamobrem exinanita prius urina uenari ars eſt. Et tum præci
pua dos tergoris. Alias corrupta fragilis putribus ſpinis atq; deciduis: etiã ſi uiuat ſubtractus fuga. Ob
id non niſi in nouiſſima ſpe maleficio illo perfunditur. Quippe & ipſi odere inſitum ueneficium ita par-
centes ſibi: terminũq; ſupremũ operientes: ut ferme ante captiuitas occupet. Calidæ poſtea aquæ aſperſu
reſoluitur pila: apprehenſuſq; pede altero e poſterioribus ſuſpendio ac fame necatur. Aliter non eſt occi-
dere & tergori parcere. Ipſum animal non uerentur pleriq; dicere uitæ hominum ſuperuacuum eſſe. Si
non ſint illi aculei: fruſtra uellerum mollicies in pecude mortalibus data. Hac cute expoliuntur ueſtes.
Mono- Magnum fraus & ibi lucrum monopolium inuenit. De nulla re crebrioribus ſenatuſcõſultis nulloq; nõ
polio principe adito querimoniis prouincialibus.

De leontophono

De leontophono:lynce:melibus:& ſcyuris. Cap.xxxviii.

Rinæ & e duobus aliis animalibus ratio mira eſt leontophonon accepimus uocari paruũ: nec
u aliubi naſcens q̃ ubi leo gignitur. Quo guſtato tanta illa uis eſt ut cæteris quadrupedũ imperi
tans ilico expiret. Ergo corpus eius aduſtũ aſpergunt aliis carnibus polentæ modo inſidiantes
feræ:necãtq; etiã cinere tam cõtraria eſt peſtis. Haud ĩmerito igitur odit leo:uiſumq; frãgit:& citra mor
ſum exaiat. Ille cõtra urinam ſpargit prudẽs:hanc quoq; leoni exitialẽ. Lyncum humor ita redditus: ubi
gignuntur glaciatur:areſcitue in gẽmas carbũculis ſimiles:& igneo colore fulgẽtes : Lyncuriũ uocatas:
atq; ob id ſucino a pleriſq; ita generari ꝓdito. Nouere hoc ſciũtq; lynces:& inuidẽtes urinã terra operiũt
eoq; celerius ſolidat̃. Illa alia ſolertia in metu melibus:ſufflata cute diſtinctæ ictus hoium & morſus ca
num arcẽt. Præuident tẽpeſtatem & ſciuri:obturatiſq; qua ſpiraturus eſt uentus cauernis:ex alia pte ape
riunt fores:detectis Ipſis uilloſior cauda pro tegumento ẽ. Ergo in hyemes aliis prouiſum pabulũ:aliis
pro cibo ſomnus.

De uipera cocleis & lacertis. Cap.xxxix.

Erpentium uipera ſola terra dicitur condi Cætere arborum aut ſaxoꝝ cauis . Et aliãs uel ãnua
s fame edurant algore modo dempto. Omnia ſeceſſus tempore ueneno orba dormiunt. Simili
modo & cocleæ. Illæ quidem iterum & æſtatibus adherentes maxime ſaxis:ut etiam iniuria re-
ſupinatæ auulſæq; non tamen exeant. In balearibus uero inſulis cauaticæ appellatæ non prorepunt e ca-
uis terræ:neq; hærba uiuunt:ſed uuæ modo inter ſe coherent. Eſt & aliud genus minus uulgare. Adhæ-
rent operculo eiuſdem teſtæ ſe operientes:obrutæ terra ſemper. Hæ & circa maritimas tantũ alpes quon
dam effoſſæ cœpere iam erui & in ueliterno. Omniũ tamen laudatiſſimæ in aſtypalea inſula. Lacertæ ini
miciſſimum genus cocleis. Negantur ſemeſtrem uitam excedere. Lacerti arabiæ cubitales. In india uero
in niſa monte.xxiiii.in longitudine pedum:colore fului aut punicei aut cerulei.

De canibus. Cap.xl.

X iis quoq; animalibus quæ nobiſcũ degunt multa ſunt cognitu digna. Fideliſſimi ante omnia
e homini canes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus : confe-
ctumq; plagis a corpore non receſſiſſe:uolucres & feras abigentẽ. Ab alio in epiro agnitũ in cõ
uentu percuſſorem domini laniatuq; & latratu adactum:ut cogeretur fateri ſcelus. Garamãtum regem
canes ducenti ab exilio reduxere prœliantes contra reſiſtentes. Propter bella colophonii: itemq; caſtaba-
lenſes cohortes canum habuere. Eæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes. Hæc erant fidiſſi-
ma auxilia:nec ſtipendiorum indiga. Canes defendere cimbros cæſis dominis eorum plauſtris impoſi-
tis. Canis Iaſone Lycio interfecto cibum capere noluit inediaq; conſumptus eſt. Is uero cui nomen hyr-
cani reddidit: Durides:accenſo regis Lyſimachi rogo iniecit ſe flammæ. Similiterq; Hieronis regis. Me-
morat & Pyrrhum Gelonis tyãnni canẽ Philiſtus. Memoratur & Nicomedis bithynię regis uxore eius
Cõſynge laceratam propter laſciuiorem cũ marito iocũ. Apud nos Volcatium nobilem qui Ceſeliũ ius
ciuile docuit aſturcone e ſuburbano redeuntẽ cũ aduesperauiſſet canis a craſſatore defendit. Itẽ Celiũ ſe-
natorem ægrum placẽtiæ ab armatis oppreſſum. Nec prius ille uulneratus eſt q̃ cane interẽpto. Sed ſup
omnia in noſtro æuo actis populi ro. teſtatũ Appio Iunio & P. Silio cõſ. cũ aiaduerteret̃ ex cauſa Nero
nis Germanici filii in. T. Sabinum & ſeruitia eius:unius ex iis canem nec a carcere abigi potuiſſe : nec a
corpore receſſiſſe:abiecto in gradibus gemoniis mœſtos edentem ululatus magna populi ro. corona cir
cũſtante:ex qua cũ quidam ei cibũ obieciſſet:ad os defuncti tuliſſe. Innatauit idem in tyberim cadauere
abiecto ſuſtẽtare conatus:effuſa multitudine ad ſpectandam aialis fidem. Soli dominũ nouere. Et igno
tum quoq; ſi repente ueniat intelligunt. Soli noia ſua:ſoli uocẽ domeſticã agnoſcunt. Itinera q̃uis longa
meminere. Nec ulli præter hoiem memoria maior. Impetus eoꝝ & ſæuitia mitigat̃ ab homine cõſidente
humi. Plurima alia in his quotidie uita inuenit. Sed in uenatu ſolertia & ſagacitas præcipua eſt. Scruta-
tur ueſtigia atq; perſequitur. Comitantẽ ad feram inquiſitorẽ loro retrahẽs:q̃uis aquã tranſiliẽs ſe occul
taſſet:quã ſignificans demonſtratio eſt cauda primũ:deinde roſtro. Ergo etiam ſenecta feſſos cæcoſq; ac
debiles ſinu ferunt:uentos & odorem captantes: ꝓdenteſq; roſtro cubilia. E tigribus eos indi uolunt cõ-
cipi. Et ob id in ſiluis coitus tempore alligant fœminas. Primo & ſecundo fœtu nimis feroces putant gi-
gni:tertio demum educant. Hoc idem e lupis galli:quoꝝ greges ſuum quiſq; ductorẽ e canibus & ducẽ
habent. Illũ in uenatu comitant̃:illi parent. Nãq; inter ſe exercent etiã magiſteria. Certum ẽ iuxta nilum
amnem currentẽ lambere:nec crocodillorũ auiditati occaſionẽ præbeãt. Indiã petenti Alexãdro magno
rex albaniæ dono dederat inuſitatæ magnitudinis unum:cuius ſpecie delectatus iuſſit urſos mox apros
& deinde damas emitti cõtemptu immobili iacẽte. Eaq; ſegnicie tanti corporis offenſus imperator gene
roſi ſpiritus eũ interimi iuſſit. Nunciauit hoc fama regi. Itaq; alteꝝ mittens addidit mandata : ne in par-
uis experiri uellet:ſed ĩ leone elephantoue. Duos ſibi fuiſſe. Hoc interempto præterea nullum fore. Nec
diſtulit Alexander:leonemq; ſtratum protinus uidit. Poſtea elephantum iuſſit induci:haud alio magis
ſpectaculo lætatus. Horrẽtibus quippe ꝑ totũ corpus uillis ingenti primũ latratu intonuit. Mox in cer-

uicem aſſultans cõtraq; beluam exurgens hinc & illinc artifici dimicatione:qua maxime opus eſſet infe-
ſtans atq; euitans: donec aſſidua rotatum uertigine afflixit:ad caſum eius tellure concuſſa. Cánum gene
ribus annui partus. Iuxta ad pariendum annua ætas. Gerunt in utero ſexagenis diebus. Gignũt cęcos:&
quo largiore aluntur lacte:eo tardiorẽ uiſum accipiunt. Nõ tamen unq̃ ultra uiceſimumprimum diem:
nec ante ſeptimum. Quidam tradunt ſi unus gignatur nono die cernere:ſi gemini decimo. Idemq; in ſin
gulos adiici totidemq; eſſe tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ fœmina ſit exprimipara genita citius
cerni. Optimus in fœtu qui nouiſſimus cernere incipit:aut quem primum fert in cubile fœta. Rabies ca
num ſyrio ardente homini peſtifera ut diximus:ita morſis lœtalis aquę metus. Qua ꝑpter obuiam itur
per. xxx. eos dies gallinaceo maxime fimo mixto canum cibis:aut ſi præuenerit morbus ueratro.

## Ad canis rabidi morſum. Cap. xli.

D morſum uero unicum remedium oraculo quodam nuper repertum. Radix ſilueſtris roſæ
a quæ cynorhoda appellatur. Columella auctor ẽ ſi quadrageſimo die q̃ ſit natus caſtretur mor
ſu cauda: ſummuſq; eius articulus auferatur: ſequẽti neruo exempto: nec caudam creſcere: nec
canes rabidos fieri. Canem locutum in prodigiis quod equidem annotauerim accepimus: & ſerpentem
latraſſe cum pulſus eſt regno Tarquinus.

## De natura equorum. Cap. xlii.

Idem Alexandro & equi magna raritas cõtigit. Bucephalan eum uocarunt: ſiue ab aſpectu tor
e uo: ſiue ab inſigni taurini capitis armo impreſſi. Sexdecim talentis ferunt ex Philonico pharſali
grege emptũ etiã tum puero capto eius decore. Neminẽ hic alium q̃ Alexandrũ regio iſtratus
ornatu recepit in ſedẽ:alios paſſim reiiciẽs. Idem in prœliis memoratæ cuiuſdã ꝓhibetur operæ. Thebaꝝ
oppugnatione uulneratus in alium trãſire Alexandrum nõ paſſus. Multa præterea eiuſdem modi. Pro-
pter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbem tumulo circũdedit nomine eius. Nec Cæſaris dictato-
ris quẽq̃ alium recepiſſe dorſo equus traditur: idemq; hoĩs ſimiles pedes priores habuiſſe. Hac effigie lo
catus ante Veneris genitricis ædem. Fecit & Diuus Auguſtus equo tumulum. de quo Germanici Cæſa
ris carmẽ eſt. Agrigenti compluriũ equoꝝ tumuli pyramides habent. Equum adamatũ a Semiramide
uſq; ad coitum Iuba auctor eſt. Scythæ quidem equitatus & equoꝝ gloria ſtrepunt. Occiſo deniq; ipſo
rum regulo ex prouocatione dimicãte hoſtem cum uictor ad ſpoliandum ueniſſet ab equo eius ictibus
morſuq; confectum. Alium detracto oculorum operimento & cognito cũ matre coitu petiſſe prærupta
atq; exanimatum. Equã eadẽ ex cã in reatino agro: laceratũq; pariter aurigam inuenimus. Nãq; & cogna
tionum intellectus in iis eſt, itaq; in grege prioris anni ſorore libentius etiam q̃ matre equa comitatur.
Docilitas tanta eſt ut uniuerſus ſybaritani exercitus equitatus ad ſymphoniæ cantũ ſaltatiõe quadã mo
ueri ſolitus inueniatur. Iidem præſagiunt pugnã & amiſſos lugent dominos: lachrymaſq; interdũ deſide
rio fundunt. Interfecto Nicomede rege equus eius inedia uitam finiuit. Philarchus refert Cẽtaretrium e
galatis in prœlio occiſo Antiocho potitũ equo eius conſcendiſſe ouãtem. At illum indignatiõe acceſum
domitis frenis: ne regi poſſet: præcipitem ĩ abrupta iſſe: exanimatũq; una. Philiſtus a Dionyſio relictum
in cœno hærentẽ ut ſeſe eueliſſet ſecutũ ueſtigia domini examine apum iubæ inhærente. Eoq; oſtento ty
rannidẽ a Dionyſio occupatam. Ingenia eoꝝ inenarrabilia iaculantes obſequio experiuntur: difficiles co
natus corpore ipſo: nixuq; inuitantiũ. Iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in cyrco ad currus
iuncti nõ dubie intellectũ adhortationis & gloriæ fatentur. Claudii Cęſaris ſeculariũ ludoꝝ cyrcenſibus
excuſſo in carceribus auriga albati equi palmã occupauere: primatũ optinuere: oppoſita effundẽtes oĩa:
quæ contra æmulos debuiſſent peritiſſimo auriga inſiſtente facientes. Cũ puderet hoĩum artes ab equis
uinci: pacto legitimo curſu ad metã ſtetere. Maius augurium circa priſcos plebiis cyrcẽſibus excuſſo au
ædem riga: ita ut ſi ſtaret ĩ capitolium cucurriſſe equos: ſedẽq; ter luſtraſſe. Maximũ uero eodem perueniſſe ab
ueiis cum palma & corona effuſo Ratumena: qui ibi uicerat. Vnde poſtea nomen portæ eſt. Sarmatæ
longinqua itinera acturi inedia pridie præparant eos exiguum tantũ potum impartientes: atq; ita ꝑ cen
tena milia & quinquaginta cõtinuo curſu euntibus inſident. Viuunt annis quidẽ quinquagenis. Fœminæ
minore ſpatio. Eædẽ quinquẽnio finem creſcẽdi capiunt. Mares ãno addito. Forma equoꝝ quales maxĩe
legi oporteat. Pulcherrime qdem Virgilio uate abſoluta eſt. Sed & nos diximus in libro de iaculatione
equeſtri condito & fere inter oẽs cõſtare uideo. Diuerſa aũt cyrco ratio quæritur. Itaq; cum bimi in alio
ſubigantur impio: nõ ante quinquẽnes ibi certamen accipiunt. Partum in eo genere undenis menſibus fe
runt: duodecimo gignunt. Coitus uerno equinoctio bimo utrinq; uulgaris. Sed a trimatu firmior par-
tus. Generat mas ad ãnos trigintatres. Vtpote cum a cyrco poſt uiceſimũ annum mittantur ad ſobolẽ
reparandã. Et ad quadraginta duraſſe tradunt: adiutum modo in attollenda priore parte corporis. Sed
ad generãdum paucis aĩalium minor fertilitas. Qua de cauſa per interualla admiſſuræ dantur: nec tamẽ
quindecim initus eiuſdem anni ualet tolerare. Equaꝝ libido extinguitur iuba tonſa. Gignũt annis oĩbus
ad quadrageſimũ. Vixiſſe equum ſeptuagintaquinq; ãnis ꝓditur: in hoc genere grauida ſtans parit: præ
terq; cæteras fœtum diligit. Et ſane equis amoris innaſci ueneficium hippomanes appellatum in fron-
te: carice

te:caricæ magnitudine:colore nigro.Quod ſtatim edito partu deuorat fœta:aut partum ad ubera non
admittit ſi quis præreptum habeat.Olfatu in rabiem id genus agitur.Amiſſa parente in grege armenti
reliquæ fœtę educant orbum.Terrã attingere ore triduo proximo q̃ ſit genitus negãt poſſe. Quo quis
acrior:in bibendo ꝓfundius nares mergit.Scythæ ꝑ bella fœminis uti malunt:quoniam urinã curſu nõ
ĩpedito reddant.Cõſtant in luſitania circa ulyxipponẽ oppidũ & tagũ amnem equas fauonio flante ob
uerſas animalẽ concipere ſpiritum:idq́ partum fieri:& gigni perniciſſimum ita:ſed triennium uitæ non
excedere.In eadem hiſpania gallecagens & aſtura equini generis:quos theldones uocamus.Minori for
ma appellatos aſturcones gignunt.Quibus non uulgaris in curſu gradus:ſed mollis alterno cruꝝ ex-
plicatu glomeratio.Vnde equis tollutim carpere ĩcurſus tradit̃ arte.Equo fere:qui homini morbi:præ
terquã ueſicæ conuerſio:ſicut omnibus in genere ueterino. De aſinis. Cap.xliii.

Sinum quadringentis nummis emptum.Q.Aſio ſenatori auctor eſt.M.Varro:haud ſcio an
a omniũ pretio aĩalium uicto:opera ſine dubio geruli mirifica arãdo quoq́. Sed mularũ maxie
pro generatione patria etiam ſpectatur in iis arcadibus in achaia.In italia reatinis. Ipſum aĩal
frigoris maxime impatiẽs:ideo nõ generatur in ponto:nec in æquinoctio uerno:ut cætera pauca admit-
titur:ſed ſolſtitio:Mares in remiſſione opis deteriores.Partus a.xxx.mẽſe ociſſimus:ſed a trimatu legit
timus.Totidẽ quot equæ & eiſdẽ mẽſibus & ſimili modo.Sed incõtinẽs uterus urinã genitalem reddit
ni cogatur in curſum uerberibus a coitu.Raro geminos parit.Partitura lucẽ fugit:& tenebras quærit:
ne cõſpiciatur ab hoĩe.Gignit tota uita:quæ eſt ei ad.xxx.annũ.Partus caritas ſumma:ſed aquarum te-
diũ magis.Per ignes ad fœtus tendũt.Eæ item ſi riuus minimus interſit:horrent ita ut pedes omnino ca
ueant tingere.Nec niſi aſſuetos potant fontes:qui ſunt in pecuariis.Atq́ ita ut ſicco tramite ad potum
eant.Nec pontes tranſeant per raritatem plantaꝝ trãſlucentibus fluuiis.Mirũq́ dictu ſitiũt:& ſi immu
tentur aquæ ut bibãt:cogendæ exonerãdæue ſunt.Nec niſi ſpacioſe incubant alias atterunt.Varia nãq́
ſomnio uiſa concipiũt ictu pedum crebro:q niſi ꝑ inane emicuerit repelſu durioris materiæ claudicatem
ilico affert.Quæſtus ex iis opima prædia exuperat.Notũ eſt in celtiberia ſingulas quadragenis milibus
numoꝝ emi.Ad mulaꝝ maxime partus auriũ referre in his & palpebraꝝ pilos aiunt. Quãuis enim uni
color toto reliquo corpore:totidẽ tamẽ colores quot ibi fuere reddit.Pullos eaꝝ epulari Mœcenas inſti
tuit:multum eo tempore prælatos onagris.Poſt eum interiit auctoritas ſaporis.Sed aſino moriente ui
ſo celerrime id genus deficit. De mulis.Cap.xliiii.

X aſino:& equa mulus gignitur menſe.xii.Animal uiribus in labore eximiũ. Ad tales partus
e equas neq́ quadrimis minores:neq́ decẽnibus maiores legunt:arceriq́ utrũq́ genus ab altero
narrant:niſi in infantia eius generis quod ineãt lacte hauſto.Quapropter ſubreptis ſtatim pul
lis in tenebris equaꝝ uberi aſinaꝝ equuleos admouent.Gignit̃ aũt multa ex equo & aſina:ſed effrenis
& tarditatis indomitæ.Lẽta oĩa eſſe uetulis.Conceptũ ex equo ſecutus aſini coitus abortu perimit.Nõ
itẽ ex aſino equi.Fœminas a partu optime.vii.die impleri obſeruatũ eſt:mares fatigatos melius implere
Quæ non priuſq̃ dentes quos pullinos appellant iaciat cõceperit:ſterilis intelligitur.Et quæ nõ primo
initu genere cœperit.Equo & aſina genitos mares hinulos antiqui uocabant:contraq́ mulos:quos aſini
& equæ generarent.Obſeruatum e duobus diuerſis generibus nata tertii generis fieri:& neutri paren-
tum eſſe ſimilia.Eaq́ ipſa quæ ita nata ſunt non gignere in omni animaliũ genere:idcirco mulas nõ pa-
rere.Eſt in annalibus noſtris peperiſſe ſæpe:uerum prodigii loco habitum.Theophraſtus uulgo parere
in cappadocia tradit.Sed eſſe id aĩal ibi ſui generis.Mulæ calcitratus inhibet̃ uini crebriore potu.In plu
rium grecorum eſt monumentis cũ equa muli coitu natum quẽ uocauerunt hinum ideſt paruum mulũ
Generantur ex equa & onagris manſuefactis mulæ ueloces in curſu:duricia eximia pedum.uerum rugo
ſo corpore:indomito aĩo.ſed generoſo.Onagro ex aſina genitus oẽs antecellit.Onagri in phrygia & ly-
caonia præcipui.Pullis eoꝝ ceu præſtantibus ſapore africa gloriatur:quos laliſiones appellant.Mulum
lxxx.annis uixiſſe athenienſium monumentis apparet.Eo gauiſi cum templum in arce facerent:quod
derelictus ſenectra cadentia iumenta comitatu niſuq́ exhortaretur decretum fecere:quo caueretur ne
frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent. De bubus. Cap.xlv.

Vbus indicis cameloꝝ altitudo traditur:cornua in latitudinẽ quattuor pedum. In noſtro or-
b be epiroticis laus magna a Pyrrhi(ut ferunt)iam inde regis cura.id cõſecutus eſt nõ ante qua
drimatum ad partus uocandos.Prægrãdes itaq́ fuere:hodieq́ reliquiæ ſtirpium durant. At
nunc ãniculæ ad fœcunditatem poſcuntur.Tolerantius tamen bimæ.Tauri generationẽ quadrimi ĩplẽt
& ſingulis denæ eodẽ anno tradunt̃.Si aũt poſt coitũ ad dexteram partem abeant tauri:generatos ma-
res eſſe:ſi in leuam fœminas.Conceptio uno initu peragitur:quod ſi forte perrauit.xx.poſt die marem
fœmina repetit.Pariunt menſe.x.quicquid ante genitum inutile eſt. Sunt auctores ipſa complente
x.menſe duos parere:nunc raro geminos.Coitus a delphini exortu ad pridie nonas ianuarii diebus
xxx.aliquibus & autumno:gentibus quidem quæ lacte uiuunt ita fœtus diſpenſantibus:ut omni tem-

k

pore anni ſuperſit id alimentum. Tauri non ſæpius q̃ bis die ineunt. Boues animalium ſoli & retro am-
bulantes paſcuntur. Apud garamãtas quidẽ haud aliter. Vita fœminis. xv. annis longiſſima. Maribus
xx. Robur in q̃matu. Lauatione calidæ aquæ tradũtur pingueſcere: & ſi quis inciſa cute ſpiritum in ui-
ſcera harundine adigat. Nõ degeneres exiſtimari etiã minus laudato aſpectu: plurimum lactis alpinis
quibus minimum corporis plurimum laboris capite non ceruice iunctis. Syriacis non ſunt palearia: ſed
gibber in dorſo. Carici quoqꝫ in parte Aſiæ fœdi uiſu tubere ſup armos a ceruicibus eminẽte: laxatis cor
nibus excellentes in opere narrantur. Cæteri nigri coloris candidiue ad laborem dãnantur. Tauris mino
ra q̃ bubus cornua tenuioraqꝫ. Domitura boum in trimatu: poſtea ſera: ante præmatura. Optime cum
domito iuuencus imbuitur. Socium enim laboris agriqꝫ culture habemus. Hoc animal tante apud prio
res curæ: ut ſit inter exempla dãnatus a populo ro. die dicta. qui cõcubino procaci rure omaſum ediſſe ſe
neganti occiderit bouem: actuſqꝫ in exilium tanq̃ colono ſuo interempto. Tauris in aſpectu generoſitas
torua fronte: auribus ſetoſis: cornibus in ꝓcinctu dimicationem poſcentibus. Sed tota cõminatio prio-
ribus in pedibus ſtat: ita gliſcente alternos replicans: ſpargenſqꝫ in altũ harenam: & ſolus animalium eo
Se adie- ſtimulo ardeſcens. Vidimus de ĩperio dimicãtes: & ideo ſe demõſtratos rotari cornibus cadẽtes excipi:
ctitium iterũqꝫ reſurgere: mõ iacentes ex humo tolli bigarũqꝫ etiã curru citato uelut aurigas inſiſtere. Theſſaloꝝ
uidetur gẽtis inuentũ ẽ equo iuxta quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare. Primus id ſpectaculum
Opimæ dedit romæ Cæſar dictator. Hinc uictimæ optimæ & lautiſſima deoꝝ placatio. Huic tantum animali
omniũ quibus ꝓcerior cauda non ſtatim nato conſumatæ ut cæteris menſuræ creſcit uni donec ad ueſti
gia ima perueniat. Quã ob rẽ uictimarum probatio in uitulo ut articulũ ſuffraginis cõtingat: breuiore
non litant. Hoc quoqꝫ notatũ uitulos ad aras humeris hoĩs allatos non fere litare: ſicut nec claudicantẽ
nec aliena hoſtia deos placari: nec trahẽte ſe ab aris. Eſt frequens ĩ ꝓdigiis priſcoꝝ bouem locutũ. Quo
nuntiato ſenatum ſub diuo haberi ſolitum.

De api boue. Cap. xlvi.

Os in ægypto etiam numinis uice colitur. Apim uocãt. Inſigne ei in dextro latere cãdicans ma
b cula cornibus lunæ creſcere incipientis. Nodus ſub lingua: quem cantarum appellant. Non eſt
fas eum certos uitæ excedere annos: merſumqꝫ in ſacerdotũ fonte enecant quæſituri luctu aliũ
quem ſubſtituant: donec inueniant mœrent. Deraſis etiam capitibus: nec tamen uſqꝫ diu quæritur. Inuẽ
tus deducitur a ſacerdotibus mẽphim. Sunt delubra ei gemina: quæ uocant thalamos auguria populo
rum. Alterum intraſſe lætum eſt: in altero dira portendit. Reſponſa priuatis dat: e manu conſulentium
cibum capiendo. Germanici Cæſaris manum auerſatus ẽ haud multo poſt extincti. Cætero ſecretus cũ
ſe prorupit in cœtus incedit ſummoto ſtrepitu lictoꝝ: grexqꝫ pueroꝝ comitat carmẽ honori eiꝰ canen-
tium: intelligere uidet: & adorari uelle. Hi greges repẽte lymphati futura præcinũt. Fœmina bos ſemel
ei anno oſtenditur ſuis & ipſa inſignibus: q̃q̃ aliis: ſemperqꝫ eodem die & inueniri eam extinguiqꝫ tradũt
Memphi eſt locus in nilo: quem a figura uocant phialam. Omnibus annis ibi auream pateram argen-
teamqꝫ mergentes diebus quos habent natales apis. Septem hi ſunt. Mirumqꝫ neminem per eos a croco
dilis attingi. Octauo poſt horam diei. vi. redire beluæ feritatem.

De natura pecudum & pecorum. Cap. xlvii.

Agna & pecori gratia uel in placamentis deorũ: uel in uſu uelleꝝ. Vt boues ſumptũ hoĩum ex
m colunt: ita corpoꝝ tutela pecori debet. Generatio bimis utrinqꝫ ad nouenos ãnos: quibuſdã &
ad. x. primiparis minores fœtus. Coitus oĩbus ad arcturi occaſum ideſt a tertio idus maias ad
aquilæ occaſum ideſt. xiii. Kalen. auguſti. Gerunt partum diebus. cl. poſtea concepti inualidi Cordos
uocabant antiqui poſt id tempus natos. Multi hybernos agnos præferunt uernis: quoniam magis inter
ſit ante ſolſtitium q̃ ante brumã firmos eſſe: ſolũqꝫ hoc aĩal utiliter bruma naſci. Arieti naturale agnas
faſtidire: ſenectam ouiũ conſectari: & ipſe ſenecta melior: illis quoqꝫ utilior. Ferocia eius cohibetur cor-
nu iuxta aurem terebrato. Dextro teſte præligato fœminas generat: leuo mares. Tonitrus ſolitariis oui
bus abortus inferunt. Remedium eſt cõgregare eas ut cœtu iuuentur. Aquilonis flatu mares cõcipi di-
cunt: auſtri fœminas. Atqꝫ in eo genere arietũ maxime ſpectãtur ora. Quia cuius coloris ſub lingua ha
buere uenas: eius & lanitium eſt in fœtu: uariũqꝫ ſi plures fuere: & mutatio aquaꝝ potuſqꝫ uariat. Ouiũ
ſumma genera duo tectũ & colonicum. Illud mollius. hoc in paſcuo elegantius. Quippe cũ tectũ rubis
ueſcatur. Operimenta eis ex arabicis præcipua. Lana aũt laudatiſſima apula: & quæ in italia græci peco
ris appellatur: alibi italica. Tertiũ locũ mileſiæ oues obtinent. Apulæ breues uillo: nec niſi penulis cele-
bres. Circa tarentum canuſiũqꝫ ſummã nobilitatem habent. In aſia uero eodẽ genere laodiceæ. Alba cir-
cũpadanis nulla præfert: nec libra centenos numos ad hoc æui exceſſit ulla. Oues non ubiqꝫ tondentur
Durat quibuſdã in locis mos uellendi. Coloꝝ plura genera. Quippe cum deſint etiã noĩa eis: quas nati
uas appellant aliquot modis.

De generibus lanaꝝ & ueſtium. Cap. xlviii.

Iſpania nigri uelleris præcipuas habet: pollentia iuxta alpes: canuſia rutili: quas erythras uo-
Furuas h cant. Item betica ut canuſium. Fuluas tarentum ac pulliginis ſuæ: & ſuccidis oĩbus uſus me
dicatus

dicatus.Hyſtriæ liburniæq; pilo ꝓprior q̃ lanę pexis aliena ueſtibus:& quã ſola ars ſcutulato textu cõ-
mendat.In luſitania ſimilis circa piſcinas prouintiæ narbonenſis.Similis & in ægypto ex qua ueſtis de-
trita uſu tingitur:rurſuſq; æuo durat.Eſt & hirtæ filo craſſo in tapetis antiquiſſima gratia. Iam certe pri
ſcos iis uſos Homerus auctor eſt.Aliter hæc galli tingunt:aliter parthoꝝ gentes.Lanæ & per ſe coactæ
ueſtem faciunt:& ſi addatur acetum etiam ferro reſiſtunt:imo uero etiã ignibus.Nouiſſimo ſui purga-
mento quippe ahenis coquentium extractæ indumentis uſu ueniũt galliaꝝ(ut arbitror)inuentũ. Certe uel indu-
gallicis hodie nõibus diſcernunť:nec facile dixerim qua id ætate cœperit.Antiquis enim torus ẽ ſtramen mẽti uſũ
to erat:qualiter nunc ẽt in caſtris gauſape. Patris mei memoria cœpere amphimala:noſtra ſicut uilloſa ueniunt
& etiam uentralia.Nam tunica lati claui in modum gauſape texi nunc primũ icœpit.Lanaꝝ nigræ nul-
lũ colorem bibunt.De reliquaꝝ infectu ſuis locis dicemus.In conchyliis marinis aut hærbarũ natura:la
nã colo & fuſo.Tanaquilis quæ eadẽ Caia Cecilia uocata ẽ:in tẽplo.M. Anci duraſſe ꝓdẽte ſe auctor ẽ
M.Varro:factamq; ab ea togã regiam ungulatã in æde fortunæ:qua Seruius Tullius fuerat uſus. In- Vndula-
de factum ut nubentes uirgines comitareť colus cõpta & fuſus cũ ſtamine.Ea prima texuit rectam tu tam
nicam:qua ſimul cũ toga pura tyrones induũtur nouæq; nuptæ.Vngulata ueſtis primo lautiſſimis fu Vndu-
it:inde ſurriculata defluxit.Togas raſas phrygianaſq; Diui Auguſti nouiſſimis tẽporibus cœpiſſe ſcri- lata
bit Feneſtella.Crebræ papaueratæ antiquiorẽ habẽt originẽ.Iã ſub Lucilio poeta in torquato notatæ. Sorori-
Prætextæ apud hetruſcos originẽ inuenere.Trabeis uſos accipio reges. Pictas ueſtes iã apud Homerũ culata
fuiſſe:unde triũphales natæ.Acu facere idæi phryges inuenerũt:ideoq; phrygiones appellati ſunt. Au
rũ intexere in eadẽ aſia inuenit Attalus rex:unde nomen attalicis. Colores diuerſos picturæ intexere
Babylon maxime celebrauit:& nomen impoſuit.Plurimis uero liciis texere quæ polymita appellãt:ale
xandria inſtituit.Scutulis diuidere gallia.Metellus Scipioni triclinaria babylonica ſeſtertiũ octingẽtis
milibus ueniſſe iam tunc poſuit in capitalibus criminibus:quæ Neroni principi quadringentis milibus
ſeſtertium nuper ſtetere.Serui Tullii prętextæ quibus ſignũ fortunæ ab eo dicatæ coopertum erat dura
uere ad Seiani exitum.Mirũq; fuit nec defluxiſſe eas:nec teredonũ iniurias ſenſiſſe annis.d.lx.Vidimuſ
iam & bidentium uellera purpura:cocco:cõchylio ſexquipedalibus libris infecta:uelut illa ſic naſci co-
gẽte luxuria.In ipſa oue ſatis generoſitatis oſtenditur breuitate crurum:uentris ueſtitu : quibus nudus
eſſet apicas uocabãt damnabãtq;.Syriæ cubitales ouiũ caudæ:plurimũq; i capte lanicii.Caſtrari agnos
niſi quinquemeſtres præmaturum exiſtimant. De muſimonio.Cap.xlix.

e St & in hiſpania & maxime corſica non maxime abſimile pecori genus muſimonum caprino
uillo q̃ pecoris uelleri propius.Quoꝝ e genere & ouibus natos priſci umbros uocauerũt. In-
firmiſſimum pecori caput.Quãobrem auerſum a ſole paſci cogendũ. Quã ſtultiſſima aĩaliũ
lanata.Qua timuere ingredi unũ cornu rapto ſequunť.Vita lõgiſſima annis.x.in æthiopia.xiii. Capris
eodem loco.xi.In reliquo orbe plurimum octo. Vtrũq; genus intra quartum coitum impletur.

De capris & generatione earum. Cap.l.

c Apræ pariunt & quaternos:ſed raro admodũ.Ferunt quinq; mẽſibus ut oues. Capræ pingue
dine ſterileſcunt.Trimæ minus utiliter generãt & in ſenecta:nec ultra quadrienniũ. Incipiunt
vii.menſe & adhuc lactãtes.Mutilũ in utroq; ſexu utilius.Primus in die coitus non iplet : ſe-
quens efficatior:ac deinde cõcipiunt nouẽbri menſe:ut martio pariant turgeſcẽtibus uirgultis.Aliquan
do aniculæ:ſemp binæ:in trimatu inutiles pariunt octonis annis.Abortus frigori obnoxius. Oculos
capra ſuffuſos iunci puncto ſanguine exonerat.Caper rubri.Solertiã eius aĩalis Mutianus uiſam ſibi ꝓ
didit in ponte prætenui duabus obuiis e diuerſo cũ circũactũ anguſtiæ non caperent:nec reciprocationẽ
longitudo in exilitate cæca torrente rapido minaciter ſubterfluente:alterã decubuiſſe:atq; ita alteram ꝓ
culcatæ ſupergreſſam.Mares q̃ maxime ſimos longis auriculis infractiſq; armis q̃ uilloſiſſimos ꝓbãt
Fœminaꝝ generoſitatis inſignæ laciniæ corporibus & ceruice:binæ dependentes.Nõ oĩbus cornua: ſed
qbus ſunt:in his & indicia annoꝝ p incrementa nodoꝝ.Mutilis lactis maior ubertas.Auribus eas ſpira
re non naribus:nec unq̃ febri carere Archelaus auctor eſt.Ideoq; fortaſſis ꝙ aĩa his q̃ ouibus ardentior:
calidioreſq; concubitus.Tradunt & noctu non minus cernere q̃ interdiu.Et ideo caprinum iecur: ſi ue- Alcmeo-
ſcatur:reſtituit ueſpertinam aciem his:quos Nyctilopas uocant.In cilicia circaq; ſyrtes uillo tonſili ue- nem ari-
ſtiuntur.Capras in occaſum decliui ſole in paſcuis negant contueri inter ſeſe : ſed auerſas iacere. Reli- ſtoteles
quis autem horis inter ſe aduerſas & cognitiores.Dependet omnium mento uillus:quem arũcum uo- facit au-
cant.Hoc ſi quis apprehenſam ex grege unam trahat:ceteræ ſtupentes ſpectant.Id etiam euenire cum ctorem
quandam hærbam aliqua ex eis momorderit:Morſus earum arbori exitialis.Oliuam lambendo quoq;
ſterilem faciunt.Eaq; ex cauſa Mineruæ imolatur. De ſuibus & natura earũ. Cap.li.

s Villi pecoris admiſſura a fauonio ad æquinoctium uernum ætatis. viii. menſe. Quibuſdam
in locis etiam a.iii.uſq; ad vii.annum.Partus bis in anno.Tempus utero.iii.menſium. Nume
rus fœcunditatis ad uicenos.Sed educare tam multos nequeũt.Diebus.x.circa brumã ſtatim

dentes naſci Nigidius tradit. Implētur uno coitu: qui & geminatus ꝓpter facilitatem aboꝛtiendi reme-
dium ne prima ſubatione: neq; ante flacidas aures coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant. Fœ
minæ ſenectute feſſæ cubantes cocunt. Comeſſe fœtus his non eſt ꝓdigium. Suis fœtus ſacrificio die. v.
purus eſt. Pecoris die. vii. Bubus. xxx. Coꝛũcanius ruminalis hoſtias donec bidẽtes fierẽt puras negauit.
Suem oculo amiſſo putãt cito extingui: alioquin uita ad. xv. ãnos: quibuſdam uicenos. Verũ efferant:
& alias obnoxiũ genus moꝛbis anginæ maxime & ſtrumæ. Index ſuis inualide cruoꝛ in radice ſetæ doꝛ-
ſo euulſæ: caput obliquũ in inceſſu. Penuriam lactis præpingues ſentiũt: & primo fœtu minus ſunt nu-
meroſæ. In luto uolutatio generi grata. Intoꝛta cauda. Id etiam notatũ facilius iacere ĩ dexterum ꝙ leuũ
detoꝛtã. Pingueſcũt. lx. diebus: ſed magis tridui inedia ante ſaginationem oꝛſa. Animalium hoc maxime
brutũ: aĩamq; ei ꝑ ſale datã nõ illepide exiſtimabãt. Compertũ agnita uoce ſuarii furto abactos merſo na
uigio inclinatione lateris unius remeaſſe. Quin & duces in urbe foꝝ nũdinariũ domoſq; petere diſcunt
& fieri ſapiunt ueſtigia palude confundere: urina fugam leuare. Caſtrantur fœmine ſic quoq; uti cameli
poſt bidui inediam ſuſpenſæ pernis prioꝛibus uulua reciſa celerius. Ita pingueſcũt. Et adhibetur ars ieco-
ri fœminarum ſicut anſerum. inuentum. M. Apicii fico carica ſaginatis a ſacietate necatis repente mulſi
potu dato. Neq; alio ex animali numeroſioꝛ materia ganeæ: quinquaginta ꝓpe ſapoꝛes: cũ cæteris ſingu
li. Hinc cenſoꝛiarum legũ paginæ: interdictaq; cœnis abdomina: glandia: teſticuli: uuluæ ſincipita: uerri
Poblilii na: ut tamen publii minoꝛum poetæ cœna poſtꝙ ſeruitutẽ exuerat: nulla memoꝛet ſine abdomie: ẽt uo
cabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere aũt & fieri ueſicæ. Catonis cẽſoꝛis orõnes aprinum exprobrãt
callũ: in tres tamen partes diuiſo apro media ponebãt lumbos aprunos appellata. Solidum aprum ro-
manoꝛum primus in epulis appoſuit. P. Seruilius Rullus pater eius Rulli: q Ciceronis in conſulatu le-
gem agrariam ꝓmulgauit. Tã ꝓpinqua oꝛigo nũc quotidianæ rei eſt. Et hoc annales notarũt hoꝛum. ſ.
ad emẽdationẽ moꝝ: quibus notata qdẽ eſſet cœna: ſed in principio bini terniq; pariter mãdebãt apri.

De uiuariis beſtiarum. Cap. lii.

Lupinus u Iuaria eoꝝ ceteroꝛumq; ſilueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus qui ĩ tar
quinienſi feras paſcere iſtituit. Nec diu imitatoꝛes defuere. L. Lucullus &. Q. hoꝛtenſius. Sues
feræ ſemel anno gignunt. Maribus in coitu plurima aſperitas. Tunc inter ſe dimicant induran
tes attritu arboꝛum coſtas: lutoq; ſe tergoꝛantes. Fœminæ in partu aſperioꝛes: & fere ſimiliter in oĩ gene
re beſtiarum. Apris maribus non niſi anniculis generatio. In india cubitales dẽtium flexus gemini ex ro
ſtro. Totidem a fronte ceu uituli coꝛnua exeunt. Pilus æreo ſimilis agreſtibus: cæteris niger. At ĩ arabia
ſuillum genus non uiuit in ullo genere.

De ſemiferis animalibus. Cap. liii.

a Eque facilis mixtura cum fero: qualiter natos antiqui hibridas ſues uocabãt ſemiferos: ad ho-
mines quoq; ut in Caiũ Antoniũ Ciceronis in cõſulatu collegã appellatiõe tranſlata nõ in ſui-
bus tantũ: ſed ĩ oĩbus quoq; aĩaliũ cuiuſcunq; generis ullum eſt placidũ. Eiuſdẽ inuenitur & fe
rum: ut pote cum hoĩum ẽt ſilueſtriũ tot genera prædicta ſint. Capræ tñ in plurimas ſimilitudines trãſ
figurant. Sunt capreæ: ſunt rupicapreæ: ſunt ibices pernicitatis mirandæ: quãꝙ onerato capite uaſtis coꝛ-
nibus gladioꝛũq; uaginis: ĩ hæc ſe librant ut tormẽto aliquo rotati in petris poſſimum e monte aliquo ĩ
alium tranſilire cupientes: atq; recurſu pernici quo libuerit exultant. Sunt & origes ſoli a quibuſdam di-
cti contrario pilo ueſtiri: & ad caput uerſo. Sunt & damæ: & pygardi: & ſtrepſicerotes multaq; alia
haud diſſimilia. Sed illa alpes: hæc tranſmarini ſitus mittunt.

De ſimiis. Cap. liiii.

Imiarum quoq; genera hominis figuræ proxima caudis inter ſe diſtinguntur. Mira ſolertia ui
s ſco iungunt laqueos: calceariq; imitatione uenantium traduntur. Mutianus & latrũculis luſiſ
ſe fictis cæra: nuces uiſu diſtinguere. Coꝛnelius luna caua triſtes eſſe: quibus in eo genere cau-
da ſit. Noua exultationem adoꝛiri. Nãq; defectum ſyderum & cæteræ pauent quadrupedes. Simiarum
generi præcipua erga fœtum affectio. Geſtant catulos quos manſuefactæ intra domos pepere: omnibus
demonſtrant: tractariq; gaudent: tractatu gratulationem intelligentes. Itaq; magna ex parte comple-
ctendo necant. Efferatioꝛ cynocephalis natura: ſicut mitiſſima ſatyris. Callitriches toto pene aſpectu
differunt. Barba eſt in facie: cauda late diffuſa prioꝛi parte. Hoc animal negãt uiuere in alio niſi in æthio
pio quo gignitur cælo.

De leporibus. Cap. lv.

Epoꝝ plura ſunt genera: in alpibus candidi: quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem cre-
l dunt eſſe. Certe liqueſcente ea rutileſcunt annis oĩbus. Et eſt alioqui aĩal intollerandi rigoꝛis
alũnum. leporum generis. Sunt & quos hiſpania cuniculos appellat fœcũditatis inumeræ: fa
mẽq; balearibus inſulis populatis meſſibus afferens. Fœtus uentre exactos uel uberibus ablatos non re
purgatis interaneis gratiſſimo in cibatu habent: laurices uocant. Certũ eſt balearicos aduerſus prouen-
tum eoꝝ auxiliũ militare a Diuo Auguſto petiſſe. Magna propter uenatum eoꝝ uiuerris gratia eſt Inii-
ciunt eas in

ciunt eas in ſpecus:qui ſunt multifores in terris:unde & nomen animali atq; ita eiectos ſupne capiunt.
Archelaus auctor eſt quot ſint corporis cauernæ ad excrementa lepori totidem ãnos eſſe ætatis. Varius
certe numerus reperitur. Idem utranq; uim ſingulis ineſſe:ac ſine mare æque gignere. Benigna circa hoc
natura innocua & eſculenta animalia fœcũda generauit. Lepus omnium prædæ naſcẽs:ſolus præter da
ſipodẽ:ſuperfœtat:aliud educãs:aliud in utero pilis ueſtitum:aliud in plume:aliud inchoata gerẽs par inchoato gerẽs partu
tų. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatum eſt tactu non perinde molli ut in cute:propter breui
tatem pili labili.

De damis. Cap. lvi.

Amæ manſueſcunt raro:cum feræ iure dici non poſſint. Complura nãq; ſunt:nec placida nec
d fera:ſed mediæ iter utrũq; naturæ:ut in uolucribus hirũdines:apes:in cãpo: in mari delphini.

De muribus & gliribus. Cap. lvii.

Vo in genere multi & hos incolas domus poſuere mures:haud ſpernendum in oſtentis etiam
q publicis animal: Arroſis lauini clypeis argenteis marſicum portendere bellum. Carboni impe
ratori:apud cluſium faſciis:quibus in calciatu utebatur exitiũ. Plura eorꝝ genera ĩ cyrenaica re
gione:alii lata fronte:alii acuta:alii herinaceorum genere pungentibus pilis. Theophraſtus auctor eſt' ĩ
gyaro ĩſula cũ ĩcolas fugaſſent:ferrũ quoq; roſiſſe. Cõſtat id q^d^ iactura qdã & ad chalybas fecere ĩ fer-
rariis officinis. Aurariis qdẽ ĩ metallis ob hoc aluos eorꝝ excidi:ſempq; id furtũ deprehẽdi : tãtã ẽẽ dulce
dinẽ furandi. Veniſſe murẽ. cc. nummis caſilinũ'obſidente Hãnibale:eum qui uendiderat famẽ interiſſe
emptorem uixiſſe annales tradunt. Cum candidi prouenere:lætum faciunt oſtentum. Nam ſoricũ occẽ
tu dirimi auſpicia annales refertos habemus. Sorices & ipſos hyeme cõdi auctor eſt Nigidius: ſicut gli
res:quos cenſoriæ legis principes. Q. Scaurus &. M. in conſulatu non alio modo cœnis ademere q̃ con
chylia:aut ex alio orbe couectas aues. Semiferum & ipſum animal:cui uiuaria:in doliis idem qui apris
inſtituit. Qua in re notatum non congregari niſi pupulares eiuſdem ſiluæ : & ſi miſceãtur alienigenæ:
niſi amne uel monte'diſcreti interire dimicando. Genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate
ſenium finitur hyberna quiete. Conditi enim & hi cubant:ruſus æſtate iuueneſcunt:ſimili & muſtellis
quiete.

Quæ animalia quibus locis non ſint. Cap. lviii.

Ic mirum reꝝ naturã nõ ſolũ alia aliis dediſſe terris aĩalia:ſed in eodẽ quoq; ſitu quædam ali-
ſ quibus locis negaſſe. In meſia ſilua italiæ non niſi in partu reperiuntur hi glires. In licia dorca-
des non tranſeunt montes ſyris uicinos. Onagri montem qui cappadociam a lycia diuidit.
In helleſponto in alienos fines non cõmeant cerui:& circa arginuſſam Elatũ montem non exedunt auri
bus etiam in monte fiſſis. In pordoſolene inſula uiciniam muſtellæ nõ trãſeũt. In bœotiæ lebadia illatæ
ſolũ ipſum fugiunt:quæ iuxta in orchomeno tota ſubruunt arua:talpæ:quaꝝ e pellibus cubicularia ui
dimus ſtragula. Adeo ne religio quidẽ a portentis ſummouet delicias. In ithaca lepores illati moriuntur
extremis quidẽ in littoribus : in ebuſo cuniculi non ſunt : ſcatent in hiſpania balearibuſq; Cyrenis mutæ
fuere ranæ:illatis:e continente uocalibus durat genus eaꝝ. Mutæ ſunt etiam nunc ſeripho inſula. Eæ-
dem alio tranſlatæ canunt. Quod accidere & in lacu theſſaliæ ſicendo tradunt. in italia muribus arane-
is uenenatus eſt morſus. Eoſdem ulterior apennina regio non habet. Iidem ubicũq; ſint orbitam ſi trã-
ſiere moriũtur:in olympo macedoniæ mõte nõ ſunt lupi. Nec ĩ creta ĩſula. ibiquidem nõ uulpes urſiue
aut oĩno ullũ maleficũ aĩal præter phalangiũ. Aranei id genus de quo dicemus ſuo loco. Mirabilius in
eadem inſula ceruos præterq̃ in cidoneataꝝ regione non eſſe:item apros & attagenas:herinaceos. in afri
ca autem nec apros:nec ceruos:nec capreas:nec urſos.

Quæ aduenis noceant. Cap. lix.

Am quedam animalia innoxia indigenis:aduenas interimunt ſicut ſerpentes. Parcunt in my-
i rinthe quos terra naſci proditur : item in ſyria angues circa euphratis maxime ripas dormi-
entes ſyros non attingunt: Aut etiam ſi calcati momordere nõ ſentiunt maleficia: alios cuiuſq;
generis infeſti auide & cum cruciatu exanimantes. Quamobrem & ſyri non necant eos. Contra in alete-
nio cariæ monte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites non lædi:indigenas interimi. Sed reliquorum
quoq; animalium & præterea terreſtrium dicemus genera.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. IX.

## De Aquatilium Natura. Cap. i.

Nimalium quæ terreſtria appellauimus hominum quadam conſortione degentia
indicata natura eſt. Ex reliquis minimas eſſe uolucres conuenit. Quamobrem pri
a us æquorum:amnium:ſtagnorumq; dicentur.

## Quæ in mari maxima animalia. Cap. ii.

Vnt autem compluria in his maiora etiam terreſtribus. Cauſa euidẽs humoris luxu
s ria:alia ſors alitum. Quibus uita pendentibus. in mari autem tam late ſupino mol-

liq; ac fertili accremento accipiente cauſas genitales ſublimi: ſempq; pariente natura pleraq; etiam monſtrifica reperiuntur perplexis & in ſemet aliter atq; aliter nunc flatu: nũc fluctu cõuolutis ſeminibus atq; principiis. Vt uera fiat uulgi opinio quicquid naſcatur in pte naturæ ulla & in mari eſſe: præterq; multa quæ nuſquam alibi rex quidem nõ ſolũ aīalium ſimulacra ineſſe licet intelligere intuẽtibus uuam: gladium ſerras. Cucumim uero & in colore & in odore ſimilem. Quo minus miremur equoꝝ capita in tã paruis eminere cocleis.

De indici maris beluis. Cap. iii.

p Lurima aũt & maxima in indico mari animalia: e quibus balenæ quaternum iugerum: priſtes ducenum cubitorum. Quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleant. Anguillæ quoq; ĩ gãge amne tricenos pedes. Sed in mari beluæ circa ſolſtitia maxime uiſuntur. Tunc illic ruunt turbines: tunc imbres: tũc deiectæ mõtium iugis ꝓcellæ ab imo uertũt maria pulſataſq; ex ꝓfundo beluas cum fluctibus uoluunt: & alias tanta tynnorũ multitudine: ut magni Alexandri claſſis haud alio mõ q̃ hoſtium acie obuia cõtrariũ agmẽ aduerſa fronte direxerit. Aliter ſparſis nõ erat euadere: qui non uoce: non ſonitu: non ictu: ſed fragore terrentur: nec niſi ruina turbant̃. Cadara appellatur rubri maris peninſula. Huius obiectu uaſtus efficitur ſinus .xii. dierũ & noctiũ remigio enauigatus Ptolomæo regi: quando nullius auræ recipit afflatum. Huius loci quiete præcipua ad immobilẽ magnitudinem beluæ adoleſcunt. Gedroſi q arbin amnẽ accolunt Alexandri magni claſſiũ pręfecto prodidere in domibus fores maxillis beluarum facere: oſſibus tecta cõtignare. Ex qbus multa quadragenũ cubitorũ longitudinis reperta. Exeunt & pecori ſimiles beluæ ibi in terram: paſtæq; radices fruticum remeant: & quædam equorum: aſinorum: taurorum capitibus: quæ depaſcuntur ſata. Maximũ animal ĩ indico mari priſtis & balena eſt.

Quæ in quoq; oceano maxima. Cap. iiii.

i N gallico oceano phyſeter ingentis colũnæ modo ſe attolens: altiorq; nauium uelis diluuiem quandam eructans. In gaditano oceano arbor in tantum uaſtis diſpanſa ramis: ut ex ea cauſa fretum nunquam intraſſe credatur. Apparent & rotæ appellatæ a ſimilitudine quaternis diſtinctæ radiis modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus.

De tritonum & Nereidum & elephantorum maritimorum figuris. Cap. v.

e Iberio principi nunciauit oliſiponenſium legatio ob id miſſa uiſum auditũq; in quodam ſpecu cõcha canentem Tritonẽ qua noſcit̃ forma. Et Nereidũ falſa opinio nõ eſt ſquamis mõ hiſpido corpore etiã in quo humanã effigiẽ habẽt. Nãq; hæc in eodem ſpectata littore eſt. Cuius morientis ẽt gannitum triſtem accolæ audiuere longe. Et Diuo Auguſto legatus galliæ cõplures in littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit. Auctores habeo in equeſtri ordine ſplẽdentes uiſum ab his in gaditano oceano marinũ hoīem toto corpore abſoluta ſimilitudine aſcendere nauigia nocturnis temporibus: ſtatiq; degrauari quas inſederit partes: & ſi diutius ꝑmaneat etiam mergi. Tiberio principe cõtra lugdunenſis prouincię littus inſularum trecentas amplius beluas reciprocãs deſtituit oceanus miræ uarietatis & magnitudinis. Nec pauciores in ſantonum littore. Interq; reliquas elephantos & arietes candore tantum cornibus aſſimulatis. Nereidas uero multas. Turanius uero prodidit expulſam beluam ĩ gaditana littora: cuius inter pinnas duas ultimæ caudæ cubita .xvi. fuiſſent: dentes euſdem .cxx. Maximi dodrãtium menſura: minimi ſemipedũ. Beluæ cui dicebatur expoſita fuiſſe Andromada oſſa romæ apportata ex oppido iudææ iope oſtendit inter reliqua miracula ædilitate ſua. M. Scaurus: longitudine pedum .xl. altitudiẽ coſtarum indicos elephantos excedente. Spinæ craſſitudine ſeſquipedali.

De balenis & orcis. Cap. vi.

b Alenæ in noſtra maria penetrant. In gaditano oceano non ante brumã conſpici eas tradunt. Cõdi aũt æſtatis tẽporibus in quodã ſinu placido & capaci mire gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas infeſtam his beluam. Et cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia: q̃ carnis ĩmẽſæ dentibus truculẽtæ. Irrũpunt ergo in ſecreta ac uitulos eaꝝ & fœtas uel etiã in annum grauidas lacerat morſu: incurſuq; ceu liburnicaꝝ roſtris fodiunt. Illæ ad flexũ ĩmobiles: ad repugnandum inertes: & pondere ſuo oneratæ. Tunc quidem & utero graues: pariendiue pœnis inualidæ ſolũ auxilium nouere in altum ꝓfugere: & ſe toto defendere oceano. Contra orcæ occurrere laborant: ſeſeq; opponere: & cautiũ anguſtiis trucidare: in uada urgere: ſaxis illidere. Spectant̃ ea prœlia ceu mari ipſo ſibi irato nullis in ſinu uentis. Fluctibus uero ad anhelitus ictuſq; quantos nulli turbines uoluant. Orca & in portu hoſtienſi uiſa eſt oppugnata a Claudio principe. Venerat tunc exædificante eo portum inuitata naufragiis tergorum euectorum e gallia: ſatianſq; ſe per cõplures dies alueum in uado ſulcauerat accumulata fluctibus in tantum: ut circũagi nullo modo poſſet. Et dum ſaginam perſequit̃ in littus fluctibus ꝓpulſa eminẽte dorſo multũ ſuper aquas carinæ uice inuerſæ. Protẽdi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus: ꝓfectuſq; ipſe cum prætorianis cohortibus populo roma. ſpectaculum præbuit: lanceas congerente milite e nauigiis aſſultantibus: quorum unum mergi uidimus reflatu beluæ oppletum unda. Ora balenæ habent in frontibus. Ideoq; ſumma aqua natantes in ſublime nimbos efflant.

An ſpirent

## An ſpirent piſces an dormiant. Cap.vii.

ſ Pirant aũt cõfeſſione oĩum & pauciſſima alia in mari: quæ internorũ uiſcerꝫ pulmonem habẽt. Quoniam ſine eo nullũ animal putatur ſpirare: nec piſciũ branchias habentes anhelitum reddere: ac ꝑ uices recipere exiſtimant: quorꝫ hæc opinio ẽ. Nec multa alia genera etiam branchiis carentia. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelem uideo: & multis perſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. Nec me ꝓtinus huic opinioni eorꝫ accedere haud diſſimulo: quoniam & pulmonũ uice aliis poſſunt alia ſpirabilia ineſſe uiſcera ita uolente natura: ſicut & pro ſanguine multis alius humor. In aquas quidem penetrare hunc uitalem halitum quis miretur? qui etiam reddi ab his eum cernat: & in terras tanto quoqꝫ ſpiſſiorẽ naturæ partem penetrare argumento animalium: quæ ſemper defoſſa uiuunt ceu talpæ. Accedit apud me certæ efficaciæ ut credam omnia in aquis ſpirare naturæ ſuæ ſorte: primum ſæpe annotata piſciũ æſtiuo colore quædam anhelatio: & alia tranquillo uelut oſcitatio. Ipſorum quoqꝫ qui ſunt in aduerſa opinione de ſomno piſcium confeſſio. Quis enim ſine reſpiratione ſomno locus? Præterea bullãtium aquarum ſufflatio lunæqꝫ effectu concharum quoqꝫ corpora augeſcentia: ſuper omnia eſt: ꝙ eſſe auditum & odoratum piſcibus non erit dubium ex aeris utrumqꝫ materia. Odorem quidem nõ aliud ꝗ infectũ aera intelligi poſſe. Quãobrẽ de his opinetur ut cuiqꝫ libitũ erit. Branchiæ nõ ſunt balenis nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant: quæ ad pulmonẽ ꝑtinent. Balenis a fronte delphinis a dorſo: & uituli marini quos uocant phocas ſpirant & dormiunt in terra. Item teſtudines de quibus mox plura.

## De delphinis. Cap.viii.

u Elociſſimum oĩum aĩalium nõ ſolum marinorum delphinus: ſed ocior uolucre: acrior telo. ac niſi multum infra roſtrum os illi foret medio pene in uentre: nullus piſciũ celeritatẽ eius euaderet. Sed affert morẽ ꝓuidentia naturæ: qa niſi reſupini atqꝫ conuerſi non corripiunt quæ cauſa præcipue uelocitatem eorum oſtendit. Nam cum fame concitati fugientem in uada ima ꝑſecuti piſcem diutius ſpiritum continuère: ut arcu emiſſi ad reſpirandum emicant. Tãta ui exiliunt: ut plerũqꝫ uela nauium tranſuolent uento. Agunt uera coniugia: pariunt catulos. x. mẽſe æſtiuo tempore. Interdum & binos nutriunt uberibus ſicut balena. Atqꝫ etiam geſtant fœtus in infantia ĩfirmos. Quinetiã adultos diu comitantur magna erga partũ caritate. Adoleſcunt celeriter. X. Annis putanť ad ſummã magnitudinẽ ꝑuenire. Viuunt etiã tricenis. Quod cognitũ præſciſſa cauda ĩ experimentũ. Abdunť tricenis diebus circa canis ortum: occultanturqꝫ incognito modo. Quod eo magis mirum eſt: ſi ſpirare ĩ aqua nequeunt. Solẽt in terrã erumpere incerta de cauſa. Et ſtatim tellure tacta moriuntur: multoqꝫ ocius fiſtula obturata. Lingua eſt his contra naturã aquatiliũ mobilis: breuis: atqꝫ lata: haud differens ſuillæ. Pro uoce gemitus humano ſimilis: dorſum repandũ: roſtrũ ſimũ. Qua de cauſa nomen Simonis oẽs miro modo agnoſcũt: malũtqꝫ ita apppellari. Delphinus nõ tñ hoĩs amicũ aĩal: uerũ & muſica arte mulcetur ſymphoniæ cantu: & præcipue hydrauli ſono. Hoĩem non expaueſcit ut alienũ. Obuiã nauigiis uenit. Alludit exultans: certat etiam: & quãuis plena præterit uela. Diuo aũt Auguſto principe lucrinũ lacum inuectus pauperis cuiuſdam puerũ ex baiano puteolos in ludũ litterarꝫ itantẽ: cũ meridiano immorans appellatũ eum Simonis noĩe ſæpius fragmentis panis quẽ ob id ferebat allexiſſet: miro amore dilexit. Pigeret referre: ni res Mœcenatis & Flauiani & Flauii Alfii multorum eſſet litteris mandata. Quocunqꝫ diei tẽpore inclamatus a puero ꝗuis occultus atqꝫ abditus ex imo aduolabat: paſtuſqꝫ e manu præbebat aſcenſuro dorſum pinæ aculeos uelut uagina condens: receptumqꝫ puteolos per magnũ æquor in ludum ferebat. Simili modo reuehens pluribus annis donec morbo extincto puero ſubinde ad conſuetũ locũ uentitans triſtis & merenti ſimilis ipſe quoqꝫ (quod nemo dubitaret) deſiderio expirauit. Alius ĩter hos ãnos in africo littore hipponis diarrhyti ſimili modo ex hoĩum manibus ueſcens. ferenſqꝫ ſe tractãdũ: & alludens natantibus: ĩpoſitoſqꝫ portans unguento punctus a Flauiano ꝓconſule africæ: & ſopitus ut apparuit odoris nouitate fluctuatuſqꝫ ſimilis exanimi caruit hoĩum cõuerſatiõe: ut iniuria fugatus ꝑ aliquot menſes: mox reuerſus in eodẽ miraculo fuit. Iniuriæ poteſtatum in hoſpitales ad uiſendum uenientium hypponenſes in necem eius cõpulerunt. Ante hæc ſimilia de puero in iaſſo urbe memorantur. Cuius amore ſpectatus longo tẽpore dum abeuntẽ in littus auide ſequitur: in harenam inuectus expirauit. Puerum Alexander magnus babylone Neptuni ſacerdotio præfecit: amorẽ illum numinis ꝓpitii fuiſſe ĩterpretatus. In eadem urbe iaſſo Egeſidemus ſcribit & alium puerꝫ Hermiã noĩe ſimiliter maria ꝑequitantem cũ repentinæ procellæ fluctibus exanimatus eſſet: relatũ: delphinũqꝫ cauſam leti fatentẽ non reuerſum in maria: atqꝫ in ſicco expiraſſe. Hoc idẽ & naupacti accidiſſe Theophraſtus tradit. Nec modus exẽplorꝫ. Eadem amphilochii & tarentini de pueris delphiniſqꝫ narrãt. Quæ faciunt ut credatur Arionem quoqꝫ citharedicæ artis interficere nautis in mari parantibus ad intercipiendos eius quæſtus eblanditũ: ut prius caneret cithara: congregatis cãtu delphinis cũ ſe iecißet in mare: exceptum ab uno tænarꝫ in littus ꝑuectũ. Eſt prouinciæ narbonenſis & in nemauſienſi agro ſtagnũ laterna appellatum: ubi cũ homines delphini ſocietate piſcanť: ĩnumera uis mugilũ ſtatuto tẽpore anguſtis faucibus ſtagni ĩ ma

Iuncti

ſe erumpit obſeruata æſtus reciprocatione. Qua de cã prætendi nõ queũt retia: quæ molẽ põderis nullo
mõ tolerẽt: etiã ſi nõ ſolertia inſidietur tempori. Simili rõne in altum protinus tendunt: q̃d uicino gur-
gite effecere: locũq; ſolum pãdendis retibus habilem effugere feſtinant. Quod ubi animaduertere piſcã-
tes: cõcurrit aũt multitudo tẽporis gnara: & magis etiã uoluptatis huius auida: totuſq; populus e litto-
re quanto poteſt clamore conciet Simonem ad ſpectaculi euentum. Celeriter delphini exaudiunt deſi-
deria aquilonũ flatu uocẽ ꝓſequente: auſtro uero tardius ex aduerſo referente. Sed tunc quoq; impro-
uiſo in auxiliũ aduolant. Propere apparet acies: quæ protinus diſponitur in loco: ubi cõiecta eſt pugna.
Opponunt ſeſe ab alto: trepidoſq; in uada urgent. Tunc piſcatores circũdant retia: furciſq; ſubleuant.
At mugilum nihilominus uelocitas tranſilit. At illos excipiunt delphini. & occidiſſe ad præſens conten
ti cibos in uictoriam differunt. Opere prœlium feruet: includiq; retibus ſe fortiſſime urgentes gaudent.
Atque ne id ipſum fugam hoſtium ſtimulet: inter nauigia & retia natãteſue homines ita ſenſim elabunt
ut exitus non appareat. Saltu quod eſt alias blandiſſimum his nullus conatur euadere: ni ſumittãtur ſi
bi retia. Egreſſi protinus ante uallum prœliantur. Ita peracta captura quos interemere diripiũt. Sed eni
xioris operæ q̃ in unius diei præmium ut cõſcii ſibi operiuntur in poſterũ: nec piſcibus tantum: ſed inter
iectu panis ac uino ſatiantur. Quæ de eodem genere piſcandi ĩ iaſſio ſinu cõſul Mutianus tradit: hoc diſ
ferunt: q; ultro neq; inclamati præſto ſint: parteſq; e manibus accipiant: & ſuum quemq; cubantes cum
delphinis ſotium habeant: q̃uis noctu & ad faces. Ipſis quoq; inter ſe eſt publica ſocietas. Capto a rege
cariæ alligatoq; in portu delphino ingens reliquorum conuenit multitudo mœſtitia quadam: quæ poſ-
ſet intelligi miſerationem petens: donec dimitti rex eum iuſſit. Quin & paruos ſemp aliquis grãdior co
mitatur ut cuſtos. Conſpectiq; ſunt iam defunctum portantes: ne laceretur a beluis.

De torſionibus aquatilibus. Cap. ix.

Elphinorum ſimilitudinem habent qui uocantur Turſiones. Diſtant & triſtitia quidem aſpe-
d ctus. Abeſt enim illa laſciuia: maxime tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimulati.

De teſtudinibus quomodo capiantur. Cap. x.

Eſtudines tantæ magnitudinis indicũ mare emittit ut ſingularũ ſupficies habitabiles caſas in
t tegant. Atq; inter inſulas rubri præcipue maris his nauigẽt cymbis. Capiuntur multis quidem
modis: ſed maxime euectæ in ſumma pelagi aut meridiano tepore blandito eminente toto dor
ſo p tranqlla fluitantes. Quæ uoluptas libere ſpirandi in tantũ fallit oblitas ſui: ut ſolis uapore ſiccato
cortice non queant mergi: inuitæq; fluitent oportunæ uenantiũ prædæ. Ferunt & paſtũ egreſſas noctu:
auideq; ſaturatas laxari. Atq; ut remearint matutino ſumma in aqua obdormiſcere: id ꝓdi ſtertentium
ſonitu. Tunq; leuiter capti. Annatare enim ſingulis ternos: a duobus ĩ dorſum uerti: a tertio laqueũ ini
ci ſupinæ: atq; ita ad terrã a pluribus trahi. In phœnicio mari haud ulla difficultate capiuntur: ultroq; ue
niũt tempore ſtatuto anni in amnem eleutherũ effuſa multitudine. Dentes non ſunt teſtudini: ſed roſtri
margines acuti ſuperna parte inferiorem claudente pyxidũ mõ. In mari uiuũt conchyliis tanta oris du-
ritia: ut lapides cõminuant. In terrã egreſſæ in herbis pariunt oua auiũ ouis ſimilia ad centena numero.
Eaq; defoſſa extra aquas & cooperta terra ac pauita pectore & complanata incubant noctibus: educãt
fœtus annuo ſpatio. Quidam oculis ſpectando quoq; oua foueri ab iis putant. Fœmina coitum fu-
gere: donec mas feſtucam aliquam ĩponat aduerſæ. Troglodytæ cornigeras habent: ut in lyra annexis
cornibus latis: ſed mobilibus: quorum in natando remigio ſe adiuuant. Celtinum genus id uocanẽ exi-
Celetinũ miæ teſtudinis: ſed raræ. Nãq; quaſi ſcopuli præacuti chelonophagos terrent. Troglodytæ autem ad
quos adnatant ut ſacras adorant. Sunt & terreſtres: quæ ob id in operibus cherſinæ uocantur in africæ
deſertis: qua parte maxime ſitientibus harenis ſqualent roſcido (ut creditur) humore uiuentes. Neq; ibi
aliud animal prouenit.

Quis primus teſtudines ſecare inſtituit. Cap. xi.

Eſtudinum putamina ſecare in laminas: lectoſq; & repoſitoria his ueſtire Carbilius Pollio in-
t ſtituit prodigi & ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii.

Tegmenta aquatilium. Cap. xii.

a Quatiliũ tegmenta plura ſunt. Alia corio & pilis teguñt ut uituli: hippopotami. Alia corio
tantum ut delphini. Cortice ut teſtudines. Silicũ duricia ut oſtreæ & conchæ: Cruſtis ut locu-
ſtæ. Cruſtis & ſpinis ut echini. Squamis ut piſcis. Aſpera cute ut ſquatina: qua lignũ & ebora
poliuntur. Molli ut murenæ. Alia nulla ut polypus.

De uitulo marino. Cap. xiii.

Væ pilo ueſtiunẽ animal pariunt ut priſtis: balena: uitulus. Hic parit in terra pecudum more
q Secundo partus reddit initu. Canum modo cohæret: & parit nunq̃ geminis plures. Educat
mãmis fœtum. Non ante. xii. diem deducit in mare: ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur
difficulter niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus. Vnde nomen uituli accipiunt. Tenent diſciplinã: uo
ceq; pariter & uiſu populũ ſalutant. Cõdito fremitu noĩe uocati reſpõdent. Nullũ animal grauiore ſom
no premitẽ. Pinnis quib⁹ in mari utuntur humi quoq; uice pedum ſerpunt. Pelles, eorum etiam detra-
ctas corpori

ctas corpori ſenſum æquorꝫ retinere tradunt: ſemperq; æſtu maris recedente inhorreſcere. Præterea dex-
træ pennæ uim ſoporiferam ineſſe ſomnoſq; allicere ſubditam capiti.

De piſcibus pilo carentibus: & quomodo pariant: & quot eorꝫ genera. Cap. xiiii.

Ilo carentium duo oĩno animal pariunt: delphinus ac uipera. Piſcium ſpẽs ſunt. lxxiiii. præter
p cruſtis intecta quæ ſunt. xxx. De ſingulis alias dicemus. Nunc. n. naturæ tractatur inſignium.

De nominibus & naturis multorum piſcium. Cap. xv.

Ræcipua magnitudine thynni. Inuenimus talenta. xv. pependiſſe. Eiuſdem caudæ latitudinem
p duo cubita & palmum. Sunt & in quibuſdam amnibus haud minores. Sylurus ĩ nilo: eſos in
rheno: attilus in pado inertia pingueſcens ad mille aliquãdo libras cathenato captus hamo: nec
niſi boum iugis extractus. Atqui hunc minimus appellatus clupea uenã quãdam eius in faucibus mira
cupidine appetens morſu exanimat. Sylurus graſſatus ubicũq; eſt omne animal appetens: equos inna-
tantes ſæpe demerges: præcipue ĩ meno germaniæ amne ꝓpter liſboũ. Et in danubio mari extrahiť por- In Aeno
culo marino ſimillimus. Et in boriſthene memoratur: præcipua magnitudo nullis oſſibus ſpiniſue inter- amne ger
ſitis: carne prædulci. In gangæ indiæ plataniſtas uocãt roſtro delphini & cauda: magnitudine autẽ. xv. maniæ p
cubitorꝫ. In eodem eſſe Statius Seboſus haud modico miraculo affert uermes branchiis binis. lx. cubi- pe uiſbiũ
torꝫ ceruleos: qui nomẽ a facie traxerunt. His tantas eſſe uires: ut elephantos ad potum ueniẽtes mordi
cus comprehenſa manu eorꝫ abſtrahant. Thynni mares ſub uentre nõ habẽt pinnã. Intrant magno mari
pontũ uerno tempore gregatim: nec alibi fœtificant. Cordilla appellatur partus qui fœtas redeũtes ĩ ma
re autũno comitatur. Limoſæ uero a luto pelamides incipiũt uocari: & cũ annuũ exceſſere tempus thyn
ni. Hi membratim cæſi ceruice & abdomine cõmẽdantur: atq; Clidio recenti dũtaxat: & tũ quoq; graui
ructu: cætera ꝑte plenis pulpamentis ſale aſſeruantur. Melandria uocať cæſis quernis aſſulis ſimillima.
Viliſſima ex his quæ caudæ ꝓxima quia pingui carent: probatiſſima ea quæ faucibus. At in alio piſce cir
ca caudam exercitatiſſima. Pelamides in apolectos particulatimq; conſectæ in genera cybiorum diſpar-
tiũtur. Piſcium genus omne præcipua celeritate adoleſcit: maxime in ponto. Cauſa multitudo amnium
dulces inferentiũ aquas: amiã uocãt: cuius incrementũ ſingulis diebus intelligitur. Cũ thynnis hæc & pe
lamides in puntũ ad dulciora pabula intrãt gregatim cum ſuis quæq; ducibus: & primi omnium ſcõbri.
Quibus & in aquis ſulphureus color: extra qui cæteris. Hiſpanię cetarias hi replent thynnis nõ cõmean
tibus. Sed in pontum nulla intrat beſtia piſcibus malefica: præter uitulos & paruos delphinos. Thynni
dextera ripa intrant: exeunt leua. Id accidere exiſtimatur quia dextro oculo plus cernunt utroq; hebete
natura. Eſt in euripo thracii boſphori: quo propontis euxino iungitur in ipſis europam aſiamq; ſeꝑantis
freti anguſtiis ſaxum miri candoris a uado ad ſumma perlucẽs iuxta chalcedonem in latere aſiæ. Huius
aſpectu repẽte territi ſemper aduerſum bizantii ꝓmontorium ex ea cauſa appellatũ auricornu præcipiti
petunt agmine. Itaq; oĩs captura bizantii ẽ magna chalcedonis penuria. M. P. medii interfluentis euripi. D.P.
Operiuntur ante aquilonis flatum: ut ſecũdo fluctu exeant ex ponto: nec niſi intrantes pontũ bizantii
capiunť. Bruma nõ uagantur. Vbicũq; deprehenſi uſq; ad æquinoctiũ ibi hybernãt. Iidem ſæpe nauigia
uelis eũtia comitantes mira quadã dulcedine per aliquot horarꝫ ſpatia & paſſuum milia a gubernaculis
nõ ſeꝑanť: ne tridente quidẽ in eos ſæpius iacto territi. Quidã eos q hoc e thynnis faciãt põpilos uocãt.
Multi in propontide æſtuant: pontum non intrant. Itẽ ſoleæ: cũ rombi intrent. Nec ſæpia eſt cum loligo
reperiatur. Saxatilium turdus & merula deſunt: ſicut conchylia: cum oſtreæ abundent. Omnia autem
hybernant in ægeo. Intrantium pontum ſoli non remeant trichiæ. Græcis. n. in pleriſq; noibus uti par
erit: quando aliis atq; aliis eoſdem diuerſi appellauere tractus. Sed hi ſoli hiſtrum amnẽ ſubeunt ex eo
ſubterraneis eius uenis in adriaticum mare defluunt. Itaq; & illic deſcendentes nec unq̃ ſubeuntes e ma-
ri uiſuntur. Thynnorum captura eſt a uergiliarum exortu ad arcturi occaſum reliquo tempore hyber-
no latent in gurgitibus imis: niſi tepore aliquo euocati: aut pleniluniis. Pingueſcunt & in tantum ut de-
hiſcant. Vita longiſſima his biẽnio. Animal eſt paruum: ſcorpionis effigie: aranei magnitudine. Hoc ſe
& thynno & ei qui gladius uocatur. crebro delphini magnitudinem excedẽti ſub pĩna affigit aculeo: tan-
toq; infeſtat dolore: ut in naues ſepenumero exiliant. Quod & alias faciunt aliorꝫ uim timentes mugi-
les maxime tam præcipue uelocitatis: ut tranſuerſa nauigia interim ſuperiactent.

De auguriis & diuerſitate piſcium. Cap. xvi.

Vnt & piſcibus præſcita in hac parte auguria. Siculo bello ambulãte in littore Auguſto piſcis
s e mari ad pedes eius exilijt. Quo argumẽto uates reſpondere Neptunũ patrem adoptantem
cum ſibi Sexto Põpeio repudiato. Tanta erat naualis rei gloria: ſub pedibus Cæſaris futuros
qui maria tẽpore illo tenerent. Piſcium fœminæ maiores q̃ mares. In quodã genere oĩo non ſunt mares:
ſicut in erythinis & chromibus. Oẽs enim ouis grauidæ capiunť. Vaganť gregatim fere cuiuſq; generis
ſquamoſi. Capiunť ante ſolis ortũ. Tum maxime piſciũ fallitur uiſus. Noctibus qdẽ illuſtribus æque
q; die cernunt. Aiunt & ſi iteretur gurges intereſſe capturæ. Itaq; plures ſecundo tractu trahi q̃ primo:

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 150 sur 536

guſtu olei maxime. Dein modicis imbribus gaudent aluntur〈q〉. Quippe & harundines quãuis in palude
Appluat prognatæ: nõ tamen ſine imbre adoleſcunt. Et alias ubicũq; piſces in eadem aqua aſſidui niſi affluat exa-
nimãtur. Prægelidam hyemẽ oẽs ſentiunt: ſed maxime qui lapidem habere in capite exiſtimãtur ut lupi:
coracini: ſciena: pagri. Cum aſperæ hyemes fuere: multi cæci capiuntur. Itaq; his menſibus iacent in ſpe-
luncis conditi: ſicut in terreſtriũ genere rettulimus. Maxime hippurus & coracinus hyeme non capi: prę
terq̃ æſtatis diebus paucis & iiſdem ſemper. Item murena & orphus: conger: percæ: & ſaxatiles omnes.
Terra quidem hoc eſt uado maris excauato condi per hyemes torpedinem pſittam ſoleamq; tradunt.
Quidam rurſus æſtus impatientia mediis feruoribus ſexagenis diebus latent ut glaucus: aſelli: auratæ.
fluuiatilium ſylurus caniculæ exortu ſyderatur: & alias fulgure ſopitur. Hoc & in mari accidere cyprino
putant: & alioquin totum mare ſentit exortum eius ſyderis. Quod maxime in boſphoro apparet. Al-
gæ enim & piſces ſuperferuntur: ab imo uerſa omnia.

De mugili & aliis piſcibus: & q̧ non iidem ubiq; placeant. Cap. xvii.

Vgilum natura ridetur: in metu capite abſcondito totos ſe occultari credentium. Iiſdem tamẽ
m tanta facilitas: ut in phœnice & narbonenſi prouintia coitus tempore e uiuariis marẽ linea lon-
ginqua per os ad brãchias religata emiſſum in mare: eadẽq; linea retractũ fœminæ ſequãtur ad
littus: rurſuſq; fœminam mares ptus tempore. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus accipenſer:
unus oĩum ſquamis ad os uerſis cõtra aquã nãdo meat: nullo nũc in honore eſt. Quod quidem miror:
cũ ſit rarus inuẽtu. Quidã eum elopẽ uocãt. Poſtea præcipuã auctoritatẽ fuiſſe lupo & aſellis Cornelius
Nepos & Laberius poeta mimoꝝ tradidere. Luporũ laudatiſſimi qui appellantur lanati a candore mol
Callariæ litiaq; carnis. Aſellorum duo genera collyri minores & brachi: qui non niſi in alto capiuntur. Ideoq; præ
Bãchi uel lati prioribus. At in lupis in amne capti præferuntur. Nunc ſcaro datur principatus: qui ſolus piſcium
bacchi dicitur ruminare: hærbiſq; ueſci: non aliis piſcibus: mari carpathio maxime frequẽs. Promontorium troa
dis lectum ſponte nunquam tranſit. Inde aduectos Tiberio Claudio principe optatus Elipertius præ-
fectus claſſis inter hoſtienſem & campaniæ horam ſparſos diſſeminauit. Quinquennio fere cura eſt ad-
hibita: ut capti redderentur mari. Poſtea frequentes inueniuntur italiæ littore non ante ibi capti. Admo-
uitq; ſibi gula ſapores piſcibus ſatis: & nouum incolam mari dedit: ne quis peregrinas aues romæ pare-
re miretur. Proxima eſt his mẽſa generis dũtaxat muſtellaꝝ: quas miꝝ dictu inter alpes lacuſq; retiæ bi
grantinus æmulas marinis generat. Ex reliqua nobilitate & gratia maxima eſt & copia mulis: ſicut ma-
gnitudo modica: binaſq; libras ponderis raro admodum exuperant: nec in uiuariis piſciniſq; creſcunt.
Septentrionalis tantũ hos & proxima occidentis parte gignit oceanus. Cętera eorum genera plura. Nã
& alga ueſcũtur & oſtreis & limo & alioꝝ piſcium carne: & barba gemina inſigniunt inferiori labro. Lu
tarium ex is uiliſſimi generis appellant. Hunc ſemp comitatur ſargus nomine alius piſcis & cœnum fo-
diẽte eo excitatũ deuorat pabulũ: nec littoralibus gratia. Laudatiſſimi conchyliũ ſapiunt. Nomẽ his Fe-
neſtella a colore mulcoꝝ calciamẽtoꝝ datum putat. Pariunt ter anno. His certe totiens fœtura apparet.
Mulum expirantẽ uerſicolori quadã & numeroſa uarietate ſpectari ꝓceres gulæ narrant rubentiũ ſqua
Ingenio maꝝ multiplici mutatione palleſcentẽ: utiq; ſi uitro ſpectetur incluſus. M. Apicius ad oẽm luxum inge
mirus uł nium maius in ſocioꝝ garo (nam ea quoq; res cognomẽ inuenit) necari eos præcellens putauit: atq; e ie-
ad omne core eorum alecem excogitare prouocauit. Id. n. eſt facilius dixiſſe: q̃ quis uicerit. Aſinius celer e conſula
luxus in- ribus hoc piſce prodigus Claudio principe unum mercatus octo milibus nũmũ. Mullus æque reputa-
geniũ mi tione aufert tranſuerſum animum ad contemplationem eorum: qui in conqueſtione luxus cocos emi
rus ſingulos pluris q̃ equos querebantur. Adhuc coci triumphorum pretiis parantur: & equorum piſces.
Nulluſq; prope iam mortalis æſtimatur pluris: q̃ qui peritiſſime cenſum domini mergit.

De mullo: ſalpa: & ſalmone. Cap. xviii.

Vllum. lxxx. libraꝝ in mari rubro captum Licinius Mutianus prodidit. Quanti mercatura
m eum luxuria ſuburbanis littoribus inuentum? Et hæc natura ut alii alibi piſces principatum op
tineant. Coracinus in ægypto. Zeus idem faber appellatur gadibus. Circa ebuſum ſalpa. Obſe
nus alibi: & qui nuſq̃ percoqui poſſit: niſi ferula uerberatus. In aquitania ſalmo fluuiatilis marinis om
nibus præfertur. Piſcium alii branchias multiplices habent. alii ſimplices. alii duplices. His aquam acce-
ptam ore remittunt. Senectutis indicium ſquamarum duritia: quæ non ſunt omnibus ſimiles. Duo la-
cus italiæ in radicibus alpium larius & uerbanus appellantur: in quibus piſces omnibus annis uergiliaꝝ
ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq; præacutis clauorum calgarium effigie: nec amplius q̃ circa
eum menſem uiſuntur.

De oexoceto. Cap. xix.

Iratur arcadia ſuum oexocetũ appellatũ ab eo quod in ſiccum ſomni cauſa exeat. Circa clitori-
m um uocalis hic traditur & ſine branchiis. Idem aliquibus Adonis dictus. Exeunt in terrã & qui
marini mures uocant: & polypi: & murenæ. Quin & in indiæ fluminibus certũ genus piſciũ:
ac deinde reſilit. Nã ſtagna & amnes tranſeunt: pleriſq; & euidens ratio eſt: ut tuto fetus edant: quia nõ
ſint ibi qui

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 151 sur 536

ſint ibi qui deuorent fœtus: fluctuſq; minus ſæuiant. Has in intelligi ab his cauſas ſeruariq; tempoꝝ ui-
ces magis miretur: ſi quis reputet quoto cuiq; hominum noſci uberrimam eſſe capturam ſole tranſeun-
te piſcium ſignum. Digeſtio piſcium in figuras corporum. Cap. xx.
Arinoꝝ alii ſunt plani ut rumbi: ſoleæ: ac paſſeres: qui a rhombis ſitu tantũ corpoꝝ differunt.
m Dexter reſupinatus eſt illis: paſſeri leuus. Alii longi ut murena: conger. Ideo pĕnaꝝ quoq; ſũt
diſcrimina: quæ pedum uice datæ ſunt piſcibus. Nullis ſuper quinas. Quibuſdã binæ: qbuſdã
trinæ: aliquibus nullæ. In fucino tantũ lacu piſcis eſt: qui octonis pĕnis natat. binæ oino longis: ut lum-
bricis & anguillis & congris. Nullæ ut murenis: quibus nec branchiæ. Hæc oia flexuoſo corporum im-
pulſu ita mari utuntur: ut ſerpentes terræ in ſicco quoq; repetũt. Ideo etiã uiuaciora talia. Et e planis ali
qua nõ habẽt pĕnas: ut paſtinacæ. Ipſa enim latitudine natãt. Et quæ mollia appellantur ut polypi quo-
niam pedes uicem pennarum illis præſtant. De anguillis. Cap. xxi.
Nguillæ octonis uiuunt annis. Durant & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirante: auſtro pau
a cioribus. At hyemẽ eædem ĩ exigua aqua nõ tollerant: nec in turbida. Ideoq; circa uergilias ma
xime capiuntur: fluminibus tum præcipue turbidis. Paſcuntur noctibus: exanimes piſcium ſo
læ non fluitant. De lacu benaco. Cap. xxii.
Acus ẽ italiæ benacus in ueronẽſi agro mincium amnem tranſmittens: ad cuius emerſus ãnuo
l tempore octobri fere menſe autũnali ſydere ut palam eſt hyemato lacu fluctibus glomeratæ
uoluuntur in tantum mirabili multitudine: ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipſum fabrica
tis ſingulorum milium globi reperiantur. De murena. Cap. xxiii.
Vrena quocunq; tempore parit: cum cæteri piſces ſtato pariant. Oua eius citiſſime creſcunt in
m ſicco littore: elapſas uulgus coitu ſerpentium impleri putat. Ariſtoteles myrinum uocat marẽ
qui generat. Diſcrimen eſſe ꝙ murena uaria & infirma ſit: myrinus unicolor & robuſtus: den-
teſq; extra os habeat. In gallia ſeptentrionali murenis omnibus dextera ĩ maxilla ſeptenæ maculæ ad for
mam ſeptentrionis aureo colore fulgent dũtaxat uiuentibus: pariterq; cum anima extinguuntur. Inuenit
in hoc animali documenta ſæuitiæ Vedius Pollio eques Ro. ex amicis Diui Auguſti uiuariis eaꝝ imer-
gens damnata mancipia: nõ tanq̃ ad hoc feris terraꝝ non ſufficientibus: ſed quia in alio genere totum pa
riter hominem diſtrahi ſpectare non poterat. Ferunt aceti guſtu præcipue eas in rabiem agi. Tenuiſſimũ
his tergus. Contra anguillis craſſius: eoq; uerberari ſolitos tradit Verrius prætextatos. Et ob id mulctã
his dicit non inſtitutam. De planis piſcibus. Cap. xxiiii.
Lanorum piſcium alterum eſt genus: quod pro ſpina cartilaginem habet: ut raiæ: paſtinacæ:
p ſquatinæ: torpedo: & quos bouis: lamiæ: aquilæ ranæ nominibus græcia appellat. Quo nume
ro ſunt ſquali quoq; q̃uis non plani. Hæc græce in uniuerſum ſelace appellauit Ariſtoteles pri-
mus. Hoc nomĩe eis impoſito nos diſtinguere non poſſumus: ni cartilaginata appellare libeat. Omnia
autem carnoſiora ſunt talia: & ſupina ueſcuntur: ut in delphinis diximus. Et cum cæteri piſces oua pa-
riant: hoc genus ſolum ut ea quæ cete appellant animal parit: excepta quam ranam uocant.
De echeneide. Cap. xxv.
St paruus admodum piſcis aſſuetus petris echeneis appellatus. Hoc carinis adhærente naues
e tardius ire creduntur. Inde noĩe impoſito. Quã ob cãm amatoriis quoq; ueneficiis infamis eſt:
& iudicioꝝ ac litium mora. Quæ crimina una laude penſat. Fluxus grauidarum utero ſiſtens
partuſq; continens ad puerperium. tamen in cibos non admittitur. Pedes eum habere arbitratur Ariſto
teles: ita poſita pennarum ſimilitudine. Mutianus muricem eſſe latiorem purpura: neq; aſpero neq; ro-
tundo ore: neq; in angulos prodeunte roſtro: ſed ſimplice concha utroq; latere ſeſe colligente. Quibus
inhærentibus plenam uentis ſteriſſe nauem portantem nuncios a Periandro ut caſtrarentur nobiles pue-
ri: conchaſq; quæ id præſtiterunt apud gnidiorum Venerem coli. Trebius niger ſeſquipedalem eſſe: &
craſſitudine quinq; digitoꝝ: naues morari. Præterea hanc eſſe uim eius aſſeruati in ſale: ut aurum quod
deciderit in altiſſimos puteos admotus extrahat. De uarietate naturæ piſcium. Cap. xxvi.
Vtant piſces colorẽ. Candidæ hyeme menæ: & fiunt æſtate nigriores. Mutãt & phycis reliquo
m tẽpore candida: uere uaria. Eadẽ piſcium ſola nidificat ex alga: atq; in nido parit. Volat hirun
do ſane p q̃ ſimilis uolucri hirundini. De miluo piſce & dracone marino. Cap. xxvii.
Tem miluus ſubit in ſumma maria piſcis ex argumento appellatus lucerna: linguaq; ignea p
i os exerta tranquillis noctibus relucet. Attollit cornuta e mari ſeſquipedalia fere cornua: quæ
ab his nomen traxit. Rurſus draco marinus captus atq; imiſſus in harenam cauernam ſibi ro-
ſtro mira celeritate excauat. De piſcibus ſanguine carentibus Cap. xxviii.
Iſcium quidã ſanguine carent. de quibus dicemus. Sunt aũt tria genera. In primis quæ mollia
p appellant. Deĩde cõtecta cruſtis tenuibus. Poſtremo teſtis cõcluſa duris. Mollia ſunt loligo:
ſepia: polypus: & cætera eius generis. His caput inter pedes & ĩ uentre Pediculi octoni omni-

bus. Sæpiæ & loligini pedes duo. Ex his longiſſimi & aſperi quibus ad ora admouent cibos: & in fluctibus ſe uelut anchoris ſtabiliunt: cæteri cirri cum quibus uenantur.

De loligine & ſæpiis & polypiis & nautilis. Cap. xxix.

l Oligo etiam uolitat extra aquam ſe efferens: quod & pectúculi faciunt ſagittæ mõ. Sæpiaꝝ generis mares uarii & nigriores: conſtantiæq; maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur. At fœmina icto mare fugit. Ambo autem ubi ſenſere ſe apprehendi: effuſo atramento quod pro ſanguine his eſt infuſcata aqua abſcũduntur. Polypoꝝ multa genera. Terreni maiores q̃ pelagici: & oẽs brachiis ut pedibus ac manibus utuntur. Cauda uero quæ eſt biſulca & acuta in coitu. Eſt polypis fiſtula in dorſo: qua tranſmittunt mare: eam mõ in dexteram partẽ modo in ſiniſtrã transferũt. Natant obliqui i caput: quod prædurum eſt ſuffocatione uiuẽtibus. Cæteꝝ per brachia uel ut acceptabulis diſparſis eo hauſto quodãmodo cui adhæreſcũt tenẽt ſupini: ut auelli nõ queant. Vada nõ apprehendunt: & grandibus minor tenacitas. Soli mollium in ſiccum exeunt dũtaxat aſperum. Leuitatem odere. Veſcuntur conchyliorum carne: quorum conchas complexu crinium frangunt. Itaq; præiacentibus teſtis cubile eoꝝ deprehenditur. Et cũ alioquin brutũ habeatur animal: ut quod ad manũ hominis adnatat: in re quodãmodo familiari callet. Omnia in domum comportat: dein putamina roſa carne egerit: annatanteſq; piſciculos ad ea uenatur. Colorem mutat ad ſimilitudinem loci: & maxime in metu. Ipſum brachia ſua rodere falſa opinio eſt. Id. n. a cõgris euenit ei. Sed renaſci ſicut colotis & lacertis cauda haud falſum: Inter præcipua aũt miracula eſt qui uocatur Nautilos: ab aliis põpilos. Supinus in ſumma æquoꝝ peruenit: ita ſe paulatim ſubrigens: ut emiſſa omni per fiſtulam aqua uelut exoneratus ſentina facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorquens membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua uelificante in auras cæteris ſubremigans brachiis media cauda ut gubernaculo ſe regit. Ita uadit alto liburnicarũ gaudens imagine. Si quid pauoris interueniat hauſta ſe mergens aqua.

De ozena: locuſtis: & cancris: cocleis: & conchis. Cap. xxx.

p Olypoꝝ generis ozena dicta a graui capitis odore. Ob hoc maxime murenis eam conſectantibus. Polypi binis menſibus conduntur. Vltra bimatum nõ uiuunt. Pereunt aũt tabe ſemp. Fœminæ celerius & fere a partu. Non ſunt prætereunda & L. Lucullo procõſ. beticæ cõperta de polypis quæ Trebius Niger e comitibus eius prodidit. Auidiſſimos eſſe cõchaꝝ. Illas ad tactum comprimi præcidentes brachia eorum: ultroq; eſcam ex prædante capere. Carent conchæ uiſu omniq; ſenſu alio q̃ cibi & periculi. Inſidiantur ergo polypi apertis. Impoſitoq; lapillo extra corpus ne palpitatu eiiciatur ita ſecuri graſſantur: extrahuntq; carnes. Illæ ſe cõtrahunt: ſed fruſtra diſcuneatæ. Tanta ſolertia animalium hebetiſſimus quoq; eſt. Præterea negat ullum eſſe atrocius aial ad cõficiendũ hoiem in aqua. Luctatur eni cõplexu: & ſorbet acceptabulis: ac numeroſo ſuctu detrahit eũ. In naufragos urinãtis ue impetũ capit. Sed ſi inuertatur: elangueſcit uis. Exporrigũt enim ſe reſupinati. Mire omnibus marinis expetentibus odorem quoq; eorum. Qua de cauſa & naſſis illinunt. Cætera quæ idẽ retulit monſtro ꝓpiora poſſunt uideri. Carteiæ in cetariis aſſuetus quidã polypus exire e mari i lacus eoꝝ apertos: atq; ibi ſalſamenta populari. Conuertit in ſe cuſtodum indignatiõem aſſiduitate furti imodici. Sæpes erãt his obiectæ. Sed has trãſcendebat per arborẽ: nec deprehendi potuit niſi canũ ſagacitate. Hi redeuntem circũuenere noctu concitiq; cuſtodes expauere nouitatẽ. Primum oium magnitudo inaudita erat. Deinde color muria obliti odore diri. Quis ibi polypũ expectaſſet: aut ita cognoſceret: Cum mõſtro dimicare ſibi uidebantur. Namq; & afflatu terribili canes agebat: nunc extremis crinibus flagellatos: nũc robuſtioribus brachiis clauaꝝ modo incuſſos: ægreq; multis tridentibus confici potuit. Oſtendere Lucullo caput eius dolii magnitudine amphoraꝝ. xv. capax: atq; (ut ipſius Trebii uerbis utar) brãchias quas uix utroq; brachio complecti eſſet: clauaꝝ modo toroſas: longas pedum. xxx. acceptabulis ſiue caliculis urnalibus peluium modo. Dentes magnitudini reſpondentes. Reliquiæ aſſeruatæ miraculo pependere põdo ſeptingentoꝝ. Sæpias quoq; & loligines eiuſdẽ magnitudinis expulſas in littus illud: idẽ auctor eſt. In noſtro mari loligines quinũ cubitoꝝ capiunt: ſæpiæ binũ. Neq; his bimatu lõgior uita. Nauigerã ſimilitudinẽ & aliã in propontide uiſam ſibi ꝓdidit Mutianus conchã eſſe acatii modo carinatã iflexa puppe prora roſtrata. In hanc condi naupliũ animal ſæpiæ ſimile ludendi ſocietate ſola. Duobus hoc fieri generibus. Trãqllo. n. uectorẽ demiſſis palmulis ferre ut remis. Si uero flatus inuitent: eaſdẽ i uſu gubernaculi porrigi: pandiq; concharum ſinus aura. Huius uoluptatem eſſe ut ferat: illius ut regat. Simulq; eandem deſcendere incluſo ſinu: fluctu hauſto: territam uiſu: Id. n. conſtat rumore nauigantium humana calamitas in cauſa eſt. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere: quod caret ſanguine. Latent menſibus quinis. Similiter cancri qui eodem tempore occultantur: & ambo ueris principio ſenectutem: anguium more: exuunt: reuocatione tergorum. Cætera in aquis natant. Locuſtæ reptantium modo fluitãt. Si nullus ingruat metus: recto meatu cornibus quæ ſunt rotunditate præpilata ad latera porrectis. Iiſdem erectis in pauore obliquæ in latere procedunt. Cornibus inter ſe dimicãt. Vnum hoc animaliũ niſi uiuum

Territã uiſu forte triſti id. n. cõſtat &c. uł territã uiſu id. n. ut cõſtet

feruenti aqua

ſeruenti aqua incoquatur: fluida carne non habet callum. De cancris. Cap. xxxi.

Iuunt petroſis locis: cancri mollibus. Hyeme aprica littora ſectātur. Aeſtate in opaca gurgitū
u recedunt. Omnia eius generis hyeme læduntur: autūno & uere pingueſcūt: & plenilunio ma-
giſ: qa nocte ſydus tepido fulgore mitificat. Cancroꝝ genera carabi: aſtaci: tacineæ: paguri hera Mææ
cleotici: leones: & alia ignobiliora. Carabi a cæteris cancris cauda diſtant. In phœnice hippoe uocant̄: tan
tæ uelocitatis ut conſequi non ſit. Cancris uita longa. Pedes octoni omnibus in obliquum flexi. Fœmi-
nę primus pes duplex: mari ſimplex. Præterea bina brachia denticulatis forcibibus. Superior pars in pri
moribus his mouetur inferiore immobili. Dextrum brachium oībus maius. Vniuerſi ubi aliquādo con
gregantur os ponti euincere non ualent. Quāobrem egreſſi circūeunt. apparetq; tritum iter. Pinnoteras
uocatur minimus ex omni genere. Ideo oportunus iniuriæ. Huic ſolertia eſt inanium oſtrearum teſtis ſe
condere: & cum accreuerit migrare in capaciores. Cancri in pauore etiam retrorſum pari uelocitate rede-
unt. Dimicant inter ſe ut arietes diuerſis cornibus incurſantes. Contra ſerpentium ictus medentur. Sole
cancri ſignum tranſeunte & ipſorum cum exanimati ſint corpus tranſfigurari in ſcorpiones narrantur in
ſicco. Ex eodem genere ſunt echini: quibus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his in orbem uolui. Itaq; detri
tis ſæpe aculeis inueniuntur. Ex his echinometræ appellantur quorum ſpinę longiſſimæ: calices minimi.
Nec omnibus idem uitreus color. Circa Toronē cādidi naſcūtur: ſpina parua. Oua oīum amara: quina
numero. Ora in medio corpore in terram uerſa. Tradunt ſæuitiā maris præſagire eos: correptiſq; operiri
lapillis: mobilitatemq; pondere ſtabilientes nolunt uolutatione ſpinas atterere. Quod ubi uidere nauti-
ci ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenant. De cocleis. Cap. xxxii.

N eodem genere ſunt cocleæ aquatiles terreſtreſq; exerētes ſe domicilio: binaq; ceu cornua pro
i tendentes contrahenteſq;: oculis carent: ideoq; corniculis prætentant iter.

De pectinibus. Cap. xxxiii.

Ectines in mari ex eodem genere habentur. Reconditi & ipſi in magnis frigoribus ac magnis
p æſtibus: unguesq; uelut igne lucentes in tenebris etiam uelut in ore mādentium. Firmioris iam
teſtæ murices: & conchaꝝ genera: in quibus magna ludētis naturæ uarietas: tot colorū differē
tiæ: tot figuræ: planis & concauis: longis: lunatis: in orbem circumactis: dimidio orbe cæſis: in dorſum
elatis: læuibus: rugatis: denticulatis: ſtriatis: uertice nutricatim intorto margine in mucronem emiſſo: fo Murica-
ris effuſo: intus replicato: iam diſtinctione uirgulata crinita: criſpa: cuniculatim pectinatim imbricatim tim
undata: cancellatim reticulata: in obliquum: in rectum expanſa: predenſata: porrecta: ſinuata: breui no-
do ligatis: toto latere cōnexis: ad plauſum apertis: ad buccinam recuruis. Nauigant ex his neritæ: præbē
teſq; concauam ſibi partem: & alteram auræ opponentes per ſumma æquorum uelificant. Saliunt pecti
nes & extra uolitant: ſeq; & ipſi carinant.

De diuitiis marinis. Cap. xxxiiii.

Ed quid hæc tam parua cōmemoro? cū populatio moꝝ atq; luxuria nō aliunde maior q̄ e con
ſ charum genere proueniat? Iam quidem ex tota reꝝ natura damnoſiſſimum uētri mare eſt tot
modis: tot menſis: tot piſcium ſaporibus: quibus precia capientium periculo fiunt.

Quomodo naſcantur: & ubi: & quomodo inueniuntur margaritæ. Cap. xxxv.

Ed quota hæc portio eſt reputantibus purpuras? conchylia? margaritas? Parū ſcilicet fuerat in
s gulas condi maria: niſi manibus: auribus: capite: toto corpore a fœminis iuxta uiriſq; geſtaren
tur. Quid mari cum ueſtibus? Quid undis fluctibuſq; cum uellere? Non recte recipit hic nos
reꝝ natura niſi nudos. Eſto: ſi tanta uentri cū eo ſocietas. Quid tergori? Parū ſit niſi qui ueſcimur peri-
culis etiam ueſtiamur. Adeo p totum corpus anima hoīs quæſita maxime placent. Principium ergo cul
menq; omnium rerum pretii margaritæ tenent. Indicus maxime has maxime has mittit occeanus. Inter
illas beluas tales tātaſq;: quas diximus p tot maria ueniētes tam longo terraꝝ tractu: e tātis ſolis ardo
ribus: atq; indicis quoq; inſulis petunt̄ & admodū paucis. Fertiliſſima eſt taprobane & toidis ut dixi- Stoidis
mus in circuitu mundi. Itē perimula ꝑmontoriū indiæ. Præcipue aūt laudantur circa arabiā i pſico ſinu
maris rubri. Origo aūt atq; genitura conchæ eſt haud multū oſtreaꝝ conchis differens. Has ubi genita
lis anni ſtimulauerit hora pandētes ſeſe quadā obſcitatione īpleri roſcido cōceptu tradunt: grauidas po-
ſtea eniti: partūq; conchaꝝ eſſe margaritas pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit: candorē con-
ſpici. Si uero turbidus: & fœtum ſordeſcere. Eundē pallere: cælo minante: conceptū. Ex eo quippe cōſta-
re: celiq; eis maiorē ſocietatēeſſe q̄ maris: inde nubilū trahit colorē: aut pro claritate matutina ſerenum.
Si tēpeſtiue ſatientur: grandeſcere & partus. Si fulguret: cōprimi cōchas: ac pro ieiunii modo minui. Si
uero & tonuerit. pauidas ac repente cōpreſſas: quæ uocāt phyſemata efficere ſpeciē: ueꝝ inani inflatam
ſine corpore. Hos eſſe conchaꝝ abortus. Sani quidē partus multiplici conſtant cute: non improprie cal
lum ut exiſtimari corporis poſſit. Itaq; & purgant̄ a peritis. Miror ipſo tantū eas cælo gaudere: ſole ru-
beſcere: candorēq; perdere ut corpus humanū. Quare præcipuū cuſtodiunt pelago altius merſæ: q̄ ut

penetrent radii. Flaueſcunt tamẽ & illæ ſenecta: rugiſq; torpeſcunt: nec niſi iuuenta conſtat ille: qui quęri
tur uigor. Craſſeſcunt etiã in ſenecta: conchiſq; adhæreſcunt: nec iis auelli queunt: niſi lima. Quibus una
tantum eſt facies & ab ea rotũditas: auerſis planicies: ob id tympania nominantur. Cohęrẽtes uidemus
in conchis hac dote unguenta circũferentibus. Cætero in aqua mollis unio: exemptus protinus dureſcit.
Concha ipſa cum manum uidet comprimit ſeſe: operitq; opes gnara propter illas ſe peti: manũq; ſi præ
ueniat acie ſua abſcidit: nulla iuſtiore pœna: & aliis munita ſuppliciis. Quippe inter ſcopulos pars ma-
ior inuenitur: ſed in alto quoq; comitantur marinis canibus. Nec tamẽ aures fœminarũ arcentur. Quidã
tradũt ſicut apibus ita concharũ examinibus ſingulas magnitudine & uetuſtate præcipuas eſſe ueluti du
ces: miræ ad cauendum ſolertiæ. Has urinantium cura peti. Illis captis facile cæteras palantes retibus in
cludi. Multo deinde obrutas ſale in uaſis fictilibus eroſa carne omni nucleos quoſdã corporũ hoc ẽ unio
nes decidere in ima. Vſu atteri nõ dubium eſt: colorẽq; indiligẽtia mutari. Dos oĩs in candore: magnitu-
dine: orbe: leuore: pondere: haud ꝓmptis rebus in tantũ: ut nulli duo reperiant̃ indiſcreti. Vnde nomen
unionũ romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Nam apud græcos nõ eſt: nec apud barbaros inuẽtores eius
aliud q̃ margaritę. Et in candore ipſo magna differẽtia. Clarior in rubro mari repertus. Indicus ſpeculariũ
lapidũ ſquamas aſſimulat: alias magnitudine præcellens. Sũma laus coloris ẽ exaluminatos uocari: &
ꝓcerioribus ſua gratia eſt. Elenchos appellant faſtigiata lõgitudine. Alabaſtrorũ figura in pleniore orbe
deſinẽtes. Hos digyns ſuſpendere: & binos ac ternos auribus fœminarũ gloria eſt. Subeũt luxuriæ eius
Perditiore nomina & tædia exquiſita ꝑditione portatu. Siquidẽ cũ id fecere crotalia appellant: ceu ſono quoq; gau-
deant: & colliſu ipſo margaritarũ. Affectantq; iam & pauperes lictorẽ fœminæ in publico unionẽ eſſe di
Licitatorem ctantes. Quin & pedibus: nec crepidarũ tantũ obſtragulis: ſed totis ſocculis addũt. Neq; n. geſtare iam
margaritas: niſi calcent: ac ꝑ uniones etiam ambulent ſatis eſt. In noſtro mari reperiri ſolebant. Crebrius
circa boſphorũ thracium: rufi ac parui in conchis: quas myas appellant. At in acarnania: quæ uocat̃ pin
na gignit. Quo apparet nõ uno cõchæ genere naſci. Nã & Iuba tradit arabicis cõcham eẽ ſimilem pecti
ni inſecto: hirſutam echinorũ modo ipſum unionem in carne ipſa eſſe grandini ſimilem. Conchę nõ tales
ad nos afferuntur. Nec in acarnania autẽ laudati repiuntur: enormes & feri: colorisq; marmorei. Melio-
res circa actium: ſed & ii parui. Et in mauritaniæ maritimis. Alexander Polyhiſtor & Sudines ſeneſcere
eos putant: coloremq; expirare. Eorum corpus ſolidum eſſe manifeſtum eſt: q, nullo lapſu franguntur.
Non autem ſemper in media carne repiuntur: ſed aliis atq; aliis locis. Vidimuſq; iam extremis etiã mar
ginibus uelut e concha exeuntes. Et in quibuſdam quaternos quinoſq;. Pondus ad hoc æui ſemũciæ pau
cĩ ſingulis ſcrupulis exceſſere. In britãnia paruos atq; decolores naſci certum ẽ. Quoniam Diuus Iulius
thoracẽ quem Veneri genitrici ĩ templo eius dicauit: ex britãnicis margaritis factũ uoluerit intelligi. Lol
liam Paulinam quæ fuit Caii principis matrona nec ſerio quidẽ aut ſolẽni cerimoniarũ aliquo apparatu:
ſed mediocrium etiã ſponſaliũ cœna uidi ſmaragdis margaritiſq; opertã: alterno textu fulgentibus toto
capite crinibus: ſpiris: auribus: collo: manibus digytiſq;. Quæ ſumma quadringenties ſeſtertiũ collige-
bat. Ipſam confeſtim paratam nũcupationem tabulis ꝓbare. Nec dona ꝓdigi principis fuerant: ſed aui
tæ opes prouinciarũ: ſcilicet ſpoliis partæ. Hic eſt rapinarũ exitus. Hoc fuit quare. M. Lollius infamatus
regũ muneribus in toto oriẽte interdicta amicitia a Caio Cæſare Auguſti filio uenenũ biberet: ut neptis
eius quadringenties ſeſtertiũ opta ſpectaretur ad lucernas. Cõputet nunc aliquis ex alia pte quantũ Cu-
rius aut Fabritius in triũphis tulerint: & imaginetur corũ fercula: & ex altera parte Loliã unã ĩperii muli
erculã accubantem: non illos curru detractos: q̃ in hoc uiciſſe malit? Nec hæc ſumma luxuriæ exempla
ſunt. Duo fuere maximi uniones ꝑ omne æuum utrũq; poſſedit Cleopatra ægypti reginarũ nouiſſima ꝑ
manus orientis regũ ſibi traditos. Hæc cũ exquiſitis quotidie Antonius ſaginaret̃ epulis: ſupbo ſimul
ac ꝓcaci faſtu ut regina meretrix lauticiã eius oẽm apparatũq; detrectans quærente eo quid aſtrui ma-
gnificentiæ poſſit: reſpondit. Vna ſe cœna centies ſeſtertiũ abſumpturã. Cupiebat diſcere Antonius: ſed
fieri poſſe nõ arbitrabatur. Ergo ſponſionibus factis poſtero die quo iudiciũ agebat̃: magnificã alias cœ
nam ne dies periret: ſed quotidianã Antonio appoſuit irridenti: cõputationemq; expoſtulanti. At illa co
rollarium id eſſe. conſumpturamq; ſe ea in cœna taxationẽ confirmans: ſolãq; ſe centies ſeſtertium cœna-
turam. Inferri menſam ſecundam iuſſit. Ex præcepto miniſtri unũ tantum uas ante eam poſuere aceti:
cuius aſperitas uiſq; in tabem margaritas reſoluit. Gerebatq; auribus tũ maxime ſingulare illud & uere
unicum naturæ opus. Itaq; ſpectante Antonio quid nã eſſet actura detractum alterũ merſit: ac liquefa-
ctum abſorbuit. Iniecit alteri manũ. L. Plaucus iudex ſponſionis eius eum quoq; parãti ſimili modo ab
ſumere. Victũq; Antonium ꝓnunciauit oĩe irato. Comitet̃ fama unionis eius parẽ capta illa tãtæ quæ
ſtionis uictrice regina diſſectũ: ut eſſet in utriſq; Veneris auribus romæ in pantheo dimidia eorũ cœna
Non ferent tamen hanc palmam: ſpoliabunturq; etiam luxuriæ gloria. Prior id fecerat romæ in unio
nibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Aeſopi filius relictus ab eo in amplis opibus hæres: ne trium
phatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius pene hiſtrioni comparatus. Et quidem nulla ſponſione ad hoc
productus quo

productus quo id magis regium erat: ſed ut experiretur in gloria palati quid ſaperent margaritæ: atq;
ut mire placuere: ne ſolus hoc ſciret ſingulos uniones conuiuis ad ſorbendũ dedit. Romæ in promiſcuũ
ac frequentẽ uſum ueniſſe alexandria in dictionem redacta. Primũ aũt cœpiſſe circa ſyllana tempora mi
nutas & uiles Feneſtella tradit manifeſto errore: cum Elius Stilo iugurthino bello unionũ nomẽ impo
ſitũ maxime grandibus margaritis prodat. Et hoc tamẽ æternæ prope poſſeſſionis eſt: ſequitur hæredẽ.
In mancipatũ uenit ut prædium aliquod. Cõchylia & purpuras omnis ora atterit: quibus eadem mater
luxuria paria pene etiam margaritis precia fecit.

## De natura purpuræ & muricis. Cap. xxxvi.

p Vrpuræ uiuunt annis plurimũ ſeptenis. Latent ſicut murices circa canis ortum tricenis diebus
Congregantur uerno tempore: mutuoq; attritu lentorẽ cuiuſdã ceræ ſaliuant. Simili modo &
murices. Sed purpuræ florem illum tingendis expetitũ ueſtibus in mediis habent faucibus. Li
quoris hic eſt minimi in candida uena. Vnde precioſus ille bibitur nigrãtis roſæ colore ſublucens. Reli
quum corpus ſterile. Viuas capere cõtendunt: quia cũ uita ſua ſuccum illũ euomunt. Et maioribus qui
dem purpuris detracta cõcha auferunt: minores cũ trapetis frangũt. Ita demũ rorem eum excipientes ty
rii. Præcipuus hic aſiæ. In meninge africæ: & getulo littore oceani: in laconica europæ. Hinc faſces ſecu
reſq; romanæ uiam faciunt. Idemq; ꝓ maieſtate in puericia eſt. Diſtinguit ab equite curiã. Diis aduoca Imperii
tur placandis: oẽmq; ueſtẽ illuminat. In triũphali miſcet̃ auro. Quapropter excuſata & purpuræ ſit inſa
nia. Sed unde cõchyliis precia? Quis uirus graue in fuco: color auſterus in glauco & iraſcenti ſimilis ma
ri. Lingua purpuræ longitudine digitali: qua paſcit̃ ꝑforando reliqua cõchylia: tanta duricia aculeo eſt.
Aqua dulci enecantur: & ſicubi flumini imerguntur: alioquin captæ diebus quinquagenis uiuunt ſaliua
ſua. Conchæ omnes celerrime creſcunt præcipue purpuræ. Anno magnitudinem implent. Qd̓ ſi hacte
nus tranſcurrat expoſitio: fraudatam ſe ꝓinus luxuria credat. Nos indiligẽtiæ dãnet. Quamobrẽ pro
ſequemur etiã officinas: ut tanq̃ inuictu frugũ noſcitur ratio. Sic oẽs qui iſtis gaudent præmia uitæ ſuæ
calleant. Concharũ ad purpuras & cõchylia eadẽ qdem eſt materia: ſed diſtat temperamento. Duo ſunt
genera. Buccinũ minor cõcha ad ſimilitudinem eius buccini: quo ſonus editur. Vnde & cauſa nomini ro
tunditate oris in margine inciſa. Alterũ purpura uocatur caliculatim procurrente roſtro: & caliculi latere Cunicula
introrſus tabulato qua ꝓferatur lingua. Præterea clauatum eſt ad turbinem uſq;: aculeis in orbẽ ſeptenis tim uel
fere: qui nõ ſunt buccino: ſed utriſq; orbes totidem quot habent annos. Buccinum nõ niſi petris adhæret: Clauicu
circaq; ſcopulos legitur. latim

## Quot ſunt genera. Cap. xxxvii.

p Vrpuræ noĩe alio pelagiæ uocantur. Earũ genera plura: pabulo & ſolo diſcreta. Lutenſe putrilĩ Canalicu
mo: & algenſe enutritũ alga uiliſſimũ. Vtriſq; melius tenienſe in tenei maris ora collectũ. Hoc li
quoq; tamen etiamnum leuius atq; dilutius. Calculoſæ appellantur a calculo maris mire apto Tenarii
conchyliis: & longe optimo purpuris. Dialuſitenſeid eſt uario ſoli genere paſtum. Capiũtur autem pur
puræ paruulis rariſq; conchis textu ueluti naſſis in alto iactis. Ineſt iis eſca: cluſiles: mordaceſq; concharũ
quales uidemus has ſemineces: ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes. Appetunt eas purpuræ: por
rectiſq; linguis infeſtant. At ille aculeo extimulatæ claudunt ſeſe: comprimuntq; mordentia: ita penden
tes auiditate ſua purpuræ tolluntur.

## Quo capiuntur tempore. Cap. xxxviii.

c Api eas poſt canis ortum aut ante uernum tempus utiliſſimũ: quoniam cũ fœtificauere fluxos
habent ſuccos. Sed id tingentum officinæ ignorant: cum ſumma uertatur in eo. Eximitur po
ſtea uena quam diximus. Cui addi ſalem neceſſarium: ſextarios ferme in libras centenos. Ma
cerari triduo iuſtum. Quippe maior uis tanto quanto recentior. Feruere in plumbo: ſinguliſq; aquæ am
phoris centenas atq; quinquagenas medicaminis libras æquari: ac modico uapore torreri: & ideo lon Aquari
ginquæ fornacis cuniculo. Ita deſpumatis ſubinde carnibus quas hæſiſſe uenis neceſſe eſt: decimo ferme
die liquatis cortina uellus elutriatum mergitur in experimentum. Et donec ſpei ſatiſfiat uritur liquor.
Rubens color nigrante deterior. Quinis lana potat horis. Rurſuſq; mergitur carminata: donec omnẽ
ebibat ſaniẽ. Buccinũ per ſe damnatur: quoniã fucũ remittit. Pelagio admodũ alligatur: nimiæq; eius ni
gritiæ dat auſteritatẽ illã nitorẽq;: q quærit̃ cocci. Ita ꝑmixtis uiribus alterũ altero excitat̃: aut aſtrigit̃.
Sũma medicaminũ i libras. Vellerũ buccino ducẽtæ. Pelagio. cxi. Ita fit amethyſti color eximius ille. At
tyrius pelagio primũ ſatiat̃ imatura uiridiq; cortina: mox ꝑmutat̃ in buccino. Laus ei ſumma in colorẽ
ſanguinis concreti nigricans aſpectu: idemq; ſuſpectu refulgens. Vnde & Homero purpureus dicitur
ſanguis.

## Romæ quando uſus purpuræ. Cap. xxxix.

p Vrpuræ uſum romæ ſemper fuiſſe uideo. Sed Romulo in trabea. Nã toga prætexta & latiore
clauo Tullum Hoſtilium e regibus primũ uſum hetruſcis deuictis ſatis conſtat. Nepos Cor
nelius qui Diui Auguſti principatu obiit. Me inquit iuuene uiolacea purpura uigebat: cuius li
bra denariis centum uenibat: nec multo poſt rubra tarentina. Huic ſucceſſit dibapha tyria: quæ in li
bras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter ædilis currulis primus in prætexta uſus im
probabatur. Qua purpura quis non iam inquit triclinaria facit? Spinter ædilis fuit urbis conditæ anno.

.dcc. Cicerone conſ. Dibapha tunc dicebatur: quæ bis tincta eſſet ueluti magnifico impendio. Qualiter
nunc omnes pene cõmodiores purpuræ tinguntur. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino. præ
terq; ius temperaturæ. Aeque pro indiuiſo humani potus excremento dimidia & medicamina adduntur
Sic gignitur laudatus ille pallor ſaturitate fraudata: tantoq; dilucidior quanto magis uellera eſuriunt.

De pretio earum. Cap. xl.

p Recia medicamento ſunt quidem pro fertilitate littorum uiliora. Non tamẽ uſq̃ pelagii libras
quinquenos nũmos excedere: & buccini centenos ſciant: q iſta mercantur imenſo. Sed alia ſunt
nec habent finẽ uitia. Iuuatq; ludere impendio: & luſus geminare miſcẽdo iterũ: & ipſa adultera
re adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere: argentum auro confundere ut electra fiant: addere iis æra:
ut corinthia.

De tingendo amethyſtino & cocco byſſino. Cap. xli.

n On eſt ſatis abſtuliſſe gemmæ nomẽ amethyſtum. Rurſum abſolutus inebriatur tyrio: ut ſit
ex utroq; nomen improbum tyriamethyſtus: ſimulq; luxuria duplex. Et cum confecere cõchy
lia: tranſire melius in tyrium putant. Pœnitentia hoc primum debet inueniſſe artifice mutante
quod damnabat. Inde ratio eſt nata. Votũ quoq; factum e uitio portentoſis ingeniis: & gemina demon
ſtrata uia luxuriæ: ut color alius operiretur alio. Suauior ita fieri leuiorq; dictus. Quin & terrena miſce
Granum re: coccoq; tinctũ tyrio tingere ut fieret bis byſſinum. Coccum galatiæ rubens granẽ: ut dicemus in ter
reſtribus aut circa emeritã luſitaniæ in maxima laude eſt. Verum ut ſimul peragantur nobilia pigmen
ta anniculo gramini languidus ſuccus. Idem a quadrimo euanidus. Ita nec recenti uires neq; ſeneſcenti.
Abunde tractata eſt ratio: qua ſe uirorum iuxta fœminarumq; forma credit ampliſſimã fieri.

De pinna: & pinnotere: & aquatilium ſenſu. Cap. xlii.

c Oncharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper: nec unq̃ ſine comite: quẽ
pinnoterẽ uocãt: alii pinnophylacẽ id eſt ſquilla parua. Aliubi cancer dapis affectator. Pandit
ſe pinna luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus præbens. Aſſultãt alii ptinus: & ubi
licentia audacia creuit: Implent eam. Hoc tempus ſpeculatus index morſu leui ſignificat. Illa ore com-
preſſo quicquid incluſit exanimat: partemq; ſotio tribuit. Quo magis miror quoſdã exiſtimaſſe aquati-
libus nullum ineſſẽ ſenſum. Nouit torpendo uim ſuã ipſa non torpens: merſaq; in in limo ſe occultat: pi
ſces qui ſecuri natantes obtorpuere corripiens. Huius iecori teneritas nulla præfertur. Nec minor ſoler-
tia ranæ: quæ in mari piſcatrix uocatur: eminentia ſub oculis cornicula turbato limo exerit: aſſultãtes pi
ſciculos pertrahens: donec tam prope accedant: ut aſſiliat. Simili modo ſquatina & rhombus aditi pin-
nas exertas mouẽt ſpecie uermiculorum. Itemq; quæ uocatur raia. Nam paſtinaca lattocinatur ex occul
to tranſeuntes radio: quod tælum eſt ei figens. Argumenta ſolertia huius quod tardiſſimi piſcium hi mu
gilẽ uelociſſimũ oĩm habẽtes in uẽtre repiuntur.

De ſcolopendris uulpibus & glanis. Cap. xliii.

ſ Colopendræ terreſtribus ſimiles quas cẽtipedes uocant hamo deuorato omnia interranea euo
munt: donec hamũ egerant: deinde: reſorbent. At uulpes marinæ ſimili in periculo glutiunt am
Glanius plius uſq; ad infirma lineæ: quæ facile prærodant. Glaucius qui & glanis uocatur auerſus mor-
uel & qui det hamos nec deuorat: ſed eſca ſpoliat.

De ariete piſce. Cap. xliiii.

g Raſſatur aries ut latro. Et nũc grandium nauium in ſalo ſtantium occultatus umbræ ſi quem
nandi uoluptas inuitet expectat. Nunc elato extra aquam capite piſcantium cymbas ſpecula-
tur: occultuſq; adnatans mergit.

De his quæ tertiã naturã habent non animaliũ neq; fruticum: & de urticis & ſpongiis. Cap. xlv.

e Quidẽ & iis ſenſum ineſſe arbitror qui nec animalium neq; fruticũ ſed tertiã ex utroq; naturam
habent: urticis dico & ſpõgiis. Vrticæ noctu uagant: noctuq; mutant: carnoſæ frondis. Iis na
tura ut carne ueſcant. Vis pruritu mordax: eadẽq; quæ terreſtris urticæ. Contrahit ergo ſe q̃
maxime rigens: ac prænatãte piſciculo frondem ſuã ſpargit: cõplectenſq; deuorat. Alias mercenti ſimilis
& iactari ſe paſſa fluctu algæ uice contactos piſces: attrituq; petræ ſcalpentes pruritũ inuadit. Eadẽ no
ctu pectines & echinos perquirit. Dũ admoueri ſibi manũ ſentit: colorem mutat: & contrahitur. Tacta
uredinẽ mittit: paulũq; ſi fuerit interualli: abſconditur. Ora ei in radices eſſe tradunt. Excremẽta p ſum-
ma tenui fiſtula reddi. Spongiarũ tria genera accipimus. ſpiſſum: ac predurũ: & aſperũ. Tragos id uoca-
tur minus Spiſſum & mollius Manos: tenue denſumq; ex quo penicilli: achilleũ. Naſcunt oẽs i petris.
Alunt cõchis: piſce: limo. Intellectũ ineſſe iis apparet: quia ubi auulſorẽ ſenſere: cõtracte multo difficili⁹
abſtrahuntur. Hoc idẽ fluctu pulſante faciunt. Viuere eſca manifeſto conchæ minutæ in iis reperte oſtẽ
dunt. Circa toronem ueſci illis auulſas etiam aiunt: & ex relictis radicibus recreſcere. In petris cruoris
quoq; inhæret color: africis præcipue quæ generantur in ſyrtibus: maxime fiunt manæ. Sed mol-
liſſimæ circa lyciã. In profundo aũt nec uentoſo molliores. In helleſponto aſperæ. Et denſæ circa maleã.
Putreſcunt in apricis locis. ideo optimæ in gurgitibus: Viuentibus itemq; madẽtibus nigricãs color. Ad
hærent nec parte nec totæ. interſunt. n. fiſtulæ quædã ianes: quaternæ fere aut quinæ: per quas paſci ex-
ſtimantur

ſtimantur. Sunt & aliæ ſed ſupernæ concretæ. Et ſubeſſe mēbrana quædam radicibus earum intelligitur
Viuere conſtat longo tpe. Peſſimum omnium genus earum eſt: quæ aplyſiæ uocantur: quia elui nō poſ-
ſunt: in quibus maxime ſunt fiſtulæ: & reliqua denſitas ſpiſſa.

De caniculis marinis. Cap. xlvi.

Aniculaꝝ maxīa multitudo circa eas urinātes graui periculo infeſtant: Ipſi ferunt & nubē quā
c dam craſſeſcere ſuper capita aīalium planoꝝ piſcium ſimilē premētem eos: arcentēq; a recipro
cando: & ob id ſtilos præacutos lineis annexos habere ſeſe: quia niſi perfoſſæ ita nō recedant: ca
liginis & pauoris (ut arbitror) opere. Nubem. n. & nebulam cuius noīe id malum appellant inter aīalia
illa haud ultra comperit quiſq̄. At cum caniculis atrox dimicatio ē. Inguina & calces omnēq; candorem
corporum appetunt. Salus una in aduerſas eundi ultroq; terrendi. Pauet. n. hominem æque ac terret. Et
ſors æqua in gurgite. Vt ad ſumma aquæ uentū eſt: ibi periculum anceps. Adempta rōne contra eundi:
dum conetur emergere. Et ſalus oīs in ſotiis. Funem illi religatum ab humeris eius trahunt. Hunc dimi-
cans: ut ſit periculi ſignum: leua quatit. Dextera apprehenſo ſtilo in pugna eſt. Modicus alias tractus.
Vt prope carinam uentum eſt: niſi præceleri ui repente rapiant: abſumi ſpectant. Ac ſæpe iam ſubducti
ę manibus auferuntur: ſi non trahentium ope conglobato corpore in pilæ modum ipſi ſe adiuuere.
Protendunt quidem tridentes illi. Sed monſtri ſolertia eſt nauigium ſubeundi atq; ita e tuto prœliandi.
Omnis ergo cura ad ſpeculandum hoc malum inſumitur.

De aīantibus quæ ſilicea teſta: & quæ ſine uillo includunť. & reliqs ſordidis aīalibus. Cap. xlvii.

Ertiſſima eſt ſecuritas uidiſſe planos piſces: quia nunq̄ ſunt ubi maleficæ beſtiæ. Qua de cauſa
c urinantes ſacros appellant eos. Silicea teſta incluſis fatendum eſt nullum eſſe ſenſum ut oſtre
is. Multis eadem natura quæ frutici ut olothyris: pulmonibus: ſtellis. Adeoq; nihil non gigni
tur in mari ut cauponarum etiam æſtiua animalia pernici moleſta ſaltu: aut quæ capillus maxime celat
exiſtant. & circūglobata eſcæ ſæpe extrahuntur. Quæ cauſa ſomnium piſcium in mari noctibus infeſta-
re exiſtimatur. Quibuſdam uero ipſis innaſcūtur: quo in numero chalcis accipitur.

De uenenatis marinis. Cap. xlviii.

Ec uenena ceſſant dira ut in lepore: qui in indico mari etiā tactu peſtilens uomitum diſſolutio
n nēq; ſtomachi ꝑtinus creat. In noſtro offa informis: colore tantū lepori ſimilis. In indis & ma
gnitudine & pilo duriore. Tantum uiuus ibi capitur. Aeq; peſtifeꝝ aīal araneus ſpinæ indorſo
aculeo noxius: Sed nullū uſq̄ execrabilius q̄ radius ſup caudā eminēs trigonis: quā noſtri paſtinacā ap-
pellāt. Quin cōchylii magnitudine arbores īfixus radici necat. Arma ut telum perforat & ferri & ueneni
malo.

De morbis piſcium. Cap. xlix.

Orbos uniuerſa genera piſcium & cætera animalia etiam fera non accipimus ſentire. Verum
m ægrotare ſingulos manifeſtum facit aliquorum macies: cum in eodem genere præpingues alii
capiantur.

De generatione eorum mira. Cap. l.

Vo nam modo generent deſiderium & admiratio hoīum differri nō patiť. Piſces attritu uen-
q trium coeunt: tanta celeritate ut uiſum fallant: Delphini & reliqua cete ſimili mō & paulo diu
tius. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequiť: uentrē eius roſtro pulſans. Sub partu ma
res fœminā ſimiliter oua ueſcētes coꝝ. Nec ſatis eſt generationi per ſe coitus: niſi editis ouis iter ſe uerſan
do mares & fœminæ uitale aſperſerint uirus. Non oībus id contingit ouis in tāta multitudine: alioquin
replerentur maria & ſtagna: cum ſinguli uteri innumerabilia concipiant.

Item de generatione & qui piſces oua pariant. Cap. li.

Iſcium oua in mari creſcūt: quædam ſumma celeritate ut murenaꝝ. Quædam paulo tardius:
p plani piſcium quibus cauda nō obeſt aculeiq; ut teſtudines & raiæ in coitu ſuperueniūt. polypi
crino uno fœminæ naribus adnexo. Sæpiæ & loligines linguis cōponētes iter ſe brachia: & incō
trarium nantes: & pariunt ore: Sed polypi in terrā uerſo capite coeunt. Reliqua molliū tergis ut canes.
Item locuſtæ & ſquillæ. Cancri ore. Ranæ ſuperueniunt: prioribus pedibus alas fœminæ mare appre-
hendente: poſterioribus clunes. Pariunt minimas carnes nigras: quas gyrinos uocant: oculis tamen &
cauda inſignes: mox pedes figurantur: cauda findente ſe ī poſteriores. Mirumq; ſemeſtri uita reſoluunť
in limum nullo cernente: & rurſus uernis aquis renaſcuntur quæ fuere natæ perinde occulta ratione cum
oībus annis id eueniat. Et mytuli & pectines ſponte naturæ in harenoſis proueniunt. Quæ durioris te-
ſtæ ſunt: ut murices purpuræ ſaliuario lētore. Sicut aceſcente humore culices: atq; ſpuma maris incale-
ſcente cum admiſſus eſt hymber. Quæ uero ſiliceo tegmine operiuntur: ut oſtrea putreſcente limo: aut
ſpuma circa nauigia diutius ſtante: defixoſq; palos: & lignum maxīe. Nuper cōpertū ī oſtreariis: humo
rem iis fœtificum lactis modo effluere: Anguillæ atterunt ſe ſcopulis ea ſtrigmēta uiueſcūt. Nec alia eſt
earum ꝓcreatio. Piſciū diuerſa genera nō coeūt præter ſquatinā & raiā: ex qbus naſciť priori parte ranæ
ſimilis: & nomē ex utroq; cōpoſitum apud græcos trait. Quædam tpe anni gignunť & in humore & in

I

terra. Vere pectines limaces hirũdines eodẽ tpe euaneſcunt. Piſcium aũt lupus & trichias bis anno parit
Scorpænæ & ſaxatiles oẽs. Mulli ter: & chalcis: cyprinus ſexies. Scorpiones bis ac ſargi uere & autumno. Ex planis
ſquatina ſola bis autũno & uergiliaꝝ occaſu. Plurimi piſcium tribus menſibus aprili maio. Salpæ autũ-
no: ſpari: torpedo: ſquali circa æquinoctiũ. Molles uere. Sæpia oĩbus menſibus. Oua eius glutino atra-
menti ad ſpeciẽ uuæ cohærentia maſculus proſequit̃ afflatu: alias ſterileſcunt. Polypi hyeme coeunt. Pa
riunt uere oua tortili uibrata pampino: tanta fœcunditate ut multitudine ouorum occiſi non recipiãt ca
Crano uo capitis: quæ prægnãtes tulere. Ea excludunt qnquageſimo die. e quibus multa ꝑꝑ numerũ ĩtercidũt.
Locuſtæ & reliqua tenuioris cruſtæ ponunt oua ſupra oua: atq; ita incubãt. Polypis fœmina mõ in ouis
ſedet: mõ cauernã brachioꝝ implexu claudit. Sæpia in terreno parit inter harũdines: aut ſicubi enata al-
ga. Excludit quintodecimo die. Loligines in alto conſerta oua edunt ut ſæpiæ. Purpuræ murices eius de-
niq; generis uere pariunt. Echini oua pleniluniis habent hyeme. Et coclεæ hyberno tpe naſcũtur. Torpe
do octogenos fœtus habens: inuenit̃: eaq; intra ſe parit oua præmollia in aliũ locũ uteri transferens: atq;
ibi excludens. Simili mõ oĩa quæ carthilaginea appellauimus: ita fit ut ſola piſcium & animal pariant: &
oua concipiant. Sylurus mas ſolus oĩum edita cuſtodit oua ſæpe & quinquagenis diebus ne abſumant̃
ab aliis. Cæteræ fœminæ ĩ triduo excludũt: ſi mas attigit. Acus ſiue belone unus piſciũ dehiſcẽte ꝑꝑ mul
titudinem utero parit. A partu caleſcit uulnus: quod & in cæcis ſerpẽtibus tradunt. Mus marinus in ter
ras ſcrobe effoſa parit oua: & rurſus obruit terra. Triceſimo die refoſſa aperit: fœtũq; in aquã ducit.

De uuluis piſcium. Cap. lii.

e Rrythini & chanæ uuluas habere tradunt̃. Qui trochos appellat̃ a græcis ipſe ſe ĩnire. Aqua
tilium omnium fœtus inter initia uiſu carent.

De longiſſima uita piſcium. Cap. liii.

Eui piſcium memorãdum nuper exẽplum accepimus. pauſilypum uilla eſt campaniæ haud
a ꝑcul neapoli. In ea ĩ Cæſaris piſcinis a Pollione Vedio cõiectũ piſcẽ ſexageſimũ poſt annum
expiraſſẽ ſcribit Anneus Seneca. Duobus aliis æqualibus eius ex eodẽ genere etiã tũc uiuenti-
bus. Quæ mẽtio piſcinaꝝ admonet ut paulo plura dicamus hac de re: priſq̃ digrediamur ab aquatilib9.

De uiuariis & oſtrearum: & quis ea primus inuenerit. Cap. liiii.

Streaꝝ uiuaria primus oĩum Sergius Orata iuenit in baiano ætate. L. Craſſi oratoris añ mar
o ſicũ bellũ: nec gulæ cã: ſed auaritiæ: magna uectigalia tali ex ĩgenio ſuo ꝑcipiens. Vt qui pri-
mus penſiles inuenit balineas ita mãgonizatas uillas ſubĩde uendẽdo. Is primus optimum ſa
porem oſtreis lucrinis adiudicauit: quãdo eadẽ aquatilia genera alibi atq; alibi meliora. Sicut lupi pi-
ſces in tyberi amne inter duos pontes: rhõbus rauennæ: murenæ in ſicilia: elops rhodi: & alia genera ſi-
militer: ne culinaꝝ cenſura peragatur. Nondũ britãnica ſeruiebant littora: cum Orata lucrina nobilita-
Ac neſis eſſet bat. poſtea uiſum tanti in extrema italia petere brunduſium oſtreas ac uelitis. Sed ĩter duos ſapores nu-
per excogitatum tamẽ longæ aduectionis a brunduſio cõpaſcere in lucrino. Eadem ætate prior Licinius
Munera reliquoꝝ piſcium uiuaria inuenit. Cuius deinde exẽplum nobilitas ſecuta eſt Philippus: Hortẽ
enſius Lucullus exciſo etiam monte iuxta neapolim maiore ĩpendio q̃ uillã ædificauerat euripũ: & maria
admiſit. Qua de cauſa magnus Pompeius Xerxem togatum eum appellabat. Quadraginta. M. ipſius
piſcinæ A defuncto illo ueniere piſces.

Qui primus murenarum uiuaria fecerit. Cap. lv.

Vrenarũ uiuariũ priuatim excogitauit. C. Hirrus ante alios qui cœnis triumphalibus Cæſa-
m ris dictatoris ſex milia numero murenaꝝ mutua appendit. Nam permutare quidem precio
noluit: aliaue merce. Huius uillam inter q̃ modicã. xl. milibus piſcinæ uendiderũt. Inuaſit de
inde ſingulorum piſcium amor. Apud baulos in parte baiana piſcinã habuit Hortenſius orator. Mure
nam adeo dilexit: ut exanimatam fleſſe credatur. In eadem uilla Antonia druſi murenæ quam diligebat
inaures addidit. Cuius propter famam nonnulli baulos uidere concupiuerunt.

De coclearum uiuariis & quis primus inſtituit. Cap. lvi.

Oclearum uiuaria inſtituit Fuluius Lupinus in tarquinẽſi pauloante ciuile bellum: quod cum
Hirpinus e Pompeio magno actum eſt: diſtinctis quidem generibus earum: ſeparatim ut eſſent: albæ quæ
in reatino agro naſcuntur. Separatim illyricæ: quibus magnitudo ꝑcipua. Africanæ quibus fœ
cunditas. Solitanæ quibus nobilitas. Quin & ſaginam earum commentatus eſt ſapa & farre: aliiſq; gene
ribus. Vt cocleæ quoq; altiles ganeam implerent. Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta ſit
ut octoginta quadrantes caperent ſingularum calices auctor eſt. M. Varro.

De piſcibus terrenis. Cap. lvii.

Iſciũ genera etiãnum a Theophraſto mira ꝓdunt̃ circa babylonis rigua decedẽtibus fluuiis in
p cauernas aquas hebetes remanere. Quoſdã inde exire ad pabula pennulis gradiẽtes crebro cau
dæ motu. contraq; uenantis refugere in ſuas cauernas: & in iis obuerſos ſtare. Capita eorum eẽ
ranæ marinæ

ranæ marinæ ſimilia:reliquas partes gobiorum.Branchias ut cæteris piſcibus.Circa heracleam & toronē
& lycum amnem eſſe multifaria.In ponto unum genus eſſe:quod extremas fluminū aquas ſectetur ca-
uernaſq; ſibi faciat in terra:atq; in iis uiuat etiam reciprocis amnibus ſiccato littore.Effodi ergo:motu de
mum corporum uiuere eos approbant.Circa heracleam eandē eodēq; lyco amne decedente ouis relictis
in limo generari piſces:qui ad pabula petenda palpitent exiguis branchiis. Quod fieri non indigo humo
ris:propter quos & anguillas diutius uiuere exemptas aquis.Oua autē in ſicco maturari ut teſtudinum
eadem in ponti regione apprehendi in glacie piſcium quoſdam maxime gobiones nō niſi patinarum ca-
lore uitalem motum fatētes.In iis quidem tametſi mirabilis:eſt aliqua ratio.Idem tradit ī paphlagonia
effodi piſces gratiſſimos cibis terrenos altis ſcrobibus.In iis locis ubi nullæ reſtagnent aquæ. Miraturq;
& ipſe gigni ſine coitu.Humoris quidē uim aliquā ineſſe quā puteis arbitratur:cum nonnulli reperiātur
piſces.Quicquid eſt hoc certe minus admirabilem talparum facit uitam ſubterranei animalis : niſi forte Admirabi
uermium terrenōrum & iis piſcibus natura eſt. De muribus nili. Cap.lviii. le facit tal-

Erum omnibus iis fidem nili inundatio affert omnia excedentem miracula.Quippe deturgē- parū uita
u te eo muſculi reperiuntur inchoato opere.Genitalis aquæ terræq; iam parte corporis uiuētes:
nouiſſima effigie etiamnum terrena.

De anthia piſce:& quomodo capiatur. Cap.lix.

Ec de anthia piſce ſileri cōuenit.Itaq; pleroſq; aduerto credidiſſe apud chelidonias īſulas quas
n diximus aſiæ ſcopulos in mari ante promontorium ſitas.Ibi frequens hic piſcis & celeriter ca Tauri
pitur uno genere:paruo nauigio & concolori ueſte:eademq; hora per aliquot dies cōtinuos pi
ſcator enauigat certo ſpatio:eſcamq; proiicit.Quicquid ex eo mutetur:ſuſpecta fraus prędæ eſt.Cauētq;
quod timuit:cum id ſæpe factum eſt:unus aliquando conſuetudine īuitatus anthias eſcam appetit. No
tatur hic intentione diligenti:ut auctor ſpei:conciliatorq; capturæ.Neq; enim eſt difficile cū per aliquot
dies ſolus accedere audeat:tandē & aliquos inuenit paulatim comitatior.Poſtremo greges adducit innu
meros:iam uetuſtiſſimis quibuſq; aſſuetis piſcatorem agnoſcere:& cibum e manu capere. Tum ille pau
lum ultra digytos in eſca iaculatus hamum ſingulos inuolat uerius q̄ capit : ab umbra nauis breui co-
natu abſcedens.Ita ne cæteri ſentiant alio intus excipiente centonibus raptum:ne palpitatio ulla: aut ſo-
nus cæteros abigat.Conciliatorem noſſe ad hoc prodeſt:ne capiatur.Parcit piſcator fugituro in reliquū
gregem.Ferunt diſcordem ſocium duci ſotii inſidiatum pulchre noto cœpiſſe malefica uoluntate.Agni
tum in macello a ſocio cuius iniuria erat:& dati damni formula ex edicto condemnatum.Addit Mutia
nus æſtimata lite decem libris.Idem anthiæ cum unum hamo teneri uiderint:ſpinis quas in dorſo ſerra-
tas habent lineam ſecare traduntur:eo qui tenetur extendente:ut prædici poſſit . At inter ſargos ipſe qui
tenetur ad ſcopulos lineam terit. De ſtellis marinis. Cap.lx.

Ræter hæc claros ſapientia auctores uideo mirari ſtellam in mari.Ea figura eſt parua admo-
p dum caro intus:extra duriore callo.Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt:ut omnia in ma
ri contacta adurat.Omnem cibum ſtatim peragat.Quibus ſit hoc cognitū experimētis haud
facile dixerim.Multo mirabilius dixerim id cuius experiendi quottidie occaſio eſt.

De dactylis:eorumq; miraculis. Cap.lxi.

Oncharum e genere ſunt dactyli ab humanorum unguium ſimilitudine appellati.Iis natura
c in tenebris remoto lumine alio fulgore clarere:& quanto magis humorem habeant. Lucere in
ore mādentium.Lucere in manibus:atq; etiā in ſolo:atq; ueſte decidentibus guttis:ut ꝓcul du
bio pateat ſucci illam naturam eſſe:quam miremur etiam in corpore.

De inimicitiis & amicitiis inter ſe aquatilium. Cap.lxii.

Vnt & inimicitiarū atq; concordiæ miracula Mugil & lupus mutuo odio flagrant.Cōger &
s murena caudas inter ſe prærodentes. Polypum in tantum locuſta pauet : ut ſi iuxta uiderit
omnino moriatur.Locuſtam conger:Rurſus polypum congri lacerant.Nigidius auctor eſt
prærodere caudam mugili lupum:eoſdemq; ſtatis menſibus concordes eſſe.Omnes autem uiuere qui-
bus caudæ ſic amputentur.At e contrario amicitiæ exempla ſunt:præter illos.de quorum diximus ſocie
tate.Balenæ muſculus quandoq; prægraui ſuperciliorum pondere obrutis eius oculis infeſtantia magni
tudinem uada prænatans demonſtrat:oculorumq; uice fungitur.Hinc uolucrum naturæ dicentur.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.X.

De Natura auium. Cap.i.

Equitur natura auium:quarum grandiſſimi & pene beſtiarum generis ſtruthioca
meli.Africi uel æthiopici altitudinem equitis inſidentis equo excedunt : celeritate
ſ uincunt.Ad hoc demum datis pennis ut currentē adiuuent.cætero non ſunt uolu
cres:nec a terra tolluntur.Vngulæ iis ceruinis ſimiles:quibus dimicāt: biſulcæ cō
prehendendis lapidibus utiles:quos in fuga cōtra ſequentes ingerūt pedibus. Cō



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 160 sur 536

coquendi ſine delectu deuorata mira natura. Sed non minus ſtoliditas: in tanta reliqui corporis altitudi ne cum colla frutice occultauerint latere ſeſe exiſtimantium. Præmia ex iis oua propter amplitudinem ꝓ quibuſdam habita uaſis: conoſq; bellicos & galeas adornantes pennæ.

## De phœnice. Cap. ii.

Ethiopes atq; indi diſcolores maxime & inenarrabiles ferunt aues. Et ante omnes nobilem ara

a biæ phœnicem. Haud ſcio an fabuloſe unum in toto orbe: nec uiſum magnopere. Aquilæ nar ratur magnitudine: auri fulgore circa colla: cætera purpureus: cæruleam roſeis caudam pẽnis diſtinguentibus. Criſtis faciem caputq; plumeo apice honeſtante. Primus atq; diligentiſſimus togatorũ

Manlius de eo prodidit Manilius ſenator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo. Auctor eſt neminem exti tiſſe qui uiderit ueſcentem. Sacrum in arabia ſoli eſſe. Viuere annis ſexcentis ſexaginta. Seneſcentẽ caſia thuriſq; ſurculis conſtruere nidum: replere odoribus: & ſuper emori. Ex oſſibus deinde ac medullis na

* iuſta ſci primo ceu uermiculum: inde fieri pullum. Principioq; iuxta funeri priori reddere: & totum deferre nidum prope pancaiam in ſolis urbem: & in ara ibi deponere. Cum huius alitis uita magni cõuerſionẽ an ni fieri prodit idem Manilius. Iterumq; ſignificationes tẽpeſtatum & ſyderum eodem reuerti. Hoc autẽ circa meridiẽ incipere. Quo die ſignum arietis ſol intrauerit. Et fuiſſe eius conuerſionis annum prodente ſe. P. Licinio M. Cornelio coſs. ducenteſimũ quintũdecimum. Cornelius Valerianus phœnicem deuolauiſſe in ægyptum tradit. Q. Plautio Sex. Papinio coſs. Allatũq; eſſe in urbem Claudii principis cenſura anno urbis. dccc. & in comitio propoſitum. Quod actis teſtatum eſt. Sed quæ falſa eſſe nemo dubitet.

## De aquilis. Cap. iii.

X iis quas nouimus aquilæ maximus honos: maxima & uis. Sex earum genera. Melænaëtos

e a græcis dicta: eademq; Valeria, minima magnitudine: uiribus præcipua: colore nigricãs. Sola aquilarum fœtus ſuos alit. Cæteræ (ut dicemus) fugant. Sola ſine clangore ſine murmura-

* pygargus tione. Conuerſatur aũt in montibus. Secundi generis pygarſus in oppidis & in campis albicante cauda.

Clangum Tertii Morphnos: quã Homerus & pærcnon uocat: aliqui & planeum & anatariã: ſecunda magnitudine & ui: huicq; uita circa lacus. Phœmonoe Appollinis dicta filia dentes ei eſſe ꝓdidit: mutæ alias carenti lingua. Eademq; aquilarum nigerrimã ꝓminentiore cauda. Conſenſit & Boethus. Ingenium eſt ei teſtudines raptas frangere e ſublimi iaciẽdo. Quæ ſors interemit poetam Aeſchylum: prædictam fatis (ut fe

penopter9 runt) eius dici ruinam ſecura cæli fide cauẽtem. Item quarti generis eſt pcæpterus: eadem moratur per lacus: ulturina ſpecie: alis minimis: reliquas magnitudine antecellens: ſed imbellis & degener: utpote quã uerberet coruus. Eadem ieiunæ ſemper auiditatis: & querulæ murmurationis. Sola aquilarum exanima fert corpora. Cæteræ cum occidere conſidunt. Hæc facit ut quintum genus Gneſion uocetur: uelut uerum ſolumq; incorruptæ originis: media magnitudine: colore ſubrutilo: rarũ conſpectu. Supereſt haliætus clariſſima oculorum acie librãs ex alto ſeſe: uiſoq; in mari piſce ꝓceps in mari ruens: & diſcuſſis pectore aquis rapiens. Illam quam tertiam diximus circa ſtagna aquaticas aues appetit: mergentes ſe ſubinde donec ſopitas laſſataſq; rapiat. Spectanda dimicatio aue ad perfugia littorum tendẽte: maxime ſi cõdenſa harundo ſit. Aquila in deiectu abigente ala: & cum appetit in lacus cadente: umbrãq; ſuam nanti ſub aqua a littore oſtendente. Rurſus aue in diuerſa & ubi minime ſe credat ſpectari emergente. Hæc cauſa eſt gregatim auibus natãdi: quia plures ſimul nõ infeſtãtur: reſperſu pẽnarum hoſtem occæcãtes. Sæpe & aquilæ ipſæ nõ tollerãtes pondus apprehenſum una mergũtur. Haliaetus tm̃ in plumes etiãnum pullos ſuos percutiẽs ſubinde cogit aduerſus intueri ſolis radios: & ſi cõniuentẽ flentẽq; aĩaduertit: præcipitat e nido uelut adulterinũ & degenerem. Illum cuius acies firma contra ſteterit: educat. Haliaeti ſuũ genus non habent: ſed ex diuerſo aquilarũ coitu naſcuntur. Id quidẽ quod ex iis natũ eſt in oſſifragis genus hẽt: e quibus uultures ꝓgenerantur minores. Et ex iis magni qui oĩno nõ generat. Quidã adiiciunt genus aquilæ: quã barbatã uocant: thuſci uero oſſifragam: tribus primis & quinto aquilarũ generi: inædificat. Nido

Inædificat lapis aetites quẽ aliqui dixere gagiten: ad multa remedia utilis: nihil igne deperdens. Eſt aũt lapis iſte ꝓgnans: intus cum quatias alio uelut in utero ſonante. Sed uis illa medica non niſi in nido direptis. Nidificãt in petris & arboribus. Pariunt oua terna. Excludunt pullos binos: uiſi ſunt & tres aliquãdo. Alterũ expellunt tedio nutriendi. Quippe eo tempore ipſis cibum negauit natura ꝓſpiciens: ne omnium ferarũ fœtus raperentur. Vngues quoq; earum inuertũtur diebus iis. Albeſcunt inedia pennæ: ut merito partꝰ ſuos oderint. Sed eiectos ab iis cognatum genus oſſifragi excipiunt: & educant cum ſuis. Verũ adultos quoq; perſequitur parens: & longe fugat æmulos ſcilicet rapinæ. Et alioquin unum par aquilarum magno ad populandum tractu ut ſatietur indiget. Determinant ergo ſpatia: nec in proximo prædantẽ. Rapta non protinus ferunt: ſed primo deponunt: expertæq; pondus tũc demum abeunt. Oppetunt non ſenio nec ægritudine: ſed fame: in tantũ ſuperiore accreſcente roſtro: ut adũcitas aperiri non queat. A meridiano autem tempore operantur: & uolant. Prioribus horis diei donec ĩpleantur hoĩum conuentu fora ignauæ ſedent. Aquilarum pennæ mixtas reliquarum auiũ pennas deuorant. Negant unquã ſolã hãc alitem fulmine exanimatam. Ideo armigeram Iouis conſuetudo iudicauit.

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 161 sur 536

Quando legionum ſigna eſſe cœperint. Cap.iiii.

r Omanis eam legionibus. C. Marius in ſecundo cõſulatu ſuo proprie dicauit. Erat & antea pri
ma cum quatuor aliis lupis: minotauris: equis: apris: quæ ſingulos ordines anteibant. Paucis
ante annis ſola in acie portari cœperat: reliqua in caſtris relinquebantur. Marius ĩ totum ea ab
dicauit. Ex eo notatum non fere apud legiones unquã hybernatum eſſe in caſtris ubi aquilarum nõ ſit iu
gum. Primo & ſecundo generi non minorum tantum quadrupedum rapina: ſed etiam cum ceruis præ-
lia. Multum puluerem uolutatu collecto inſidens cornibus excutit in oculos: pennis ora uerberans: do-
nec præcipitet in rupe. Nec unus hoſtis illi ſatis eſt. Acrior eſt cum dracone pugna: multoque magis an-
ceps etiam ſi in aere. Oua hic conſectatur aquilæ auiditate malefica. At illa ob hoc rapit ubicunq; uiſum
Ille multiplici nexu alas ligat: ita ſe implicans ut ſimul decidat.

Mirum de aquila. Cap.v.

e St percelebris apud ſeſton urbem aquilæ gloria. Educatam a uirgĩe retuliſſe gratiam aues pri
mo mox deinde uenatus aggerentem. Defuncta poſtremo in rogum accenſum eius inieciſſe
ſeſe: & ſimul conflagraſſe. Quam ob cauſam incolæ quod uocant heroum in eo loco fecere ap
pellatum Iouis & uirginis: quoniam illi deo ales aſcribitur.

De uulturibus. Cap.vi.

u Vlturum præualent nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere qui putarent illos ex aduer-
ſo orbe aduolare falſo. Nidificant enim in excelſiſſimis rupibus. Fœtus quidem ſæpe cer-
nuntur fere bini. Vmbritius haruſpicum in noſtro æuo peritiſſimus parere tradit oua. xiii. .III.
Vno ex iis reliqua oua nidumq; luſtrare: mox abiiere. Triduo autem ante aut biduo uolare eos ubi cada
uera futura ſunt.

De ſanquale. Cap.vii.

ſ Anqualem auem atq; immuſulum augures romani magnæ quæſtioni habent. Immuſulum
aliqui uulturis pullum arbitrantur eſſe: & ſanqualem oſſifragam. Maſſurius ſanqualem oſſi-
fragam dicit eſſe. Immuſulum autem pullum aquilæ priuſquã albicet cauda. Quidam poſt
Mutium augurem uiſos non eſſe romæ cõfirmauere. Ego (quod ueriſimilius eſt) in deſidia rerum oſum
non arbitror agnitos.

De accipitris. Cap.viii.

a Cipitrũ genera. xvi. inuenimus. Ex iis circon claudũ altero pede proſperrimi augurii nuptiali-
bus negociis & pecuariæ rei. Triorchẽ a numero teſtium: cui principatum in auguriis Phœmo
noe dedit. Buteonem hunc appellant romani. Familia etiã ex eo cognominata cũ proſpero au
ſpicio in ducis naui ſediſſet Aeſalona græci uocant: qui ſolus omni tempore apparet. Cęteri hyeme abeũt
Diſtinctio generum ex auiditate. Alii non niſi ex terra rapiunt auem. Alii non niſi circa arbores uolitan-
tem. Alii ſedentem ſublimi. Aliq uolẽtem in aperto. Itaq; & columbæ nouere ex iis pericula: uiſoq; con-
ſidunt: uel ſubuolant: contra naturam eius auxiliantes ſibi: in iſula africæ cerne in occeano Accipitres to
tius maſſyliæ humi fœtificant: nec alibi naſcũtur illis aſſueti gẽtibus. In thraciæ parte ſuper amphipolim Cedropo-
homines atq; accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſiluis & harundinetis excitant aues. Illi ſup lim
uolantes deprimunt. Rurſus captas aucipes diuidunt cum iis. Traditum eſt miſſas ĩ ſublime ibi excipe- Ariſtotelis
re eos: & cum tempus ſit capturæ: clangore ac uolatus genere inuitare ad occaſionem. Simile quidam lu
pi apud mæotin paludem faciunt. Nam niſi partem a piſcantibus ſuam accepere: expanſa eorum retia la
cerant. Accipitres auium non edunt corda. Nocturnus accipiter cymindus uocatur: rarus etiam in ſil-
uis: interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila: coherenteſq; ſæpe prehenduntur.

De cocyce quæ a ſuo genere interimitur. Cap.ix.

c Ocyx ex accipitre uidetur fieri: tempore anni figuram mutans: quoniam tunc non apparent
reliqui: niſi perq̃ paucis diebus. Ipſeq; modico tempore æſtatis uiſus non cernitur poſtea. Eſt
autem neq; aduncis unguibus ſolus accipitrum: nec capite ſimilis illis: neq; alio q̃ colore: ac ri
ctu columbi potius. Quin abſumuntur ab accipitre: ſi quando una apparuere. Sola omnium auis a
ſuo genere interempta. Mutat autem & uocem. Procedit uere. Occultatur caniculæ ortu: ſemperq; parit
in alienis nidis maxime palumbium maiori ex parte ſingula oua: quod nulla alia auis: robo bina. Cauſa
ſubiiciendi pullos putatur: q; ſciat ſe inuiſam cunctis auibus. Nam minuta quoq; infeſtant. ita nõ fore tu
tam generi ſuo ſtirpem opinatur ni fefellerit. Quæ nullum facit nidum: alioquin trepidum animal. Edu
cat ergo ſubditum adulterato fœta nixu. Ille auidus ex natura præripit cibos reliquis pullis. itaq; pingue-
ſcit: & nitidus in ſe nutricem cõuertit. illa gaudet eius ſpecie: miraturq; ſeſe ipſam: q; talem peperit. Suos
comparatione eius dãnat ut alienos rabſumiq; etiam ſe inſpectante patitur: donec corripit ipſam quoque
iam uolandi potens. Nulla tum auium ſuauitate carnis comparatur illi.

De miluis. Cap.x.

m Ilui ex eodem accipitrum genere magnitudine differunt. Notandum in iis rapaciſſimam & fa-
mellicam ſemper alitem nihil eſculenti rapere unq̃ ex funerũ ferculis: nec olympiæ ex ara. Ac-

ne ferentium quidem manibus:niſi lugubri munipiorum immolantium oſtento. Iidem uidentur artem
gubernandi docuiſſe cauda flexibus in cælo monſtrante natura quod opus eſſet in profundo. Milui &
ipſi hybernis menſibus latent:non tamen ante hirundines abeuntes. Traduntur autem & ſolſtitiis affici
podagra. Digeſtio auium per genera. Cap.xi.

Olucrum prima diſtinctio pedibus maxime conſtat. Aut enim aduncos ungues habent: aut
u digytos:aut palmipedum in genere ſunt:uti anſeres:& aquaticæ fere aues. Aduncos ungues
habentia carne tantum ueſcuntur ex parte magna.

De inauſpicatis auibus cornice:coruis:bubone. Cap.xii.

Ornices & alio pabulo. Atq; duritiã nucis roſtro repugnantem uolãtes in altum in ſaxa tegu
c las ue iaciunt iterum ac ſæpius:donec quaſſatam perfingere queant. Ipſa ales eſt inauſpicatæ
garrulitatis:a quibuſdam tamen laudata. Ab arcturi ſydere ad hirundinũ aduentum notatur
eam in Mineruæ lucis tẽpliſq; raro:alicubi oĩno non aſpici:ſicut athenis. Præterea ſola hæc etiã uolantes
pullos aliquãdiu paſcit. Inauſpicatiſſima fœtus tempore:hoc eſt poſt ſolſtitiũ. Cæteræ oẽs ex eodem ge
nere pellunt nidis pullos:ac uolare cogunt:ſicut & corui:qui & ipſi non carne tantum aluntur. ſed robu
ſtos quoq; fœtus ſuos fugant longius. Itaq; paruis in uicis non plus bina coniugia ſunt. Circa cranonem
quidem theſſaliæ ſingula perpetuo. Genitores ſoboli loco cedunt. Diuerſa in hac & ſupradicta alite quæ
dam. Corui ante ſolſtitium generãt. Itẽ ægreſcunt ſexagenis diebus:ſiti maxime anteq̃ fici coquantur au
tũno. Cornix ab eo tempore corripitur morbo. Corui pariunt cum plurimos quinos. Ore eos parere aut
coire uulgus arbitrat̃. Ideoq; grauidas ſi ederint coruinum ouum per os partum reddere: atq; in totũ dif
ficulter parere:ſi tecto inferant̃. Ariſtoteles negat. Non hercule magis q̃ in ægypto ibim. Sed illã exoſcu
lationem quæ ſæpe cernitur:qualem in colũbis eſſe. Corui in auſpiciis ſoli uidẽtur intellectũ habere ſigni
ficationum ſuaꝶ. Nam cũ mediæ hoſpites occiſi ſunt:oẽs e pelopõneſo & attica regione uolauerunt. Peſ
ſima eorum ſignificatio cũ glutiunt uocem uelut ſtrangulati. Vncos ungues & nocturnæ aues habent:
ut noctuæ:bubo:ululæ. Oĩum horum hebetes iterdiu oculis Bubo funebris & maxime abominatus pu
blicis præcipue auſpiciis. Deſerta incolit:nec tantũ deſolata ſed dira etiam & inaceſſa. Noctis mõſtrum:
nec cantu aliquo uocali:ſed gemitu. Itaq; in urbibus aut oĩno in luce uiſus dirũ oſtentum eſt. Priuatorũ
domibus inſidentem plurimum ſcio non fuiſſe feralem. Volat nunquã quo libet:ſed tranſuerſus aufert̃.
Capitolii cellam ipſam intrauit Sex. Papellio Iſtro. L. pediano coss. propter quod nonis martiis urbs lu
ſtrata eſt eo anno. De incendiaria aue. Cap.xiii.

Nauſpicata eſt & incendiaria auis. propter quam ſæpenumero luſtratam urbem in annalibus i
i uenimus ſicut. L. Craſſo. C. Mario conſ. Quo anno & bubone uiſo luſtrata eſt. Quæ ſit auis
ea nec reperitur nec traditur. Quidam ita interpretantur incendiariam eſſe quæcunq; apparue
rit carbonem ferens ex aris uel altaribus. Alii ſpinturnicem eam uocant: Sed hæc ipſa quæ eſſet inter aues
qui ſe ſcire diceret non inueni. De cliuina. Cap.xiiii.

Liuinam quoq; autem ab antiquis nominatim animaduerto ignorari. Quidam clamatoriam
c dicunt. Labeo prohibitoriam. Et apud Nigidium ſubis appellatur auis: quæ aquilarum oua
frangat. De auibus incognitis. Cap.xv.

f Vnt præterea complura genera depicta in hetruſca diſciplina ſæculis non uiſa:quæ nunc defe
ciſſe mirum eſt. cum abundent etiam quæ gula humana populatur.

De auibus nocturnis. Cap.xvi.

Hylas Xternorum de auguriis peritiſſime ſcripſiſſe illapſas uomine putatur. Is tradit noctuam bubo
e nem picum arbores cauantem:trogonem cornicem a cauda de ouo exire:quoniam pondere ca
pitum peruerſa oua poſteriorem partem corporum fouendam matri applicent.

De noctuis. Cap.xvii.

Octuarum contra aues ſolers dimicatio. Maiore circundatæ multitudine reſupinæ pedibus re
n pugnent:collectæq; in arctum:roſtro & unguibus totæ tegũtur. Auxliatur accipiter collegio
quodam naturæ:bellumq; partitur. Noctuas ſexagenis diebus hyemis cubare & nouem uoces
habere tradit Nigidius. De pico martio. Cap.xviii.

Vnt & paruæ aues uncorum unguium:ut picus martius cognomine:inſignes & ĩ auſpiciis ma
Stellionũ. ſ gnæ. Quo in genere arborum cauatores ſcandentes in ſubrectum Fellium modo: Illi uero &
Ariſtotelis ſupini percuſſi corticis ſono pabulum ſubeſſe intelligunt. Pullos in cauis educant auium ſoli.
Adactus cauernis eorum a paſtore cuneus admota quadam herba ab iis elabi creditur uulgo. Trebius
auctor eſt clauum uel cuneum adactũ quãta ui libeat in arbores:in quibus nidum habeat ſtatim exilire
cũ crepitu arboris:cũ inſederit clauo aut cuneo. Ipſi principales latio ſunt in auguriis a rege qui nomen
huic aui dedit. Vnum eorum præſcitum tranſire non queo. In capite prætoris urbani. L. Tuberonis in
foro iura pro tribunali reddentis ſedit ita placide ut manu apprehenderetur. Reſpondere uates: exitium
imperio portendi

imperio portendi ſi dimitteretur. At ſi examinaretur:prætori. Et ille autem protinus cõcerpſit. Nec mul
to poſt impleuit prodigium. Veſcuntur & glande in hoc genere:pomiſq; multæ:ſed quæ carne tantũ nõ
uiuunt. Excepto miluo:quod ipſum in auguriis dirum eſt.

De uncos ungues habentibus & digytos. Cap.xix.

Ncos ungues habentes oĩno nõ cõgregant̃:& ſibi quoq; prædant̃. Sunt aũt oẽs fere altiuolæ
u præter nocturnas & magis maiores. Oĩbus qbus alæ grã:des corpus exiguũ. Ambulãt diffi-
culter. In petris raro cõſiſtunt curuatura unguiũ ꝓhibẽte. Nũc de ſecũdo ordine dicamus : q
in duas diuidit̃ ſpẽs:oſcines:& alites. Illaꝝ generi cantus oris:his magnitudo differentiam dedit.

De pauonibus:& quis eos primus comederit. Cap.xx.

Taq; præcedet ordine oẽs reliquas. In his pauonũ genus:cũ formam tum intellectum eius &
i gloriã gẽmantes. Laudatus expãdit colores aduerſo maxime ſole:quia ſic fulgẽtius radiat. Si
mul umbræ quoſdã repcuſſus cæteris q̃ in opaco clarius micant. Cõchata quærit cauda. Oẽſq;
in acervum contrahit pennarum quos ſpectari gaudet oculos. Idem cauda annuis uicibus amiſſa cũ fo-
liis arborum donec renaſcatur iterum cum flore:pudibundus ac merẽs quærit latebrã. Viuit annis.xxv.
Colores incipit fundere in trimatu. Ab auctoribus non glorioſum tantum animal traditur : ſed & mali-
uolum:ſicut anſerum uerecundum. Quoniam has quoq; quidam addiderunt notas in his:haud proba-
tas mihi. Pauonem cibi gratia romæ primus occidit orator Hortenſius adiiciali cœna ſacerdotii. Sagina
re primus inſtituit circa nouiſſimum piraticum bellum. M. Aufidius Lurco:exq; eo quæſtu redditus is
ſeſtertium ſexagena milia habuit.

De gallis & quomodo caſtrent̃:& de gallinaceo locuto. Cap.xxi.

Roxime gloriã ſentiunt & hi noſtri uigiles nocturni:quos excitãdis in opera mortalibus rũ-
p pẽdoq; ſomno natura genuit. Norunt ſydera:& ternas diſtingũt horas ĩterdiu cantu. Cũ ſole
cunt cubitũ. Quartaq; caſtrẽſi uigilia ad curas laborẽq; reuocant. Nec ſolis ortũ incautis pati
untur obrepere. Diẽq; uenientẽ nunciãt cãtu. Ipſum uero cantũ plauſu lateꝝ. Impertãt ſuo generi: & re-
gnũ in quacũq; ſunt domo exercẽt. Dimicatiõe parit̃ hoc quoq; inter ipſos:uelut ideo tæla agnata cruri-
bus ſuis ĩtelligentes. Nec finis ſæpe cõmoriẽtibus. Quod ſi palma contingit:ſtatim ĩ uictoria canũt:ſeq;
ipſi principes teſtãtur. Victus occultat̃ ſilẽs:ægreq; ſeruitiũ patit̃. Et plebs tamẽ æque ſuperba graditur
ardua ceruice:criſtis celſa. Cælũq; ſolũ uolucꝝ aſpicit crebro. In ſublime quoq; caudã falcatã erigẽs. Itaq;
terrori ſunt etiã leonibus generoſiſſimis feraꝝ. Iam ex his quidã ad bella tantũ & prœlia aſſidua naſcunt̃
quibus etiã patrias nobilitarunt rhodum ac tanagram. Secundus eſt honos habitus melicis & chalcidi-
cis:ut plane dignæ aliti tantum honoris præbeat romana purpura. Horum ſunt tripudia ſolliſtima. Hi
magiſtratus noſtros quotidie regunt:domoſq; ipſi ſuas claudunt:aut reſerant. Hi faſces romanos ĩpel-
lunt aut retinent. Iubent acies aut prohibẽt. Victoriaꝝ oĩum toto orbe partaꝝ auſpices. Hi maxime ter
rarum ĩperio ĩpitant. Ex iis etiã fibræ ſunt:quæ haud aliter q̃ opimæ uictimæ diis gratæ. Habent oſten
ta ex ſe & præpoſteri eoꝝ ueſpertini cantus. Nãq; totis noctibus canendo boeotiis nobilẽ illã aduerſus la
cedæmonios pſagiuere uictoriã. Ita coniecta interpretatione:quoniã uicta ales illa nõ caneret. Deſinunt
canere caſtrati. Quod duobus fit modis:lũbis aduſtis candẽte ferro:aut imis cruribus. Mox ulcere obli
to figulina creta. Facilius ita pingueſcunt. Pergami oĩbus annis ſpectaculum gallorum publice edit̃ ceu
gladiatorum. Inuenitur in annalibus in ariminenſi agro. M. Lepido. Q. Catulo conſ. in uilla Galerii lo-
cutum gallinaceum ſemel quod equidem ſciam.

De anſeribus & quis primus iecur anſerinũ comederit:& de adipe anſerino comageno. Cap. xxii.

St & anſeri uigil cura capitolio teſtata defenſo:per id tp̃s canũ ſilentio ꝓditis rebus. Quãob-
e rem cibaria anſerũ cenſores ĩprimis locant. Quin & fama amoris. Argis dilecta forma pueri
nõĩe oleni:& Glauces ptolomæo regi cithara canẽtis quã eodẽ tp̃e & aries amaſſe ꝓdit̃. Põt &
ſapiẽtiæ uideri intellectus iis eſſe:ita comes perpetuo adhæſiſſe Lacydi philoſopho dicit̃:nuſq̃ ab eo non
in publico:nõ in balneis:nõ noctu:nõ interdiu digreſſum. Noſtri ſapientiores q̃ eos iecoris bonitate no-
uere. Fartilibus in magnã amplitudinẽ creſcit:exẽptum quoq; lacte mulſo auget̃. Nec ſine cã in quæſtio
ne eſt. Quis primus tantũ bonũ inuenerit:Scipio an Metellus uir cõſularis:an. M. Seſſius eadem ætate
eques Ro. Sed(quod cõſtat)Meſſalinus Cotta Meſſalæ oratoris filius palmas pedũ ex iis torrere: atq;
patinis cũ gallinaceoꝝ criſtis cõdire repperit. Tribuet̃.n.a me culinis cuiuſq; palma cũ fide. Mirum ĩ hac
alite:a morinis uſq; romã pedibus uenere. Feſſi proferunt̃ ad primos. Ita cæteri ſtipatione naturali ꝓpel-
lunt eos. Candidoꝝ alterum uectigal in pluma. Vellunt̃ quibuſdã locis bis anno. Rurſus plumigeri ue
ſtiunt̃:molliorq; quæ corpori q̃ proxima. Et e germania laudatiſſima. Candidi:ibi:uerũ minores. gãzæ
uocant̃. Preciũ plumæ eorũ in libras denarii qni. Et inde crimina plerunq; auxiliorũ pręfectis a uigili ſta
tione ad hæc aucupia dimiſſis cohortibus totis. Eoq; delitiæ ꝓceſſere:ut ſine hoc inſtrumẽto durare iam
ne uiroꝝ quidẽ ceruices poſſint. Aliud repperit ſyriæ pars quæ comagene uocatur. Adipe eorum in uaſe

æreo cum cinamo niue multa obrutũ:ac rigore gelido maceratũ ad uſum præclari medicaminis:quod
Ceramideſ ab gente dicitur comagenũ.Anſeꝝ generis ſunt penelopes: & quibus lautiores epulas nõ nouit britãnia
Tetragões chenalopeces fere anſere minores.Decet & erythrotaonas ſuus nitor:abſolutaq; nigritia:ĩ ſupciliis cocci
rubor.Alterum eoꝝ genus uulturum magnitudinem excedit:quorum & colorem reddit.Nec ulla auis
excepto ſtrutiocamelo maius corpore iplens pondus in tãtũ aucta ut in terra quoq; ĩmobilis prehẽdaẽ.
Gignunt eos alpes:& ſeptẽtrionalis regio.In auiariis ſaporem perdunt. Moriuntur contumacia ſpiritu
reuocato.Proximæ eis ſunt quas hiſpania aues tardas appellat. Græci otidat: damnatas in cibis. Emiſ-
ſa enim oſſibus medulla odoris tedium ex templo ſequitur.

De gruibus:ciconiis: oloribus:& peregrinis auibus:& coturnicib de glotte. Cap.xxiii.

Nducias habet gens pygmeorum abſeſſu gruum (ut diximus) cum iis dimicantiũ. Immẽſus
Conſertim uolant i eſt tractus quo ueniunt ſi quis reputet a mari eoo.Quando ꝓficiſcunẽ cõſentiunt.Volant ad
ꝓſpiciendum altæ.Ducem quẽ ſequantur eligunt.In extremo agmine per uices qui acclament
diſpoſitos habent:& q gregem uoce cõtineãt.Excuptas habent nocturnis tẽporibus lapillum pede ſuſti
nentes: qui laſſatis ſomno decidens indiligentiam ſono coarguat. Cæteræ dormiunt capite ſubter alam
condito alternis pedibus inſiſtentes.Dux erecto prouidet collo:ac prædicit Eæ eædem manſuefactæ la-
ſciuiunt:gyroſq; quoſdam indecoro curſu uel ſingulæ pagunt.Certum eſt pontũ tranſuolaturas primũ
omniũ anguſtias petere inter duo promontoria criumetopum & carãben.Mox ſaburra ſtabiliri.Cũ me
dium tranſierint:abiici lapillos e pedibus.Cum attigerint continentem:& e gutture harenam.Cornelius
Nepos q Diui Auguſti principatu obiit:cum ſcriberet turdos pauloante cœptos ſaginari: addidit cico-
nias magis placere q̃ grues:cũ hæc nunc ales inter primas expetatur:illam nemo uelit tetigiſſe. Ciconiæ
quo nã e loco ueniant:aut quo ſe referant incõpertum adhuc eſt.E longinquo uenire nõ dubiũ eodẽ quo
grues modo.Illas hyemis:has æſtatis aduenas.Abituræ congregantur in loco certo:comitatæq; ſic: ut
nulla ſui generis relinquaẽ:niſi captiua & ſerua:ceu lege prædicta die recedunt.Nemo uidit agmen diſce
dentium:cũ diſceſſuꝝ appareat:nec uenire:ſed ueniſſe cernimus. Vtrũq; nocturnis fit tẽporibus: & q̃uis
ultra citraue peruolent:nunq̃ tamen aduenisſe uſq;:niſi noctu exiſtimantur.Pythonis comen uocãt ĩ aſia
patentibus cãpis:ubi congregatæ inter ſe cõmurmurant. Eã deniq; quæ nouiſſimo aduenit lacerant:atq;
ita abeunt.Notatum poſt idus auguſtas nõ temere uiſas ibi.Sunt qui ciconiis non ineſſe linguas confir-
ment.Honos iis ſerpentiũ exitio tantus:ut in theſſalia capitale fuerit occidiſſe:eadẽ legibus pœna: quæ ĩ
homicida.Simili anſeres quoq; & olores ratione cõmeant.Sed horum uolatus cernitur: liburnicarũ mo
re roſtrato impetu feruntur:facilius ita findentes aera:q̃ ſi recta fronte impellerent a tergo ſenſim dilatan
te ſe cuneo porrigitur agmen:largeq; ĩpellẽti præbeẽ auræ.Colla ĩponunt præcedẽtibus.Feſſos duces ad
terga recipiunt.Ciconiæ nidos eoſdem repetunt.Genitricum ſenectã inuicẽ educant.Oloꝝ morte narra-
tur flebilis cantus:falſis (ut arbitror) aliquot experimentis.Idẽ mutua carne ueſcuntur ĩter ſe. Verũ hæc
cõmeantium per maria terraſq; peregrinatio nõ patitur deferri minores quoq; quibus eſt natura ſimilis
Vtrunq; enim ſupradictas magnitudo & uires corpoꝝ inuitare uideri poſſunt. Coturnices etiã ſemp̃ an
teueniunt q̃ grues.Parua auis:& cũ ad nos uenit terreſtris potiuſq̃ ſublimis.Aduolãt & eæ ſimili modo
non ſine periculo nauigantium:cũ appropinquauere terris.Quippe uelis ſæpe incidũt: & hoc ſemper no
ctu:merguntq; nauigia.Iter eſt iis per hoſpitia certa.Auſtro nõ uolant humido.ſ.& grauiore uento. Au
ra tamen uehi uolunt: ꝓpter pondus corporum:uireſq; paruas.Hinc uolantiũ illa cõqueſtio labore ex-
preſſa.Aquilone ergo maxime uolant ortygometra duce.Prima eaꝝ terræ appropinquãtem accipiter ra
Cichram9 pit.Et ſemper hinc remeantes comitatũ ſollicitant.Abeuntq; una per ſua ſigna glotis & otus cẽchram9
Glottis per longam exerit linguã unde ei nomen.Hanc in initio blandita peregrinatione auide peruectã
pœnitentia in uolatu cum labore.ſ.ſubit.Reuerti ĩcomitatã piget:& ſequi:nec unq̃ plus uno die peragit.
In proximo hoſpitio deſerit.Verum inuenitur alia antecedente anno relicta.Sili modo in ſingulos dies.
Cenchramus perſeuerãtior feſtinat etiam peruenire ad expetitas ſibi terras.Itaq; noctibus is eas excitat:
admonetq; itineris.Otus bubone minor eſt:noctuis maior:auribus plumeis eminẽtibus: unde & nomẽ
illi.Quidam latine aſionem uocant.Imitatrix alias auis ac paraſita:& quodam genere ſaltatrix.Capitur
haud difficulter ut noctuæ:intenta in aliquo circũeunte alio.Quod ſi uentus agmen aduerſo flatu cœpe
Veratri rit ĩhibere:ponduſculis lapidũ apprehẽſis:aut gutture harena repleto ſtabilitæ uolant.Coturnicibus ue-
neni ſemen gratiſſimus cibus.Quã ob cãm eas dãnauere mẽſis.Simulq; comitialem propter morbum
deſpui ſuetum:quem ſolæ animalium ſentiunt præter hominem.

De hirundinibus:merulis:turdis:& ſturnis:turturibus:& palumbi. Cap.xxiiii.

Beunt & hirundines hybernis mẽſibus ſola carne ueſcens auis:ex iis quæ aduncos ungues non
a habẽt:ſed in uicina abeunt:africos ſecutæ montium receſſus.Inuentæq; iam ſunt ibi nudæ atq;
Bizenis deplumes.Thebaꝝ tecta ſubire negaẽ:qm̃ urbs illa ſæpius capta ſit. Nec bizecis in thracia ꝓ
pter ſcelera Terei.Cecina uolaterranus equeſtris ordinis quadrigarũ dominus cõprehẽſas in urbẽ ſecum

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 165 sur 536

afferens uictoriæ nuntias amicis mittebat: in eundẽ nidum remeantes illito uictoriæ colore. Tradit & fabius pictor in annalibus ſuis: cũ obſideret̃ præſidium romanũ a liguetinis hirũdinẽ a pullis ad ſe cũ epiſtola allatã: ut lino ad pedẽ eius alligato nodis ſignificaret quoto die adueniente auxilio eruptio fieri deberet. Abeunt & merulæ turdiq; & ſturni ſimili modo in uicina. Sed ii plumã nõ amittunt: nec occultantur niſi ſpe cibi: quo hybernũ pabulum petant. Itaq; in germania hyeme maxie turdi cernunt̃. Vere turtur occultatur: pẽnaſq; amittit. Abeunt & palumbes quo nã & in iis incertum. Sturnoꝝ generi propriũ cateruatim uolare: & quodam pilæ orbe circũagi omnibus in medium agmẽ tendentibus. Volucrũ ſoli hirundini flexuoſi uolatus: uelox celeritas: quibus ex cauſis neq; rapinæ cæterarum alitum obnoxia eſt. Eadem demum ſola auium nõ niſi in uolatu paſcitur.

Quæ auium perennes: quæ ſemeſtres: quæ trimeſtres. Cap.xxv.

t Emporum magna differentia auibus. Perennes ut columbæ. Semeſtres ut hirũdines. Trimeſtres ut turdi: & turtures: & quæ cum fœtum eduxere abeunt: ut galguli: upupæ.

De auibus mira. Cap.xxvi.

Vctores ſunt oĩbus annis aduolare ilium ex æthiopia aues: & cõfligere ad Mẽnonis ſepulchꝛ:
a quas ob id mẽnonidas uocant. Hoc idem quinto quoq; anno facere eas in æthiopia circa regiã Mẽnonis exploratum ſibi Cremutius tradit. Simili mõ pugnant Meleagrides ĩ boeotia: africæ hoc eſt gallinarum genus gibberum. uariis ſparſum plumis: quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auiũ in menſas receptæ propter ingratum uirus. Verum meleagri tumulus nobiles eas fecit. Gilberium

De auibus ſeleucidibus. Cap.xxvii.

Eleucides aues uocantur: quarum aduentum ab Ioue precibus ĩpetrant caſii montibus ĩcolæ
ſ fruges eorum locuſtis uaſtantibus. Nec unde ueniant: quoue abeant cõpertum: nunquã conſpectis niſi cum præſidio earum indigetur.

De Ibi. Cap.xxviii.

Nuocant & ægyptii ibes ſuas contra ſerpentium aduẽtum. Et cyrenaici Achorem deum mu-
i ſcarum multitudine peſtilentiam afferente: quæ protinus intereunt q̃ litatum eſt illi deo.

Quæ aues in quibus locis nõ ſunt: & quæ mutant colorem & uocem & luſiniis. Ca.xxix.

Ed in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latere tradunt̃. Quaꝝ genus in creta inſula non
ſ eſt: & etiã ſi qua inuecta ſit emoritur. Nam hæc quoq; mira naturæ differẽtia. Alia aliis locis negat: tanq̃ genera frugũ fruticumue: ſic & aĩalium nõ naſci: trãſlatitiorũq; inuecta mori. Mirum quidẽ eſt illud unius generis aliti aduerſum. Quæ nam eſt iis naturæ inuidia? aut qui terraꝝ dicati auibus termini? Rhodus aquilã nõ habet. Transpadana italia iuxta alpes lariũ lacũ appellat amœnũ arbuſto agrũ: ad quẽ ciconiæ non tranſmeãt. Sicuti nec octauũ circa lapidẽ ab eo. Immenſa alioquin finitimo ĩſubꝛ tractu examina gracculoꝝ monedulaꝝ: cui ſoli aui furacitas auri argẽtiq; præcipue mira eſt. Picus martius in tarẽtino agro negatur eẽ. Nuper & adhuc tñ rara ab apẽnino ad urbẽ uerſus cerni cœpere picaꝝ genera: quæ longa inſignes cauda uariæ appellant̃. Propriũ iis caluescere oĩbus annis cũ ſerit̃ rapa. Perdices nõ tranſuolãt boeotiæ fines in attica. Nec ulla auis in ponto ĩſula ĩ qua ſepultus eſt Achilles infeſtat ſacratam ei ædem. In fidennate agro iuxta urbẽ ciconiæ nec nidum faciunt. At in agrũ uolaterranum palumbiũ uis e mari quot annis aduolat. Romæ ædem Herculis foro boario nec muſcæ nec canes intrant. Multa præterea ſimilia: quæ prudens ſubinde omitto ĩ ſingulis generibus faſtidio parcẽs. Quippe cum Theophraſtus tradat inuectitias eſſe in aſia etiã colũbas: & pauones: & coruos: & ĩ cyrenaica uocales ranas. Alia admiratio circa oſcines: fere mutant colorem uocẽq; tpe anni: ac repẽte fiũt aliæ. Quod in grandiore alitum genere grues tñ. Eæ enim ſenectute nigreſcunt. Merula ex nigra ruffeſcit. Canit æſtate: hyeme balburit: circa ſolſtitium muta. Roſtrum quoq; anniculis in ebur tranſfiguratur duntaxat maribus. Turdis color æſtate circa collum uarium: hyeme concolor: Luſiniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus ſine intermiſſu cantus: denſante ſe frondum germine non in nouiſſimum digna miratu aue. Primum tanta uox tam paruo in corpuſculo: tam pertinax ſpiritus. Deinde ĩ una perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus: & nunc continuo ſpiritu trahit̃ in longũ: nunc uariatur ĩflexo: nũc diſtinguitur conciſo: copulatur intorto: promittitur: reuocatur: infuſcatur ex inopinato. Interdum & ſecũ ipſa murmurat: plenus: grauis: acutus: creber: extẽtus: ubi uiſum eſt uibrans: ſummus: medius: imus. Breuiterq; oĩa tam paruulis in faucibus: quæ tot exquiſitis tibiaꝝ tormẽtis ars hoĩum excogitauit. Vt nõ ſit dubium hanc ſuauitatem præmonſtratã efficaci auſpicio: cum in ore Steſichori cecinit infantis. At ne quis dubitet artes eſſe plures: ſingulis ſunt cantus: & non idẽ omnibus: ſed ſuus cuiq;. Certãt inter ſe: palamq; animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpe uitam ſpiritu prius deficiente q̃ cantu. Meditantur aliæ iuniores: uerſuſq; quos imitentur accipiunt. Audit diſcipula intentione magna: & reddit: uicibuſque reticent. Intelligitur emendatæ correctio: & in docente quædam reprehenſio. Ergo ſeruorum illis pretia ſunt: & quidem ampliora q̃ quibus olim armigeri parabantur. Candidam ſcio inconditã: alioquin quod eſt ꝑpe inuſitatum ueniſſe: quæ Agrippinæ Claudii principis cõiugi dono daretur. Viſum iam ſæpe uſ-

ſas canere cœpiſſe:& cum ſymphonia alternaſſe. Sicut hoies reptos qui ſonum earũ addita in trãſuerſas
labias fronde arundinea quaſi foramine inſpirantis linguæ:ut parua aliqua oppoſita mora idiſcreta red-
derent ſimilitudine. Sed ex tantæ tãq; artifices argutiæ a.xv. diebus paulatim deſinunt:nec ut fatigatas
poſſis dicere aut ſatiatas. Mox æſtu aucto in totum alia uox fit:nec modulata aut uaria. Mutatur & co-
lor. Poſtremo hyeme ipſa non cernitur. Linguis eaꝶ tenuitas illa prima non eſt:quæ cæteris auibus. Pa-
riunt uere primo:cum plurimum ſena oua. Alia ratio ficedulis. Nam formam ſimul coloremq; mutant.
Hoc nomen nõ niſi autũno habent:poſtea melancoryphi uocantur. Sic & erythacus hyeme:idem phœ
nicurus æſtate. Mutat & upupa. ut tradit Aeſchilus poeta. Obſcena alias paſtu auis. Criſta uiſenda pli-
catili:contrahens eam ſubrigenſq; per longitudinem capitis. Oenãthe quidem etiam ſtatos latebræ:dies
habet:exoriente ſyrio occultata:ab occaſu eiuſdem prodit. Quod miremur ipſis diebus utrũq;. Chloriõ
quoq; q totus ẽ luteus:hyeme non uiſus circa ſolſticia ꝓcedit. De merulis. Cap.xxx.

Erulæ circa cyllenem arcadiæ nec uſq̃ alíubi candidæ naſcuntur. Ibis circa pelluſium tantum ni
m gra eſt cæteris oibus locis cãdida. Tempus auium geniture. Cap.xxxi.

Scines præter exceptas non temere fœtus faciunt ante æquinoctium uernum:aut poſt autum
o nale. Ante ſolſtitium autem dubios:poſt ſolſtitium uitales.

De halcyonibus:& de diebus earum nauigabilibus:& gauiis & reliquo aquaticaꝶ genere. Cap.xxxii.

Oq; maxime ſunt inſignes halcyones. Dies earum partus qui maria quoq; nauigant nouere.
e Ipſa auis paulo amplior paſſere. colore cyaneo ex parte maiore tantũ purpureis & candidis ad
Roſtro, mixtis pennis:collo gracili ac ꝓcero. Alterum genus earum magnitudine diſtinguitur & cãtu.
Ariſtotelis Minores in arundinetis canunt. Halcyonem uidere rariſſimũ eſt:nec niſi uergiliarum occaſu:& circa ſol
ſticia brumam ue naue aliquãdo circumuolata ſtatim in latebras abeuntem. Fœtificant bruma:qui dies
halcyõides uocantur:placido mari per eos & nauigabili ſiculo maxime. In reliquis partibus eſt quidem
mitius pelagus. Siculum utiq; tractabile. Faciũt autem ſeptẽ ante brumam diebus nidos:& totidem ſe-
quentibus pariunt. Nidi eaꝶ admiratiõem habent:pilæ figura paulũ eminenti:ore perq̃ anguſto:grandi
um ſpongiaꝶ ſimilitudine. Ferro intercidi non queunt. Franguntur q; ictu ualido:ut ſpuma arida maris.
Nec unde confingantur inuenitur. Putant ex ſpinis aculeatis. Piſcibus eñi uiuũt. Subeũt & in amnes. Pa
riunt oua qna. Gauiæ in petris nidificant. Mergi in arboribus. Pariũt plurimũ terna. Sed gauiæ æſtate:
mergi icipiẽte uere. De diuerſitate nidificãtiũ auiũ argathylis cynnamulgis & pdicib⁹. Cap.xxxiii.

Alcyonum nidi figura reliquarum quoq; ſolertiæ nos admonet. Neq; alia parte ingenia auium
h magis admiranda Hirundines luto conſtruunt:ſtramento roborant. Si quando iopia eſt luti:
madefactum multa aqua pennis puluerem ſpargũt. Ipſum uero nidum mollibus plumis floc
ciſq; conſternunt tepefaciendis ouis ſimul:ne durus ſit infantibus pullis. In fœtu ſumma equitate alter-
nant cibum. Notabili mundicia egerunt excrementa pulloꝶ. Adultioreſq; circũagi docent:& foras ſatu
ritatem emittere. Alterum genus hirundinum eſt ruſticarum & agreſtium:quæ raro in domibus diuer-
ſos figura. ſed eadẽ materia configũt nidos totos ſupinos faucibus porrectis in anguſtum utero capaci.
Miꝶ qua pitia occultandis habiles pullis:& ſubſternẽdis molles. In ægypti heracleotico oſtio molẽ con
tinuatione nidorum euaganti nilo inexpugnabilẽ opponunt ſtadii fere unius ſpatio:quod humano ope
perfici nõ poſſet. In eadem ægypto iuxta oppidũ coptio inſula eſt ſacra Iſidi:quã ne laceret amnis idem
muniunt ope incipientibus uernis diebus palea & ſtramẽto roſtro firmãtes cõtinuatis ꝑ triduũ noctib⁹
tãto labore:ut multas in ope emori conſtet. Eaq; militia illis cum anno reddit ſemp. Tertiũ eſt eaꝶ ge-
nus quæ ripas excauant atq; ita ĩ terram. fœtificant. Haꝶ pulli ad cinerẽ ambuſti mortifero fauciũ malo
multiſq; aliis morbis humani corpis medentur. Non faciunt hæ nidos. Migrantq; multis dieb⁹ ãte ſi fu
turũ ẽ ut auctus amnis attingat: In genere itẽ ripariaꝶ eſt:ut nidus ex muſco arido ita abſoluta ꝑficiatur
pila: ut iueniri non poſſit aditus. Argathylis appellat̃:eadẽ figura ex lino intexens. Picoꝶ aliqs ſuſpẽdit̃
in ſurculo primis in ramis cyathi modo:ut nulla quadrupes poſſit accedere. Galgulos quidẽ ipſos depẽ
dentes pedibus ſomnum cape cõfirmant:quia tutiores ita ſe ſperant. Iam publicum qdem oium ẽ:tabu-
lata ramoꝶ ſuſtinendo nido ꝓuide eligere:cameraq; ab hymbri aut fronde ꝓtegere dẽſa. In arabia cyna
mulgus auis appellat̃. Cinnami ſurculis nidificat. Plũbatis igit̃ eos ſagittis decutiunt indigenæ mercis
gratia In ſcythis auis magnitudine otidis binos parit in leporina pelle ſemper in cacuminib⁹ ramorũ ſu-
ſpenſa. Picæ cum diligẽtius uiſum ab hoĩe nidũ ſenſere:oua tranſgerunt alio. Hoc ĩ his auibus: quarum
digyti non ſint accõmodati cõplectendis tranſferẽdiſq; ouis miro traditur modo. Nãq; ſurculo ſup bina
oua impoſito ac ferruminato alui glutino ſubdita ceruicæ medio æqua utrinq; libra deportãt alio. Nec
uero iis minor ſolertia:quæ cunabula in terra faciunt corporis grauitate ꝓhibitæ ſublime petere. Meros
uocat̃ genitores ſuos reconditos paſcẽs pallido intus colore pẽnaꝶ:ſupne cyaneo:priori ſubrutilo. Ni-
dificat in ſpecu ſex pedum defoſſã altitudine. Perdices ſpina & fructice ſic muniunt receptaculum: ut cõ
tra feras abunde uallentur. Ouis ſtragulum molle puluere cõtumulãt:nec in quo loco pepere icubant.
Neue cui frequẽtior

Neue cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta transferunt alio. Illæ quidem & maritos ſuos fallunt: quĩ in tẽperantia libidinis frangunt earum oua: ne cubando detineantᷣ. Tunc inter ſe dimicãt mares deſiderio fœminarum. Victum aiunt uenerem pati. Id quidẽ & conturnices. Trogus inquit & gallinaceos aliquãdo Perdices uero a domitis feros & nouos haud uictos inhiri promiſcue. Capiuntur quoq; pugnacitate eiuſ (Aut) dem libidinis contra aucupis indicem exeunte in prœlium duce totius gregis. Capto eo procedit alter: ac ſubinde ſinguli. Rurſus circa conceptum fœminæ capiuntur contra aucupem fœmina exeunte: ut rixando abigat eũ. Nec in animali alio pars opus libidinis. Si contra mares ſteterint fœminæ: aura ab iis flante prægnantes fiunt. Hiantes autem exerta lingua per id tempus æſtuant: concipiuntq; ſuperuolantium afflatu: ſæpe uoce tantum audita maſculi. Adeoq; uincit libido etiam fœtus caritatem: ut illa furtim & ĩ occulto incubans cum ſenſit fœmina aucupe accedente ad marem recanat: reuocetq; & ultro præbeat ſe libidini. Rabie quidem tanta feruntur: ut in capite aucupantium ſæpe cæcæ metu ſedeant. Si ad nidum is cœperit accedere procurrit ad pedes eius fœta prægrauem aut delumbem ſeſe ſimulans: ſubitoq; in procurſu aut breui aliquo uolatu cadit fracta aut ala: aut pedibus. Aut procurrit iterum iãiam prehẽſurum effugiens ſpe fruſtrans: donec in diuerſum abducat a nidis. Eadem iam pauore libera ac materna uocante cura in ſulco reſupina gleba ſe terra pedibus apprehenſa operit. Perdicum uita ad. xvi. annos durare exiſtimatur.

De columbis. Cap. xxxiiii.

a B iis columbaꝝ geſta ſpectantᷣ maxime ſimili rõne. Mores iidem: ſed pudicitia illis pria: & neutri nota adulteria. Coniugii fidem non uiolant: cõemq; ſeruant domum. Niſi celebs aut uidua domum nõ relinquit. Et imperioſos mares ſubinde etiam iniquos ferunt. Quippe ſuſpitio eſt adulterii: quãuis natura non ſit. Tunc plenum querela guttur: ſæuiq; roſtro ictus: mox in ſatiſfatione exoſculatio: & circa ueneris preces crebris pedum orbibus adulatio. Amor utriq; ſobolis æqualis. Sæpe & ex hac cauſa caſtigatio pigrius intrante fœmina ad pullos. Parturienti ſolatia & miniſteria ex mare. Pullis primo ſalſiorem terram collectam gutture in ora inſpuunt: præparantes tempeſtiuitatem cibo. Proprium generis eius & turturum cum bibant colla non reſupinare: large bibere iumentorum modo.

De palumbibus & differentia columbarum. Cap. xxxv.

u Iuere palumbes ad triceſimum annum: aliquos ad. xl. Ariſtoteles auctor eſt. Vno tamẽ in cõmodo unguium: eodem & argumento ſenectæ: qui citra perniciem reciduntur: Cantus omnibus ſimilis atq; idem: terno conficitur uerſu: præterquã in clauſulæ gemitu. Hyeme mutis: uere uocalibus. Nigidius putat cum oua incubant ſub tecto nominata: palumbẽ relinquere nidos. Pariunt autem poſt ſolſtitia. Columbæ & turtures octonis annis uiuunt.

De paſſeribus. Cap. xxxvi.

c Ontra paſſeri minimũ uitæ: cui ſalacitas par. Mares negantur anno diutius durare. Argumento quia nulla ueris initio appareat nigritudo in roſtro: quæ ab æſtate incipit. Fœminis lõgiuſculum ſpatium. Verum columbis ineſt quidam gloriæ intellectus. Noſſe credas ſuos colores: uarietatemq; diſpoſitam: quæ etiam ex uolatu creduntur plaudere in cælo: uariæq; ſulcare. Qua in oſtentatione ut uictæ prebentur accipiti implicatis ſtrepitu pennis: qui non niſi ipſis alarum humeris eliditur. Alioquin ſolito uolatu multo ueIociorem ſpeculatur occultus fronde latro: & gaudentem in ipſa gloria rapit. (Soluto uolatu ĩ multum)

De tinnunculo. Cap. xxxvii.

o B id cum iis habenda eſt auis quæ tinungulus uocatur. Defendit enim illas: terretq; accipitres naturali potentia in tantum ut uiſum uocemq; eius fugiant. Hac de cauſa præcipuus columbis amor eorum. Feruntq; ſi in quattuor angulis defodiantur in ollis nouis oblitis non mutare ſedem colũbas. (Triſtunculus) Quod auro inſectis alarum articulis quæſiere aliqui non aliter innoxiis uulneribus: multiuaga alioquin aue. Eſt enim ars illis inter ſe blandiri: & corrumpere alias: furtoq; comitatiores reuerti. Quin & internũtiæ in rebus magnis fuere: & epiſtolas adnexas earum pedibus obſidione mutinenſi ĩ caſtra conſulum pertulere. D. Bruto mittente. Quid uallum & uigilum obſidio: atq; etiam retia amne prętenta profuere Antonio per cælum eunte nuntio? Et harum amore inſaniunt multi: ac ſuper tecta exædificant turres iis: nobilitatẽq; ſingularum & origines narrant uetere iam exemplo. Laxius eques romanus ante bellũ ciuile Pompeianũ denariis quadringentis ſingula paria uendicauit: ut. M. Varro tradit. Quin & patriam nobilitauere. In campania grandiſſimæ prouenire exiſtimatæ. Harum uolatus in reputationem cæteraꝝ quoq; uolucrum nos impellit.

De uolatu & inceſſu auium. Cap. xxxviii.

o Mnibus animalibus reliquis certus & uniuſmodi & in ſuo cuiq; genere inceſſus eſt. Aues ſolæ uario meatu feruntur & in terra & in aere. Ambulant aliquæ ut cornices. Saliunt aliquæ ut paſſeres: merulæ. Currunt ut perdices: ruſticulæ. Ante ſe pedes iaciunt: ut ciconiæ & grues. Expãdunt alas: pandenteſq; raro interuallo quatiunt. Aliæ crebrius: ſed & primas duntaxat pẽnas. Aliæ & tota latera pandunt: Quædam uero maiore ex parte compreſſis uolant. Percuſſoq; ſemel aliquæ & gemino ictu aere feruntur: uelut incluſum eum prementes. Iaculantur ſeſe in ſublime: in rectũ: in pronũ. Impingui putes aliquas. Aut rurſus ab alto cadere has: illas ſalire. Anates ſolæ quæq; ſunt eiuſdẽ generis in

ſublime protinus ſeſe tollunt:atq; e ueſtigio cælum petunt:& hoc etian ex aqua. Itaq; in foueas quibus feras uenamur delapſæ ſolæ euadũt. Vultur & fere grauiores niſi ex procurſu aut altiore tumulo imiſſæ non euolant. Cauda reguntur aliæ. Circũſpectant aliæ:flectũtq; colla. Nonnullæ ueſcuntur ea quæ rapuere pedibus. Sine uoce non uolant multæ. Aut e contrario ſemper in uolatu ſilent. Subreptæ:pronæ:obliquæ in latera:in ora. Quædam & reſupinæ feruntur:ut ſi pariter cernantur:plura genera non in eadem natura meare uideatur.

De apodibus. Cap.xxxix.

p Lurimum uolant quæ apodes uocantur:quia careant uſu pedum. Ab aliis cypſeli appellanẽ hirundinum ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hæ ſunt quæ toto mari cernuntur. Nec unq̃ tam lõgo naues tanq; continuo curſu recedunt a terra:ut non circũuolitent eas apodes. Cætera genera reſidunt & ſiſtunt. His quies niſi in nido nulla. Aut pedent aut iacent:& ingenia æque uaria ad paſtũ maxime.

De caprimulgis & platæis. Cap.xl.

c Aprimulgi appellantur grandiores merulæ aſpectu:fures nocturni. Interdiu enim uiſu carent Intrant paſtorum ſtabula:caprarumq; uberibus aduolant ſuctum propter lactis. Qua iniuria uber emoritur.capriſq; cæcitas quas ita mulſere oboritur. Platça nominatur aduolans ad eas:quæ ſe in mari mergunt:& capita illarum morſu corripiẽs:donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis ſe impleuit conchis:calore uentris coctas euomit:atq; ita ex iis eſculẽta legit teſtas excreans.

Platalea

De ingeniis auium. Cap.xli.

u Illaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo:excutiuntq; ſeſe: & circũactæ purificant:aut feſtuca aliqua ſeſe & oua luſtrant.

De carduele & pſytaco & auibus quæ loquuntur. Cap.xlii.

m Inimæ auium cardueles imperata faciunt:nec uoce tantum:ſed pedibus & ore ꝓ manibus. Eſt quæ boũ mugitus imitetur in arelatẽſi agro taurus appellata:alioquin parua. Eſt quæ equorũ quoq; hinnitus anthus noĩe:hærbæ pabulo aduentu eorum pulſa imitatur ad hũc modum ulciſcens. Super oĩa humanas uoces reddunt pſitaci:& quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit. Sittacen uocat:uiridem toto corpore torque tantũ miniato in ceruice diſtinctã Imperatores ſalutat:& quæ accipit uerba ꝓnuntiat. In uino præcipue laſciua. Capiti eius duritia eadem quæ roſtro. Hæc cũ loqui diſcit ferreo uerberatur radio. Non ſentit aliter ictus. Cum deuolat roſtro ſe excipit. Illi initiur: leuioreq; ſe ita pedũ infirmitati facit. Minor nobilitas:quia nõ ex longinquo uenit:ſed expreſſior loquacitas certo generi picaꝝ ẽ. Adamant uerba quæ loquunẽ. Hec diſcunt tantum:ſed diligunt:meditãteſq; itra ſemet cura atq; cogitatione intẽtionẽ non occultant. Conſtat emori uictas difficultate uerbi:ac niſi ſubinde eadem audiãt:memoria falli:quærẽteſq; miꝝ imodũ hylarari:ſi interim audierint id uerbũ. Nec uulgaris iis forma.q̃uis non ſpectãda. Satis illis decoris i ſpecie ſermonis humani eſt. Veꝝ addiſcere alias negant poſſe:q̃ quæ ex genere eaꝝ ſunt:quæ glande ueſcuntur. Et inter eas facilius quibus quini ſunt digyti i pedibus. Ac ne eas quidẽ ipſas primis duobus uitæ annis. Latior iis eſt lingua omnibus i ſuo cuiq; generet quæ ſermonẽ imitantuẽ humanũ:q̃q̃ id pene in oĩbus cõtingit. Agrippina cõiunx Claudii Cæſaris turdũ habuit(quod nunq̃ ante)imitantẽ ſermones hoĩnm cũ hæc ꝓderem. Habebãt & Cæſares iuuenes item ſturnũ:luſcinias græco atq; latino ſermone dociles. Præterea meditantes in diẽ:& aſſidue noua loquẽtes longiore etiã contextu. Docenẽ ſecreto:& ubi nulla alia uox miſceatur:aſſidente qui crebo dicat ea: quæ condita uelit adiſci aliquo blandiente.

Pſitracẽ

De coruorum intelligentia. Cap.xliii.

r Eddatur & coruis ſua gratia indignatione quoq; populi Ro.atteſtata:non ſolum cõſcia. Tiberio principe ex fœtu ſupra caſtoꝝ ædem genitus pullus in oppoſitam ſutrinã deuolauit: etiam religione cõmendatus officinæ domino. Is mature ſermoni aſſuefactus oĩbus matutinis euolãs in roſtra:in forũ uerſus Tiberium:deinde Germanicum & Druſum Cæſares noĩatim: mox tranſeũtem populũ Ro.ſalutabat. Poſtea ad tabernã remeans plurium annoꝝ aſſiduo officio meritus. Hunc ſiue æmulatione incitatus manceps proximæ ſutrinæ:ſiue iracũdia ſubita:ut uoluit uideri: excrementis eius poſita calceis macula examinauit:tanta plebei cõſternatione:ut primo pulſus ex ea regione:mox & in terẽptus ſit:funuſq; innumeris aliti celebratum exequiis. Conſtratũ lectum ſuper æthiopũ duoꝝ humeros præcedente tibicine:& coronis oĩum generꝝ ad rogum uſq;:qui cõſtructus dextra uiæ appiæ ad ſecundũ lapidem in cãpo rediculi appellato fuit. Adeo ſatis iuſta cauſa populo Ro.uiſa eſt exequiarũ ingenium auis:aut ſupplicii de ciue romano in ea urbe qua multoꝝ principiũ nemo deduxerat funus. Scipionis uero Aemiliani poſt carthaginem numantiãq; deletas ab eo nemo uindicauerat mortem. Hoc geſtum.M.Seruilio.C.Ceſtio conſ.ad.v.Calen.april. Nunc quoq; erat in urbe roma hæc ꝓdente me equitis Ro.cornix e betica primũ colore mira admodũ nigro:deinde plura contexta uerba exprimens:& alia atq; alia crebro addiſcens. Necnõ & recens fama Crateri monocerotis cognoĩe in troezena regione aliæ coruoꝝ opera uenantis:eo q̃ deuehebat in ſiluis eos conſidentes humeris. Atqui coruiculos illi ueſtigabãt agebãtq;:eo ꝑducta cõſuetudie:ut exeuntẽ ſic comitarenẽ & feri. Tradendũ putauere memoriæ quidam uiſum

Cizycena.
Cazaca

dam uiſum per ſitim lapides congerentem in ſitulam monumenti:in qua pluuia aqua durabat: ſed quæ
attingi non poſſet. Ita deſcendere pauentem expreſſiſſe tali congerie:quæ poturo ſufficeret.

De diomedeis auibus. Cap.xliiii.

Ec diomedeas prætenibo aues. Iuba cataractas uocat. Et eis eſſe dentes oculoſq; igneo colore:
n cætero candidas tradens. Duos ſemp iis duces. Alterū ducere agmen:alterum cogere:ſcrobes
excauare roſtro:inde crate conſternere:& operire terra quæ ante fuerit egeſta. In iis fœtificare.
Fores binas oīum ſcrobibus. Orientē ſpectare quibus exeant in paſcua:occaſum quibus redeāt. Aluum
exoneraturas ſubuolare ſemp:& contrario flatu. Hæ in ſolo loco totius orbis uiſunt̃. In inſula quā dixi-
mus nobilē Diomedis tumulo atq; delubro contra apuliæ oram fulicaꝝ ſimiles. Aduenas barbaros clā
gore infeſtant. Græcis tantū adulant̃ miro diſcrimine:uelut generi Diomedis hoc tribuentes. Aedem q;
eius quottidie pleno gutture madentibus pēnis peluunt atq; purificant. Vnde origo fabulæ Diomedis
ſotios in earum effigies mutatos.

Quæ animalia nihil diſcant. Cap.xlv.

On omittendum eſt cū de ingeniis diſſerimus:e uolucribus hirundines eſſe indociles: e terre-
n ſtribus mures:cum elephanti iuſſa faciant. Leones iugum ſubeant. in mari uituli totq; piſcium
genera miteſcant.

De potu auium. Cap.xlvi.

Ibunt aues ſuctu cæteræ. Sed ex iis quibus longa ſunt colla itermittentes capite reſupinato ue
b luti infundētes ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idē ex ꝓprio genere oēm cibum aqua ſubide
tingēs. Deide pede ad roſtrū ueluti manu afferens. Laudatiſſimi in comagene. Roſtra iis & ꝓ-
longa crura rubent.

De hæmatopodi & onocrotali:& de peregrinis auibus. Cap.xlvii.

Ac quidem & hæmatopodi multo minori:q̄q̄ eadem crurū altitudie. Naſcit̃ in ægypto. Inſi Imantopo
h ſtit ternis digytis. Præcipuæ ei pabulū muſcæ. Vita in italia paucis diebus. Grauiores oēs fru- di.
ge ueſcūtur:altiuolæ carne tantum. Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt deuorare quæ cæteræ red
dunt. Oloꝝ ſimilitudinem onocrotali habent:nec diſtare exiſtimarent̃ oīno:niſi faucibus ipſis ineſſet al
terius uteri genus. Huc oīa inexplebile aīal congerit:mira ut ſit capacitas. Mox perfecta rapina ſenſim ī-
de in os reddita inferam in aluū ruminantis modo defert. Gallia hos ſeptētrionalis proxima occeano mit In uerā al-
tit. In hercinio germaniæ ſaltu inuſitata genera alitum accepimus:quarū plumæ igniū modo colluceant uum rumi
noctibus. in cæteris nihil præter nobilitatem longinquitate factam memorandum occurrit. nātiū more

De multarum auium nominibus & natura. Cap.xlviii.

Halerides in ſeleucia parthoꝝ & in aſia aquaticaꝝ laudatiſſimæ. Rurſus phaſianæ ī colchis ge
p minas ex pluma aures ſubmittunt:ſubriguntq;. Numidicæ in parte africæ numidia:oēſq; iam
in italia. Phœnicopteri linguā præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit nepotum oīum altiſſimus
gurges. Atagem maxime ionius celebrat̃:uocalis alias:captus uero obmuteſcens:quondā exiſtimatus ī
ter raras aues. Iam & in gallia hiſpaniaq; capitur:& alpes etiam ubi & phalacrocoraces aues balearium ī
ſularum peculiares. Sicut alpium phyrrocoras luteo roſtro niger & præcipuo ſapore Lagopus: pedes le
porino uillo ei nomen hoc dedere. Cætero candidæ colūbarum magnitudine. Non extra teram in qua na
ſcitur carn ueſci facile:quando nec uiuam manſueſcit:& corpus occiſæ ſtatim marceſcit. Et alia nomie eo
dem a coturnicibus magnitudine tantū differens croceo tinctu cibis gratiſſima. Viſam ī alpibus ab ſe pe
culiarem ægypti ibin. M. Egnatius. Caluinus præfectus earum prodidit.

De nouis auibus & fabuloſis. Cap.xlix.

Enere in italiā Debriacenſes bellis ciuilibus trāſpadū externæ & nouæ aues. ita enim adhuc uo
u cantur turdorum ſpecie:paulū infra colūbas magnitudine:ſapore gratæ. Baleares inſulæ nobi
liorem etiā ſupradicto porphyrione mittuut. Ibi & buteo accipitrū generis & honore menſaꝝ
eſt. Item uipiones. ſic enim uocant minorem gruem. Pegaſos equino capite uolucres:& griphas auritos
ad uncitate roſtri fabuloſos reor. Illos in ſcythia:hos in æthiopia. Equidē & tragopanadē quā plures af-
firmant maiorē aquila:cornua in tpibus curuata habētem ferruginei coloris:tantū capite phœniceo. Nec
ſirenes īpetrauerint fidem:licet affirmet. Dino Clitarchi celebrati auctoris pater in idia eſſe:mulceriq; ea
rum cantu:quos gratos ſomno lacerant. Qui credit iſta & Melāpodi profecto aures lambendo dediſſe
intellectum auium ſermonis dracones non abnuet. Vel Quæ Democritus tradit nomiando aues quaꝝ
confuſo ſanguine ſerpēs gignat̃:quem quiſquis ederit intellecturus ſit alitum colloquia. Quæq; de una
aue galerita priuatim cōmemorat:etiam ſine iis īmenſa uitæ ambagæ circa auguria. Nominātur ab Ho
mero ſcopes auium genus. Neq; harum ſatyricos motus cum inſident pleriſq; memoratos facile conce-
perim mente. Neq; ipſæ iam aues naſcuntur. Quāobrem de confeſſis diſſeruiſſe præſtiterit.

Quis gallinas farcire inſtituerit:de auiariis & quis ea primus inſtituerit. Cap.l.

Allianas ſaginare deliaci cœpere. Vnde peſtis exorta opimas aues & ſuopte corpore unctas de
g uorandi. Hoc primū antiquis cœnaꝝ iterdictis exceptū inuenio iam lege. C. Fannii cōſulis. xi.
annis ante tertiū punicum bellum:ne quid uolucrū ꝓponeretur:præter unā gallinā: quæ non

eſſet aſilis. Quod deinde caput tranſlatum per oẽs leges ambulauit. Inuentũq; diuerticulum eſt in fraude earum gallinaceos quoq; paſcendi lacte addito cibis. Multo ita gratiores approbantur. Fœminæ quidem nõ oẽs ad ſaginam eliguntur: nec niſi in ceruice pingui cute. Poſtea culinarum arteſ ut clunes ſpectẽtur: ut diuidantur in tergora: ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupẽt. Dedere & parthi cocis ſuos mores. Nec tamen in hoc mãgonio quicq̃ totum placet: hic clune: alibi pectore tantũ laudatis. Auiaria primus inſtituit incluſis omnium generum auibus M. Lælius Strabo brũduſii equeſtris ordinis. Ex eo cœpimus carcere aĩalia cohercere quibus natura cælum aſſignauerat.

De Aeſopi patina. Cap. li.

m

Axime tamen inſignis ẽ in hac memoria Clodii Aeſopi tragici hiſtrionis patina ſexcentis ſeſtertiis taxata in qua poſuit aues cantu aliquo aut humano ſermone uocales nũmis ſex ſingulas coemptas nulla alia inductus ſuauitate niſi ut in iis imitationem hominis manderet: ne quæſtus quidem ſuos reueritus illos opimos & uoce meritos: dignus prorſus filio a quo diximus deuoratas margaritas. Non ſit tamen (ut uerum fatear) facile inter duos iudicium turpitudinis: niſi quod minus eſt: ſummas rerum naturæ opes q̃ hominum linguas cœnaſſe.

De generatione auium: & præter aues quæ quadrupedes oua pariant. Cap. lii.

g

Eneratio auium ſimplex uidetur eſſe. cum & ipſa ſua habeat miracula: quoniam & quadrupedes oua gignunt: chamæleontes: lacertæ: & quæ diximus inter ſerpentes. Pennatorum aũt iſœcunda ſunt quæ aduncos habent ungues generi. Nulla ex iis ſupra quaterna edit oua. Tribuit hoc auium generi natura: ut fœcundiores eſſent fugaces earum q̃ fortes. Plurima pariunt ſtrutio cameli gallinæ: perdices: ſali. Coitus auibus duobus modis. Fœmina humi conſidente ut in gallinis: aut ſtante ut in gruibus. Ouor; alia ſunt candida ut columbis: perdicibus. Alia pallida ut aquaticis. Alia punctis diſtincta ut meleagridum. Alia rubri coloris ut phaſianis: cẽchridii. Intus autem oẽ ouũ uolucrum bicolor. Aquaticis lutei plus q̃ albi. Idq; ipſum magis liuidumq̃ cæteris. Piſcium unus color: in quo nil candidi. Auium oua ex calore fragilia. Serpentium ex frigore lẽta. Piſcium ex liquore mollia. Aquatilium rotũda. Reliqua fere faſtigio cacuminata. Exeunt a rotundiſſima ſui pte. dũ pariũtur molli putamine: ſed protinus dureſcẽte: quibuſcunq; emergunt portionibus. Quæ oblonga ſint oua gratioris ſaporis putat Oratius Flaccus. Fœminam edunt quæ rotũdiora gignuntur reliqua marem. Vmbilicus ouis a cacumine ĩeſt ceu gutta eminens ĩ putamine.



De tẽpore & generatiõe ĩcubatus auiũ & coitu. Cap. liii.

q

Vædam oĩ tempore coeũt ut gallinæ: & pariunt: præterq̃ duobus menſibus hyemis brumalibus. Ex iis iuuencæ plura q̃ ueteres: ſed minora. Et in eodem fœtu prima & nouiſſima. Eſt autem tanta fœcunditas ut aliquæ & ſexagena pariant: aliquæ quottidie: aliquæ bis die: aliquæ in tantum ut effœtæ moriantur. Hadrianis laus maxima. Colũbæ decies anno pariunt. quædam & undecies. In ægypto etiam brumali mẽſe. Hirundines & merulæ & palũbi & turtures bis anno pariunt. Cæteræ aues fere ſemel. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes pene cõtextim in receſſu generant. A coitu. x. diebus oua matureſcunt in utero. Vexatæ autem gallinæ & columbæ penna euulſa aliaue ſimili iniuria diutius. Omnibus ouis medio uitelli parua ineſt uelut ſanguinea gutta quod eſſe cor auium exiſtimant. Primũ in omni corpore id gigni opinantes. In ouo certa eſt gutta ea ſalit: palpitatq;. Ipſum animal ex albo liquore oui corporatur. Cibus eius in luteo eſt. Omnibus intus caput maius toto corpore. Oculi cõpreſſi capite maiores. Increſſente pullo cãdor ĩ mediũ uertitur: Luteum circũfundit͛ uiceſimo die: ſi moueatur ouum. Iam uiuentis intra putamen uox auditur. Ab eodem tempore plumeſcit ita poſitus: ut caput ſupra dextrum pedem habeat: dexteram uero alam ſupra cadant. Vitelus paulatim deficit. Aues omnes in pedes naſcuntur contra quã reliqua animalia. Quædam gallinæ omnia gemina oua pariunt: & geminos interdum excludunt: ut Cor. Celſus auctor eſt: alterũ maiorem: alioquin negant oĩno geminos excludi. Plus uicenaquina incubanda ſubiici uetant. Parere a bruma incipiunt. Optima fœtura ante uernum æquinoctium. Poſt ſolſtitium nata non implent magnitudinem iuſtam: tãtoq; minus quãto ſerius peruenere.

De uitiis & remediis incubantium. Cap. liiii.

o

Va incubari infra. x. dies edita utiliſſimum. Vetera aũt recentiora infœcunda. Subiici impari numero debent. Quarto die poſtq̃ cœpere incubari ſi contra lumẽ cacumine ouorum apprehenſo una manu purus & unius modi perluceat color: ſterilia exiſtimantur eſſe: proq; eis alia ſubſtituenda. Et in aqua eſt experimentum: inane fluitat. Itaq; ſidentia hoc eſt plena ſubiici uolunt. Concuti uero experimento uetant: quoniã nõ gignant confuſis uitalibus uenis. Incubatiõi datur initium poſt nouã lunam: quia prius inchoata non proueniãt. Celerius excludũtur calidis diebus. Ideo æſtate undeuiceſimo educũt fœtũ hyeme uiceſimoqnto. Si cubatu tonuerit oua pereunt: & accipitris audita uoce uitiantur. Remediũ contra tonitrum: clarus ferreus ſub ſtramine ouorum poſitus aut terra ex aratro. Quędam aũt & citra incubitũ ſponte natura gignit: ut in ægypti figmentis eſt ſcriptum. De quodã uinipotore reperitur ſyrãcuſis tãdiu potare ſolitum: donec ab eo cooperta in terra fœtum ederẽt oua. Quin & ab homine perficiuntur.

De auguriis ouorum. Cap. lv.

liuia Auguſta

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 171 sur 536

Iuia auguſta prima ſua iuuenta Tiberio Cæſare ex Nerone grauida cũ parere uirilem ſexum
l admodũ cuperet: hoc uſa eſt puellari augurio. Ouum in ſinu fouendo atq; cũ deponendum
haberet nutrici per ſinum tradendo ne īterimeret̃ tepor. Nec falſo Auguſta augurata prodit̃
īperatoris inde fœta. Sed inuentũ ut oua in calido loco īpoſita paleis igne modico fouerent̃. hoīe uerſan
te pariter nocte ac die: & ſtatuto die illinc erũpere fœtus. Traditur quædã ars galliuarii cuiuſdã dicẽtis
qd ex quoq; eẽt: Narrant̃ & mortua gallina mariti eaꝝ uiſi ſuccedẽtes inuicẽ: & reliqua fœtæ more faciẽ
tes: abſtinẽteſq; ſe a cantu. Sup oĩa eſt anatũ ouis ſubditis atq; excluſis admiratio prima nõ plane agno-
ſcentis fœtum. Mox incertos cubitus ſollicitæ cõuocationis. Poſtremo lamenta circa piſcinæ ſtagna mer Incerti icubitus ſollicite cõuocantis.
gentibus ſe pullis natura duce. Quæ gallinæ optimæ. Cap. lvi.

Allinaꝝ generoſitas ſpectat̃ circa erecta: interdũ & gemina: : pẽnis nigris: ore rubicũdo: dygi
g tis īparibus: aliquando & ſuper quattuor dygitos trãſuerſo uno. Ad rem diuinã luteo roſtro
pedibuſq; puræ nõ uidentur. Ad opertanea ſacra nigræ. Eſt & pumilionũ genus nõ ſterile ī iis
quod nõ in alio genere alitum: ſed quibus certa fœcunditas tara & incubatio ouis noxia.

De morbis earum & remediis. Cap. lvii.

Nimiciſſima aũt oĩum generi pituita: maxieq; inter meſſis & uindemiæ tempus. Medicina in
i fame: & cubatus in fumo: ſi utiq; ex lauro aut hærba ſauina fiat: pẽna per trãſuerſas īſerta na-
res: & per oẽs dies mota. Cibus allium cum farre aut aqua perfuſus in qua lauerit noctu auis
cum ſemine uitis albæ coctus & quædam alia.

De conceptu & numero fœtus auium. Cap. lviii.

Olumbæ proprio ritu oſculãtur ante coitum. Pariunt fere bina oua: ita natura moderãte ut
c aliis crebrior fit fœtus: aliis numeroſior. Palũbes & turtures plurimũ terna: nec pluſq̃ binis ſe
re pariunt: atq; ita ſi prior fœtus corruptus eſt. Et q̃uis tria pepererint: nunq̃ plus duob⁹ edu-
cant. Tertiũ quod irritũ eſt urinum uocant. Palũbes incubat fœmina poſt meridiana in matutinũ: cæte-
ro mas. Columbæ marem ſemp & fœminã pariunt priorẽ marem: poſtridie fœminã. Incubant in eo ge-
nere ambo: interdiu mas: noctu fœmina. Excludunt uiceſimo die. Pariunt a coitu. v. Aeſtate quidem in
terdum binis menſibus terna edunt paria. Nãq; octauo decimo die excludunt: ſtatimq; cõcipiunt. Qua
re inter pullos ſæpe oua inueniuntur: & alii prouolant: alii erũpunt. Ipſi deinde pulli qnquemeſtres fœti
ficant. Et ipſæ aũt inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt: pariũtq; oua irrita: ex quibus nihil gigni
tur: quæ hyponemia græci uocant. De pauone & anſeribus. Cap. lix.

Auo a trimatu parit. Primo anno unũ aut alterũ ouum: ſequẽti quaterna quinaue: cæteris duo
p dena nõ amplius intermittẽs binos dies ternoſue parit: & ter anno ſi gallinis ſubiiciãtur īcubã-
da. Mares ea frangũt deſiderio incubantiũ. Quapropter noctu & in latebris pariunt: aut ī ex-
celſo cubantes: & niſi molli ſtrato excepta frangunt̃. Mares ſinguli quinis ſufficiunt cõiugibus. Cum ſin
gulæ aut binæ fuere: corrũpitur ſalacitate fœcũditas. partus excludit̃ diebus terinouenis: aut tardius tri
ceſimo. Anſeres in aqua coeunt: pariunt uere: aut ſi bruna coiuere poſt ſolſtitiũ: quadraginta prope. Bis
anno ſi priorem fœtum gallinæ excludant: alias plurima oua. xvi. pauciſſima ſeptẽ. Siquis ſurripiat pa-
riunt. donec rumpant̃. Aliena nõ excludunt. Incubãda ſubiici utiliſſimum nouem aut undecim. incubãt
fœminæ tantũ tricenis diebus. Si uero tepidiores ſint: uiceſimoquinto. Pullis eoꝝ urtica contactu mor
tifera. Nec minus auiditas: nunc ſatietate nimia: nunc ſuamet ui: quando apprehẽſa radice morſu ſæpe
conãtes auellere ante colla ſua abrũpunt. Cõtra urticã remediũ ſtramẽto ab incubatu ſubdita radix eaꝝ.

De ardeolis: & quomodo ſeruẽtur optime oua. Ca. lx.

Rdeolaꝝ tria genera: leucon: aſterias: pellos. Hi in coitu angũtur. Mares quidẽ cũ uociferatu
a ſanguinẽ ẽt ex oculis pfundunt. Nec minus ægre pariunt grauidæ. Aquila tricenis diebus icu
bat: & fere maiores alites. Minores uicenis: ut miluus & accipiter. Singulos uere parit: nunq̃
plus ternos: is qui ægolios uocat̃ quaternos. Coruus aliquãdo & quinos. incubãt totidẽ diebus. Corni-
cem incubantẽ mas paſcit. Pica nouenos. Melãcoryphus ſupra uiginti parit ſemper nũero īpari inæqua- inæqualia
lia. Nec alias in pluribus tanta fœcũditas: maior tamen paruis. Hirundini cæci primo pulli: & fere oĩb⁹ ſuperfluit
quibus numeroſior partus. irrita oua quæ hyponemia diximus: quæq; aut mutua fœminæ inter ſe libi-
dinis imaginatione cõcipiunt: aut puluere. Nec colũbæ tm̃: ſed & gallinæ perdices: pauones: anſeres: che
nalopeces. Sunt aũt ſterilia & minora ac minus iucũdi ſaporis. & magis humida. Quidã & uẽto putãt
ea generari. Qua de cã etiam zephyria appellant̃. Hæc autem uere tm̃. Vrina fiunt īcubatiõe derelicta:
quæ alii cynoſura dixere. Oua aceto macerata in tantum emolliuntur ut per annulos tranſeant. Seruari
ea in lomento: aut hyeme in paleis: æſtate in furfuribus utiliſſimũ. Sale exinaniri creduntur.

Quæ uolucrum ſola animal pariat: & lacte nutriat. Cap. lxi.

u Olucrum animal parit ueſpertilio tantum: cui membrana ceu pennæ. Eadem ſola uolucrum
lacte nutrit ubera aduomens: geminos uolitat amplexa infantes: ſecũq; deportat. Eidem co-

xendix una traditur:& in cibatu culices gratiſſimi.

De conceptu uiperæ & partu:& quæ terreſtrium oua pariant. Cap.lxii.

Vſus in terreſtribus oua pariunt ſerpentes:de quibus nōdū dictū ſit.Coeūt cōplexu adeo cir-
r cūuolutæ ſibi:ut una exiſtimari biceps poſſit. Viperæ mas caput inſerit in os: qđ illa abrodit
uoluptatis dulcedie.Terreſtrium eadē ſola intra ſe parit oua unius coloris & mollia ut piſces.
Tertia die intra uterum catulos excludit:deide ſingulos diebus ſingulis parit uigenti fere numero . Itaq;
cæteri tarditatis impatientes prærūpunt latera occiſa parente.Cæteræ ſerpentes contecta oua in terra icu
bant:& fœtum ſequente excludunt anno. Crocodili uicibus incubant mas & fœmia . Sed reliquorum
quoq; terreſtrium reddetur generatio.

De generatione terreſtrium. Cap.lxiii.

Ipedū ſolus hō aial gignit.Homini tantū primi coitus pœnitētia augurium ſcilicet uitæ a pœ
b nitēda origine.Cæteris aialibus ſtati per tpa anni concubitus.Homini(ut dictū eſt)oībus ho
ris dieꝝ noctiūq;.Cæteris ſatietas in coitu.Hoī prope nulla.Meſſalina Claudii Cæſaris con-
iunx hanc regalem exiſtimans palmam elegit in id certamē nobiliſſimā e ꝓſtitutis ancillam mercenariæ
ſtipis:eāq; die ac nocte ſuperauit qnto ac uiceſimo cōcubitu.In hoīum genere maribus diuerticula Ve-
neris excogitata oīa ſcelere naturæ:fœminis uero abortus .Quātū in hac pte multo nocentiores ꝗ feræ
ſumus. Viros auidiores ueneris hyeme:fœminas æſtate Heſiodus ꝓdidit.Coitus auerſus elephātis :ca-
melis tigribus:lyncibus:rhinoceroti:leoni:daſipodi:cuniculis: quibus auerſa genitalia.Cameli etiā ſoli
tudines aut ſecreta certa petunt:neq; interuenire datur ſine pernicie.Coitus tota die eſt tantum iis ex om
nibus:quibus ſolida ungula. In quadrupedū genere mares olfatus antecedit.Auertunt & canes:phocæ:
lupi:in medioq; coitu:inuitiq; etiam cohærent. Supradictorum pleriſq; fœminæ priores ſuperueniunt:
reliquis mares. Verſi autem ut dictum eſt humanitus ſtrati.Hernacei ſtantes ambo inter ſe complexi.
Feles mare ſtante fœmina ſubiacente: Vulpes in latere proiectæ:maremq; fœmina amplexa. Taurorum
ceruorumq; fœminæ uim non tolerāt:ea de cauſa ingrediuntur in conceptu. Cerui uiciſſim ad alias tran
ſeunt:& ad priores redeunt.Lacertæ ut ea quæ ſine pedibus ſunt circumplexu uenerem nouere . Omnia
animalia quo maiore corpore:eo minus fœcunda ſunt. Singulos gignunt elephanti:cameli:equi. Acan-
this duodenos auis minima. Ociſſime pariunt quæ plurimos gignunt. Quo maius eſt animal: tanto di
utius formatur in utero.Diutius geſtantur quibus longiora ſunt: uitæ ſpatia . Neq; creſentium tempe-
ſtiua ad gerandum ætas. Quæ ſolidas habēt ungulas ſingulos:quæ biſculas & geminos pariunt. Quo
rum in digytos pedum fiſſura diuiſa eſt:eo numeroſiora in fœtu. Sed ſuperiora oīa perfectos edūt par-
tus:hæc ichoatos. In quo ſunt genere leænæ:urſæ : & uulpes. Informia etiam magis ꝗ ſupradicta urſæ
pariunt:rarumq; eſt uidere parientes. Poſtea lambendo calefaciunt fœtus oīa ea:& figurant:pariūt plu-
rimum quaternos. Cæcos autem gignunt canes:lupi:pāntheræ:thoes. Canum plura ſunt genera. Laconi
cæ octauo mēſe utrinq; generāt. Ferūt.lxx.diebus:& plurimū tribꝰ mēſibus. Cæteræ canes & ſemeſtres
coitum patiuntur. Implentur oēs uno coitu. Quæ ante iuſtum tempus concepere:diutius cæcos habēt
catulos:nec oēs totidem diebus. Exiſtimātur in urina attollere crus fere ſemeſtres:ideſt ſignū cōſumati
uirilū roboris: fœminæ hoc idē ſidentes. Partus duodeni quibus numeroſiſſimi :cætero qni:ſeni aliquan
do ſinguli:quod ꝓdigioſum putant . Sicut oēs mares:aut oēs fœminas gigni. Primos quoq; mares pa
riunt:in cæteris alternant:ſi ineant opportuno & recto mēſe. Ineuntur a partu ſexto menſe. Octonos la
conicæ pariunt. Propria in eo genere maribus laboris alacritas. Viuūt laconici annis denis:fœmina duo
denis. Cætera genera qndecim annos:aliquando uiginti. Nec tota ſua ætate generant:fere a duodecimo
deſinentes. Felium & ichneumonū reliqua ut canum. Viuūt annis ſenis. Daſipodes oī mēſe pariūt:& ſu
perfœtant ſicut lepores. A partu ſtatim īplentur. Cōcipiunt ꝗuis ubera ſiccante fœtu:pariunt non cæcos
Elephanti ut diximus pariunt ſingulos magnitudine uituli trimeſtris. Cameli duodecim menſibus ferūt
a trimatu:pariunt uere. iterumq; poſt ānum implentur a partu. Equas autem poſt tertium diē aut poſt
unum ab enixu utiliter admitti putant:coguntq; inuitas. Mulier ſeptima die cōcipere facillime creditur.
Equarum iubas tonderi præcipiunt:ut aſinoꝝ in coitu patiant humilitatē:comantes enim gloria ſuper
bire . A coitu ſolæ aīalium currunt:ex aduerſo aqilonum auſtroꝝue ꝓut marē aut fœminā concepere.
Colorem ilico mutant rubriore pilo:uel quicunq; ſit pleniore. Hoc argumento deſinunt admittere etiā
uolentes. Nec impedit partus quaſdam ab opere. Falluntq; grauide. Viciſſe olympia prægnantē equam
Hecratidis theſſali inuenimus. Equos & canes & ſues initum matutinum appetere: fœminas autē poſt
meridiem blandiri diligentiores tradunt. Equas domitas.lx.diebus equire:anteꝗ gregales. Sues tātum
coitu ſpumam ore fundere. Verrem ſubantis audita uoce niſi admittat cibum non cape uſq; in maciem.
Fœminas: tantū efferari:ut hoiem lacerent:candida maxime ueſte indutum. Rabies ea aceto mitigatur
naturæ aſperſo. Auiditas coitus putat ex cibis fieri. Sicut uiro eruca:pecori cepa. Quæ ex feris mitigent
non cōcipere:ut anſeres:apros uero tarde:& ceruos:nec niſi ab infantia educatos. Mirū eſt quadrupedū
prægnantes uenerem

prægnantes ueneré arcent::præter equam & ſuem. Sed ſuperfœtant:& daſipus:& lepus tantum.

De uaria generatione animalium. Cap.lxiiii.

Væcunq; aíal pariũt in capite gignũt circũacto ſub enixum fœtu:alia in utero porrecta.Qua- Alias
q 'drupedes geſtanť extẽſis ad longitudinẽ cruribus:& ad aluum ſuã applicatis.Homo in ſemet Porrecto
conglobatus iter duo genua naribus ſitis.Molas de quibus ante diximus gigni putãt:ubi mu
lier non ex mare:uerum ex ſemetipſa tantũ concepit.Ideo nec aíari:quia non ſit ex duobus. Altricẽq; ha
bere per ſe uitam illam:quæ ſatis arboribuſq; contingat:ex oíbus quæ perfectos.Fœtus uel tãtos: & ínu tũ & nu
meroſos edunt.Itẽ plures contra naturã ſolidipedum aut biſulcoꝝ. meroſos

De murium fœtu. Cap.lxv. Ex oíbus

Vpra cuncta eſt murium fœtus:haud ſine contatiõe dicendus: q̄q̄ auctore Ariſtotele & Alexã iungẽdũ
ſ dri magni militibus generatio eoꝝ lambẽdo conſtare nõ coitu dicatur.Ex una genitos.cxx. tra uideť cũ
diderunt.Apud perſas uero prægnantes in utero parẽtis repertas. Et ſalis guſtatu fieri prægnã ſequenti
tes opinãtur.Ita deſinit mirum eſſe:unde uis tãta meſſes populetur murium agreſtium.In quibus illud cap.
quoq; adhuc latet quo nam modo illa multitudo repente occidat.Nam nec exanimes reperiuntur: neq;
extat qui murem hyeme in agro effoderit.Plurimi itaq; ad troadem perueniunt.Et iam inde fugauerũt
accolas.Prouentus eorum ſiccitatibus tradunt.Et iam obituris uermiculum in capite gigni . Aegyptiis
muribus durus pilus:ſicut herinaceis.Idem bipedes ambulant:ceu alpini.Cũ diuerſi quoq; generis coíe
re animalia:ita demum generant:ſi tempus naſcendi par habent.Quadrupedum oua gignentium lacer
tam ore parere:ut creditur uulgo:Ariſtoteles negat.Neque incubant ædem oblitæ quo ſint in loco eni-
xæ:quoniam huic animali nulla memoria.Itaq; catuli per ſe erumpunt.

De ſpina hominis anguem naſci. Cap.lxvii.

Nguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis.Pleraq; enim occulta & cæca ori
a gine proueniunt:etiam in quadrupedum genere.

De ſalamandra. Cap.lxvii.

Icut ſalamandra animal lacerti figura ſtellatum : nunquam niſi magnis hymbribus proueni-
s ens:& ſerenitate deficiens.Huic tantus rigor:ut ignem tactũ extinguat non alio mõ q̄ glacies
Eiuſdem ſaníe quæ lactea ore uomitur:quacunq; parte corporis humani contacta toti defluũt
pili.Idq; quod conctatum eſt colorem in uitiliginem mutat.

De iis quæ naſcuntur ex nõ genitis:& quæ nata nihil gignunt. Cap.lxviii.

Vædã uero gignuntur ex nõ genitis:& ſine ulla ſimili origine ut ſupradicta:& quæcũq; æſtas
q aut uer ſtatumq; tẽpus anni generant.Ex iis quædam nihil gignunt ut ſalamandræ.Neq; eſt in
iis genus maſculinum fœmineũue:ſicut neq; in anguillis:oíbuſq; quæ nec animal nec ouũ ex ſe
ſe generant.Neutrum eſt & oſtreis genus:& cæteris adherentibus uado uel ſaxo.Quæ aũt per ſe generã
tur ſicuti infra mares ac fœminas deſcripta ſunt:ita generant quidem ea aliquid coitu:ſed imperfectum:
& diſſimile:& ex quo nihil amplius gignatur:ut uermiculos muſcæ.Id magis declarant naturæ eorum:
quæ inſecta dicuntur.Arduæ explanationis omnia:& priuatim dico opere narranda.Qua propter ut in
genium prædictorum ita & reliqua ſubtexet diſertatio.

De ſenſibus animalium. Cap.lxix.

X ſenſibus ante cætera homini tactus:deíde guſtus.Reliquis ſupatur a multis.Aquilæ clarius
e cernunt. Vultures ſagacius odorantur.Liquidius audiũt talpæ obrutæ terra:tam denſo atque
ſurdo naturæ elemento.Præterea uoce oíum in ſublime tendẽte ſermonẽ exaudiunt:& ſi de iis
loquare:intelligere etiam dicũtur:& profugere. Auditus Cui hominum primo negatus eſt : huic & ſer-
monis uſus ablatus.Nec ſunt naturaliter ſurdi:ut non idem ſint & muti . In marinis oſtreis auditum eẽ
non eſt uериſimile:ſed ad ſonum mergere ſe ſolent.Ideo & ſilentium in mari piſcantibus.

Auditum & olfatum eſſe piſcibus. Cap.lxx.

Iſces quidem auditus nec mẽbra habent nec foramina:audire tamẽ eos palã eſt : ut patet cum
p plauſu cõgregari feros ad cibum cõſuetudine in quibuſdam uiuariis ſpecteť.Et in piſcinis Cæ-
ſaris genera piſcium ad nomẽ uenire:quoſdã ſingulos.Itaq; ꝑduní etiã clariſſime audire mu-
gil:lupus:ſalpa:chromis:& ideo inuado uiuere.Olfatum iis eſſe mãifeſtum patet.'Quippe nõ oẽs eadẽ
eſca capiuntur:& priuſq̃ appetant odoranť.Quoſdã & ſpeluncis latentes ſalſamento illitis faucibus ſco
puli piſcator expellit:uelut ſui cadaueris agnitionem fugiẽtes.Conueniũtq; ex alto etiã ad quoſdã odo-
res:ut ſæpiam uſtam:& polypũ:quæ ob id coguní in naſſas.Sentinæ quidem nauiũ odorem fugiũt ꝑ
cul:maxime tamẽ piſciũ ſanguinẽ.Non põt petris auelli polypus.Idem cunila admota ab odore proti-
nus reſilit.Purpuræ quoq; fœtidis capiuntur.Nam de reliquo animalium genere quis dubitet? Cornus
ceruini odore ſerpentes fugantur:ſed maxime ſtyracis:origani:aut chalcis aut ſulphuris formicæ necan-
tur.Culices acida petunt:ad dulcia non aduolant.

m

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 174 sur 536

Tactum communem eſſe omnibus. Cap.lxxi.

Actus ſenſus oibus eſt:etiã quibus nullus alius. Nã & oſtreis & terreſtribus uermibus. Quo
t exiſtimauerim oibus ſenſum guſtus eẽ. Cur.n.alios alia ſapores appetũt? In quo uel præcipua
naturæ architectiq; uis. Alia dentibus prædantur:alia unguibus:alia roſtri aduncitate capiunt.
Alia latitudine ruunt. Alia cacumine excauant. Alia ſugunt. Alia lambunt:ſorbent:mandunt:uorant.
Nec minor uarietas in pedũ miſterio:ut rapiant:diſtrahant:teneant:premant:pendeant:tellurem ſcabe
re non ceſſent.

Quæ uenenis uiuant. & quæ terra. Cap.lxxii.

Enenis capreæ & conturnices (ut diximus) pingueſcunt placidiſſima aĩalia: at ſerpentes ouis.
u Spectanda quidem draconũ arte. Aut.n.ſolida hauriunt:ſi iam fauces capiunt:quæ deĩde in ſe
met cõuoluti frangũt intus:atq; ita putamina excutiunt:aut ſi tenerior eſt & catuli adhuc ætas
orbe apprehenſa ſpira:ita ſenſim uehementerq; preſtringunt:ut amputata parte ceu ferro:reliquam quæ
amplexu tenetur ſorbeant. Simili modo auibus deuoratis ſolidis contentione plurima: & cætera oſſa re
Cõtritione plumas uomunt. Scorpiones terra uiuunt. Serpentes cũ occaſio eſt uinum præcipue appetũt:cum alioquin exi-
guo indigeant potu. Eædem minimo & pene nullo cibo cũ adſeruantur incluſæ:ſicuti aranei quoq; alio-
quin ſuctu uiuẽtes. Ideo nullum interit fame aut ſiti uenenatum. Nam neq; caloris uim habent:neq; ſan
guinis:neq; ſudoris:quæ auiditatẽ naturalem ſale augent. In quo genere omnia magis exitialia: ſi ſuum
genus edere anteq̃ noceãt. Condit ĩ theſauros maxillarũ cibum ſphingiorum & ſatyrorũ genus. Mox in
de ſenſim ad mandendũ manibus exprimit. Et quod formicis in annum ſolẽne eſt:his in dies: uel horas.

De cibo & potu quorundam. Cap.lxxiii.

Num aĩal digytos habentiũ herba alitur lepus:ſed & fruge. Solidipedes:& biſulci ſues: omni
n cibatu & radicibus. Solidipedũ uolũtario propria. Serratoꝝ dentiũ carniuora ſunt oĩa. Vrſi
& fruge fronde uindemia pomis uiuunt:& apibus cancris etiã & formicis. Lupi ut diximus: &
terra in fame. Pecus potu pingueſcit:ideo ſal illis aptiſſimus:itẽ ueterina:q̃q̃ & fruge & herba:ſed ut bibe
re:ſecedunt. Ruminãt præter iã dicta ſilueſtriũ cerui cum a nobis alunt̃. Omnia aũt iacẽtia potius q̃ ſtã
tia:& hyemẽ magis q̃ æſtate ſeptenis fere mẽſibus. Pontici quoq; mures ſimili mõ remãdũt. In potu qui
bus ſerrati dentes:lãbunt. Et mures hi uulgares:q̃uis ex alio genere ſint. Quibus continui dẽtes:ſorbẽt:
ut equi:boues. Neutrũ urſi:ſed aquã quoq; morſu uorãt. In africa maior pars feraꝝ æſtate nõ bibũt ino-
pia hymbrium. Quã ob cauſam capti mures libyci ſi biberint moriunt̃. Orgyẽ perpetuo ſitientẽ africa
generat ex natura loci potu carentẽ cum mirabili mõ ad remedia ſitientium. Nãq; getuli latrones eo du
rant auxilio repertis in corpore eoꝝ ſaluberrimi liquoris hauſtu ueſicis. Inſidunt in eadẽ africa pardi con
denſa arbore:occultatiq; eius ramis in prætereuntia deſiliũt:atq; e uolucrũ cæde craſſant̃. Feles quidem
quo ſilentio q̃ lenibus ueſtigiis obrepunt auibus? q̃ occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? Excrementa
ſua effoſſa obruunt terra:intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

Quæ inter ſe diſſideant: & quæ inter ſe conueniant. Cap.lxxiiii.

Rgo & alios ſenſus quoſdã eſſe q̃ ſupradictos:haud difficulter apparet. Sunt enim quædam
Chlorio e his bella amicitiæq;. Vnde & affectus præter illa quæ de quibuſq; eoꝝ ſuis diximus locis. Diſ-
ſident olores & aquilæ. Coruus & clorcus noctu inuicẽ oua exquirentes. Simili mõ coruus: &
miluus illo præcipiente huic cibos. Cornices & noctua. Aquilæ & trochilus (ſi credimus) quoniã rex ap
pellat̃ auiũ. Noctuæ & cæteræ minores aues. Rurſus cũ terreſtribus muſtella & cornix. Turtur & pyra
lis. Ichneumones ueſpæ: & phalãges aranei. Aquaticæ anates & gauiæ. Harpæ & triorches accipiter. So
rices & ardeolæ inuicẽ fœtibus inſidiantes. Egithus auis minima cũ aſino. Spinetis.n. ſe ſcabẽdi cã atterẽ
tes nidos eius diſſipat:quod illa adeo pauet:ut uoce oĩno rudentis audita oua eiiciat:pulli ipſi metu ca-
dant. Igitur aduolans ulcera eius roſtro excauat. Vulpes & milui. Angues & muſtellæ: & ſues. Eſalon
uocat̃ parua auis oua corui frangens:cuius pulli infeſtãtur a uulpibus. Inuicẽ hæc catulos eius ipſamq;
Anthus uellit. Quod ubi uiderint corui:contra auxiliantur:uelut aduerſus cõem hoſtem. Et achantis in ſpinis ui
uit: Idcirco aſinos & ipſa odit flores ſpinæ deuorantes Aegithum uero in tantũ:ut ſanguinem eorum nõ
credant coire:multiſq; ob id ueneficiis infament. Diſſident thoes & leones: & minima æque ac maxima.
Formicoſam arborem ſorices cauent. Librat araneus ſe filo in caput ſerpentis porrectæ ſub umbra arbo
ris ſuæ:tantaq; ui morſu cerebrũ apprehendit:ut ſtridens ſubinde:ac uertigine rotata: ne filum quidem
deſup pendẽtis rũpere adeo non fugere queat:nec finis ante mortẽ eſt. Rurſus amici pauones & colum-
bæ. Turtures & pſittaci: Merulæ & turdi: Cornix & ardeolæ. Contra uulpium genus cõibus inimicitiis.
Harpæ & miluus cõtra triorchin᷑. Quin & affectus indicia ſunt etiã in ſerpẽtibus immitiſſimo aĩalium ge
nere dicta ſunt:quæ arcadia narrat de dño a dracone ſeruato: & agnito uoce hoĩs. De aſpide miraculum
a Philarcho traditur. Is enim auctor eſt. Cum ad menſam cuiuſdam ueniens ĩ ægypto aleret̃ aſſidue eni
xam catulos:quoꝝ ab uno filium hoſpitis interẽptum. Illam reuerſam ad conſuetudinem cibi intellexiſ
ſe culpam: & necem intuliſſe catulo:nec poſtea in tectum id reuerſam.

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 175 sur 536

De ſomno animalium. Cap. lxxv.

Omni quæſtio non obſcuram coniectationē habet. In terreſtribus omnia quæ cor habent dor
ſ mire manifeſtum eſt. Aquatilium quoq; exiguum quiddā etiā qui de cæteris dubitāt: dormire
tamē exiſtimant: nō oculoꝝ argumēto: quia non habēt genas: uerū ipſa quiete cernunť placida
ceu ſoporata: neq; alia ꝗ caudis mouentia:: & ad tumultū aliquē expauentia. De thynnis cōfidētius affir
matur. Iuxta ripas. n. aut petras dormiunt. Plani aūt piſcium in uado: ut manu ſæpe tollantur. Nam &
delphini balenæq; ſtertētes etiā audiuntur. Inſecta quoq; dormire ſilentio apparet: quia nec luminibus q
dem admotis excitentur. Homo genitus premitur ſomno per aliquot mēſes. Deinde longior in dies ui-
gilia. Somniat ſtatim infans. Nam & pauore expergiſcitur: & ſuctum imitatur. Quidam uero nunquā
quibus mortiferum fuiſſe ſignū contra cōſuetudinem ſomnioꝝ inuenimus exēpla. Magnus hic iuitat lo
cus: & diuerſis refertus documentis: utrum ne ſint aliqua præſcita animi quieſcentis. Qua fiant ratione
an fortuita res ſit: ut pleraq;? Et ſi exemplis agatur: profecto paria fiant. A uino & a cibis proxima atquē
in redormitioꝑe uana eſſe uiſa prope conuenit. Eſt autē ſomnus nihil aliud ꝗ animi in medium ſe ſe receſ
ſus. Præter hominē ſomniare equos. canes: boues: pecoras: capras: palam eſt. Ob hoc creditur & ī omni
bus: quæ animal pariunt De iis quæ oua gignunt incertum eſt. Sed dormire ea certum. Verum & ad in
ſecta tranſeamus. Hæc nanq; reſtant īmenſæ ſubtilitatis animalia.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HYSTORIAE LIBER. XI.

PROHEMIVM.

De inſectis animalibus: ut ſunt apes: formicæ: & huiuſmodi.

ESTANT IMMENSAE SVBTILITATIS ANIMALIA. QVAN
do aliqui ea neq; ſpirare: & ſine ſanguine eſſe etiam prodiderunt.

De inſectorum genere. Cap. i.

m Vlta hęc & multigena: terreſtriū uolucrūq; uita. Alia pēnata ut apel.
r Alia utroq; modo ut formicæ. Aliqua & pennis & pedibus carētia. Et
iure omnia inſecta appellata ab inciſuris: quæ nunc ceruicum loco: nunc pecto
rum atq; alui præcincta ſeparant membra tenui modo fiſtula cohærentia. Ali-
quibus uero non tota inciſura eas ambiente rugas ſed in aluo: aut ſuper tantum
imbricatis flexilium uertebris nuſquam alibi ſpectatiore naturæ rerū artificio.

De ſubtilitate naturæ. Cap. ii.

N magnis ſiquidem corporibus aut certe maioribus facilis officina ſequaci materia fuit. In hiſ
i uero tam paruis: atq; tam nullis: quæ ratio quātauis? tam inextricabilis perfectio. Vbi tot ſen
ſus collocauit in culice? Et ſunt alia dictu minora. Sed ubi uiſum in ea prætēdit? Vbi guſtatū
applicauit? ubi odoratum inſeruit? ubi uero truculentam illam & portione maximam uocem ingenera-
uit? Qua ſubtilitate pennas adnexuit? Prælungauit pedum crura? Diſpoſuit ieiunam caueam uti aluū?
Auidam ſanguinis & potiſſimum humani ſitim accendit? Telum uero perfodiendo tergori quo ſpicu-
lauit ingenio? Atq; ut in capaci cum cerni non poſſit exilitas: ita reciproca generauit arte: ut fodiēdo acu
minatum pariter ſorbendoq; fiſtuloſum eſſet. Quos teredini ad perforanda robora cum ſono teſte den-
tes affixit? potiſſimumq; e ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros: tauro
rūq; colla: & truces in ſublime iactus: tigrium: Rapinas: leonū iubas: cū rerum natura nuſquā magis ꝗ
in minimis tota ſit. Quapropter quæſo ne noſtra legentes (quoniam ex iis ſpernuntur multa) etiam re-
lata faſtidio dānent: cum in contēplatione naturæ nihil poſſit uideri ſuperuacuum.

Vtrum ſpirent: an habeant ſanguinem. Cap. iii.

Nſecta multi negarunt ſpirare id ratione perſuadentes: quoniā uiſceri interiori nexus ſpirabi-
i lis nō ineſſet. Itaq; uiuere ut fruges: arboreſq;. Sed plurimū intereſſe ſpiret aliquid an uiuat. Ea
dem de cā nec ſanguinē iis eſſe: qui ſit nullius carētibus corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea qui
bus pulmo deſit. Vnde numeroſa quæſtionū ſeries exoriť. Idem enim & uocem eſſe iis negant in tanto
murmure apum: cicadaꝝ ſono & aliis quæ ſuis æſtimabūtur locis. Nam mihi contuēti ſemp ſuaſit rerū
natura nihil incredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magis non poſſint trahere aīam talia & uiuere: ꝗ
ſpirare ſine uiſceribus. Quod etiā in marinis docuimus: quāuis arcēte ſpiritū denſitate & altitudine hu-
moris. Volare quidē aliqua & aīatu carere in ipſo ſpiritu uiuētia. Habere ſeaſum uictus generatiōis atq;
operis & de futuro etiā curā. Et quāuis nō ſint mēbra: quæ uelut carinas ſenſus inuehant: eē tamen iis au
ditū: olfactū: guſtatum: eximia prarerea naturæ dona: ſolertiā: aīum: artē: quis facile crediderit? Sangui
nē nō eſſe iis fateor: ſicut ne terreſtribus quidē cunctis uerum ſimile quiddā: ut ſæpiæ in mari ſanguinis
uires attramentum optineat: purpuraꝝ generi infector ille ſuccus. ſic inſectis quiſquis eſt uitalis humor Vices
hic erit ſanguinis loco. Sed exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Nobis propoſitum eſt naturas rerum manifeſtas in
dicare: non cauſas iudicare dubias. De corpore eorum. Cap. iiii.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 176 sur 536

Nſecta ut intelligi poſſit:non uidentur neruos habere:nec oſſa:nec ſpinas : nec carthilaginẽ:
i nec pinguia:nec carnes:nec cruſtam quidem fragilem:ut quædam maria:nec iure dicetur cu-
tis:ſed mediæ cuiuſdã inter oĩa hæc naturæ corpus arenti ſimile neruo mollius:in reliquis par
tibus ſiccius uerius q̃ durius.Et hoc ſolum iis eſt:nec præterea aliud:Nihil intus niſi admodum paucis
inteſtinum implicatũ.Itaq; diuulſis præcipua uicacitas:& partiũ ſingularũ palpitatio . Quia quæcunq;
eſt ratio uitalis:illa nõ certis ineſt mẽbris:ſed toto in corpore:minime tamen capite. Solũq; nõ mouetur
niſi cum paſtore auulſum.In nullo genere plures ſunt pedes.Et quibus ex iis plurimi: diutius uiuunt di
uulſa:ut in ſcolopendris uidemus.Habent aũt oculos:præterq; ſenſus tactum & guſtatũ aliqua:&odo
ratum:pauca & auditum. De apibus. Cap.v.

Ed inter oĩa principatus apibus & iure præcipua admiratio.Solis ex eo genere hoĩum cã geni
ſ tis.Mella cõtrahunt ſuccũq; dulciſſimũ atq; ſubtiliſſimũ ac ſaluberrimum.Fauos cõfingũt &
ceras.Illę ad uſus uitæ laborẽ tolerant.Opera cõficiunt.Rẽpublicã habent:conſilia priuatim
ac duces gregatim:& quod maxime mirꝝ ſit mores habẽt.Præterea cũ ſint neq; mãſueti generis neq; feri:
tamen tãta eſt natura reꝝ:ut prope ex umbra minimi animalis incõparabile effecerit quiddã.Quos effi
caciæ induſtriæq; tantæ cõparemus neruos?quas uires?quos ratione mediusfidius uiros?Hoc certe præ
ſtantioribus quo nihil nouere niſi cõmune.Non ſit de anima quæſtio.Conſtet & de ſanguine: quantulũ
tamen eſſe in tantulis poteſt.Aeſtimemus poſtea ingenium.

Qui ordo naturæ in eis. Cap.vi.

Yeme conduntur.Vnde enim ad pruinas niueſq; & aquilonum flatus perferẽdos uires? Sa-
h ne & inſecta oĩa:ſed minus diu quæ parietibus noſtris occultata naturæ tepeſiũt. Circa apes
aut tẽpoꝝ locorũue rõ mutata eſt:aut errauerunt priores.Cõdunt a uergiliaꝝ occaſu:ſed la-
tent ultra exortum.Adeo non ad ueris initium:ut dixere:nec ut quiſq; in italia de alueis exiſtimat. Ante
fabas florẽtes nõ exeunt ad opera & labores:nulluſq;(cũ per cælum licuit)ocio perit dies.Primum itaq;
fauos conſtruũt:cerã fingunt:hoc eſt domos cellaſq; faciunt.Deinde ſobolẽ:poſtea mella:cerã ex flori
bus.Melliginẽ a lachrymis arboꝝ quæ glutinum pariunt:ſalicis: ulmi:arundinis:ſucco:gummi:reſina.
Iis primum alueum ipſum intus totum: ut quodam tectorio illinunt:& aliis amarioribus ſuccis contra
aliarum beſtiolarum auiditates.Id ſe facturas conſciæ:quod concupiſci poſſit.Iis deinde fores quoq; la-
tiores circunſtruunt. De uocabulis operis. Cap.vii.

Comoſin Rima fundamenta operis metyn uocant periti:ſecunda piſſocæron:tertia propolin. Inter co
Nigra p ria ceraſq; magni ad medicamina uſus.Mitys cruſta eſt prima ſaporis amari. Piſſocæros ſup
cẽ uenit picantiũ modo ceu dilutior.Ceræ initium populorũq; emitiore gũmi Propolis craſ-
ſioris iã materiæ additis floribus nundũ tamen cera:ſed fauoꝝ ſtabilimentũ qua oẽs frigoris aut iniuriæ
aditus obſtruunt:odore etiãnum graui:ut qua pleriq; pro galbano utant.Præter hæc conuchet.Eritha
ce:quã alii ſandaracã:alii cerinthũ uocant.Hic erit apud dum operãtur cibus:qui ſæpe inueniť in fauoꝝ
inanitatibus ſepoſitus:& ipſe amaris ſaporis:ſed plenus humoris cibus.Gignitur autẽ rore uerno: & ar-
borum ſucco:gũmi modo:africi minor:auſtri flatu nigrior:aquilonibus melior:& rubẽs. Plurimum in
græcis nucibus Menecrates florem ait eſſe futuræ meſſis indicium:ſed nemo præter eum.

Ex quibus floribus opera f ant. Cap.viii.

Acras ex oĩum arborum ſatorũq; floribꝰ cõfingunt:excepta rumice & chenopode.Hærbarum
c hæc genera.Falſo excipiť ſpartũ.Quippe cũ hiſpania multa in ſpartariis mella harbã eam ſa-
piunt.Falſo & oleas excipi arbitror.Quippe oliuæ prouentu plurima examina gigni certum ẽ
Fructibus nullis noceť.Mortuis ne floribus quidẽ nõ mõ corporibus inſidunt. Operãtur itra.lx.paſſus
Et ſubide cõſumptis in ꝓxio floribus ſpeculatores ad pabula ulteriora mittunt.Noctu deprehenſæ i ex
peditione excubãt ſupinæ:ut alas a rore protegant. De amatoribus earum. Cap.ix.

E quis mireť amore caꝝ captos Ariſtomachũ ſolenſem duo de ſexaginta annis nihil aliud egiſ
Philiſcum n ſe Hyliſcum uero thaſium in deſertis apes colentem Agrium cognominatum: qui ambo ſcri-
pſere de iis. Ratio operis. Cap.x.

Atio operis :interdiu ſtatio ad portas more caſtroꝝ.Noctu quies in matutinũ:donec una ex-
r citet oẽs gemino: aut triplici bõbo:ut buccino aliquo. Tunc uniuerſæ ꝓuolant:ſi dies mitis fu
turus eſt.Prædiuinãt.n.uentos hymbreſq;:& tũc ſe continẽt tectis.Itaq; tẽperie celi( hãc enim
inter præſcita habẽt )cũ agmen ad opa ꝓceſſit:aliæ flores aggerunt pedibus.aliæ aquã ore : guttaſq; la-
nagine totius corporis.Quaꝝ adoleſcẽtiores ad opa exeunt:& ſupradicta cõuehũt.Seniores intus ope-
rantur.Quæ flores cõportãt prioribꝰ pedibus fœmina onerãt:pp id natura ſcabra: pedes priores roſtro
totæq; onuſtæ remeãt ſarcina pãdatæ.Excipiunt eas ternæ:quaternæ exonerant.Sunt.n.intus quoq; offi
cia diuiſa.Aliæ ſtruunt.Aliæ poliũt.Aliæ ſuggerunt.Aliæ cibũ cõparant:ex eo quod allatũ eſt.Neq; enim
ſeperatim ueſcunť :ne inæqualitas opis aut cibi fiat & tpis.Struunt turſus ea orſa cõcameratiõe aluei tex
tumq; uelſuſq;

cũq; uel uſq; ad ſumma tecta deducunt: limitibus binis circa ſingulos actus: ut aliis intrent: aliis exeant. Arcus Faui ſuperiore parte affixi: & paululum ẽt lateribus ſimul hærẽt: & pendẽt una. Alueũ non contingunt: nũc obliqui: nunc rotũdi qualiter poſcit alueus: aliquãdo ex duoꝝ generum: cũ duo examina concordibus populis diſſimiles habuere ritus. Ruẽtes cæra fulciunt pilarũ inſtar interius a ſolo fornicatis: ut ſit aditus ad ſarciendũ. Primi fere tres uerſus inanes ſtruũt: ne prõptum ſit quod iuitet furantẽ. Nouiſſimi maxime ĩplent̃ melle: ideoq; auerſo alueo faui eximunt̃. Gerulæ ſecũdos flatus captant. Si cooriatur procella: apprehenſis peduſculo lapillis ſe librant. Quidã in humeros eũ imponi tradũt. Iuxta uero terram uolant in aduerſo flatu uepribus hebetato. Mira obſeruatio operis. Ceſſantium inertiam notãt: caſtigãt mox & puniunt morte. Mira munditia. Amoliuntur omnia e medio. nullæq; inter opera ſpurcitiæ iacent. Quin & excrementa operantium intus ne longius recedant unum congeſta in locum turbidis diebus & operis ocio egerunt. Cum aduesperaſcit in alueo ſtrepunt minus ac minus: donec una circũuolet eodem quo excitauit bombo: ceu quietem capere imperans. Et hoc caſtrorum more. Tunc repente oẽs conticeſunt. Domos primum plebeis exædificant: deinde regibus.

## De fucis. Cap. xi.

s I ſperatur largior prouentus: adiiciuntur contubernia & fucis. Hæ cellarum minime: ſed ipſi maiores apibus. Sunt aũt fuci ſine aculeo uelut imperfectæ apes: nouiſſimeq; a feſſis & iam emeritis inchoatæ: ſerotinus fœtus & quaſi ſeruitia uerarum apum. Quãobrem imperant iis: primoſq; in opera expellunt: tardantes ſine clæmentia puniunt. Neq; in opere tantũ: ſed in fœtu adiuuãt eas multum ad calorem cõferente turba. Certe quo maior eorum fuerit multitudo: eo maior fiet examinum prouẽtus. Cum mella cœperint matureſcere: abigunt eos. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidãt. Nec id genus niſi uere conſpicitur. Fucus ademptis alis in alueum traiectus ipſe cæteris adimit. Regias imperatoribus futuris in una parte aluei extruunt amplas: magnificas: ſeparatas: tuberculo eminẽtes. Quod ſi exprimatur non gignũtur ſoboles. Sexangulæ omnes cellæ: a ſingulorum ex pedum opere. Nihil horum ſtatuto tẽpore: ſed rapiunt dieb⁹ ſerenis munia. Et melle uno altero ue ad ſummũ die cellas replẽt.

## Quæ natura mellis. Cap. xii.

u Enit hoc ex aere: & maxime ſiderũ exortu: præcipueq; in ipſo ſyrio explendẽte fit: nec omnio prius uergiliaꝝ exortu ſublucanis tẽporibus. Itaq; cũ prima aurora folia arboꝝ melle roſcida inueniũtur. Atſi qui matutino ſub diuo fuere: unctas liquore ueſtes: capillũq; cõcretũ ſentiũt. Siue ille eſt cæli ſudor: ſiue quædã ſydeꝝ ſaliua: ſiue purgãtis ſe aeris ſuccus: ſiue aquæ eſt: & purus ac liquidus: & ſuæ naturæ: qualis defluit primo. Nunc uero e tanta cadens altitudine multũq; dum uenit ſordeſcens: & obuio terræ halitu infectus. Præterea a fronde ac pabulis potus: & ĩ utriculos congeſt⁹ apũ. Ore enim uomũt. Ad hæc ſucco floꝝ corruptus & alueis maceratus: totienſq; mutatus. Magnã tamen cæleſtis naturæ uoluptatem affert.

## Quæ optima mella. Cap. xiii.

i Bi optimus ſemp: ubi optimoꝝ doliolis floꝝ condit̃. Atticæ regiõis hic: & ſiculæ hymeto: & hybla ab locis: mox calline inſula. Eſt aũt initio mel: ut aqua: dilutũ: & primis diebus feruet: ut muſta: ſeq; purgat. Viceſimo die craſſeſcit. Mox obducit̃ tenui mẽbrana: q̃ feruoris ipſius ſpuma concreſcit. Sorbetur optimũ & minime fronde infeſtum: e quercus tillæ: arondinum foliis.

## Quæ genera mellis in ſingulis. Cap. xiiii.

s V mma quidem bonitatis natione conſtat (ut ſupradiximus) pluribus modis. Aliubi. n. faui cæra ſpectabiles gignũtur: ut in pelignis: ſicilia. Aliubi mellis copia: ut in creta: cypro: africa. Aliubi magnitudine: ut in ſeptẽtrionalibus: uiſo iam in germania octo pedum lõgitudinis fauo in caua parte nigro. In quocũq; tamẽ tractu terna ſunt mellis genera. Vernum ex floribus cõſtructo fauo: quod ideo uocat̃ anthinũ. Hoc quidã attingi uetant: ut largo alimẽto ualida exeat ſoboles. Alii ex nullo minus apibus relinquũt: quoniã magna ſequat̃ ubertas magnoꝝ ſyderũ exortu. Præterea ſolſtitio cũ thymis & uua florere incipiunt præcipua cellaꝝ materia. Eſt autẽ in eximendis fauis neceſſaria diſpẽſatio: quoniã inopia cibi deſperãt: moriũturq; aut effugiunt. Cõtra copia ignauiã affert. Maciẽ melle nõ erithace paſcũt. Qui aũt ſunt diligentiores ex hac uindemia duodecimã partẽ apibus relinquũt. Dies ſtatutus inchoãdi: ut quadam lege naturæ: ſi ſcire aut obſeruare homines uelint: triceſimus ab educto examine: fereq; maio menſe includitur hæc uindemia. Alteꝝ genus eſt mellis æſtiui: quod ideo uocatur horæum a tẽpeſtiuitate ꝓcipua ipſo ſyrio explẽdeſcẽte poſt ſolſtitiũ diebus. xxx. fere. Immẽſa circa hoc ſubtilitas naturæ mortalibus patefacta eſt: niſi fraus hoium cũcta pernicie corrũperet. Nãq; ab exortu ſyderis cuiuſcunq;: ſed nobilium maxime: aut cæleſtis arcus ſi non ſequantur hymbres: ſed ros tepeſcat ſolis radiis. Medicamẽta nõ mella gignuntur oculis: ulceribus interniſq; uiſceribus dona cæleſtia. Quod ſi ſeruet̃ hoc ſyrio exoriente: caſuq; congruat in eundẽ diem ut ſæpe Veneris: aut Iouis: Mercurii ue exortus non alia ſuauitas: uſuſq; mortalium malis a morte uocandis: q̃ diuini nectaris fiat.

## Quomodo probentur mella. Cap. xv.

El plenilunio uberius capitur:ſerena die pinguius. In omni melle qđ' pſe fluxit:ut muſtũ ole
m umq;:appellaturq; acœton:maxime laudabile eſt. Aeſtiuum oẽ rutilum:ut diebus cõfectum
ſiccioribus. Aptiſſimum in æſtimatione e thymo coloris aurei:ſaporis gratiſſimi:cum ſit pa-
lam doliolis pingue:marino e rore ſpiſſum. Quod cõcreſcit autem hoc minime laudat᷑. Thymoſum nõ
coit:& tactu prætenuia fila mittit. Quod primũ grauitatis argumentum eſt. Abrumpi ſtatim & reſilire
guttas : uilitatis inditium habetur. Sequens probatio:ut ſit odoratum:& ex dulce reglutinoſum perlu-
cidũ. Aeſtiua mellatione decimã partem thaſio Dionyſio apibus relinqui placet:ſi pleni fuerint aluei:Si
minus:pro rara portione:aut ſi inanes:omnino non attingi. Huic uindemiæ attici ſignum dedere initiũ
captificialem diem uulcano ſacrum.

De tertio genere mellis:& quomodo apes probentur. Cap.xvi.

Ertium genus mellis minime probatum ſilueſtre:quod ericæum uocant. Cõuehitur poſt pri
mos autũni hymbres cum erica ſola floret in ſiluis. Ob id harenoſo ſimile. Gignitur id maxie
arcturi exortu a pridie idus ſeptẽbris. Quidã æſtiuã mellationẽ ad arcturi exortum proferũt:
quoniã ad æquinoctiũ autũni ab eo ſuperſunt dies.xiiii.& ab æquinoctio ad uergiliaꝝ occaſum diebus.
Tetralicen xlviii. Plurima ſit erice.athenienſes tetradicẽ appellãt:euboea ſiſaꝝ:putantq; apibus eſſe gratiſſimã fortaſ-
Siſaram ſis:quia tunc nulla alia ſit copia. Hæc ergo mellatio ſine uindemiæ:& uergiliaꝝ occaſu:idibus nouẽbris
fere includit᷑. Relinqui ex ea duas partes apibus rõ perſuadet:& ſemp eas partes fauoꝝ: quæ habeant eri
thaeẽ. A bruma ad arcturi exortũ diebus.lx.ſomno alunt᷑ ſine ullo cibo. Ad arcturi exortũ ab æquino-
ctio uerno tepidiore tractu iam uigilant. Sed etiã tunc alueo ſe continẽt:ſeruatoſq; in id tẽpus cibos repe
tunt. In Italia uero hoc idẽ a uergiliaꝝ exortu faciunt:& in eum dormiunt. Alueos quidam in eximendo
melle expendunt:ita dirimẽtes quantũ relinqunt. Aeqtas etiam in eis obſtringitur feruntq; ſocietate frau
data alueos mori. In primis ꝓcipitur:ut lauti puriq; eximant mella. Furem & mulieꝝ menſes odere. Cũ
eximuntur mella apes abigi fumo utiliſſimũ:ne iraſcantur:aut ipſæ auidæ uorent. Fumo crebriore etiam
ignauia eaꝝ excitatur ad opera. Nam ubi incubauere fauos liuidos faciunt. Rurſus nimio fumo inficiun
tur:quarum iniuriam celerrime ſentiunt mella:uel minimo contactu roris aceſcentia. Et ob id inter gene
Emero- ra ſeruatur quod Acapnon uocant. Album mel nõ ſit quod bithymum eſt:ſed oculis & ulceribus aptiſ-
thymo eſt ſimum. Fœtus quo nã modo ꝓgenerarent:magna inter eruditos & ſubtilis quæſtio fuit. Apum.n.coit⁹
Ariſtoteliſ uiſus eſt nunq̃. Plures exiſtimauere oportere:confici floribus compoſitis apte atq; utiliter. Aliqui coitu
apportari unius:qui rex in quoq; appellat᷑ examine. Hunc eſſe ſolũ marẽ:præcipua magnitudine:ne fatiſcat. Ideo
fœtum ſine eo non edi:apeſq; reliquas tanq̃ marem fœminas comitari:non tanq̃ ducem. Quam proba-
bilem alias ſñiam fucoꝝ euentus coarguit. Quæ enim rõ ut idem coitus alios perfectos:imperfectos ge
neret alios? Propior uero prior exiſtimatio fieret:ni rurſus alia difficultas occurreret. Quippe naſcuntur
aliquando in extremis fauis apes grandiores quæ cæteras fugant. Oeſtrus uocatur hoc malũ : quo nam
modo naſcens:ſi ipſæ ſe fingunt? Quod certum eſt gallinaꝝ modo incubãt. Id quod excluſum eſt pri-
mum uirmiculus uidet᷑ candidus:iacens tranſuerſus:adhærenſq; ita:ut paſcere uideatur. Rex ſtatĩ mel-
lei coloris ut electo flore ex oĩ copia factus:neq; uermiculus:ſed ſtatim pẽniger. Cætera turba cũ formã
capere cœpit Nymphæ uocãtur:ut fuci ſirenes:atq; cephenes Si quis alterutris capita demat:priuſq̃ pẽ
nas habeant:pro gratiſſimo ſunt pabulo matribus. Tempore procedente inſtillant cibos: atq; incubant
tum maxime murmurantes caloris ut putant faciendi gratia neceſſarii excludendis pullis : donec ruptis
mẽbranis quæ ſingulos cingũt:ouoꝝ modo uniuerſum agmen emergat. Spectatum hoc romæ cõſula-
ris cuiuſdã ſuburbano alueis cornu laternæ trãſlucido factis. Fœtus intra.xlv.diẽ peragit᷑. Fit in fauis q-
buſdã qui uocat᷑ clerus amaræ duricia ceræ:cum fœtum inde nõ eduxere morbo aut ignauia:aut in fœ-
cunditate naturali. Hic eſt abortus apum. Protinus aũt educti operãtur quadã diſciplina cũ matribus.
Regẽq; iuuenẽ æqualis turba comitat᷑. Reges plures inchoãtur ne deſint. Poſtea ex eis ſoboles cũ adul-
Deterri- ta eẽ cœpit concordi ſuffragio teterrimos necant:ne diſtrahãt agmina. Duo ãt genera eoꝝ:melior niger
mos; uariuſq;. Omnibus forma ſemp egregia:& duplo q̃ cæteris maior: Pẽnæ breuiores:crura recta: igreſſus
Nigro ua celſior. In fronte macula quodã diademate candicans. Multum etiã nitore a uulgo differunt.
rius

Quæ regiminis ratio. Cap.xvii.

Væræt nunc aliquis unus ne Hercules fuerit:& quod Liberi patris ſepulchrũ? & reliqua uetu
q ſtatis ſitu obruta: Ecce in re parua uillíſq; noſtris annexa:cuius aſſidua copia eſt : non conſtat
inter auctores. Rex nullum ne ſolus habeat aculeũ maieſtate tantum armatus:an dederit cũ
quidẽ natura:ſed uſum eſſe tantũ negauerit. Illud cõſtat iperatorẽ aculeo nõ uti. Mira plebeii circa eum
obedientia:cũ procedit una eſt. Totum examen circa eũ cõglobatur:cingit:ꝓtegit:cerni nõ patitur. Re-
liquo tpe cũ populus in labore eſt:ipſe opera intus circuit ſimilis exhortãti:ſolus imunis. Circa eũ ſatel-
lites quidã lictoreſq; aſſidua cuſtodiẽtes auctoritate. Procedit foras nõ niſi migraturo examie. Id multo
intelligit᷑ antea liquor diebus murmure intus ſtrepente apparatus indicio diẽ tẽpeſtiuũ eligẽtiũ. Si quis
alam ei detruncent

alam ei detruncet: non fugiet examẽ. Cum ꝓceſſere ſe quæq; proximam illi cupit eſſe: & in officio conſpi
ci gaudet. Feſſum humeris ſubleuant. Validius fatigatum ex toto portãt. Si qua laſſatus deficit: aut for
te aberrauit: odore ꝑſequuntur. Vbicunq; ille conſedit: ibi cunctarũ caſtra ſunt. Tunc oſtenta faciũt pri
uata ac publica una dependente in domibus templis ue ſæpe expiata magnis euentibus. Sedere in ore in
fantis Platonis: tũc etiam ſuauitatem illam prædulcis eloqui portendẽtes. Sedere in caſtris ducis Druſi
imperatoris cum proſperrime pugnatum apud arbalonem eſt: haud quaq̃ perpetua aruſpicũ cõiectu-
ra qui dirã id oſtentũ exiſtimant. Sẽper duce prehẽſo totũ tenetur agmen. Amiſſo dilabitur: migrãtq; ad
alios. Eſſe utiq; ſine rege non poſſunt. Inuitæ autẽ interimunt eos cum plures fuere: potiuſq; naſcentium
domos diruunt. ſi prouentꝰ deſperatᷓ: tunc & fucos abigunt. Quãq̃ de iis uideo dubitari. ꝓpriumq; iis Diruunt
genus eſſe aliquos exiſtimare. Sicut furibꝰ grãdiſſimis īter illas: ſed nigris: lataq; aluo. Ita appellatis q̃a
furtim deuorent mella. Certum eſt ab apibus fucos interfici. Vtiq; regem non habent. Sed quõ ſine acu
leo naſcantur in quæſtione eſt. Humido uere melior fœtus: ſicco mel copioſius. Quod ſi defecerit alicu
ius aluei cibus: impetum in ꝓximas faciunt rapinæ ꝓpoſito. At illæ contra dirigunt aciem: & ſi cuſtos
adſit alterutra pars quẽ ſuis fauere ſentit non appetit eum. Et aliis quoq; ſæpe dimicant cauſis: eaſq; aci-
es contrarias duo imperatores inſtruunt. Maxima rixa: & inconuehendis floribus exorta: & ſuos qui-
buſq; euocãtibus. Quę dimicatio iniectu pulueris aut fumo tota diſcutitur. Reconciliantᷓ uero lacte uel
aqua mulſa.

De genere apum: & quæ inimica apibus. Cap. xviii.

Pes ſunt & ruſticæ ſilueſtreſq;: horridæ aſpectu: multo iracũdiores: ſed opere ac labore præſtã
a tes. Vrbanorum duo genera. Optimæ breues: uariæq;: & in rotunditatem cõpactiles. Deterio
res lõgæ: & quibus ſimilitudo ueſparũ: etiãnum deterrimæ ex iis piloſæ. In ponto ſunt quædam
albæ: quæ bis in mẽſe mella faciunt. Circa thermodõtẽ autẽ fluuium duo genera. Aliarũ quæ ĩ arboribꝰ
mellificant. Aliarum quæ ſub terra: triplici cærarũ ordine uberrimi ꝓuentus. Aculeũ apibus natura de-
dit uentri conſertum: ad unum ictum hoc ĩfixo. Quidam eas ſtatim emori putant. Aliq nõ niſi ĩ tãtum
adacto: ut inteſtinũ ſæpe aſſequatur. Sed fucos poſtea eſſe: nec mella facere uelut caſtratis uiribꝰ. Pari-
terq; & nocere & prodeſſe: dein deſinere. Eſt ĩ exẽplis equos ab iis occiſos. Odere fœdos odores: ꝓcul fu
giunt: ſed & infectos. Itaq; unguẽta redolentes ĩfeſtant. Ipſæ plurimorum aĩalium ĩiuriis obnoxię. Impu
gnãt eas naturæ eiuſdẽ degeneres ueſpæ atq; carbrones: & e culicum genere qui uocantᷓ muliones. Popu
lantᷓ hirũdines & quædã aliæ aues. Inſidiantᷓ aquãtibus ranæ: quæ maxima earum eſt opatio: tum cũ
ſobolẽ faciunt. Nec eæ tãtum quæ ſtagna riuoſq; obſidẽt: uerũ & rubetæ ueniunt ultro: ad repẽteſq; flori Foribus
bus optas ſufflant: ab hoc ſpatio ꝓuolant: cõfeſtimq; abripiuntᷓ. Nec ſentire ictus apum ranæ traduntᷓ.
Inimicæ & oues: difficile ſe a lanis earũ explicãtibus. Cancrorũ etiã odore ſi quis iuxta coquat exanimãtur
Quin & morbos ſuapte natura ſentiunt. Index eorũ triſticia torpens. Et cum ante fores ĩ teporẽ ſolis ꝓ-
motis aliæ cibos miniſtrant. Cum defunctas ꝓgerunt. Funerantiumq; more comitantᷓ exequias. Rege
hac peſte cõſumpto mœret plebs ignauo dolore. Non cibos cõuehunt. Non procedunt. Triſti tãtũ mur
mure glomerantᷓ circa corpus eius. Subtrahitᷓ itaq; deducta multitudine: alias ſpectantes exanimem lu
ctum non minuunt. Tunc quoq; ni ſubueniatᷓ: fame moriuntᷓ. Hylaritate igitᷓ & nitore ſanitas æſtimatᷓ.

De morbis apum. Cap. xix.

Vnt & opis morbi cum fauos nõ explent: cleron uocant: Idẽ blapſigoniam ſi fœtum non pera
f gãt. Inimica & echo eſt reſultanti ĩ ſono: q̃ pauidas alterno pulſat ictu: Inimica & nebula. Ara-
nei quoq; uel maxime hoſtiles cũ ꝑualuere ut intexant: enecãt alueos. Papilio etiam ignauus &
inhonoratus luminibus accenſis aduolans peſtifer: nec uno modo. Nã & ipſe cæras depaſcitur: & relin-
quit excrementa quibus teredines gignuntᷓ. Filis etiã araneus quacunq; inceſſerit alarũ maxime lanuginẽ
obtexit: Naſcuntᷓ & in ipſo ligno teredines quæ cæras ꝑcipue appetunt. Infeſtat & auiditas paſtus nimia
florum ſatietate uerno maxime tpe aluo cita. Oleo quidẽ nõ apes tantum: ſed oĩa inſecta exanimantur:
præcipue ſi capite uncto in ſole ponantᷓ. Aliquando & ipſe contrahunt mortis ſibi cãs: quũ ſenſere eximi
mella auide uorãtes. Cætero præparcæ: & quæ alioquin prodigas atq; edaces non ſecus ac pigras & igna
uas perturbent. Nocent & ſua mella ipſis illitæq; ab aduerſa parte moriuntur: tot hoſtibus: tot caſibus:
& quota portione eorum cõmemorata: tam munificum animal expoſitum eſt. Remedia dicemus ſuis
locis. Nunc enim ſermo de natura eſt.

De continendis apibus: & quomodo reparentur. Cap. xx.

Audent plauſu atq; tinnitu æris: eoq; conuocantur. Quo manifeſtum auditus quoq; ineſſe ſen
g ſum. Effecto opere: educto fœtu: functæ munere omni: exercitationẽ tum ſolẽnem habẽt. Spa-
tiatæq; in aperto: & in altũ datæ: gyris uolatu editis tum demum ad cibũ redeunt. Vita eis lõ-
giſſima: ut proſpere inimica ac fortuita cedant: ſeptenis annis uniuerſa. Alueos nunq̃ ultra. x. annos du
raſſe proditur. Sunt qui mortuas: ſi intra tectum hyeme ſeruentur: deinde ſole uerno torreãtur: ac ficul
neo cinere toto die foueãtur: putent reuiuiſcere. In totũ uero amiſſas repari uẽtribus bubulis recentibus



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 180 sur 536

eum ſino obrutis. Virgilius iuuencorum corpore exaīato: ſicut equorū ueſpas atq; crabrones: ſicut aſi-
norum ſcarabeos mutante natura ax aliis quædā in alia. Sed hoꝝ omniū coitus cernuntur. Et tamen in
fœtu eadē ꝑpe natura quæ apibus.

De ueſpis & crabronibus. Cap. xxi

Eſpæ in ſublimi e luto nidos faciunt & in iis ceras. Crabrones cauernis ac ſub terra. Et horum
u omnium ſexangulæ cellæ: cætera autem cortice & arenæ fœtus & ipſæ iæqualis ut barbarus: ali
us euolat & alius in eſt: alius in uermiculo. Et autūno non uerno oīa ea. Plenilunio maxime cre
ſcūt. Veſpæ quæ ichneumones uocantur ſunt autem minores q̄ aliæ unum unum genus ex araneis peri-
munt phalangium appellatum: & in nidos ſuos ferunt: deinde illinūt. Et ex iis incubādo ſuum genus ꝓ
creant. Præterea omnes carne ueſcunt̄ contraq̄ apes: quæ nullum corpus attingunt. Sed ueſpæ muſcas
grandiores uenantur: & amputato iis capite reliquū corpus auferunt. Crabronū ſilueſtres in arborū ca-
uernis degunt. Hyeme ut cętera inſecta conduntur. Vita bimatū non tranſit. Ictus eorum haud temere
ſine febri non eſt: Auctores ſunt ternouenis punctis interfici hoīem. Aliorū qui mitiores uidentur duo
genera. Opifices minores corpore: qui moriuntur. hyeme. Matres quæ biennio durant: ii & clementes.
Nidos uere faciunt fere quadrifores: in quibus opifices generentur. Iis educatis alios deinde nidos maio
res fingunt in quibus matres futuras producant. Iam tunc opifices funguntur munere: & paſcūt eas. La
tior matrum ſpecies: dubiūq; an habeant aculeos quia non egrediunt̄. Et his ſunt ſui fuci. Quidam opi-
nantur omnibus his ad hyemē decidere aculeos. Nec crabronum autem nec ueſpaꝝ generi reges aut exa
mina. ſubinde renouatur multitudo ſobole.

De bombycibus: & bōbyli: & necydalo: & quis primus bombicinā ueſtem inuenerit. Cap. xxii.

Vartū inter hæc genus eſt bombicū in aſſyria proueniēs magis q̄ ſupradicta. Nidos luto fin
q gunt ſalis ſpecie applicatos lapidi: tanta duritia: ut ſpiculis perforari uix poſſint. In iis & cæte-
ras largius q̄ apes faciunt: deinde maiorē uermiculū. Et alia hoꝝ origo e grandiore uermicu-
lo: gemina ꝓtendens ſui generis cornua. Hi erucæ ſunt. Fit deinde quod uocat̄ bombylis: ex ea necyda-
lus. Ex hoc in ſex menſibus bombices. Telas araneoꝝ modo texunt ad ueſtē uſumq; fœminaꝝ: quæ bō-
bicina appellat̄. Prima eas retorqueri: rurſuſq; texere inuenit in Coo mulier Pamphile Plātis filia nō frau
danda gloria excogitatæ rationis: ut denudet fœminam ueſtis bombicina.

De bombice coa. Cap. xxiii.

T in coinſula naſci traduntur cupreſſi: terebinthi: fraxini. Quercus florē hymbrib⁹ decuſſum
e terræ halitu animante. Fieri aūt prio papiliones paruos nudoſq;. Mox frigoꝝ impatiētia uillis
inhorreſcere: & aduerſus hyemē tunicas ſibi inſtaurare denſas: pedū aſperitate redente folioꝝ
lanuginē in uellera. Hāc ab his quoq; cogi ſubigiq; unguiū carminatiōe. Mox trahi inter ramos tenuari
ceu pectine. Poſtea apprehēſam corpi inuolui nido uolubili. Tūc ab hoīe tolli: fictilibuſq; uaſis tepore&
furfurū eſca nutriri. Atq; ita ſubnaſci ſui generis plumas: quibus ueſtitos ad alia penſa dimitti. Quæ ue
ro capta ſit lanificia humore lāteſcere more ceræ: mox in fila tenuari iunceo fuſo. Nec puduit has ueſtes
etiam uiros leuitate uſurpare propter onera æſtiua in tantū a lorica gerēda diſceſſere mores: ut oneri ſint
etiam ueſtes. Aſſyria tamen bombice adhuc fœminis cedimus.

De araneis: & generatione eorum. Cap. xxiiii.

Raneoꝝ his nō abſurde iungat̄ natura: digna uel præcipue admiratiōe. Plura āt hoꝝ ſunt ge-
a nera: nec dictu neceſſaria in tāta notitia. Phalāgia ex iis appellātur: quoꝝ noxii morſus: corp⁹
Aſſultim exiguū: uarium: acuminatū: adſaltū ingredientium. Altera eoꝝ ſpecies nigri prioribus cruri-
bus longiſſimis. Oībus internodia terna in cruribus Lupoꝝ noīe. Minimi nō texunt: Maiores ī terra ca
uernaꝝ exigua ueſtibula præpandunt. Tertiū eorundē genus erudita opatione cōſpicuū. Ordit̄ telas: tā
tiq; operis materiæ uterus eius ſufficit: ſiue ita corrupta alui natura ſtatuto tpe (ut Democrito placet) ſi
ue eſt intus quædā lanigera fertilitas: tam moderato ungue: tam tereti filo: & tam æquali deducit ſtami
na ipſo ſe pondere uſus. Texere a medio incipit circinato orbe ſub tegmina adnectēs maculaſq; paribus
ſemper interuallis: ſed ſubinde creſcentibus ex anguſto dilatans indiſſolubili nodo implicat. Quāta arte
Cribrata celant pedicas ſcutulato rete ad capiendas muſcas circa graſſantes? q̄ non ad hoc uidetur pertinere cre-
pexitas bra tapexitas telæ: & quadam politura artis ipſa per ſe tenax ratio textrinæ? q̄ laxus afflatus ad nō reſpu-
enda quæ ueniant? ſinus derelicto laxo prætenti ſumma parte: ut arbitrari liceat illa quæ difficile cernun
tur. atque ut in plagis lineæ offenſę præcipitantur in ſinum. Specus ipſæ qua concameratæ architectura?
& contra frigora quanto uilloſior? q̄ remotus a medio: aliudq; agenti ſimilis: iclusus uero ſic: ut ſit: nec
ne intus aliquis cerni nō poſſit. Age firmitas quanta irrūpentibus uentis: qua puluerum mole degrauan
te. Latitudo telæ ſæpe inter duas arbores: cum exercet artem & dixit texere. Longitudo fili a culmine: ac
rurſus a terra per illud ipſum uelut reciprocatio: ſubitq; pariter ac fila deducit. Cum uero captura inci-
dit q̄ uigilans & paratus ad curſum. Licet extrema hæreat plaga ſemper in mediū currit: ex quo ſic maxi
me totū concutiēdo iplicet. Sciſſa protinus reficit ad politurā ſartiens. Nāq; & lacertarū catulos uenan-
tur. Hos

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 181 sur 536

tur. Hos primum tela inuoluentes: & tunc demũ labra utraq; morſu apprehendẽtes amphitheatrali ſpe
ctaculo cum cõtingit. Sunt & ex eo auguria. Quippe incremento amniũ futuro telas ſuas altius tollũt.
Iidem ſereno non texunt: nubilo texũt. Ideoq; multæ araneæ hymbrium ſigna ſunt. Fœminã putant eſſe
quæ texat: marem qui uenat̃. Ita paria fieri merita. Coniugio aranei conueniũt clunibus. Pariunt uermi-
culos ouis ſimiles. Nã nec differri horum genitura põt: quoniã inſectorum uix ulla alia narratio eſt. Pariunt
aũt oua ea in telas expanſa: quia ſaliunt: atq; ita emittunt. Phalangius tantũ in ipſo ſpecu icubat magno
numero. Qui ut emerſerit matrẽ conſumit: ſæpe & patrẽ. Adiuuat .n. incubare. Pariunt aũt trecẽtos. Cæ Incubatu
teræ pauciores. Et incubant triduo. Conſumantur aranei quater ſeptenis diebus.

De ſcorpionibus. Cap. xxv.

s Imiliter his & ſcorpiões terreſtres: uermiculos ouorum ſpecie pariũt: ſimiliterq; perimũt. Peſtis
iportuna ueneni ſerpentium: niſi quod grauiore ſupplicio lenta per triduũ morte conficiunt.
Virginibus lœtali ſemper ictu: & fœminis fere in totum. Viris aũt in matutino exeuntes ca-
uis priuſq; aliquo fortuito ictu ieiunum egerant uenenũ. Semper cauda in ictu eſt: nulloq; momẽto me
ditari ceſſat: nequando deſit occaſioni. Ferit obliquo ictu & inflexu. Venenum ab iis candidum fundi.
Apollodorus auctor eſt in nouẽ genera deſcriptis per colores maxime ſuperuacuos: quoniã nõ ẽ ſcire
quos minime exitiales prædixerit. Geminos quibuſdam aculeos eſſe: mareſq; ſæuiſſimos. Nam coitũ iis
tribuit. Intelligi autẽ gracilitate & longitudine. Venenũ oĩbus medio die cum incanduere ſolis ardoribus
Itemq; cum ſitiunt inexplebiles potu conſtat & ſeptena caudæ internodia ſæuiora eſſe. Pluribus .n. ſena
ſunt. Hoc malum africæ uolucræ etiã auſtri faciunt: pandẽtibus brachia ut remigia ſubleuantes. Appol
lodorus idẽ plane quibuſdã ineſſe pennas tradit. Sæpe pſylli q; reliquarum uenena terrarum inuehentes quæ
ſtus ſui cã peregrinis malis ipleuere italiã. Hos quoq; iportare conati ſunt. Sed uiuere itra ſiculi cæli regio
nẽ non potuere. Viſunt̃ tamen aliquando in italia: ſed inocui: multiſq; aliis in locis: ut circa farum ægy-
pto. In ſcythia interimunt etiã ſues: alioquin uiuaciores cõtra uenena talia. Nigras qdẽ celerius ſi i acuã
ſe immerſerint. Hoĩ icto putat̃ eẽ remedio ipſorum cinis potus in uino: aut oleo merſus. Magnã aduerſita
tẽ cũ ſtellionibus putant eſſe: innocuos dũtaxat iis: qui & ipſi carent ſanguine lacertarum figura. Atq; ſcor
piones i totũ nulli nocere: quibus nõ ſit ſanguis. Quidã & ab ipſis fœtum deuorari arbitrant̃. Vnũ mõ
relinqui ſolertiſſimũ: & quiſe ipſius matris clunibus imponendo tutus & a cauda & a morſu loco fiat.
Hunc eſſe reliquorum ultorem: qui poſtremo genitores conficiat ſuperne. pariuntur autem undeni.

De ſtellionibus. Cap. xxvi.

c Hameleonum ſtelliones quodãmodo naturã habẽt: rore tñ uiuentes: præterq; araneis. Simi
lis cicadis uita: quarum duo genera. Minores quæ primæ proueniunt: quæq; ſunt mutæ: & nouiſ
ſime pereunt. Sunt autem multæ. ſequens uolatu rara. Quæ canunt uocant̃ achetæ: & quæ mi
nores ex iis ſunt. Tettigoniæ. Sed illæ magis canore. Mares cantant in utroq; genere. Fœminæ ſilẽt. Gen
tes ueſcuntur iis ad orientem: etiam parthiopibus abundantibus. Ante coitum mares præferũt: a coitu
fœminas: ouis earũ corruptis quæ ſunt cãdida. Coitus ſupinis. Aſperitas præacuta in dorſo: qua excauãt
fœturæ locũ i terra. Fit primo uermiculus. Dein ex eo quæ uocat̃ tettigometra: cuius cortice rupto circa
ſolſtitia euolent: noctu ſemper. Primũ nigræ atq; duræ. Vnũ hoc ex iis quæ uiuunt & ſine ore eſt. Pro eo
quiddã aculeatũ linguis ſimile. Et hoc in pectore: quo rorẽ lãbunt. Pectus ipſum fiſtuloſũ. Hoc canunt
achetæ ut diximus. De cætero i uentre nihil eſt. Excitatæ cũ ſubuolant humorẽ reddunt: quod ſolũ argu
mentũ eſt rore eaſdẽ ali. Iiſdem ſolis nullum ad excrementa corporis foramẽ. Oculis tam hebetes: ut ſi
quis digitũ cõtrahens ac remittẽs iis appropinquet: tranſeãt uelut i folia. Quidã duo alia genera faciũt
earum. Surculariam quæ ſit grandior: frumentariam quam alii auenariã uocant. Apparet enim ſimul
cum frumentis areſcentibus.

De cicadis. Cap. xxvii.

c Icadæ non naſcuntur in raritate arborum. Idcirco ſunt cyrenis circa oppidũ: nec in campis nec in
frigidis aut umbroſis nemoribus. Eſt quædam & iis locorum differentia. In mileſia regione pa
ucis ſũt locis. Sed i cephalenia amnis quidã penuriã earum & copiã dirimit. At in Rhegino agro
ſilent oẽs: Vltra flumen in locris canunt. Pennarium illis natura quæ apibus: ſed pro corpore amplior.

De pẽnis inſectorum: & ſcarabeis & reliquis ſcarabeorum generibus. Cap. xxviii.

i Nſectorum quædam binas gerũt pennas ut muſcæ: quædã quaternas ut apes. Mẽbranis ut cica
dæ uolant. Quaternas habent quæ aculeis in aluo armant̃. Nullũ cui tælum in ore: pluribus q̃
binis aduolat pennis. Illis enim ultionis cauſa datum: & his auiditatis. Nullis eorum pẽnæ reuiui
ſcunt auulſæ. Nullum cui aculeus in aluo bipenne eſt. Quibuſdam pennarũ tutelæ cruſta ſuperuenit ut
ſcarabeis. Quorũ tenuior fragiliorq; penna: iis negatus aculeus. Sed in quodã genere eorum grãdi cornua
prælonga biſulis dẽtata forcipibus in cacumine cũ libuit ad morſum coeũtibus. Infantũ remediis etiam
ex ceruice ſuſpendunt̃. Lucanos uocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus qui e fimo ingentis pilas
auerſi pedibus uolutant: paruoſq; in iis cõtra rigorẽ hyemis uermiculos fœtus ſui nidulant̃. Volitãt alii

Pyrolápi-des ariſto tel.

magno cum murmure aut mugitu. Alii focos & prata crebris foraminibus excauant nocturno ſtridore
uocales. Lucent ignium mō noctu lateꝝ & clunium colore lampyrides: nunc pēnaꝝ hiatu refulgentes:
nunc uero cōpreſſu obumbratæ non ante matura pabula aut poſt defecta cōſpicuæ. Ecōtrario tenebraꝝ
alumnæ blatæ uitā lucēq; fugiunt in balneis maxime humido uapore prognatæ. Fodiunt ex eodem ge-
nere rutuli atq; prægrandes ſcarabei tellurē aridā: fauoſq; paruæ & fiſtuloſæ modo ſpōgiæ medicato mel
le fingunt. In thraciæ partibus iuxta olinthū locus eſt paruus: in quo unū hoc aīal examinat̄: ob hoc can
tharolethrus appellatus. Pennæ inſectis oībus ſine ſciſſura: nulli cauda ſine ſcorpioni. Hic eorum ſolus:
& brachia habet: & in cauda ſpiculum. Reliquoꝝ quibuſdā aculeus ī ore ut aſilo: ſiue tabanū dici placet
Item culicibus & quibuſdā muſcis. Oībus āt his ī ore & pro lingua ſunt hi aculei. quibuſdā hebetes: neq;
ad punctū: ſed ad ſuctum: ut muſcaꝝ generi: in quo lingua euidens fiſtula eſt. Nec ſunt talibus dentes.
Aliis cornicula ante oculos prætendūtur ignauia ut papilionibus. Quædam inſecta carent pēnis: ut ſco
lopendræ. Inſectoꝝ pedes quibus ſunt in obliquum mouētur. Quorundā extremi longiores foris curuā
tur: ut locuſtis.

De locuſtis. Cap. xxix.

h Ac pariūt in terra demiſſo ſpinæ caule oua condēſa autūni tpe. Ea durāt hyeme ſub terra. Sub
ſequēti anno exitu ueris emittunt paruas nigrātes & ſine cruribus: pēniſq; reptātes. Itaq; uernis
aquis intereunt oua: ſicco uere maior ꝓuentus. Alii duplicē eaꝝ foetū: geminūq; exitum tradūt
Vergiliaꝝ exortu parere: deinde ad canis ortū obire: & alias renaſci. Quidā arcturi occaſu renaſci. Mori
matres cū pepererint certum eſt uermiculo ſtatim circa fauces īnaſcēte: qui eas ſtrangulat. Eodē tpe ma-
tes obeunt. Tam friuola ratione moriētes ſerpentē (cum libuit) necant ſingulæ faucibus eius apprehen-
ſis mordicus. Non naſcunt̄ niſi in planis & rimoſis locis. In india ternū pedum longitudinis eſſe tradun
tur: cruribus & femoribꝰ ſerraꝝ uſum præbētes cum maruerint. Eſt & alius eaꝝ obitus. Gregatim ſub-
latæ uento in maria aut ſtagna decidūt. Forte hoc caſuq; euenit nō ut priſci exiſtimauere: madefactis no
cturno humore alis. Iidem quippe noctibus non uolare eas ꝑ frigora tradiderunt. Ignari etiam longin
qua maria ab iis tranſiri continuata plurium dieꝝ profectione. Quod maxime miremur: famem quoq;
quam ꝑ externa pabula petiere: ſciunt īminere. Ac deaꝝ iræ peſtis ea intelligit̄. Nāq; & grandiores cer
nunt̄ & tanto uolant pennaꝝ ſtridore: ut aliæ alites credātur: ſolēq; obūbrent: ſolicite ſupectātibus po-
pulis: ne ſuas operiant terras. Sufficiunt quippe uires: & tanq̄ parum ſit maria tranſire: īmenſos perme-
ant tractus: diraq; meſſibus contegunt nube: multa contactu adurentes. Oīa uero morſu erodentes: &
fores quoq; tectoꝝ. Italiā ex africa magna cohorte īfeſtant: ſæpe populo ad ſibyllina coacto remedia cō
fugere inopiæ metu. In cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas: Primo oua obterendo: deīde fœ
tum: poſtremo adultas. Deſertoris pœna in eum qui ceſſauerit. Et in lemno inſula certa menſura ꝓfinita
eſt: quā ſinguli enecataꝝ ad magiſtratus referant. Gracculos quoq; ob id colunt aduerſo uolatu occurrē
tes earum exitio. Necari & in ſyria militari īperio coguntur. Tot orbis partibus uagatur id malum. Par-
this & hæ in cibo gratæ. Vox eaꝝ proficiſci ab occipitio uidetur. Eo loco ī cōmiſſura ſcapulaꝝ habere q̄ſi
dentes exiſtimant̄: eoſq; inter ſe terendo ſtridorem edere: circa duo æquinoctia maxime: ſicut cicadæ cir
ca ſolſtitium. Coitus locuſtarum qui & inſectorum omnium: quæ coeūt: marē portāte fœmina in eū fœ
minarū ultimo caudæ reflexo tardoq; digſeſſu. Minores autem in omni hoc genere fœminis mares.

De formicis noſtratibus. Cap. xxx.

p Lurima inſectoꝝ uermiculum gignūt. Nā & formicæ ſimilē ouis Vere: & hæ: ut apes cōican
tes laborē. Sed apes utiles faciunt cibos. Hæ cōdunt. At ſi quis cōparet onera corpibus eaꝝ:
fateat̄ nullis portione uires eſſe maiores. Gerunt ea morſu. Maiora auerſæ poſtremis pedibuſ
moliunt̄ humeris obnixæ. Et iis reipu. ratio: memoria: cura. Semina arroſa condūt: ne rurſus in fruges:
exeant e terra. Maiora ad introitū diuidunt. Madefacta hymbre ꝓferūt: atq; ſiccant. Operant̄ & noctu
plena luna. Eædem interlunio ceſſant. Iam in ope qui labor? quæ ſedulitas? Et quoniā ex diuerſo conue-
hunt altera alterius ignara: ut ſigna inuicem recognoſcant: certi dies ad recognitionē mutuā nūdinis dā
tur. Quæ tunc earū concurſatio? q̄ diligens. Cum obuiis quædam collocutio atq; percōtatio? Silices iti-
nere eaꝝ attritos uidemus: & in opere ſemitā factam: ne quis dubitet qualibet in re quid poſſit quātula-
cūq; ſedulitas. Sepeliunt̄ inter ſe uiuentiū ſolæ. præter hominem. Non ſunt in ſicilia pennatæ.

De Indicis. Cap. xxxi.

i Ndicæ formicæ cornua erythris in æde Herculis fixa miraculo fuere. Aurū ex cauernis egerūt
terræ in regiōe ſeptētrionaliū īdoꝝ: qui dardæ uocant̄. Ipſis color feliū. Magnitudo ægyptili-
poꝝ. Erutū hoc ab iis tpe hyberno indi furant̄ æſtiuo feruore: conditis ꝑ uaparē ī cuniculis
formicis: quæ tamen odore ſollicitatæ prouolant crebroq; lacerāt. q̄uis præ uelocibus camelis fugientes
Tanta pernicitas feritaſq; eſt cum amore auri.

De diuerſitate inſectorum. Cap. xxxii.

m Vlta aūt inſecta & aliter naſcuntur. Atq; aſilus in primis ex rore: Inſidet hic raphani ſilio pri-
mo uere; & ſpiſſatus ſole in magnitudinem milii cogit̄. Inde oritur uermiculus paruus: & tri-
duo mox.

duo mox eruca: quæ adiectis diebus creſcit immobilis duro cortice ad tactum mouetur aranei. Hæc eru Araneæ
ca quam chryſalidem appellant: rupto deinde cortice uolat papilio.

De animalibus in ligno & ex ligno naſcentibus. Cap. xxxiii.

Ic quædã ex hymbre generãtur in terra: quædã & in ligno. Nec enim & coſſi tãtum in eo: ſed
s etiã tabani ex eo naſcunť: & alia ubicunq; humor eſt nimius. Sic intra hoĩem tineæ tricenum
pedum: aliquãdo & pluriũ longitudine: iam in carne exanimi uiuentiũ quoq; hoĩum capillo.
Qua fœditate & ſylla dictator & Alcman ex clariſſimis græciæ poetis obiere. Hoc quidem & aues infe-
ſtat. Phaſianas uero interimit: niſi puluerantes ſeſe. Pilos habentium aſinum tantũ immunem hoc malo
credunt: & oues. Gignuntur autẽ ex ueſtis genere: præcipue lanicio interẽptaꝝ a lupis ouiũ. Aquas quoq;
quaſdam quibus lauamur fertiliores eius generis inuenio apud auctores. Quippe cum & ceræ hoc gi-
gnant: quod animalium minimũ exiſtimatur. Alia rurſus generantur ſordibus aridi ſoli: poſteriorũ cru
rum laſciuia petauri & auris. Alia puluere humido in cauernis uolucria. Petauriſtarum

De animali cui cibi exitus non eſt. Cap. xxxiiii.

St animal eiuſdem temporis infixo ſemp ſanguini capite uiuens: atq; ita intumeſcens: unum ani Turpitudinis
e malium cui cibi non ſit exitus: cũ nimia dehiſcit ſacietate alimento ipſo moriens. Nunq̃ in iumẽ
tis gignĩť: in bubus frequẽs: in canibus aliquando: in quibus oĩa. In ouibus & in capris hoc ſolũ
Aeque eſt mira ſanguinis & hirũdinum generi in paluſtri aqua ſitis. Nãq; & hæ toto capite conduntur.
eſt & uolucre canibus peculiare ſuum malum: aures maxime lancinans: quæ defendi morſu nõ queunt.

De tineis & culicibus & diuerſitate earum. Cap. xxxv.

Dem puluis in lanis & ueſte tineas creat: præcipue ſi araneus una includatť. Sitit. n. & omnem
i humorẽ abſorbens: ariditatẽ ampliat. Hoc & in chartis naſciť. Eſt eaꝝ genus tunicas ſuas tra-
hentium: quo cocleæ mõ. Sed hoꝝ pedes cernunť. Spoliatæ expirãt. Si accreuere faciunt chry
ſalidem. Ficarios culices caprificus generat. Cantharides uermiculi ficoꝝ & pyri: & peuces: & cynachan-
tæ: & roſæ. Venenum hoc remedia ſecũ habet. Alæ medenť. quibus demptis lœtale eſt. Rurſus alia ge-
nera culicum aceſcens natura gignit. Quippe cũ & in niue candidi repianť: & uetuſtiores uermiculi in
media quidẽ altitudine rutili. Nam & ipſa nix uetuſtate rubeſcit. Hirti pilis: grandiores torpenteſq;.

De pyrali ſiue pyrauſta. Cap. xxxvi.

Ignit aliqua & contrariũ natura elementum. Siquidẽ in cypri ærariis fornacibus ex medio igni
maioris muſcæ magnitudinis uolat pẽnarum quadrupes appellatur pyralis a quibuſdam py Pyrotus
rauſta. Quãdiu eſt in igne uiuit. Cum euaſit longiore pabulo uolatu tunc moritur. Hypanis
fluuius in põto circa ſolſtitium defert acinoꝝ effigie tenues mẽbranas: quibus erumpit uolucris quadru
pes ſupradictæ modo: nec ultra diẽ uiuit: unde hemerobion uocatť. Reliquis talium ab initio ad finẽ ſep
tenarii ſunt numeri. Culici & uermiculo terſepteni. Corpus parientibus quater ſepteni. Mutationes: & i
alias figuras tranſitus trinis aut quadrinis diebus. Cætera ex iis pẽnata autumno fere moriuntur. Taba-
ni quidem etiam cæcitate. Muſcis humore exanimatis: ſi cinere condantur redit uita.

Hyſtoria naturæ animalium per ſingula mẽbra. Cap. xxxvii.

Taq; nunc per ſingulas partes corporis præter iam dictas mẽbratim tractetur hiſtoria. Caput
i habẽt cuncta quæ ſanguinẽ. In capite paucis aĩalium niſi uolucrib9 apices: diuerſi quidem ge-
neris. Phœnici plumaꝝ ſerie medio eo exeunte alio. Pauonibus crinitis arbuſculis: Stympha-
lidæ cirro. Phaſianæ corniculis. Præterea parco. At quæ ab illo galerita appellata quondã: Poſtea galli- Paro
co uocabulo etiã legioni nomẽ dederat a lauda. Diximus & cui plicatilẽ criſtã dediſſet natura per mediũ
caput a roſtro reſidentẽ. Et fulicaꝝ generi dedit cirros: pico quoq; martio & grui balearicæ. Sed ſpectatiſ
ſimum inſigne gallinaceis corpore cõſerratum: nec carnẽ id eẽ: nec cartilaginẽ. nec callum iure dixerim9
uerum peculiare. Draconum. n. criſtas qui uiderit nõ repitur. Cornua multis quidẽ & aquatiliũ & mari-
norum: & ſerpẽtium uariis data ſunt modis. Sed quæ iure cornua intelligãtur quadrupedi tãtum generi
Actæonẽ. n. & Cippum etiam in latina hyſtoria fabuloſos reor. Nec alibi maior laſciuia naturæ luſit ani
malium armis. Sparſit hæc in ramis: ut ceruoꝝ. Aliis ſimplicia tribuit ut in eodẽ genere ſubulonibus ex
argumento dictis. Alioꝝ finxit in palmas: digytoſq; emiſit ex iis: unde platycerotas uocãt. Dedit ramo
ſa capreis: ſed parua: nec fecit decidua. Conuoluta in anfractum arietum generi: ceu ceſtus daret: infeſta
tauris. In hoc quidẽ genere & fœminis tribuit. In multis tantum maribus. Rupicapris in dorſum adun-
ca. Damis in aduerſum. Erecta ãt rugaꝝ ambitu contorta & in leue faſtigium exacuta: ut lyras diceres
ſtrepſicerotis: quẽ addacem africa appellat. Mobilia eadem: ut aures: phrygiæ armentis: Troglodytarũ:
in terrã directa: qua de cã obliqua ceruice paſcũtur: Aliis ſingula: & hæc medio capite: aut narib9 ut dixi
mus. Iã q; aliis ad incurſum robuſta: aliis ad ictũ: Aliis adunca. Aliis redunca: aliis ad iactũ pluꝛib9 mo
dis: ſupina: cõuerſa: cõnexa: oĩa in mucronẽ migrãtia. In quodã genere ꝑ manib9 ad ſcabendũ corp9. Co
chleis ad ꝑtẽtandũ iter. In corpe cornua hęc ſicut ceraſtis aliqñ & ſingula. Cochleis ſemp bina: & ut prętẽ

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 184 sur 536

danturtac reſiliant. Vrorum cornibus barbari ſeptẽtrionales potãt:urnaſq; binas capitis unius cornua
implent. Alii præfixa his pila cuſpidant: Apud nos in lamina ſecta tranſlucẽt:atq; etiam lumen incluſũ
latius fundunt: multaſq; alias ad delicias conferuntur: nunc tincta. nunc ſublita: nunc quæ ceroſtrota pi
cturæ genere dicuntur. Omnibus autem caua: & in mucrone demum concreta ſũt. Ceruis tantũ ſolida:
& omnibus annis decidua. Boũ attritis ungulis cornua ungendo aruina medent' a gricolæ. Adeo ſequax
natura eſt: ut in ipſis uiuentium corporibus feruenti cæra flectantur: atq; inciſa naſcentiũ in diuerſas par
tes torqueantur. ut ſingulis capitibus quaterna fiant. Tenuiora fœminis plurumq; ſunt ut ĩ pecore. Mul
tis ouium nulla: nec ceruarũ: nec quibus multifidi pedes: nec ſolidipedũ ulli: excepto aſino idico: q uno
armatus eſt cornu. Biſulcis bina tribuit. Nulli qui ſuperne primores habent dentes. Qui putant eos in
cornua abſumi facile coarguũtur ceruarum natura: quæ neq; dentes habent: ut neq; nares: nec tamẽ cor
nua. Cæterorũ oſſibus adhærent. Ceruorum tantum cutibus enaſcuntur: Capita piſcibus portione cor-
porum maxima: fortaſſis ut merga͂tur. Oſtrearum generi nulla: nec ſpongiis: nec aliis fere: quibus ſo-
lus ex ſenſibus tactus eſt. Quibuſdam indiſcretum caput eſt ut cancris. In capite cunctorũ animaliũ ho
mini plurimus pilus iam quidem promiſcue maribus ac fœminis. Apud intonſas utiq; gentes atq; etiã
nomina ex eo capillatis alpiũ incolis galliæ comatæ: ut tamen ſit aliqua in hoc terrarũ differentia. Quip
pe miconii carentes eo gignuntur: ſicut in cauno lienoſi. Et quædam aĩaliũ naturaliter caluent. ſicut ſtru
tiocameli & corui aquatici: quibus apud græcos nomen eſt inde. Defluuium eorum ĩn muliere rarum,
In ſpadonibus non uiſum. Nec in ullo ante ueneris uſum. Nec infra cerebrum: aut infra uerticẽ: aut cir-
ca tempora: atq; aures. Caluitium uni tantum aĩalium homini: præterq̃ inatum. Canicies homini tã-
tum & equis: ſed homini ſemper a priori parte capitis tum deinde ab auerſa. Vertices bini homini tantũ
Aliquibus capitis oſſa plana: tenuia. ſine medullis: ſerratis pectinatim ſtructa compagibus. Perfracta
non queunt ſolidari: Sed exempta modice non ſunt lœtalia inuicem eorum ſuccedente corporea cicatri
ce. Infirmiſſima eſſe urſis: duriſſima pſitacis ſuo diximus loco. Cerebrum omnia habent animalia: quæ
ſanginem. Aeque & in mari quæ mollia appellauimus: q̃uis careant ſanguine: ut polypi. Sed homo por
tione maximum & humidiſſimum: omniumq; uiſcerum frigidiſſimum: duabus ſupra ſubterq; mẽbra-
nis uelatum: quarum alterutram rumpi mortiferum ẽ. Cætero uiri q̃ fœmine maius. Hominibꝰ hoc ſi-
ne ſanguine: ſine uenis: & reliquis ſine pingui. Aliud eſſe q̃ medullam eruditi docent: quoniam coquen-
do dureſcat. Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua. Vni hominum in infantia palpitat: nec ro-
boratur ante primum ſermonis exordium. Hoc eſt uiſcerum excelſiſſimũ: proximumq; cælo capitis: ſi-
ne carne: ſine cruore: ſine ſordibus. Hic habet ſenſuum arcem. Huc uenarum oĩs a corde uis tendit. Hic
deſinit. Hic culmen altiſſimũ. Hic mẽtis eſt regimẽ. Oĩum aũt aĩaliũ in priora pronũ: quia & ſenſus an
te nos tendunt. Ab eo proficiſcitur ſomnus. Hic capitis nutatio. Quæ cerebrũ non habent non dormi-
unt. Ceruis in capite ineſſe uermiculi ſub linguæ inanitate & circa articulum qua caput iungit' humero
numero. xx. ꝓdunt'. Aures hoĩ tantum ĩmobiles. Ab iis Flaccorum cognomina. Nec in alia parte fœmi-
nis maius ĩpendiũ margaritis dependẽtibus. In oriente quidẽ & uiris aurum geſtare eo loci decꝰ exiſtimat'.
Animaliũ aliis maiores: aliis minores. Ceruis tãtũ ſciſſæ: aut uelut diuiſe. Soricibus piloſæ. Sed aliquæ
oĩbus aĩal dũtaxat generantibus: excepto uitulo marino atq; delphino & quæ cartilaginea appellauimꝰ
& uiperis. Hæ cauernas tantũ habent auriũ loco: præter cartilaginea & delphinũ: quẽ tamẽ audire ma-
nifeſtũ eſt. Nã & cãtu mulcent': & capiunt' attoniti ſono. Quo nã modo audiant: mirũ. Iidẽ nec olfatꝰ
ueſtigia habent: cum olfaciant ſagaciſſime. Pẽnatorum aĩaliũ buboni tantũ & oto plumæ uelut aures. Cæ
teris cauernæ ad auditum. Simili modo ſquamigeris atq; ſerpentibus. In equis & oĩum iumentorum gene
re indicia animi præferunt. Feſſis marcidæ. Nutãtes pauidis. Subrectæ furentibus, Reſolutæ ægris. Fa-
cies hoĩ tantũ: cæteris os aut roſtra. Frons & aliis. Sed hoĩ tantũ triſtitiæ: hylaritatis: clemẽtiæ: ſeuerita
tis index in aſſenſu eius. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: & in iis pars animi. Negamus
an annuimus: hæc maxime indicant. Faſtus ſupbia aliubi conceplaculũ: ſed hic ſedẽ habet. In corde na-
ſcitur: hic ſubit: hic pẽdet. Nihil altius ſimul abruptiuſq; inuenit in corpore ubi ſolitaria eſſet. Subiacent
oculi pars corporis p̃cioſiſſima: & q lucis uſu uitam diſtinguant a morte. Nõ oĩbus aĩalium hi. Oſtreis
nulli. Quibuſdã concharũ dubii. Pectines enim ſi quis digytos aduerſum hiãtes eos moueat: contrahũ
Solenes tur ut uidentes. Et olentes fugiunt admota ferramenta. Quadrupedũ talpis uiſus nõ eſt. Oculorũ effi-
gies ineſt: ſi quis prætentã detrahat membranã. Et inter aues ardeolarum genera: quos leucos uocãt altero
oculo carere tradunt. Optimi augurii cũ ad auſtrum uolãt ſeptẽtrionẽue. Solui enim pericula & metus
narrãt. Nigidius nec locuſtis nec cicadis eſſe dicit. Cochleis oculorum uicem cornicula bina prætentatu ad
ĩplent. Nec lũbricis ulli ſunt: uermiũue generi. Oculi homini tantum diuerſo colore: cæteris in ſuo cuiq̃
generi ſimiles. Et equorũ quibuſdã clauci: ſed in hoĩe numeroſiſſimæ diuerſitatis atq; differentiæ: grãdio
res: modici: parui: prominentes: quos hebetiores putant. Conditi quos clariſſime cernere: ſicut in colore
caprinos. Præterea alii contuent' longinqua. Alii niſi prope admota nõ cernunt. Multorum uiſus fulgore
ſolis conſtat nubilo

ſolis conſtat nubilo die nõ cernentium: nec poſt occaſum. Alii interdiu hebetiores: noctu præter cæteros cernũt. De geminis pupillis aut quibus noxii uiſus eſſent ſatis diximus. Tyberio Cæſari in tenebris clariores ipſi aliã q̃ genitoꝶ mortaliũ fuiſſe naturã: ut expergefactus noctu pauliſper: haud alio mõ q̃ luce clara contueret oĩa: paulatim tenebris ſeſe obducẽtibus. Diuo Auguſto equoꝶ mõ glauci fuere: ſupraq; hoĩem albicãtis magnitudinis. Quã ob cãm diligẽtius expectari eos iracunde ferebat. Claudio cæſari ab angulis candore carnoſo: ſanguineiſq; uenis ſubinde ſuffuſi. Caii principi rigentes. Neroni niſi cũ cõniueret ad prope admota hebetes. Viginti gladiatoꝶ paria in Caii principis ludo fuere: in iis duo oĩno qui cõtra cõminationẽ aliquã nõ continuerent: & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis eſt homini. Pleriſq; uero naturale: ut nictare non ceſſent: quos pauidiores accepimus. Oculos unicolores nulli cũ candore oĩbus mediuſculo differentes. Neq; ulla ex parte maiora indicia animi cũctis aĩalibus: ſed maxime hoĩ. i. moderationis: clementiæ: miſericordiæ: odii: amoris: triſticiæ: lætitiæ. Contuitu quoq; multiformes: truces: torui: flagrantes: graues: tranſuerſi: limi: ſummiſſi: blandi. Profecto in oculis aĩus inhabitat. Ardent incendũtur: humectant: cohibent. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cũ oſculamur aĩum ipſum uidemur attingere. Hinc fletus: & rigantes ora riui. Quis ille humor eſt in dolore tam fœcundus & paratus? Aut ubi reliquo tpe? Animo aũt uidemus. Animo cernimus. Oculi ceu uaſa quædam uiſibilẽ eius partem accipiunt: atq; tranſmittunt. Sic magna cogitatio obcæcat abducto intus uiſu. Sic in morbo comitiali aperti nihil cernunt aĩo caligante. Quin & patentibus dormiunt lepores: multiq; hoĩum quos corybantian græci dicunt. Tenuibus multiſq; membranis eos natura compoſuit: calloſis contra frigora caloreſq; in extremo tunicis: quas ſubinde purificant lachrymationum ſaliuis: lubricos propter incurſantia & mobiles. Media eorum cornea feneſtrauit pupilla: cuius anguſtiæ non ſinunt uagari in certam aciem: & uelut canali dirigunt: obiterq; incidẽtia facile declinant. Aliis nigra: aliis atra: aliis ruffa: aliis glauci coloris orbibus circundatis: ut habili mixtura accipiatur circũiecto candore lux: & tẽperato repercuſſu nõ obſtrepat: adeoq; iis abſoluta uis ſpeculi: ut tam parua illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea cauſa eſt: ut pleteq; alitum e manibus hominũ oculos potiſſimum appetant: q; effigiem ſuam in iis cernentes uelut ad cognata deſideria ſua tendunt. Veterina tantum quædam ad incræmenta lunæ morbos ſentiunt. Sed homo ſolus emiſſo humore cæcitate liberatur poſt uiceſimum annum multis reſtitut⁹ eſt uiſus. Quibuſdam ſtatim naſcentibus negatus nullo oculorum uitio. Multis repente ablatus ſimili modo nulla præcedente iniuria. Venam ab iis pertingere ad cerebrum peritiſſimi auctores tradunt. Ego ad ſtomachum crediderim. Certe nulli ſine redundatione eius eruitur oculus: morientibus illos operire: rurſuſq; in rogo patefacere quiritium magno ritu ſacrũ eſt. Ita more condito ut neq; ab hoĩe ſupremum eos ſpectari fas eſt: & cælo non oſtendi nefas. Vni aĩalium hoĩ deprauantur. Vnde cognomina Strabonum & Petoꝶ. Ab iiſdẽ qui altero lumine orbi naſcerẽtur: coclites uocantur. Quis parui utrinq; ocelli lucini iuriæ cognomen habuere. Nocturnoꝶ aĩalium ueluti felium in tenebris fulgent radiantq; oculi: ut contueri non ſit: & capræ lupoq; ſplendent: lucẽq; iaculãtur. Vitulo marino & hyene in mille colores tranſeunt ſubinde. Quin & in tenebris multoꝶ piſcium refulgent: ſicut aridi robuſtiq; caudices uetuſtate putreſq;. Non cõniuere diximus: quæ non obliquis oculis ſed circũacto capite cernerẽt. Chameleonis oculos circũagi totos tradunt. Cancri in obliquũ aſpiciunt. Cruſta fragili incluſis rigẽtes. Locuſtis ſquilliſq; magna ex parte ſub eodem munimento præduri eminẽt. Quoꝶ duri ſunt minus cernũt: q̃ quoꝶ humidi. Serpentium catulis & hirundinũ pullis ſi quis eruat: renaſci tradunt. Inſectoꝶ oĩum & quibus teſtacea operimenta oculi mouentur: ſicut quadrupedũ aures. Quibus fragilia operimẽta: iis oculi duri. Oĩa talia & piſces: & inſecta nõ habent genas: nec integunt oculos. Omnibus mẽbrana uitri modo tranſlucida oprẽditur. Palpebræ in genis homini utrinq;. Mulieribus etiã inſectæ quotidiano: tãta eſt decoris affectatio: ut tingãtur oculi quoq;. Alia de cã hoc natura dederat ceu uallũ quoddã uiſus & prominẽs munimentũ circa occurſantia animalia: aut alia fortuitu incidentia. Defluere eas haud immerito uenere abũdantibus tradũt. Ex cæteris nulli ſunt: niſi quibus & in reliquo corpore pili. Sed quadrupedi in ſuperioribus tantum genæ. Volucribus in inferiore. Et quibus molle tergus ut ſerpentibus. Et quadrupedibus quæ oua pariunt ut lacertæ. Struthiocamelus alitum ſola (ut hõ) utrinq; palpebras habet: nec genæ quidem omnibus: ideo neq; nictationes iis quæ animal generant. Grauiores alitum inferiore gena conniuẽt. Eædem nictantur ab angulis membrana obeunte. Colũbæ & ſimilia utraq; conniuent. Et quadrupedes quæ oua pariunt: ut teſtudines: crocodili inferiore tantum ſine ulla nictatione: propter præduros oculos. Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium uocauere: unde & ſupercilia. Hoc uulnere aliquo diductum non coaleſcit. In paucis humani corporis membris. Infra oculos malæ homini tantum: quas priſci genas uocabant. xii. tabularum interdicto radi a fœminis eas uetantes. Pudoris hæc ſedes. Ibi maxime oſtenditur rubor. Infra eas hylaritates riſumq; indicantes buccæ. Et altior homini tantum: quẽ noui mores ſubdola irriſione dicauere naſus. Nõ alii aĩalium nares eminent. Auibus: ſerpentib⁹: piſcibus foramina tantũ ad olfatus ſine naribus. Et hinc cognomina ſimoꝶ ſilonũ. Septimo menſe genitis

Cæterorũ

meditulio uel' medi⁹ color differens.

Bruna

ſæpenumero foramina aurium & nariũ defuere. Labra a quibus brochi labeones dicti: Et os ꝓbum du
rius ut animal generantibus. Pro iis cornea & acuta uolucribus roſtra. Eadem rapto uiuentibus adun-
ca. Collecto recta: herbas ruentibus limumq; redunca ut ſuum generi: Lata in uſum iumentis uice ma-
nus ad colligenda pabula. Ora apertiora laniatu uiuẽtibus. Mentum nulli præter hominem: nec malæ.
Maxillas crocrodilus tantũ ſuperriores mouet. Terreſtres quadrupedes eodẽ quo cæteræ more: præter
q̃ inobliquum. Dentiũ tria genera. Serrati: aut continui: aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes: ne cõtra
rio occurſu atterantur: ut ſerpentibus: piſcibus: canibus. Continui ut homini: equo. Exerti apro: hippo-
potamo: elephanto. Continuorum qui digerunt cibũ lati & acuti. Qui conficiunt: duplices. Qui diſcri-
minant eos canini appellantur. Hi ſunt ſerratis longiſſimi. Continui autẽ utraq; parte oris ſunt ut equo.
Aut ſuperiore primores non ſunt ut bubus: ouibus: omnibuſq; quæ ruminant. Capræ ſuperiores nõ ſunt
præter primores geminos. Nulli exerti quibus ſerrati. Raro fœminæ: & tamen ſine uſu. Itaq; cum apri
pcutiant: fœminæ ſues mordẽt. Nulli cui cornua exerti: ſed omnes ſui concaui. Cæteris dentes ſolidi. Pi-
ſcium omnibus ſerrati: præter ſcaꝝ. Huic uni aquatilium plani. Cætero multis eorũ in lingua & toto ore
ut turba uulnerum molliant: quæ attritu ſubrigere non queunt. Multis & in palato: atq; etiam ĩ cauda.
Præterea in os uergentes ne excidant cibi nullum habentibus retinẽdi ãminiculum. Similes aſpidi & ſer
pentibus: ſed duo in ſuperna parte dextera leuaq; longiſſimi tenui fiſtula perforati: ut ſcorpionum aculei
uenenum infundentes: non aliud hoc eſſe q̃ fel ſerpentium. Et idẽ uenis ſub ſpina ad os peruenire: & has
per uentrem deſcendere diligentiſſimi auctores ſcribunt. Quidam unum eſſe eum: & quia ſit aduncus:
reſupinari cum momorderit. Aliqui tunc decidere eum: rurſuſq; recreſcere facilẽ decuſſu: & ſine eo eſſe
quos tractari cernamus. Scorpionis caudæ ineſſe eum: & pleriſq; ternos: Viperæ dentes gingiuis cõdun
tur. Hæc eadem prægnans ueneno impreſſo dentium repulſu uirus fundit in morſus: Volucrum nulli
dentes præter ueſpertilionem. Cameli ſoli ex iis quæ non ſunt cornigera ĩ ſuperiori maxilla primores nõ
habent. Cornua habentium nulli ſerrati. Et cochleæ dentes habent: indicio eſt a minimis earum deroſas
uites. At in marinis cruſtata & cartilaginea priores habere. Item echinis quinos eſſe: unde intelligi potu
erit miror. Dentium uice aculei inſectis. Simile dentes ut homini. Elephanto intus ad mandẽdum quat
tuor: præterq; eos qui prominent. Maſculis reflexi: fœminis recti atq; proni. Muſculus marinus qui ba
lenam antecedit nullos habet. Sed pro iis ſetis ĩtus os hirtum: & linguam etiam appellatum. Terreſtriũ
minutis quadrupedibus primores bini utrinq; longiſſimi. Cæteris cum ipſis naſcuntur: Homini poſtq̃
natus eſt ſeptimo mẽſe. Reliquis ꝑpetui manẽt. Mutanẽ hoĩ: leoni: iumento: cani: & ruminantibus. Sed
leoni & cani non niſi canini appellari. Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Maxillares qui
ſunt a caninis nullum animal mutat. Homini nouiſſimi qui genuini uocãtur circiter uiceſimum annum
gignuntur: multis & octogeſimo. Fœminis quoq;: ſed quibus in iuuenta non fuere nati: decidere in ſene-
cta: & mox renaſci certum eſt. Zanclen ſamothracenum ciuem cui renati eſſent poſt centum & quattuor
annos Mucianus uiſum a ſe prodidit. Cætero maribus plures q̃ fœminis in homine: pecude: capriſue.

Paphii

Pertriuit

Timarchus Nicoclis filius Pappi duos ordines habuit maxillarum. Frater eius non mutauit primores:
ideoq; prætriuit. Eſt exemplum dentis homini: & in palato geniti. At canini amiſſi caſu aliquo: nunquã
renaſcuntur. Cæteris ſenecta rubeſcunt. Equo tantum candidiores fiunt. Aetas ueterinorũ dentibus idi-
catur. Equo ſunt numero .xl. Amittit triceſimo menſe primores utrinq; binos. Sequenti anno totidẽ ꝓ-
ximos: cũ ſubeunt dicti columellares. Quinto anno incipiente binos amittit: qui ſexto anno renaſcũtur.
Vii. oĩs habet & renatos & immutabiles. Equo caſtrato prius nõ decidunt dentes. Aſinoꝝ genus triceſi-
mo menſe ſimiliter amittit: deinde ſenis menſibus. Quod ſi nõ prius peperint: q̃ decidãt poſtremi: ſterili
tas certa. Bobus bis mutantur. Suibus decidũt nunq̃. Abſumpta hac obſeruatiõe ſenectus ĩ equis: & cæ

Bruncitate

teris ueterinis intelligitur dentium brochitate: ſupciliorꝝ canicie: & circa ea lacunis cum fere. xvi. annorũ
exiſtimantur. Hominum dentibus quoddã ineſt uirus. Namq; & ſpeculi nitorẽ ex aduerſo nudati hebe
tant: & columborum fœtus ĩplumes necant. Reliqua de iis in generatione hoĩm dicta ſunt. Erũpẽtibus
morbi corpora ĩfantia accipiunt. Reliqua aĩalia quæ ſerratos habent: ſæuiſſima dẽtibus. Linguæ nõ oĩb9
eodem modo. Tenuiſſima ſerpentibus & triſulca: uibrans: atri coloris: & ſi extrahas prælonga. Lacertis
bifida & piloſa. Vituliſq; marinis duplex. Sed ſupradictis capillamenti tenuitate. Cæteris ad circũlam-
bẽda ora. Piſcibus paulominus q̃ tota adhærens. Crocodilis tota. Sed in guſtatu linguæ uice carnoſum
aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis oĩbuſq; generis eius etiã felibus ĩbricatæ aſperitatis: & limæ ſi-
milis: attenuãſq; lambendo cutem hoĩs. Quæ cauſa etiã manſuefacta ubi ad uicinum ſanguinẽ peruenit
ſaliua: inuitat ad rabiem. De purpurarũ linguis diximus. Ranis prima cohæret. Intima abſoluta a gut-

Ololyzon
tes

ture qua uocẽ mittunt. Mares tum uocanẽ ololygones ſtato id tpe euenit: cientibus ad coitũ fœminas.
Tum ſiquidẽ inferiore labro demiſſo ad libramentum modicæ aquæ receptæ in fauces palpitante ibi lin
gua ululatus elicitur. Tũc extẽti buccaꝝ ſinus perlucẽt. Oculi flagrãt labore ꝓpulſi. Quibus ĩ poſterio
re parte aculei: iis & dẽtes & lingua. Apibus etiam prælonga: eminens & cicadis. Quibus aculeus in ore

fiſtuloſus: iis nec

ſiſtuloſus:iis nec lingua nec dentes.Quibuſdã inſectis intus lingua:ut formicis. Cæterũ lata elephanto
præcipuæ.Reliquis in ſuo genere ſemper abſoluta.Homini tantum ita ſæpe conſtricta uenis:ut incidi
eas neceſſe ſit.Metellum pontificem adeo inexplanatæ fuiſſe accepimus:ut multis menſibus tortus cre-
datur:cum meditatur in dedicanda æde opiferæ dicere.Cæteris ſeptimo fere anno ſermonem exprimit.
Multis uero talis eius ars contigit:ut auiũ & animaliũ uocis indiſcrete edatur imitatio. Intellectus ſapo
rum eſt cæteris in prima lingua:hoĩ & in palato.Tonſillæ in hoĩe.In ſuæ glandulæ: quod inter eas uuæ
noĩe ultimo dependet palato hoĩ tantũ eſt.Sub ea minor lingua epigloſſis.Nulli oua generãtium.Ope
ra eius gemina duabus interpoſita fiſtulis.Interior earum appellatur arteria ad pulmonem atq; cor per-
tinens.Hanc operit in epulando:ſpiritu ac uoce illac meante: ne ſi potus cibuſue in alienũ deerauerit tra
mitẽ torqueat.Altera exterior eſt:appellatᷓ ſane gula:qua cibus atq; potus deuoratᷓ.Tendit hæc ad ſto-
machũ:is ad uentrẽ.Hanc per uices operit cũ ſpiritus tantũ aut uox cõmeat: ne reſtagnatio intẽpeſtiua
alui obſtrepat.Ex cartilagine & carne arteria:gula neruo & carne cõſtat.Ceruix nulli:niſi qbus uraq; hæc
Cæteris collum:quibus tantũ gulla.Sed quibus ceruix e multis uertebratiſq; orbiculatim oſſibus flexiliſ
ad circũſpectum:articulorꝫ nodis iungitur.Leoni tantũ & lupo & hyenæ: & ſingulis rectiſq; oſſibus ri-
gẽs.Cætero ſpinæ adnectitur. Spina lumbis:oſſea:ſed tereti ſtructura per media foramina a cerebro me
dulla deſcẽdente.Eandẽ eſſe ei naturam:quã cerebro colligunt:quoniã prætenui eius mẽbrana mõ inciſa
ſtatim expiretur.Quibus lõga crura:iis longa & colla.Itẽ aquaticis q̃uis breuia crura habentibus: ſimili
modo uncos ungues.Guttur hoĩ tantũ:& ſuibus intumeſcit:aquarꝫ:quæ potãtur: plærunq; uitio. Sũ-
mum gulæ fauces uocantᷓ:poſtremũ ſtomachus.Hoc noĩe eſt ſub arteria iã carnoſa inanitas adnexa ſpi
næ ad latitudinẽ ac longitudinẽ lagenæ mõ fuſa.Quibus fauces non ſunt:ne ſtomachus quidem eſt:nec
colla:nec guttur:ut piſcibus:& ora uẽtribus iunguntᷓ.Teſtudini marinæ lingua nulla:nec dentes: ſed ro
ſtri acie cõminuit oĩa.Poſtea arteria:& ſtomachus denticulatus callo in modũ rubi ad cõficiendos cibos
decreſcentibus crenis q̃cquid appropinquat uentri.Nouiſſima aſpitas:ut ſcobina fabri.Cor aĩalibus cæ-
teris in medio pectore eſt.Homini tantũ infra leuã papillam turbinato mucrone in priora eminens. Pi-
ſcibus ſolis ad os ſpectat.Hoc primũ naſcentibus formari in utero tradunt.Deinde cerebrũ:ſicut tardiſ-
ſime oculos.Sed hos primũ mori:cor nouiſſime.Huic pręcipuus calor.Palpitat certe:& quaſi alterum
mouetur animal.Intra præmolli firmoq; opertum mẽbranæ in uolucro:munitũ coſtarꝫ:& pectoris mu
ro:ut pateat præcipuã uitæ cãm & originẽ.Prima domicilia intra ſe aĩo & ſanguini præbet: ſinuoſo ſpe-
cu:& in magnis aĩalibus triplici:in nullo nõ gemino.Ibi mẽs habitat.Ex hoc fonte duæ grandes uenæ in
priora & terga diſcurrũt:ſparſaq; ramorꝫ ſerie per alias minores oĩbus mẽbris uitalem ſanguinẽ rigant.
Solum hoc uiſcerꝫ uitiis non maceratur:nec ſupplicia uitæ trahit:læſumq; mortẽ ilico affert.Cæteris cor
ruptis uitalitas in corde durat.Bruta exiſtimantᷓ aĩalium quibus durũ riget:audacia quibus paruũ ẽ: pa
uida quibus prægrãde.Maximũ aũt eſt pro portione muribus:lepori:aſino:ceruo:pantherę:muſtellis:
hyenis:& oĩbus timidis:aut pp metum maleficis.In paphlagonia bina perdicibus corda.In equorũ cor-
de & boum oſſa reperiũtur.interdũ augeri id per ſingulos annos in hoĩe: ad binas drachmas põderis ad
quinquageſimũ annũ accedere.Ab eo detrahi tantũdẽ:& ideo nõ uiuere hoĩem ultra centeſimũ annum
defectu cordis ægyptii exiſtimant.Quibus mos ẽ cadauera aſſeruare medicata.Hirto corde gigni quoſ-
dam hoĩes produnt:nec alios fortiores eſſe induſtria:ſicut Ariſtomenẽ meſſeniũ:qui.ccc.occidit lacedæ
monios.Ipſe conuulneratus & captus ſemel per cauernã:latomiarũ euaſit anguſtias:uulpiũ aditus ſecu
tus.Iterꝫ captus:ſopitis cuſtodibus ſomno:ad ignẽ aduolutus lora cũ corpore exuſſit.Tertio capto la-
cedæmonii pectus diſſecuere cauſa uidendi:hirſutũq; cor repertum eſt. In corde ſommo pinguitudo eſt
quædam lætis extis.Non ſemper hoc autem in parte extorꝫ habitum eſt.L.Poſthumio.Albino rege ſa-
crorꝫ poſt centeſimã uiceſimãtertiã olympiadem: cum rex Pyrrhus ex Italia diſceſſiſſet cor in extis aru M
ſpices aſpicere cœperunt.Cæſari dictatori quo die primũ ueſte purpurea ꝓceſſit:atq; in ſella aurea ĩſedit
ſacrificanti bis in extis defuit.Vnde quæſtio magna de diuinatione argumẽtantibus:potuerit ne ſine illo
uiſcere hoſtia uiuere? An ad tẽpus amiſerit? Negatur cremari poſſe in iis:qui cardiaco morbo obierit.Ne
gatur & ueneno interẽptis.Certe extat oratio Vitellii qua reũ Piſonem eius ſceleris coarguit:hoc uſus ar
gumento:palãq; teſtatus:nõ potuiſſe ob uenenũ cor Germanici Cæſaris cremari. Contra genere morbi
defenſus eſt Piſo.Sub eo pulmo eſt:ſpirãdiq; officina attrahẽs:ac reddens aĩam.idcirco ſpongioſus:ac fi
ſtulis inanibus cauus.Pauca cum(ut dictum eſt)habent aquatilia:ac cætera oua parientia exiguũ: ſpu-
moſum:nec ſanguineũ:ideo non ſitiunt.Eadem eſt cauſa quare ſub aqua diu ranæ & phocæ urinentur.
Teſtudo quoq; q̃uis prægrandẽ & ſub toto tegumento habeat:ſine ſanguine tamẽ habet.Quãto minor
hic corporibus:tanto uelocitas maior.Chameleoni portione maximus & nihil aliud intus.Iecur & dex-
tera in parte eſt.In eo quod caput extorũ uocant:magnæ uarietatis.M.Marcello circa mortẽ cũ periit.
Ab Hãnibale defuit in extis.Sequenti deinde die geminũ repertũ eſt. Defuit & Caio Mario cum imo-
laret uticæ.Itẽ Caio principi Calen.ianuariis cum iniret conſulatum:quo anno interfectus eſt. Claudio

ſucceſſori eius quo mēſe interemptus eſt ueneno. Diuo Aguſto ſpoleti ſacrificanti primo poteſtatis ſuæ
die ſex uictimarum iocinera replicata intrinſecus ab ima fibra repta ſunt. Reſpōſumq; duplicaturū ītra
annum imperium. Caput extorū triſtis oſtenti uiſum tū quoq; eſt: præterq̄ in ſolicitudine ac metu. Tūc
enim peremit curas. At bina iocinera leporibus circa brilletum & thermē: & in cherōneſo ad ꝓpontidem.
Mirūq; tranſlatis alio interit alterum. In eodem eſt etiā fel non oībus datū animalibus. In euboeæ chal-
cide nullum pecori. In naxo prægrande geminumq;: ut ꝓdigii loco utrinq; aduenæ. Equi: mulli: aſini:
cerui: capræ: apri: cameli: delphini non habent. Murium aliqui habent. Hominum paucis nō eſt: quoꝝ
ualitudo firmior & uita longior. Sunt qui equo non quidem in iecore eſſe ſed in aluo putent: & ceruo in
cauda aut inteſtinis. Ideo tantā habēt amaritudinē: ut a canibus nō attingātur. Eſt aūt nihil aliud q̄ pur-
gamētum peſſimi ſanguinis: & ideo in materia eius eſt. Certe iecur nulli eſt: niſi ſanguinē habētibus Ac
cipit hoc a corde cui iungitur: funditq; in uenas. Sed in felle nigro inſaniæ cā homini: morſq; toto reddi
to. Hinc & in mores crimen bilis nomine. Adeo magnum eſt in hac parte uirus: cū ſe fundit in animum.
Quin & toto corpore uagum colorem quoq; oculis aufert. Illud quidē redditum etiā ahenis. Nigreſcūt
q; contacta eo: ne quis miretur id uenenum eſſe ſerpentium. Carent eo: qui abſinthio ueſcuntur ī ponto.
Sed renibus ex parte tantum altera inteſtino iungitur: ut coruis: coturnicibus: phaſianis. Quibuſdam
inteſtino tantum ut columbis: accipitri: murenis. Paucis auium in pectore. Serpentibus portione maxie
copioſum: & piſcibus. Eſt autē pleriſq; toto inteſtino ſicut accipitri miluo. Præterea in pectore eſt & cæ
tis omnibus Vitulis quidē marinis ad multa quoq; nobile. Taurorum felle aureus ducitur color. Aruſ-
pices id Neptuno & humoris potentiæ dicauere. Geminūq; fuit Diuo Auguſto: quo die apud actiū ui-
cit. Muriū iecuſculis fibre ad numerum lunæ dieꝝ in mēſe cōgruere dicuntur: totidēq; & inueniri quo-
tum lumen eius ſit. Præterea bruma īcreſcere. Cuniculorum exta in betica gēmina ſæpe reperiunt̄. Ra-
narum rubetarum altera fibra a formicis nō attingitur ꝓpter uenenum: ut arbitrantur. Iecur maxime ue
tuſtatis patiens centenis durare annis obſidionū exēpla ꝓdidere. Exta ſerpentibus & lacertis longa. Ceci
næ uolaterrano dracones emicuiſſe de extis læto ꝓdigio tradit̄. Et ꝑfecto nihil incredibile ſit exiſtimā
tibus. Pyrrho regi quo die perit præciſa hoſtiarum capita repſiſſe ſanginem ſuū lābentia Exta homini ab
inferiore uiſeꝝ parte ſeperantur mēbranis quæ præcordia appellant: quia cordi prætendunt̄: quid græci
appellauerunt phrenas. Omnia quidē prīcipalia uiſſera menbranis propriis ac uelut uaginis īcluſit ꝓui
dens natura. In hac fuit & peculiaris cā uicinitas alui: ne cibis ſupprimeretur animus. Hinc certe refertur
accepta ſubtilitas mentis: ideo nulla ē ei caro: ſed neruoſa exilitas. In eadem præcipua hylaritatis ſedes:
quid titilatu maxime intelligit̄ aliarum: quas ſubit: non alibi tenuiore cute humana: ideo ſcabendi dul-
cedine culcedine ibi ꝓxima. Ob hoc in plœliis gladiatorumq; ſpectaculis mortē cū riſu traiecta ꝑcordia
attulerūt. Subeſt uēter ſtomachū habentibꝰ: cæteris ſimplex: ruminantibus geminus: ſangine carētibꝰ
nullus. Inteſtinus enim quibuſdā ab ore incipiens quadā uia eodē reflectitur: ut ſæpiæ & polypo. In ho
mine aduexus infimo ſtomacho ſimilis canino. His ſolis animaliū inferiore parte anguſtior. Itaq; & ſo
la uomunt: quia repleto ꝓpter anguſtias ſupprimitur cibus. Quod accidere non poteſt iis: quoꝝ ſpatio
ſa laxitas eū ad inferiora tranſmittit. Ab hoc uētriculo lactes in hoīe & oue ꝑ quas labit̄ cibus. In cæteris
ilæ a quibus capaciora inteſtina ad aluum. Hominiq; flexuoſiſſimis orbibus. Iccirco magis auidi ciboꝝ:
quibus ab aluo longius ſpatiū. Iidē minus ſolertes: quibus obeſiſſimus uenter. Aues quoq; geminos ſi
nus habent: Quædam unum quo merguntur recētia: ut gutt̄. Alteꝝ in quē ex eo dimittunt cōcoctiōe
maturata: ut galinę: palūbes: colūbæ: perdices. Cætera fere carēt eo: ſed gula patētiore utūt̄ ut gracchuli
corui: cornices. Quædā neutro modo. Sed uentrē ꝓximum habēt qbus prælonga colla & anguſta: ut
porphyrioni. Venter ſolidipedū aſper & durus. Terreſtriū aliis dēticulatæ aſperitatis: aliis cancellatim
mordacis. Quibus dentes utrinq;: nec ruminatio. Hic conficiuntur cibi. Hinc in aluū delabunt̄. Medio
hæc umbilico adnexa oībus. In hoīe ille īfima ꝑte ſimile ſuillo: a gręcis appellat̄ colon: ubi doloꝝ magna
cauſa eſt. Anguſtiſſima canibus. Qua de cā uehemēti niſu nec ſine cruciatu leuant eā. Inſatiabilia anima-
lium: quibus a uētre protinus recto inteſtino tranſeunt cibi: ut lupis ceruariis: & inter aues mergis. Ven
tres: & elephanto quattuor. Cætera ſuibus ſimilia. Pulmo quadruplo maior q̄ bubulo. Auibus uēter car
noſus calloſuſq; in uentre hirūdinum pullis lapilli candido aut rubēti concolore: qui chelidonii uocant̄:
magicis narrati artibus reperiuntur. Et in iuuencaꝝ ſecūdo uentre pilæ rotunditate nigricās tophus: nul
lo pōdere: ſingulare (ut putant) remediū ægre parientibus: ſi tellurem non attigerit. Ventriculi atq; inte
ſtina pingui ac tenui omento integūtur: præterq̄ oua gignētibus. Huic adnectit̄ lyen in ſiniſtra parte ad
uerſus iecur: cū quo locū aliquando permutat: ſed prodigioſe. Quidam eum putant ineſſe oua parienti-
bus. itē ſerpētibus admodum exiguum. ita certe apparet in teſtudine: & crocodillo: & lacertis: & ranis.
Aego cephalo aui nō eſſe conſtat: neq; iis quæ careant ſanguine. Peculiare curſus īpedimentū aliqñ in eo.
Quamobrē inurit̄ curſoꝝ laborantibus. Et per uulnus etiā exēpto uiuere aīalia tradunt. Sunt qui putēt
adimi riſum ſimul hoī. intēperantiāq; ioci cōſtare lyenis magnitudine. Aſiæ regio ſepſis appellat̄: in qua

minimos eſſe pecori tradunt:& inde ad lyenē inuenta remedia. At in briłeto & tharne quaterni renes cer
uis. Cōtra pēnatis ſquamoſiſq; nulli. Cætero ſummis adhærēt lumbis. Dexter oībus eſt latior:& minus
pinguis:ſicciorq;. Vtriq; āt pinguitudo e medio exit:pręterq̄ in uitulo marino. Aīalia in renibus pinguiſ
ſima. Oues quidē lœtaliter circū eos concreto pingui. Aliquando in eis inueniunt̄ lapilli. Renes habent
oīa quadrupedum quæ aīal generāt. Oua parientium teſtudo ſola:quæ & alia oīa uiſcera. Sed hō bubu-
lis ſimiles uelut e multis renibus cōpoſitos. Pectus hoc eſt oſſa præcordiis & uitalibus natura circunde
dit. At uentri quē neceſſe erat increſcere ademit. Nulli aīalium circa uentrē oſſa. Pectus hōi tantum latū
reliquis carinatū:uolucribus magis:& inter eas aquaticis maxime. Coſtæ hōi tātum octonæ:ſuibus de-
næ:cornigeris tredecim:ſerpentibus triginta. Infra aluum eſt a priore parte ueſica:quæ nulli oua gignen
tium præter teſtudinem. Nulli niſi ſanguineum pulmonē habenti. Nulli pedibus carentium. Inter eam
& aluum arteriæ ad pubem tendētes:quæ ilia appellantur. In ueſica lupi lapillus qui ſyrites appellatur.
Sed hoīum quibuſdā diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi:& ſetta capillamenta. Veſica membrana
conſtat:quæ uulnerata cicatrice nō ſolideſcit:neq; qua cerebrum:aut cor īuoluit̄. Plura.n.mēbranaꝝ ge
nera. Fœminis eadē oīa:præterq̄ ueſicæ iunctius utriculus:unde dictus uterus:quod alio noīe locos ap-
pellant. Hoc in reliquis aīalibus uuluā. Hæc uiperæ & intra ſe parentibus duplex. Oua generantium ad
nexa præcordiis. Et in muliere geminos ſinus ab utraq; parte lateꝝ habet. Funebris quotiens uerſa ſpi-
ritum incluſit. Boues grauidas negant præterq̄ dextero uuluæ ſinu ferre:etiam cū geminos ferant. Vul-
ua enecto partu melior q̄ edito. Eiectia uocat̄ illa. Hæc porcaria. Primiparæ ſuis optima. Cōtra eflœtis
a partu:præterq̄ eodē die ſuis occiſæ liuida ac macra. Nec nouellaꝝ ſuum:pręterq̄ primipararum probā
tur:potiuſq; ueterum:nec dum effœtarum:& biduo ante partum aut poſt partū:aut quo eiecerint die
Proxima eiectitiæ eſt occiſæ uno diæ poſt partum. Huius & ſumē optimum:ſi modo fœtus non hauſe
rit. Eiectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen uocabant:priuſquā calleret id ſcientes occidere non aſſue- prius calle re id ſinen tes
ti. Cornigera una parte dentata & quæ in pedibus talos habent ſæuo pingueſcunt. Biſulca ſciſſiſue in di-
gytos pedibus. Et non cornigera adipe. Concretus hic & cum refrixit fragilis ſemperq; in fine carnis. Cō
tra pingue inter carnem cutemq; ſucco liquidum. Quædam non pingueſcunt:ut lepus:perdix. Sterilio
ra cuncta pinguia & in maribus & in fœminis. Seneſcunt celerius præpinguia. Omnibus aīalibus ē quod
dam in oculis linguæ. Adeps cunctis ſine ſenſu:qui nec arterias habet nec uenas:Pleriſq; animalium eſt
pinguedo ſine ſenſu:quam ob cām ſues ſpirantes a muribus tradunt roſas. Quin & L. Apronii conſula
ris uiri filio detractos adipes:leuatumq; corpus īmobili onere. Et medulla ex eodem uidetur eſſe a iuuē
ta rubens:& ſenecta albeſcens. Non niſi cauis hæc oſſibus. Nec cruribus iumentorum aut canum. Qua
re fracta non feruminant̄:quod defluente euenit medulla. Eſt autem pinguis iis:quibus adeps. Seuoſa
cornigeris. Neruoſa & in ſpina tantum dorſi oſſa non habentibus ut piſciū generi. Vrſis nulla. Leoni ī fe
morum & brachiorum oſſibus paucis exigua admodū. Cæteris.n.eſt tanta duritia:ut ignis elidat̄ uelut
e ſilice. Iis dura quæ non pingueſcunt. Aſinoꝝ ad tubas canora. Delphinis oſſa non ſpinæ. Animal enim
pariunt. Serpentibus ſpinæ. Aquatilium mollibus nulla. Sed corpus circulis carnis uinctum:ut ſæpiæ
atq; lolligini. Et īſectis negatur æque eſſe ulla. Cartilaginea animalium aquatilium hēt medullā in ſpina.
Vituli marini cartilaginē:nō oſſa. itē oīum auriculæ ac nares quæ modicū eminēt flexili mollicia naturæ
prouidentia:ne frangerent̄. Cartilago rupta nō ſolideſcit. Nec præciſa oſſa recreſcunt:præterq̄ ueterinis
ab ungula ad ſuffragina. Homo creſcit in longitudinē ad annos uſq; ter ſeptenos. Tum deinde ad pleni-
tudinem. Maxime aūt pubeſcens nodum quendā ſoluere:& p̄cipue ægritudine ſentitur. Nerui orſi a cor
de:bubuloq; etiā circūuoluti ſimilem naturā & cām habent in oībus lubricis applicati oſſibus:Nodoſq;
corpoꝝ qui uocantur articuli. Aliubi interuentu:aliubi ambitu:aliubi tranſitu ligantes. Hic teretes:illic
lati:ut in unoquoq; poſcit figuratio. Neq; ii ſolidant̄ inciſi:mirūq; uulneratis ſummus dolor:præſectis
nullus. ſine neruis ſunt quædam animalia:ut piſces:arteriis.n.conſtāt. Sed neq; ex molli piſcium generi
Vbi ſunt nerui:interiores condūt mēbra:ſuperiores reuocant. inter hos latent arteriæ:ideſt ſpiritus ſemi-
tæ. iis innatant uenæ:ideſt ſanguinis riui. Arteriarum pulſus in cacumine maxime mēbroꝝ euidēs index
fere morborū in modulos certos legeſq; metricas per ætates ſtabilis aut citatus aut tardus deſcriptas ab
Eriphilo medicinæ uate:miranda arte:nimiam propter ſubtilitatem deſertus. Obſeruatio tamen crebri:
aut languidi ictus gubernacula uitæ temperat. Arteriæ carent ſenſu.nā & ſanguine. Nec oēs uitalem con
tinent ſpiritum:præciſiſq; torpeſcit tantum pars ea corporis. Aues nec uenas nec arterias habent. itē ſer
pētes:teſtudines:lacertæ:minimumq; ſanguinis. Venæ in prætenues poſtremo fibras ſubter totam cu
tem diſperſæ adeo ī anguſtā ſubtilitatem tenuant̄:ut penetrare ſanguis nō poſſit:aliudue q̄ exilis humor
ab illo qui cacuminibus innumeris ſudor appellatur:in umbilico uenaꝝ nodoſo coitu.

De ſanguine & quorum celerrime ſiccetur:quorum non coeat:quorum grauiſſimus uel tenuiſſimus
quorum nullus. Cap. xxxviii.

s Anguis quibus multus & pinguis iracundia. Maribus q̄ fœminis nigrior. Et in iuuenta magis

n

ꝗ ſenio. Et inferiore parte pinguior. Magna & in eo uitalitatis portio. Emiſſus ſpiritum trahit ſecū: & ta
men tactum non ſentit. Animaliū fortiora qbus ſanguis craſſior. Sapientiora quibus tenuior. Timidio
ra quibus minimus. At quibus nullus hebetia. Taurorum celerrime coit atq; dureſcit: ideo peſtifer potu
maxime. Aprorum & ceruorū caprarūq; & bubalorum omniū nō ſpiſſatur. pinguiſſimus aſinis. Homi
ni tenuiſſimus. Iis quibus plus quaterni pedes nullus. Obeſis minus copioſus: quoniā abſumitur pigui.
Profluuium eius uni fit in naribus homini: aliis nare altera: aliis utraq;. Quibuſdam per inferna. Multis
per ora ſtatuto tempore: ut nuper. Macrio uiro prætorio. & oībus ānis. Voluſio Saturnino urbis præ-
fecto: qui nonageſimum etiam exceſſit annum. Solum hoc in corpore tēporariū ſentit incremētū. Siq;
dem hoſtiæ abundātiorem fundūt: ſi prius bibere: Quæ aīalium latere certis tēporibꝰ diximus nō habēt
tūc ſanguinem præter exiguas admodum circa corda guttas miro ope naturæ. Sicut & in hoīe: uim eiꝰ
ad minima momenta mutari. nō mō tantū in ore ſuffuſa materia: uerum ad ſingulos animi habitus: pu-
dore: ira: metu: palloribus pluribus modis: item ruboris. Alius enim iræ: & alius uerecundiæ. Nam &
n metu refugere: & nuſquā eſſe certum eſt. Multiſq; non transfluere transfoſſis: quod homini tātum eue
nit. Nam quæ mutari diximus: colorem alienum accipiunt quodā repercuſſu. Homo ſolus in ſe mutat.
Morbi omnes morſq; ſangninem abſumunt.

Macrino iuſto diro ꝑtorio

An in ſanguine principatus: & tergore: & pilis: & mā̄mis: & ueſtitu. Cap. xxxix.

s Vnt qui ſubtilitatē aī conſtare nō tenuitate ſanguinis putent: ſed cute opimentiſq; corpoꝝ. Et
tūc magis aut minus bruta eſſe: ut oſtreas & teſtudines. Boū tergora: ſetas ſuū obſtare tenui
tati innati ſpiritus: nec purū liquidūq; transmitti. Sic & in hoīe cū craſſior calloſiorue exclu-
dat cutis. Quæ uero rō crocodillis ſi non cruori: ſed duriciæ tergori tribuat & ſolertia. Hippopotami co
rii craſſitudo talis: ut inde tornētur haſtæ. Et tamen eſt quædā ingenio medica diligentia. Elephātorum
quoq; tergora īpenetrabiles ſetas habent: cū tamen omniū quadrupedum ſubtilitas animi præcipua per
hibeatur illis. Ergo cutis ipſa ſenſu caret: maxime in capite. Vbicunq; per ſe ac ſine carne eſt uulnerata nō
coit: ut ī bucca cilioq;. Quæ animal pariūt pilos habēt. Quæ oua pēnas: aut ſquamas: aut corticem: aut
teſtam: ut teſtudines: aut cutem purā: ut ſerpentes. Pēnarum caules oīum auium præciſæ non creſcunt:
uulſæ aūt renaſcūtur. Mēbranis uolant fragilibus inſecta. Humentibus hirundines in mari. Siccis inter
tecta ueſpertilio. Horum quoq; alæ articulos habent. Pili acute exeunt craſſa hirti. Fœminis tenuiores.
Equis in iuba largi. In armis leoni. Daſipodi: & in buccis intus & in pedibus. Quæ utraq; trogus & ī le-
pore tradit. Hoc exemplo libidinoſiores hoīum quoq; hirtos colligens. Villoſiſſimus animalium lepus
Pubeſcit homo ſolus quod niſi contingat ſterilis in gignendo eſt: ſeu maſculus ſeu fœmina. Pili in homi-
ne partim ſimul: partim poſtea gignunt. Congeniti aūt nō deſinunt: ſicut nec fœminis magnope. Inuen
tæ tamen quædā defluuio capitis inualidæ: uelut languidiores cum mēſtrui curſus ſtetere. Quibuſdam
poſt genitis. Viris ſponte nō gignunt. Quadrupedibus pilum cadere atq; ſubnaſci annuū eſt. Viris cre-
ſcunt maxime in capite: mox in barba. Reciſi nō ut hærba ab cætera inciſura augētur: ſed ab radice exeūt
Creſcunt & in quibuſdā morbis maxime tuſcis: & in ſenecta. Defunctoꝝ quoq; corporibus. Libidinoſis
congeniti maturius defluunt. At nati celerius recreſcunt. Quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt: lanæq;
rareſcunt. Quadrupedum dorſa piloſa. uentres glabri. Boum coris glutinum excoquitur: taurorūq;: &
id præcipuū. Mā̄mas hō ſolus e maribus habet. Cætera aīalia mā̄maꝝ notas tantum. Sed ne fœminæ q-
dem in pectore: niſi quæ poſſunt partus ſuos attollere. Oua gignētium nulli. Nec lac niſi aīal parienti.
Volucrum ueſpertilio tantum. Fabuloſum. n. arbitror de ſtrigibus ubera eas infantium labris īmulgere
Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit: ſed quæ ſit auium conſtare non arbitror.

Lanugies

Notabilia animalia quæ mammis. Cap. xl.

Sinis a fœtu dolent: ideo ſexto menſe arcent partus: cum æque anno ꝓpe toto præbeāt. Qui
a bus ſolida ungula nec ſupra geminos partus. Hæc oīa binas habent mā̄mas: nec aliubi ꝗ ī fe-
moribus. Eodē loco biſulca & cornigera. Boues quaternas. Oues capræ binas. Quæ munero
ſo fœcunda partu: & quibus digyti in pedibus: hæc plures habent toto uentre duplici ordīe: ut ſues. Ge
neroſæ duodenas. Vulgares binas minus. Similiter canes. Alia uentre medio quaternas: ut pantheræ.
Alia binas ut leænæ. Elephas tantū ſub armis duas: nec in pectore: ſed citra in alis occultas. Nulla in fe-
minibus digitos habentium. Primigeniti in quaq; parte ſues primas premunt. Et ſi eſcæ ſunt faucibus ꝓ
xime: tamen ſuam nouit qſq; in fœtu quo genitus eſt ordine: eaq; alitur: nec alia detracto illa alūno ſuo
ſterileſcit ilico: ac reſilit. Vno uero ex oī turba relicto ſola munifex quę genito fuerat attributa deſcendit.
Vrſæ mā̄mas quaternas gerunt. Delphini binas in ima aluo papillas tantum: nec euidentes: & paulo in
obliquū porrectas. Neq; aliud animal in curſu lambitur. Et balenæ uituliq; mā̄mis nutriunt fœtus.

De lacte: & unde caſeus non fiat. Cap. xli.

m Vlieri ante ſeptimū menſem ꝓfuſum lac inutile. Ab eo menſe quod uitalis eſt partus: ſalu-
bre. Pleriſq;

bre.Pleriſq; autem totis mammis:atq; etiam alarum ſinus fluit.Cameli lac mulgetur:ne iterum graue- hũt donec
ſcat.Suauiſſimũ hoc exiſtimat̃ ad unã menſuram tribus aquæ additis.Bos ante partum non habet. Ex iterũ gra-
primo ſemper a partu coloſtra fiunt:ni admiſceat̃ aqua:in pumicis modum cocunt duritia.Aſinæ p̃gnã ueſcant
tes continuo lateſcunt.Pullo eaꝝ ubi pingue pabulũ biduo a partu maternũ lac guſtaſſe lœtale eſt. Ge
nus mali uocatur coloſtratio Caſeus nõ fit ex utrinq; dentatis:quoniã eoꝝ lac non coit. Tenuiſſimũ Ca-
mellis:mox equabus.Craſſiſſimũ aſinæ ut coaguli uice utant̃.Conferre aliquid & candori in mulieꝝ cu
te exiſtimatur.Popeia certe Domitii Neronis coniunx quingẽtas per oĩa ſecũ fœtas trahens balnearum
etiã ſolio totum corpus illo lacte macerabat:extendi quoq; cutem credens. Omnẽ ãt lac igne ſpiſſatum ſpiſſatur:
humore ferueſcit.Bubulum caſeo fertilius q̃ caprinũ:ex eadem menſura pene altero tanto. Quæ plures frigore ſe-
quaternis mãmas habent caſeo inutilia:& meliora quæ binas.Coagulum Inuli leporis:ædi laudatum: reſcit.
Præcipuum tamen daſipodis:quod & ꝓfluuio alui medetur. Vnius utrinq; dentatoꝝ.Mirum barbaraſ
gentes quæ lactæ uiuant ignorare aut ſpernere caſei tot ſæculis dotem:denſantes id alioquin in acorem
iucundum.Et pingue butyrum:ſpuma id eſt lactis concretiuſq; q̃ quod ſerũ uocatur.Non omittendum
in eo olei uim eſſe:& barbaros omnes infanteſq; noſtros ita ungi.

De diuerſitate caſeoꝝ. Cap.xlii.

Aus caſeo Romæ:ubi oĩum gẽtium bona iudicant̃:cõminus e prouinciis nemauſenſi p̃cipua
l leſuræ gabaliciq; pagis.Sed breuis ac muſteo tantũ cõmẽdatio.Duobus alpes generib⁹ pabu
la ſua approbant.Dalmatiæ docleatem mittunt.Ceutronũ terrę natuſicum.Numeroſior apẽ
nino cebanus.Hunc & liguria mittit ouiũ maxime lactis.Aeſinatem ex umbria.Mixtoq; etruriæ atq; li-
guriæ confinio lunenſem magnitudine conſpicuũ.Quippe & ad ſingula milia pondo premit̃. Proximũ
autem & urbi ueſtinũ:cruſtuminũq; & e ceditio campo laudatiſſimum.Et capraꝝ gregibus ſua laus eſt Epityrum
In recenti maxime:eam augente gratiam fumo:qualis in ipſa urbe conficitur:cunctis præferendus. Nã Agrigenti
galliaꝝ ſapor medicamẽti uim optinet.Trans maria uero bithynius fere in gloria eſt. Ineſſe pabulis ſalẽ
etiã ubi non detur.Ita maxime intelligitur omni in ſale caſeo ſeneſcente.Quales redire in muſteum ſapo
rem aceto e thymo maceratos certum eſt.Tradunt Zoroaſtrem in deſertis caſeo uixiſſe annis. xx.ita tẽ-
perato ut uetuſtatem non ſentiret.

Differentia mẽbrorum hominis a cæteris animalibus. Cap.lxiii.

Erreſtrium ſolus hõ bipes.Vni iuguli:humeri.Cæteris armi.Vni ulnæ. Quibus aĩalium ma
t nus ſunt intus tantum carnoſæ:extra neruis & cute conſtant.Digyti quibuſdã in manibus ſe
ni.Caii Oratii ex patritia gente filias duas ob id ſedigitas appellatas accepi.Vulcatium ſedigi
tum illuſtrẽ in poetica.Hoĩs digiti articulos habet ternos.Pollex binos:& digitis aduerſus uniuerſis fle-
ctitur per ſe uero in obliquum porrigit̃:craſſior cæteris.Huic minimus menſura par eſt.Duo reliqui ſi-
bi.Inter quos medius longiſſime protendit̃.Quibus ex rapina uictus quadrupedum quini digiti ĩ prio
ribus pedibus:reliquis quaterni.Leones:Lupi:canes:& pauca in poſterioribus quoque quinos ungues
habent:uno iuxta cruris articulum dependente.Reliqua quæ ſunt minora digitos quos.Brachia nõ oĩb⁹
paria eẽ.Thracii.n.ſtudioſo in.C.Cæſaris ludo notũ eſt dexterã fuiſſe ꝓceriorẽ.Aĩaliũ quædã ut mani-
bus utuntur priorum miniſterio pedum:ſedentq; ad os illis admouentia cibos ut ſciuri.

De ſimiarum ſimilitudine. Cap.xliiii.

Am ſimiaꝝ genera pfectã hoĩs ſimulationẽ cõtinent:facie:narib⁹:aurib⁹:palpebris. Quæ ſo
n læ quadrupedũ & inferiorẽ hẽnt genã:iam mãmas in pectore & brachia:& crura in contrariũ
flexa ſimiliter in manib⁹ ungues:digytos longioreq; mediũ.Pedibus paulũ differũt.Sunt.n.
ut manus ꝓlongi:ſed ueſtigiũ palme ſimile faciunt.Iis quoq; pollex & articuli ut hoĩ.Et p̃ter genitale tm̃
Et hoc in maribus.Viſcera ẽt interiora oĩa ad exẽplar.

De unguibus. Cap.xlv.

Ngues qui clauſulæ neruoꝝ ſummæ exiſtimãtur oĩbus iis quibus & digyti.Sed ſimiæ imbrica
u ti:hoĩbus lati:& defuncto creſcunt.Rapacibus unci.Cæteris recti:ut canibus: præter eum qui
a crure pleriſq; dependẽt.Oĩa digytos habent quæ pedes excepto elephanto. Huic enim infor-
mes numero quidẽ quinq;:ſed indiuiſi:ac leuiter diſcreti:unguliſq; non unguibus ſimiles: & pedes maio
res priores.In poſterioribus articuli breues.Idem poplites intus flectit hoĩs modo.Cætera animalia idi-
uerſum Poſterioribus articulos pedib⁹ q̃ prioribus.Nam quæ aĩal generãt genua ante ſe flectunt: & ſuf
fraginum artus in aduerſum.Hoĩ genua & cubiti cõtraria.Itẽ urſis & ſimiaꝝ generi:ob id minime per-
nicibus.Oua parientibus quadrupedũ crocodilo.Lacertis priora genua poſt curuant̃:poſteriora ĩ prio-
rem partem.Sunt ãt crura his obliqua humani poplitis modo.Sic & multi pedibus:præterq̃ nouiſſima
ſalientibus.Aues ut quadrupedes alas in priora curuãt:ſuffragines in poſteriora.Hoĩs genibus quadã
& religio ineſt obſeruatione gentiũ.Hæc ſupplices attingunt.Ad hæc manus tendunt.Hæc ut aras ado
rant:fortaſſis quia ineſt iis uitalitas.Nãq; in ipſa genu utriuſq; cõmiſſura dextra leuaq; a priore parte ge
mina quædam buccarum inanitas ineſt:qua perfoſſa ceu uinculis ſpiritus fugit.Ineſt & in aliis partibus

quædam religio: ſicut dextra oſculis auerſa appetiť. In fide porrigiť. Antiquis græciæ in ſupplicando mẽtum attingere mos erat. Eſt in aure ima memoriæ locus: quẽ tangẽtes atteſtamur. Eſt poſt aurem æque dextram nemeſios: quæ dea latinum nomẽ ne in capitolio quidẽ inuenit: quo referimus tacto ore proximum a minimo digytũ: ueniã ſermonis a diis expoſcentes. Varices in cruribus uiro tantũ: mulieri raro. C. Mariũ qui ſepties conſul fuit ſtantẽ ſibi extrahi paſſum unũ hoiem. Oppius auctor eſt. Oia aialia a dextris partibus incedunt: ſiniſtris incubant. Reliqua ut libitũ eſt grandiunť. Leo tantum & Camelus pedatim: hoc eſt ut ſiniſter pes non tranſcat dextrũ: ſed ſubſequať. Pedes hoi maximi: fœminis tenuiores In omni genere ſuræ hoi tantum & crura carnoſa. Reperiť apud auctores in ægypto quædam nõ habuiſſe ſuras. Vola homini tantum exceptis quibuſdam. Nanq; & hic cognomina inuenta Plãci: Plauti: Scauri: Panſæ: ſicuti a cruribus Vari: Variæ: uatinii: quæ uitia: Et in quadrupedibus. Solidas habent ungulas quæ non ſunt cornigera. Igitur pro eis telum ungula eſt illis. Nec talos habent eadẽ. At quæ biſulca ſunt habent. Iidem digytos habentibus non ſunt. Neq; prioribus pedibus oĩno ulli. Camello tali ſimiles bubulis: ſed minores paulo. Eſt enim biſulcum diſcrimine exiguo peſſimus ueſtigio carnoſo ut Vrſi. Qua de cauſa in longiore itinere ſine calciatu fatiſcunt.

Varienæ

De ungulis. Cap. xlvi.

u

Ngulæ uterino tantum generi renaſcunť. Sues in illyrico quibuſdã locis ſolidas habent ungulas. Cornigera fere biſulca. Solida ungula & bicorne nullum. Vnicorne aſinus tantũ indicus: Vnicorne biſulcum orix. Talos aſinus indicus unus ſolidipedũ habet. Nam ſues ex utroq; genere exiſtimanť: ideo fœdi earum. Hoiem qui exiſtimarunt habere facile conuicti. Lynx tantum digitos habentium ſimile quidam talo habet. Leo etiãnum tortuoſos. Talus autem rectus eſt in articulo pedis uentre eminens: concauo in uertebra ligatus.

De pedibus auium & unguibus. Cap. xlvii.

a

Vium aliæ digitatæ: aliæ palmipedes: aliæ inter utrunq; digitis diuiſis adiecta latitudine. Sed oĩbus quaterni digiti: tres in ſuperiore parte: unus in calce. Hic deeſt quibuſdam longa cruha bentibus. Lynx ſola utrinq; binos habet. Eadẽ linguã ſerpentiũ ſimilẽ in magnã longitudinem porrigit. Circũagit collum in aduerſum ſe. Vngues ei grãdes ceu gracchulis. Auiũ quibuſdã grauioribꝰ in cruribus additi radii. Nulli uncos habentiũ ungues longi pedes. Porrectis ad caudã eæ cruribꝰ uolãt. Quibus breues contractis ad mediũ. Qui negãt uolucrẽ ullam ſine pedibus eſſe: cõfirmãt & apodas habere. Hicterin: & drepanin in eis quæ rariſſime apparent. Viſæ iam etiam ſerpentes anſerinis pedibus.

De pedibus inſectorum a duobus ad centum. Cap. xlviii.

i

Nſectorꝫ aialium pedes primi lõgiores duros habentibꝰ oculos ut ſubinde pedibus eos tergãt ceu notamus in muſcis. Quæ ex iis nouiſſimos habent lõgos ſaliunt ut locuſtæ. Oĩbus aũt iis ſeni pedes. Aranei quibuſdã prælongi accedũt bini. Internodia ſingulis terna. Octonos & marinis eẽ diximus polypis: ſæpiis: lollyginibus: cancris: qui brachia in cõtrarium mouẽt: pedes in orbẽ aut in obliquum. Iidẽ ſoli aialium rotundi. Cætera binos pedes duces habẽt: cancri tñ quaternos. Quæ hũc numerꝫ pedum exceſſere terreſtria ut pleriq; uermes: non infra duodenos habent: aliqua uero & cẽtenos Numerus pedum impar nulli eſt. Solidipedum crura ſtatim iuſta naſcuntur menſura. Poſtea exporrigentia ſe uerius ꝗ creſcentia. Itaq; in infantia ſcabunt aures poſterioribus: quod addita ætate non queunt Quia longitudo ſuperficiem corporum ſolam ampliat. Hac de cauſa inter initia paſci: niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt: nec uſq; dum ceruix ad iuxta incrementa perueniat.

De pomilionibus & genitalibus. Cap. xlix.

p

Omilionum genus in omnibus aialibus eſt: atq; etiã inter uolucres. Genitalia maribus quibus eẽnt retro ſatis diximus. Oſſea ſunt lupis: uulpibus: muſtellis: uiuerræ. Sũt iis etiam calculo humano remedia præcipua. Vrſo quoq; ſimul ut expirauerit corneſcere aiunt. Camelino arcus intendere orientis populi fidiſſimũ. Necnõ in aliqua gentium quoq; in iis diſcrimina. Et ſacrorum eciã citra perniciem amputatis matris deũ gallis. Contra mulierꝫ paucis prodigioſa aſſimulatio ſicut hermophroditis utriuſq; ſexus. Quod etiã quadrupedũ generi accidiſſe Neronis principatu primũ arbitror Oſtentabat certe hermaphroditas ſubiuges carpẽto ſuo: equas in treberico galliæ agro repertas: ceu plane uiſenda res eſſet: principẽ terrarꝫ inſidere portẽtis. Teſtes pecori armentoq; ad crura decidui: ſuibꝰ adnexi: delphino prælongi: ultima conduntur aluo: & elephanto occulti. Qui oua parientium lumbis intus adherent: qualia ociſſima in uenere. Piſcibus ſerpentibuſq; nulli: ſed eorum uice binæ ad genitalia a renibus uenæ. Buteonibus terni. Homini tantum iniuria aut ſponte naturæ franguntur. Idq; tertiũ ab hermophroditis & ſpadonibus ſemiuiri genus habent. Mares in omni genere fortiores: præterquã in pantheris & urſis.

De caudis. Cap. l.

c

Audæ præter hoiem ac ſimias oĩbus fere aialibus: & oua gignẽtibus ꝓ deſiderio corporũ. Nudæ hirtis ut apris: paruæ uilloſis ut urſis: plũgis ſetoſæ: ut eqs. Amputatæ lacertis & ſerpẽtibus renaſcuntur.

renaſcũtur. Piſcium meatus gubernaculi mõ regũt. Atq; ẽt in dextram ac leuam motæ ut remigio quo-
dam impelunt. Lacertis inueniunť & geminæ. Boum caudis longiſſimus caulis: atq; in ima parte hirtus.
Idem aſinis longior q̃ equis: ſed ſetoſus ueterinis. Leoni infima parte ut bubus & ſorici: & pantheris non
item. Vulpibus & lupis uilloſus ut ouibus: quippe procerior. Sues intorquent. Canum degeneres ſub al
uum reflectunt.

De uocibus. Cap. li.

Ocem nõ habere niſi quæ pulmonẽ & arterias habẽt: hoc eſt niſi quæ ſpirãt Ariſtoteles putat
u Iccirco & inſectis ſonũ eſſe non uocẽ intus meante ſpiritu: & incluſo ſonãte. Alia murmur ede
re ut apes. Alia cũ tractu ſtridorẽ ut cicadas. Recepto. n. ut duabus ſub peccatore cauis ſpiri- Cauteis uel
tu mobili occurſante mẽbrana intus attritu eius ſonare uiſcera ſat notum eſt. Cætera ſimul cũ uolatu in- Cannis
cipere audiri: & deſinere: ut muſcas: apes. Sonum. n. attritu & interiore aura nõ aĩa reddi. Locuſtas pẽna
rum & fœmoꝝ attritu ſonare creditur ſane. Item aquatilium pectines ſtridere cũ uolant. Mobilia & cru
ſta intecta nec uocem nec ſonum ullum habere. Sed & cæteri piſces q̃uis pulmone & arteria careant: nõ
in totum ſine ullo ſono ſunt. Stridorem cum dentibus fieri cauillãtur. Et is qui caper uocatur in acheloo Aper
amne grunnitum habet: & alii de quibus diximus oua parientibus. Sibilus ſerpentibus longus. Teſtudi
ni abruptus. Ranis ſonus ſui generis ut dictum eſt: niſi ſi & in his ferenda dubitatio eſt: qui mox in ore
concipitur non in pectore. Multum tamen in his refert & locorum natura. Mutæ in macedonia tradun-
tur. Muti & apri. Auium loquaciores quæ minores: & circa coitus maxime. Aliis in pugna uox ut cotur
nicibus. Aliis ante pugnam ut perdicibus. Aliis cum uicere ut gallinaceis. Iiſdem ſua maribus. Aliis ea-
dem ut fœminis: ut luſciniaꝝ generi. Quædam toto anno canunt: quædam certis temporibus: ut in ſin-
gulis dictum eſt. Elephas circa nares ore ipſo ſternutamento ſimilem elidit ſonum: per nares autem tu-
barum raucitati. Bubus tantũ fœminis uox grauior: in alio omni genere exilior q̃ maribus. In hoĩe etiam
caſtratis. Infantis naſcentis nulla auditur anteq̃ totus emergat utero. Primus ſermo anniculo eſt. Seme-
ſtris locutus eſt crœſi filius in crepundiis. Quo prodigio totum id concidit regnũ. Qui celerius fari cœ-
pere: tardius ingredi incipiunt. Vox roboratť a tredecim annis. Eadẽ in ſenecta exilior. Neq; in alio aĩaliũ
ſæpius mutatť. Mira pręterea ſunt de uoce digna dictu in theatroꝝ orcheſtris ſcobe aut harena ſuperiecta
deuoratur: & in rudi parietum circũiectu. Etiam doliis inanibus currit eadẽ concauo uel recto parietum
ſpatio: q̃uis leui ſono dicta uerba ad alteꝝ caput perferens ſi nulla inæqualitas impediat. Vox in homĩe
magnam uultus partẽ habet. Agnoſcimus eã priuſq̃ cernamus: nõ aliter quã oculis. Totidemq; ſunt eæ
quot in reꝝ natura mortales: & ſua cuiq; ſicut facies. Hinc illa gentiũ totq; linguaꝝ toto orbe diuerſitas.
Hinc tot cãtibus & modulis flexiões. Sed ante oĩa explanatio animi: quæ nos diſtinxit a feris. Inter ipſos
quoq; homines diſcremen alterum æque grande q̃ a beluis fecit.

De agnaſcentibus mẽbris: & dicta Ariſtotelis de uita hominis. Cap. lii.

Embra aĩalibus agnata ĩutilia ſunt: ſicut ſextus hoĩ ſemper digitus. Placuit ĩ ægypto nutrire
m portentũ: binis & in aduerſa capitis parte oculis hominẽ: ſed iis nõ cernentem. Miror quidem
Ariſtotelẽ non modo credidiſſe præſcita uitæ eſſe aliqua in corporibus ipſis: uerũetiam prodi
diſſe. Quæ quãq̃ uana exiſtimo: nec ſine contatione proferenda: ne in ſe quiſq; & auguria anxie quærat.
Attingam tamen quæ tantus uir in doctrina nõ ſpreuit. Igitur uitæ breuis ſigna ponit raros dentes: præ
longos digytos: plũbeum colorem: pluresq; in manu inciſuras: nec perpetuas. Contra longæ eſſe uitæ in
curuos humeris: & in manu una duas inciſucas longas habentes: & pluresq̃. xxxii. dentes habentes: auri-
bus amplis. Nec uniuerſa hæc (ut arbitror) ſed ſingula obſeruat. Friuola (ut reor) & uulgo tamen narra
ta. Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus: & ipſe auctor ſeueriſſimus: quos uerbis
eius ſubiiciam. Frons ubi eſt magna ſegnem animum ſubeſſe ſignificat. Quibus parua mobilem. Qui-
bus rotunda iracundum: uelut hoc ueſtigio tumoris apparente. Supercilia quibus porrigũtur in rectũ:
molles ſignificant. Quibus iuxta naſum flexa ſunt: auſteros. Quibus iuxta tempora inflexa deriſores.
Quibus in totum demiſſa: maliuolos & inuidos. Oculi quibuſcũq; ſunt longi maleficos eſſe indicant.
Qui carnoſos a naribus angulos habent: malitiæ nota præuenti. Candidi pars extenta notam impuden
tiæ habet. Qui identidem autem operire ſolent inconſtãtiæ. Auricularũ magnitudo loquacitatis & ſtul
titiæ nota eſt. Hactenus Trogus.

De anima: & de habitu animalium: & quæ guſtata interimant: & de uictu hominis: & quibus de cau
ſis non coquatur. Cap. liii.

Nimæ leonis uirus graue: Vrſi peſtilens. Cõtacta halitu eius attingit nulla fera: citiuſq; putre-
a ſcunt afflatæ reliquis. Hominis tantum natura infici uoluit pluribus modis: & ciborum ac dẽ-
tium uitiis: ſed maxime ſenio. Dolorem ſentire nõ poterat: tactu ſenſuq; omni carebat: ſine qua
nichil ſentiť. Eadem comeabat ab eo recens aſſidue exitura ſupremo: & ſola ex omnibus ſuperfutura. De
niq; hæc trahebatur e cælo. Huius quoq̃ tamen reperta pœna eſt: ut neq; idipſum quo uiuitur in uita iu
uaret. Parthoꝝ populis hoc præcipue & a iuuenta propter indiſcretos cibos: namq; & uino fœtent ora

nimio. Sed ſibi proceres medenť grano aſſyri mali: cuius eſt ſuauitas præcipua in eſculenta addito. Elephātorū anima ſerpentes extrait. Ceruorū item urit. Diximus hominū genera qui uenena ſerpētiū ſuctu
His quib9 e corporibus exigerent. Quin & ſuibus ſerpentes in pabulo ſunt: & aliis uenenum eſt. Quæ iſecta appel
Ceruis lauimus omnia olei aſperſu necantur. Vultures unguento quidem fugantur. Alia alios appetūt odores
Scarabei roſam. Quoſdam ſerpentes ſcorpio occidit. Scythæ ſagittarū ungunt aciem uiperina ſanie &
1 hūano ſanguine. Irrimediabile id ſcelus. Mortem ilico affert leui tactu. Que aīalium ueneno paſcerenť
diximus. Quædā innocua alioquin uenenatis poſta noxia fiunt & ipſa. Apros in pamphilia & ciliciæ mō
toſis ſalamādra ab iis deuorata qui edere moriuntur. Nec enim eſt intellectus ullus i ſapore uel odore.
Et aqua uinumq; interimit Salamandra ibi immortua: uel ſi oīno biberit unde peteť. Item rana quam uo
Veſpere cant rubetā: tantū inſidiarum eſt uitæ. Veſpæ ſerpētes auidę ueſcuntur. Quo alimēto mortiferos ictus
faciūt. Ideoq; magna differētia eſt uictus: ut i tractu piſce uiuentiū Theophraſtus ꝑdidit. Boues quoq;
piſce ueſci: ſed non niſi uiuente. Homini cibus utiliſſimus ſimplex. Aceruatio ſaporum peſtifera: & cōdimenta ꝑnicioſiora. Difficulter aūt perficiunť oīa in cibis acria: nimia: & auide hauſta: & æſtate q̄ hyeme
difficilius: & in ſenecta q̄ in iuuenta. Vomitiones hoī ad hæc in remediū excogitatæ frigidiora corpora
faciunt. Inimicæ oculis maxime aūt dentibus. Somno concoquere corpulentiæ q̄ firmitati utilius. Ideo
athletas malunt cibos ambulatione ꝑficere. Peruigilio quidem præcipue uincuntur cibi.

De corpulentia augenda uel minuenda: & quæ guſtu famē ac ſitim ſedent. Cap. liiii.

Vgeſcūt corpora dulcibus atq; pinguibus & potu. Minuuntur ſiccis & aridis: frigidiſq; ac ſiti.
a Quedā aīalia & pecudes quoq; in africa quarto die bibūt. Homini nō ante diē ſeptimū lœtalis
inedia. Duraſſe & ultra undecimum pleroſq;. Certum eſt mori eſuriendi ſemper inexplebili auiditate aīalium uni homini. Quædā rurſus exiguo guſtu famē ac ſitim ſedāt: cōſeruātq; uires: ut butyꝝ:
ut hippace glycyrrizon. Pernicioſiſſimum aūt & in omni uita quidem quod nimiū: Præcipuæ tamē corpori: minuiq; quod graue quolibet modo utilius. Verum ad reliqua naturæ tranſeamus.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER. XII.

## PROOEMIVM.

Nimalium omnium quæ noſci potuere naturæ generatim membratimq; ita ſe habēt.
a Reſtant neq; ipſa anima carentia quandoquidem nihil ſine ea uiuit terra edita: ut inde
eruta dicantur: ac nullum ſileatur rerum naturæ opus. Diu fuere occulta eius beneficia. Summumq; munus homini datum arbores ſiluæq; intelligebantur. Hinc primū
alimentum. Harum fronde mollior ſpecus: libro ueſtis. Etiamnum gentes ſic degūt.
Quo magis ac magis admirari ſubit ab iis pricipiis cædi mōtes i marmora. Veſtes a ſeribus peti. Vnionem in rubri maris profundo. Smaragdum i ima tellure quæri. Ad hoc excogitata ſunt aurium uulnera. Nimirum quoniā parum eſt collo crinibuſq; geſtari: niſi infoderentur etiam corpori. Quāobrē ſequi
par eſt ordinem uitæ & arbores ante alia dicere: ac moribus primordia ingerere.

De arborum honore: & quando platanus primum in italia: & de natura eaꝝ. Cap. i.

Ac fuere numinum templa: priſcoq; ritu ſimplicia rura etiam nūc deo præcellentē arborē dicāt.
h Nec magis auro fulgentia atq; ebore ſimulacra qui lucos. Et i iis ſilentia ipſa adoramus. Arborum genera numinibus ſuis dicata perpetuo ſeruātur. Vt Ioui eſculus. Apollini laurus. Mineruæ olea. Veneri myrtus. Herculi populus. Quin & Siluanos Faunoſq; & deorū genera ſiluis ac ſua numina tanq̄ e cælo attributa credimus. Arbores poſtea grandioribus fruge ſuccis hominem mitigauere.
Ex iis recreans mēbra olei liquor: uireſq; potus uini: tot deniq; ſapores annui ſponte uenientes: & menſæ
depugneť licet earum cauſa cum feris: & paſti naufragorum corporibus piſces expetātur: etiamnum tamen ſecūdæ. Mille præterea ſunt uſus earum ſine quis uita degi non poſſit. Arbore ſulcamus maria: terraſq; admouemus. Arbore exædificamus tecta. Ex arbore & ſimulacra numinum fuere: nondum precio
excogitato beluarū cadaueri: atq; ut a diis nato iure luxuriæ eodē ebore numinū ore ſpectarenť: & menſarum pedes. Prodūt alpibus coercitas & tam inexuperabili munimento gallias hanc primum habuiſſe
cauſam ſuperfundendi ſeſe italiæ: q; Elicō ex heluetiis ciuis eoꝝ fabrilem ob artem romæ cōmoratus
promiſſa ficum ſiccā & uuam: oleiq; ac uini præmiſſa remeās ſecum tuliſſet. Quapropter hæc uel bello quæſiſſe
uenia ſit. Sed quis non iure miretur arborem umbræ gratia tanto petitam orbeť Platanus ea eſt. Hæc
per mare ionium in Diomedis inſulā eiuſdem tumuli gratia primum inuecta. Inde in ſiciliā tranſgreſſa:
atq; inter primas donata italiæ. etiā ad morinos uſq; peruecta: ad tributariū etiā pertinens ſolum: ut gē
tes uectigal & pro umbra pēdant. Dionyſius prior ſiciliæ tyrānus Rhegium urbē trāſtulit eas: domus
ſuæ miraculum: ubi poſtea factum gymnaſium: nec potuiſſe in amplitudinē adoleſcere: & alias fuiſſe in
italia ac noīatim hiſpania apud auctores īuenitur. Hoc actū circa captæ urbis ætatē: tantūq; poſtea honoris īcreuit: ut mero īfuſo enutrianť. Cōpertū id maxīe ꝓdeſſe radicib9. Docuimuſq; etiā arbores uina
portare. Celebratæ

potare. Celebratæ ſunt primũ in ambulatione academiæ athenis cubitoꝝ. xxx. ſex unius radice ramos an
tecedente. Nũc eſt clare in lycia ſotia gelidi fontis amœnitate itineri appoſita domicilii modo caua octo
ginta atq; unius pedum ſpecu: numeroſo uertice: & ſe uaſtis protegens ramis arboꝝ inſtar: agros longis
optinens umbris: ac ne quid deſit ſpelũcæ imagini ſaxea intus crepidinis corona muſcoſos cõplexa pumi
ces extat: tam digna miraculo: ut Licinius Mutianus ter conſul & nuper prouinciæ eius legatus proden
dum etiã poſteris putarit: epulatũ intra eam ſe cum duodeuiceſimo comite. Large ipſa toros præbente
fronde: ab oĩ afflatu ſecuꝝ optantẽ hymbriũ per folia crepitus. Lætiorẽ q̄ marmoꝝ nitore: picturę uarie
tate: laquicariũ auro cubuiſſe in eadẽ. Aliud exẽplũ Caii principis in uelicerno rure mirati unius tabulata
laxiſq; ramoꝝ trabibus ſcamna patula & in ea epulati cum ipſe pars eſſet umbræ quindecĩ cõniuaꝝ ac mi
niſterii capace triclinio: quã cœnam appellauit illæ nidum. Et gortynæ in inſula creta iuxta fontem plata
nus una inſignis utriuſq; linguæ monumentis: nunquã folia dimittens. Statimq; ei græciæ fabuloſitas ſu
perfluit. Iouem ſub ea cũ Europa cõcubuiſſe. Ceu uero non alia eius generis eſſet in cypro: ſed ex ea pri-
mum in ipſa creta: ut eſt natura hoĩum nouitatis auida: Platani ſatæ regenerauere uitiũ: quandoquidem
cõmendatio arboris eius non alia maior eſt: q̄ ſolem æſtate arcere: hyeme admittere. Inde in italiã quoq;
ac ſuburbana ſua Claudio principe Marcelli Eſernini libertus: ſed qui ſe potentiæ cã Cæſaris libertis ad-
optaſſet ſpado theſſalicus prędiues ut merito dici poſſet. Is quoq; Dionyſius trãſtulit id genus. Durãtq;
etiam in ſtalia portenta terraꝝ: præter illa. ſ. quæ ipſa excogitauit italia.

De chameplatano: & quis totunderit uiridaria. Cap. ii.

Anq; & chameplatani uocãtur coactæ breuitatis: quoniã arboꝝ ẽt abortus inuenimus. Hoc
n quoq; ergo in genere pumilionũ infœlicitas dicta erit. Fit aũt & ſerẽdi genere & recidẽdi prim⁹
Cn. Matius ex equeſtri ordĩe Diui Auguſti amic⁹ ĩuenit nẽora tõſilia intra hos. xxx. annos.

De peregrinis arboribus: & malo aſſyria. Cap. iii.

Eregrinæ ceraſi perſicæq; & oẽs quaꝝ græca noĩa aut aliena. Sed quæ ex iis incolaꝝ numero
p eſſe cœpere dicẽtur iter fructiferas. In præſentia externa ꝑſequemur a ſalutari maxime orſi.
Malus aſſyria quã alii uocant medicam uenenis medet̃: Folium eius eſt unedonis intercurrẽ
tibus ſpinis. Pomũ ipſum alias nõ mandit̃: odore præcellit folioꝝ quoq;: qui trãſit in ueſtes una condit⁹
arcetq; aĩalium noxia. Arbor ipſa oĩbus horis pomifera eſt: aliis cadentibus: aliis matureſcẽtibus: aliis ue
ro ſubnaſcentibus. Tentauere gentes trãſferre ad ſe propter remedii præſtantiã fictilibus in uaſis dato ꝑ
cauernas radicibus ſpiramento. Qualiter oĩa tranſitura longi ſeri artiſſime transferriq; quæ meminiſſe cõ
ueniet: ut ſemel quæq; dicant̃. Sed niſi apud medos & in perſide naſci noluit. Hæc autẽ cuius grana par-
thorum proceres incoquere diximus eſculentis cõmendandi halitus gratia. Hec alia arbor laudatur ĩ me
dis. Lanigeras ſerum in mentione gentis eius narrauimus.

De indiæ arboribus; uel quando primum romæ hebenus. Cap. iiii.

Tem indiæ arboꝝ magnitudinẽ unã: quã peculiarius Virgilius celebrauit hebenũ nuſq̄ alibi
i naſci profeſſus. Herodotus eã æthiopiæ intelligere maluit: tributi uice regibus perſidis e ma-
teriæ eius cẽtenas phalangas tertio quoq; anno penſitaſſe æthiopas cũ auro & ebore prodẽdo.
Nõ omittendũ id quoq; uicenos dentes elephantoꝝ grandes: quoniã ita ſignificauit: æthiopas eadem cã
pẽdere ſolitos: tãta ebori auctoritas erat urbis noſtræ trecẽteſimodecimo anno. Tũc. n. auctor ille hyſto
riam eã condidit Thuriis in italia. Quo magis mirũ eſt: quod eidem credimus: qui padũ amnẽ non uidi
ſet: nemini ad id tẽpus aſiæ græciæq;: aut ſibi cognitum. Aethiopiæ forma ut diximus. Meroen uſq; nup
allatã Neroni principi rarã arborẽ hebenũ. A meroe uſq; ad ſyenẽ finẽ imperii per nõgenta nonaginta ſex
mil. paſ. nullãq; aliam niſi palmaꝝ generis eſſe docuit. Ideo fortaſſis ĩ tributoꝝ auctoritate tertia res fue
rit hebenus. Romæ eã magnus pompeius in triumpho mithridatico oſtendit. Accendi eã Fabianus ne-
gat. Vritur tñ odore iucundo. Duo genera eius. Rarũ id quod melius. Arboreũ trũco enodi: materiæ ni
gri ſplẽdoris: ac uel ſine arte protinus iucundi. Alterũ fructicoſum cytiſi modo: & tota india diſpſum ẽ.

De ſpina & ficu indicis. Cap. v.

Bi & ſpina ſimilis ſed deprehẽſa uel lucernis igni ꝓtinus trãſiliente. Nũc eas exponã quas mi-
i rata eſt Alexandri magni uictoria orbe eo patefacto. Ficus ibi exilia poma hẽt. Ipſa ſe ſemꝑ ſe
rens: uaſtis diffunditur ramis. Quorũ pondera adeo in terrã curuãtur: ut annuo ſpatio infigã
tur: totãq; ſibi propaginẽ faciant circa parentẽ in orbes: quodã opere topiario. Intra ſeptẽ eã æſtiuant pa
ſtores. opacã pariter & munitã uallo arboris: decora ſpecie ſubter intuẽti proculue fornicato ambitu. Su
periores eiuſdẽ rami in excelſum emicant: ſiluoſa multitudine uaſto matris corpore: ut. lx. paſ. pleraq;
orbem colligãt. Vmbræ uero bina ſtadia operiant. Folioꝝ latitudo peltæ effigiẽ amazonicæ habet. Ea cã
fructũ ĩtegens creſcere prohibet. Raruſq; eſt nec fabæ magnitudinem excedens. Sed per folia ſolibus co
ctus prædulci ſapore digno miraculo arboris gignitur circa aceſinem maxime amnem.

De arbore pala: & arboribus indicis ſine nominibus & laniferis. Cap. vi.

[m] Aior alia pomo & ſuauitate præcellentior: quo ſapientiores indorũ uiuunt. Foliũ alas auium imitaẽ longitudine triũ cubitorũ: latitudine duũ. Fructũ e cortice mittit admirabilẽ ſucci dulcedine: ut uno quaterno ſatiet. Arbori nomẽ palæ: pomo arienæ. Plurima eſt in ſidracis: expeditionũ Alexãdri termino. Eſt & alia ſimilis huic: dulcior pomo: ſed intraneorũ ualitudini infeſta. Edixerat Alexãder ne quis agminis ſui id pomũ attingeret. Genera arborũ macedões narrauere: ex maiore parte ſine noĩbus. Eſt & terebintho ſimilis cætera: pomo amygdalis: uel minore tantũ magnitudine: pcipuæ ſuauitatis in bactris. Vtiq; hanc aliqui terebinthũ eſſe proprii generis potiuſq̃ ſimilẽ ei putauerunt. Sed unde ueſtes lineas faciũt: foliis moro ſimilis: calice pomi. Cynorhodo: Serũt eã in cãpis: nec eſt gratior ullarum proſpectus. Oliua indiæ ſterilis: præterq̃ oleaſtri fructu.

De piperis arboribus: & gariophylo: & aliis pluribus. Cap.vii.

[p] Aſſim uero quæ piper gignũt: iuniperis noſtri ſimiles: q̃q̃ in fronte caucaſi ſolibus oppoſita gigni tantum eas aliqui tradidere. Semina a iunipero diſtãt paruulis ſiliquis: quales in phaſiolis uidemus. Hæ priuſq̃ dehiſcant: decerptæ toſtæq; ſole faciunt quod uocaẽ piper longũ. Paulatim uero dehiſcentes per maturitatẽ oſtendũt candidũ piper: quod deĩde toſtũ ſolibus colore rugiſq; mutaẽ. Verum & iis ſua iniuria eſt: atq; cæli intẽperie carbũculantur: fiuntq; ſemĩa caſſa: & inania: quod uocant brechmaſin: indorũ lingua ſic ſignificante abortũ. Hoc ex oĩ genere aſperrimum leuiſſimũq; & pallidum. Gratius nigrũ leniuſq; utroq; candidum. Non eſt huius arboris radix: ut aliqui exiſtimauere: quã uocant ſingiuerim. alii uero gingiberim: q̃q̃ ſapore ſimili. Id enim in arabia atq; troglodytica in uillis naſcitur. Paruæ hærbæ: radice candida. Celeriter ea cariem ſentit: quãuis in tanta amaritudine. Preciũ eius ĩ libras ſex. Piper longũ facillime adulteratur Alexandrino ſinapi. Emitur in libras. xxv. Album. xvii. Nigrum. xiiii. Vſum eius adeo placuiſſe mirum eſt. In aliis quippe ſuauitas cœpit: in aliis ſpecies inuitauit. Huic nec pomi nec baccæ cõmendatio eſt aliqua. Sola placere amaritudine: & hanc in indos peti. Quis ille qui primus cibis experiri uoluit? aut cui in appetẽda auiditate eſurire nõ fuit ſatius? Vtrunq; ſilueſtre gentibus ſuis eſt: & tamẽ pondere emiẽ ut aurũ uel argentũ. Piperis arborẽ iã etiã habet italia maiorem myrto: nec abſylẽ. Amaritudo grano eadẽ quæ pipi muſteo crediẽ eſſe. Deeſt toſta illa maturitas: ideoq; & rugarũ coloriſq; ſimilitudo. Adulteraẽ iuniperi baccis mire uim trahẽtibus. In pondere quidẽ multis modis. Eſt etiãnum in ĩdia piperis grani ſimile: quod uocaẽ gariophylõ grãdius fragiliuſq;. Tradũt in ĩdico luco id gigni. Aduehiẽ odoris gratia. Fert & ĩ ſpinis pipis ſimilitudinẽ: præcipua amaritudine foliis paruis denſiſq; cypi modo ramis triũ cubitorũ: cortice pallido: radice lata: lignoſaq;: buxei coloris. Hac in aqua cum ſemine excepta in æreo uaſe medicamentũ fit: quod uocaẽ lycion. Ea ſpina & in pelio mõte naſcitur: adulteratq; medicamentũ. Itẽ aſphodeli radix aut fel bubulum aut abſinthiũ uel thus uel amurca. Abſynthium aptiſſimũ medicinæ quod eſt ſpumoſum. Indi in utribus camelorũ aut rhinocerotũ admittunt. Spinam ipſam in græcia quidam pixacanthum chironium uocant.

Lycium

De machir: & arboribus amanæ gentis. Cap.viii.

[e] T machir in india aduehiẽ cortex rubẽs: radicis magnæ: noĩe arboris ſuæ. Qualis ſit ea incõpertũ habeo. Corticis melle decocti uſus in medicina ad dyſentericos præcipuus habeẽ. Saccaron & arabia fert: ſed laudatius india. Eſt aũt mel in arundinibus collectũ: gũmium modo cãdidum: dentibus fragile. Ampliſſimũ nucis auellanæ magnitudine ad medicine tãtũ uſum. Contermina indis gens ariana appellaẽ: cuius ſpina lachrymarũ præcioſa: myrrhæ ſimilis: acceſſu propter aculeos anxio. Ibi & frutex peſtilens raphani: folio lauri odore equos inuitante: qui pene equitatu orbauit Alexãdrum prĩo introitu. Quod & in gedroſiis accidit. Item laurino folio. Et ibi ſpina tradita eſt: cuius liquor aſperſus oculis cæcitatẽ infert aĩalibus oĩbus. Necnõ & hærba præcipui odoris referta minutis ſerpentibus: quarũ ictu protinus moriendũ eſſet. Oneſicritus tradit in hyrcaniæ conuallibus ficis ſimiles eſſe arbores quæ uocentur occhi: ex quibus defluat mel horis matutinis duabus.

De bedellio & arboribus perſici maris. Cap.ix.

[u] Icina eſt bactriana: in qua bedelliũ noĩatiſſimũ. Arbor nigra eſt magnitudine oleæ folio roboris: fructu caprifici: naturaq; gũmi. Alii brochon appellãt: alii malachram: alii maldacon. Nigrum uero & in offas conuolutũ hadrobalũ. Eſſe aũt debet tranſlucidum: ſimile ceræ: odoratum & cũ fricatur pingue: guſtu amarum citra acorẽ. In ſacris uino perfuſum odoratius. Naſciẽ & ĩ arabia indiaq; & media ac babylone. Aliqui peraticum uocant ex media aduectum. Facilius hoc & cruſtoſius: amariuſq; & gũmoſum. Adulteraẽ amigdala nuce. Cætera eius genera cortice: & ſcordaſti. Ita uocatur arbor æmula gũmi. Sed deprehendunt (quod ſemel dixiſſe & in cæteros odores ſatis ut ſit) odore colore: pondere: guſtu: igne. Bactriano nitor ſiccus: multiq; candidi ungues. Præterea ſuũ pondus: quod grauius eſſe aut leuius nõ debeat. Preciũ ſincero in libras decẽ tantum. Gentes ſupradictas pſis attingit rubro mari: quod ibi perſicum uocauimus longe in terra æſtus agente. Mira arborũ natura. Nãq; eroſæ ſale inuectis derelictiſq; ſimiles ſicco littore radicibus nudis polyporum modo amplexæ ſteriles harenas

Blochum
madalcon
Hadrobo
lum

ſpectantur

ſpectantur. Eædẽ mari adueniente fluctibus pulſatæ reſiſtunt. imobiles. Quin & pleno æſtu operiuntur
totæ. apparetq; rex argumentis aſperitate aquarum illas ali. Magnitudo mirãda eſt. Species ſimilis une
donis. Pomum amygdalis extra: intus contortis nucleis.

De arboribus perſicæ inſulæ: & lanigeris arboribus. Cap. x.

Ylos inſula in eodẽ ſinu eſt repleta ſiluis qua ſpectat orientẽ: quaq; & ipſa æſtu maris perfun-
t ditur. Magnitudo ſingulis arboribus fici. Flos ſuauitate inenarrabili. Pomũ lupino ſimile pp
aſperitatẽ intactum oĩbus aĩalibus. Eiuſdẽ ĩſulæ excelſiore ſuggeſtu lanigeræ arbores alio mo
do q̃ ſerum. Iis folia infœcunda: quæ ni minora cẽnt uitium poterãt uideri. Ferũt cotonei mali amplitudi
ne cucurbitas: quæ maturitate ruptæ oſtendunt lanuginis pilas: ex q̃bus ueſtes precioſo linteo faciunt.

De goſſampino & arboribus ex q̃bus ueſtes fiunt: & quibus mõis cõſtent arborꝝ fructus. Cap. xi.

Rbores uocãt goſſampinos fertiliores etiã tylo in minore: quæ diſtat. x. paſſuum. Iuba circa
a fruticẽ lanugines eſſe tradit: linteaq; fieri indicis præſtantiora. Arabiæ aũt arbores ex quibꝰ ue
ſtes faciant cynas uocari: folio palmæ ſimili. Sic indos ſuæ arbores ueſtiunt. In tylis ãt & alia
arbor floret albæ uiolæ ſpecie: ſed magnitudĩe quadruplici ſine odore quod miremur. In eo tractu eſt &
alia ſimilis. folioſior tamen. roſeiq; floris: quẽ noctu cõprimens aperire incipit ſolis ex ortu: meridie expã
dit. Incolæ dormire eum dicunt. Fert eadẽ inſula & palmas: oleaſq;: ac uites: & cum reliquo pomorũ ge-
nere ficos. Nulli arborꝝ folia ibi decidunt. Rigaturq; gelidis fontibus: & hymbres accipit. Vicina iis ara-
bia flagitat quandã generum diſtinctionem: quoniam fructus iis conſtat: radice: frutice: cortice: ſucco:
lachryma: ligno: ſurculo: flore: folio: pomo.

De coſto & nardo. & differentiis nardi. Cap. xii.

Adix & foliũ indis eſt maximo pretio. Radix coſti guſtu feruens: odore eximio: frutice: alias
r inutili: primo ſtatim introitu amnis indi in patale inſula. Duo ſunt eius genera: nigrũ & quod
melius candicãs. Pretiũ in libra. xvi. De folio nardi plura dicere par eſt: ut principali in unguẽ-
tis. Frutex eſt graui & craſſa radice: ſed breui ac nigra: fragiliq;: q̃uis pingui. Situm redolente ut cupreſſi Cyperi
aſpero ſapore: folio paruo denſoq;. Cacumina in ariſtas ſe ſpargũt: ideo gemina dote nardi ſpicas ac folia
celebrant. Alterꝝ eius genus apud gangẽ naſcens dãnatur. In totũ: ozenitidis noĩe uirus redolens. Adul-
teratur ex pſeudonardo hærba: quæ ubiq; naſcit͛ craſſiore atq; latiore folio: & colore languido in candidũ
uergente. Itẽ ſua radice permixtura ponderis cauſa: & gũmi: ſpumaq; argenti aut ſtibio: cyperiue cortice
Sincerũ quidẽ leuitate deprehenditur: & colore ruffo: odoriſq; ſuauitate & guſtu: maxĩe ſiccãte os ſapo-
re iucundo. Pretium ſpicæ in libras. lxxxx. Folia diuiſere annonã ab amplitudine: quod hadroſphærꝝ uo
catur: maioribus ſiclis. xxx. Quod minore folio eſt meſoſphærum appellatur emitur. xl. Laudatiſſimũ Foliis
microſphærum e minimis folium. Preciũq; eius. x. lxxv. odoris gratia oĩbus maior recentibus. Nardo co X. xxx.
lor qui inueterauerit nigriori melior. In noſtro orbe proxime laudat͛ ſyriacũ: mox gallicum. Tertio loco
creticũ: quod alii quidem agiron uocant: alii phu folio oluſatri: caule cubitali geniculato: in purpura albi
cante: radice obliqua uilloſaq; & imitante auiũ pedes. Baccaris uocat͛ nardum ruſticũ: de quo dicemus i
ter flores. Sunt autem ea omnia hærbæ: præter indicum. Ex iis gallicum & cũ radice uellitur: abluiturq;
uino. Siccatur in umbra: alligatur faſciculis in charta: nõ multũ ab indico differens: ſyriaco tamẽ leuius.
Pretium ſiclis. xiii. In iis probatio una: ne ſint fragilia & arida potiuſq̃ ſicca folia. Cum gallico nardo ſem
per naſcitur hærba: quæ hirculus uocatur a grauitate odoris & ſimilitudine: qua maxime adulterat͛. Di-
ſtat q̃ ſine cauliculo eſt: & q̃ minoribus foliis: quodq; radicis neq; amaræ neq; odoratæ.

De aſſaro amomo & amomi: & de cardamomo. Cap. xiii.

Ardi uim habet & aſſarũ: quod & ipſum aliqui ſilueſtre nardum appellãt. Eſt ãt ederæ foliis:
n rotundioribus tantũ mollioribuſq;: flore purpureo: radice gallici nardi: ſemen acinoſum: ſapo
ris calidi: ac uenoſi. Montibus in umbroſis bis anno floret. Optimũ in ponto: proximum in
phrygia. tertium in illyrico. Fodit͛ cũ folia mittere incipit. Et in ſole ſiccat͛: celeriter ſitum trahens: ac ſene
ſcens. Inuenta nup & in thracia hærba eſt cuius folia nihil ab indico nardo diſtant. Amomi una in uſu eſt
indica uite labruſca ut alii exiſtimauere frutice uenoſo: palmi altitudine: capiturq; cũ radice: manipulatĩ
leniter cõponitur: protinus fragile. Laudatur q̃ maxime punici mali foliis ſimile: nec rugoſis: colore ru-
fo. Secunda bonitas pallido. Hærbaceum peius. peſſimumq; candidum: quod & uetuſtate euenit. Pre-
tium uuæ in libras ſicli. lxx. Friato uero amomo. xlviii. Naſcitur & in armeniæ parte: quæ uocatur otene:
& in media & in ponto. Adulteratur foliis punicis & gummi liquido ut cohæreat: conuoluatq; ſe in uuæ
modum. Eſt & quæ uocatur amomis minus uenoſa: atque durior: ac minus odorata: a quo apparet:
aut aliud eſſe: aut colligi immaturum. Similes iis & nomine & frutice cardamomum ſemine oblongo.
Metitur eodem modo & in arabia. Quatuor eius genera. Viridiſſimum ac pingue acutis angulis contu
max fricanti: quod maxime laudatur. Proximum eius ruſo candicans. Tertium breuius atque nigrius.
Peius tamen uarium & facile tritu: odoriſq; parui. Quod uerius coſto uicinius eſſe debet. Hoc & apud

medos naſcitur. Precium optimi in libras.xii. Cinnomomo gentilitas proxima erat nilus: ni prius Arabiæ
diuitias indicari cõueniret: cauſaſq; quæ cognomẽ illi fœlicis ac beatæ dedere. Principalia ergo in illa thus
& myrrha. Hæc & cum troglodytis cõis. De thure & arboribus thuris. Cap.xiiii.

Hura præter arabiam nullis: ac ne arabiæ quidem uniuerſæ. In medio eius ſunt fere attramitæ
t pago ſabæorum capite regni Sabota: in monte excelſo: a quo octo manſionibus diſtat regio
eorum thurifera: Saba appellatur: quod ſignificare græci myſterium dicunt: ſpectans ortus
ſolis æſtiui undiq; rupibus inuia & a dextra maris ſcopulis inacceſſa. Id ſolum e rubro lacteum traditur.
Siluarum longitudo eſt ſchœnorum.xx. Latitudo dimidium eius. Schœnus patet Eratoſthenis ratione
ſtadia.xl. hoc eſt paſſus quinq; milia. Aliqui.xxii. ſtadia ſingulis ſchœnis dedere: attolluntur colles alti:
decurruntq; & in plana arbores ſponte natæ. Terram argilloſam eſſe conuenit: raris fontibus ac nitroſis.
Attingunt & minæi pagus alius: per quos euehitur uno tramite anguſto. Hi primi cõmercium thuris fe
cere: maximeq; exercent. A quibus & minieum dictum eſt. Nec præterea arabum alii thuris arborem ui-
dent: ac ne horum quidem omnes. Feruntq;.ccc. non amplius eſſe familiarum: quæ ius per ſucceſſiões id
ſibi uendicent. Sacros uocari ob id: nec ullo congreſſu fœminarum funerũq; cum incidant eas arbores:
aut metant pollui. Atq; ita religione merces augeri. Quidam promiſcuum ius iis populis eſſe tradunt i
ſiluis. Alii per uices annorum diuidi. Nec arboris ipſius quæ ſit facies conſtat. Res in arabia geſſimus: &
romana arma in magnam partem eius penetrauere. C. etiam Cæſar auguſti filius îde gloriam petiit: nec
tamen ab ullo (quod equidem ſciam) latino arborum earum tradita eſt facies. Græcorum exempla uari
ant. Alii folio pyri minore dũtaxat & hærbidi coloris prodidere. Alii lentiſco ſimilẽ ſubrutilo folio. Qui
dam terebinthum eſſe: & hoc uiſum Antigono regi allato frutice. Iuba rex iis uoluminib⁹ quæ ſcripſit ad
C. Cæſarem Auguſti filium ardentem fama arabiæ tradit contorti eſſe caudicis: ramis aceris maxime põ
ti. Succum amygdalæ mõ emittere. Taleſq; in carmania apparere: & in ægypto ſatas ſtudio Ptolomæo-
rum regnantium. Cortice lauri eſſe conſtat. Quidam & folium ſimile dixere. Talis certe fuit arbor ſardi
bus. Nam & aſiæ reges ſerendi curam habuerunt. Qui mea ætate legati ex arabia uenerunt: omnia incer
tiora fecerunt. Quod iure miremur uirgis etiam thuris ad nos commeantibus quibus credi poteſt: ma-
trem quoq; teretem & enodi fructificare trunco. Meti ſemel anno ſolebat minore occaſione uendendi.
Iam quæſtus aliam uiam affere. De natura thuris, & generibus. Cap.xv.

Rior atq; naturalis uindemia circa canis ortum flagrantiſſimo æſtu incidentibus: qua maxie
p uideatur eſſe prægnans: tenuiſſimuſq; tendi cortex. Laxatur hic plaga. non adimitur. Inde pro
ſilit ſpuma pinguis. Hæ concreta denſatur: ubi loci natura poſcat tegete palmea excipiente.
Aliubi area circum pauita. Purius illo modo: ſed hoc ponderoſius. Quod in arbore hæſit ferro depecti-
tur: ideo corticoſum. Silua diuiſa certis portionibus mutua innocentia tuta eſt. Neq; ullus ſaucias arbo
res cuſtodit. Nemo furatur alteri. At hercule alexandriæ ubi thura interpollantur: nulla ſatis cuſtodit di
ligentia officinas. Subligaria ſignantur opifici. Perſona adiicitur capiti: denſuſue reticulus. Nudi emittũ
tur: tanto minus fidei apud nos pœna: quã apud illos ſiluæ habent. Autumno legitur ex æſtiuo partu.
Hoc puriſſimum candidum. Secunda uindemia eſt uere: ad eam hyeme corticibus inciſis. Ruffum hoc
exit: nec comparandum priori. Illud carfiatum: hoc dathiathum uocant. Creditur & nouellæ arboris cã
didius eſſe: ſed ueteris odoratius. Quidam & in inſulis melius putant gigni. Iuba in inſulis negat naſci.
Quod ex eo rotunditate guttæ pependit maſculum uocamus: cum alias non fere mas uocetur: ubi non
ſit fœmina. Religioni tributum ne ſexus alter uſurparetur. Maſculum aliqui putant a ſpecie teſtium di-
ctum. Præcipua autem gratia eſt mammoſo cum hærente lachryma priore cõſecuta alia miſcuit ſe. Sin-
gula hæc manum implere ſolita inuenio. Cum minori diripiendi auiditate lentius naſci liceret. Græci ſta
Mána goniam & atomum tali modo: appellant: minorem autem Arabiam. Micas concuſſũ eliſas mammam
uocamus. Etiamnum tamen inueniuntur guttæ: quæ tertiam partem minæ: hoc eſt.xxxix. denariorum
pondus æquent. Alexandro magno in pueritia ſine perſimonia thura ingerenti aris pædagogus Leoni-
des dixerat ut illo modo cum deuiciſſet thuriferas gentes ſupplicaret. At ille Arabia potitus thure onu-
ſtam nauium miſit ei. Large: exortatus: ut deos adoraret. Thus collectum ſabotam camelis conuehitur
porta ad id una patente. Digredi uia capitale leges fecere. Ibi decimas deo: quem uocant Sabin. Menſu-
ra non pondere ſacerdotes accipiunt. Nec ante mercari licet. Inde impenſæ publicæ tollerantur. Nam &
benigne certo itinerum numero deus hoſpites paſcit. Euchi non poteſt niſi per gebbanitas. Itaque & ho-
rum regi panditur uectigal. Caput eorum Tomna abeſt a gaza noſtri littoris iudææ oppido.lxxx.xx-
xvii.mil. paſſu. Quod diuiditur in manſiones camelorum.lxii. Sunt & quæ ſacerdotibus dantur portio
nes ſcribiſque regum certæ. Sed præter hos & cuſtodes ſatelliteſque & hoſtiarii & miniſtri populantur.
Iam quacunq; iter eſt aliubi pro aqua aliubi pro pabulo aut pro manſionibus uariiſq; portoriis pẽdunt:
ut ſumptus in ſingulos camelos denarium.dc.lxxxviii. ad noſtrum littus colligat. Iterumq; imperii no-
ſtri publicanis penditur. Itaq; optimi thuris libra ſiclorum.vi. Pretiũ habet ſecũda.xii. tertia.xiiii. Apud
nos adulteratur

nos adulteraꝰ reſinæ candidæ gēma per quā ſimili: ſed deprehenditꝰ quibus dictum eſt modis . Probaꝰ
candore: amplitudine: fragilitate: carbone. Vt ſtatim ardeat. Itē ne dentē recipiat potius q̄ in micas fran
gatur.

De myrrha & arboribus myrrhæ. Cap.xvi.

m Yrrham in iiſdē ſiluis permixtā arborē naſci tradidere aliqui: plures ſeperatim. Quippe mul-
tis in locis arabiæ gignitꝰ: ut apparebit in generibus. Cū uehitur & ex ſiluis laudata: peruntq;
eā etiā a troglodytis ſabbæi trāſitu maris. Satiua quoq; ꝓuenit multū ſiluestri prælata. Gau
det raſtris & ablaqueationibus. Melior radice refrigerata. Arbori altitudo ad quinq; cubita. nec ſine ſpi-
na caudice duro & intorto: craſſiore q̄ thuris: & ab radice etiā q̄ reliqua ſui parte. Corticē leuē ſimile mq;
unedoni. Scabrum alii ſpinoſumq; dixere. Foliū oliuæ: uerū criſpius. & aculeatū. Iuba oluſatri: aliqui ſi-
milem iunipero ſcabriorē tantū: ſpiniſq; horridā: folio: rotūdiore: ſed ſapore iuniperi. Nec non fuere qui
e thuris arbore utrunq; naſci mentirentꝰ. Inciduntur bis & ipſæ iiſdēq; tp̄ibus: ſed a radice uſq; ad ramos
qui ualent. Sudant autem ſponte priuſq̄ icidantur. ſtacten dictā: cui nulla præfertur. Ab hac ſatiua & i
ſiluestri quoq; melior æſtiua. Non dant ex myrrha portiones deo: quoniam & apud alios naſcitꝰ . Regi
tamen gebbānitaꝝ quartas partes eius pendunt. Cætero paſſim ac uulgo coemptā in folles confaciunt.
ipſiq; unguentarii digerunt haud difficulter odoris atq; pinguedinis argumentis.

De generibus myrrhæ: & natura & prætio eius. Cap.xvii.

g Enera cōplura. Troglodytica ſiluestriū pria. Erythrea ſequēs & Minea in qua ſtactea & atra
mitica eſt gebbānitica & auſeritis gebbānitaꝝ regno. Tertia dianitis. Quarta collatia. Quita
ſembracena a ciuitate regni ſabeoꝝ mari proxima. Sexta quā duriſitin uocant . Eſt & candida
uno tantū loco: quæ in meſſalum oppidum confertur: Probatur troglodytica pinguedine: & q aſpectu
aridior eſt: ſordidaq; atq; barbara: ſed acrior cæteris. Sembracena prædictis caret uitiis : ante alias hyla-
ris: ſed uiribus tenuis. In plenum aūt probatio eſt minutis glebis: nec rotundis. In concretu albicātis ſuc
ci & rabeſcentis: utq; confracta candidos ungues habeat: guſtu leniter amara. Secunda bonitas: itus ua
ria. Peſſima quæ intus nigra. Peior ſi ſit etiā foris. Pretia ex occaſione ementium uaria. Stactæ uero a.vi.
ad.l. Satiuæ ſummū ad.xxii. Erythreæ ad.xvi. hanc uolunt arabicam intelligi. Troglodyticæ nucleo ad æſtiuæ
xiii. Sexæ uero quā odorariā uocant ad.xiiii. Adulteratur lentiſci glebis & gūmi. Itē cucumeris ſucco ama Eius uel
ritudinis cā: ſicut ponderis ſpuma argenti. Reliqua uitia deprehendūtur ſapore: gūmi dente lentiſcentis ſextæ
Facillime autem adulteratur indica myrrha: quæ ibidem quadam e ſpina colligitur . Hoc ſolum peius
india affert facili diſtinctione: tanto deterior eſt.

De maſtice: ladano: & bruta: enhemo: & ſtrobo: & de ſtyrace. Cap.xviii.

e Rgo tranſit in maſticem quæ ex alia ſpina fit in india. Itēq; in arabia lamā uocant. Sed maſtice
quoq; gemina eſt: qm̄ & in aſia græciaq; hærba reperitur e radice folia emittens: & carduū ſimi-
lem malo ſeminis plenū lachrymaq; erumpit inciſa parte ſumma uix ut dinoſci poſſit a maſti
ce uera. Necnon & tertia in ponto eſt bituminis ſimilior. Laudatiſſima autem chia candida: cuius preciū
in libras.xx. nigræ uero.xii. Chia e lentiſco traditur gigni gūmi modo. Adulteratur ut thura reſina. Ara- Thure &
bia etiamnum & ladano gloriatur: forte caſuq; hoc & iniuria fieri odores plures tradidere. Capras male Reſina
ficum alias frondibus animal: odoratorum uero fructicū expetentius tanq̄ intelligant precia carpere ger
minū caules prædulci liquore turgentes diſtillantēq; ab iis caſus mixtura ſuccū īprobo barbaꝝ uillo ab
ſtergere. Hunc glomerari in puluerem: & incoqui ſole. Et ideo i ladano caprarum pilos eſſe. Sed hoc nō
alibi fieriq; in nabatheis: qui ſūt ex arabia contermini ſyriæ: Recētiores ex auctoribus ſtrobon hoc uocāt
Traduntq; ſiluas arabū paſtu captaꝝ infringi: atq; ita ſuccum uillis inhæreſcere . Verū aūt ladanū cypri
in inſula eſſe: Vt obiter quæq; genera odorum dicantur: q̄uis nō terrarum ordine Similiter & hoc ibi fieri
tradunt: & eſſe œſyphū hyrcoꝝ barbis genibuſq; uilloſis inhærens. Sed hederæ flore deroſo paſtib9 ma
tutinis cū eſt rorulenta cypros. Deinde nebula ſole diſcuſſa in puluerem madentibus uillis adhæreſcere:
atq; ita ladanū depecti. Sunt qui hærbam in cypro ex qua id fiat ladam appellent: etenim illi ladanum
uocant: huius pingui inſidere. Itaq; attractis funiculis hærbā eā cōuolui: atq; ita offas fieri . Ergo i utraq;
gente bina genera: terrenum: & factitium. Id quod terrenum eſt friabile: factitiū lentū. Necnō & fructi
cem eſſe dicunt in carmania & ſuper ægyptum per ptolomæos tranſlatis plātis. Aut ut alii generari &
id in iis: ut thuris arbore colligiq; ut gūmi iciſo cortice: & caprinis pellibus excipi. Precia ſunt laudatiſſi-
mo in libras aſſes.xl. Adulteratur myrti baccis: & aliis aīalium ſordibus. Sinceri odor debet eſſe ferus:
& quodammodo ſolitudinem redolens. Ipſum uiſu aridū: ſtatim tactu molleſcere . Accenſum fulgere:
odore iucundo gratuitum. Myrtata deprehenduntur: crepitantq; i igne. Præterea ſincero calculi potius
e rupibus īhærent: q̄ puluis. In arabia & olea dotatur lachryma qua medicamentum conficitur a græcis
enhemon dictum: ſingulari effectu cōtrahendis uulnerū cicatricibus. In maritimis eæ fluctibus æſtuq;
operiuntur Nec baccæ nocetur cum conſtet & in foliis ſalem relinqui. Hæc ſunt peculiaria arabiæ. Et
pauca præterea alibi cōia dicenda: qm̄ in iis uincit : peregrinoſoſq; ipſa myrrhæ odores & ab exteris petit

Tanta mortalibus ſuaꝝ rerum ſatietas eſt: alienarũq; auiditas. Petunt igitur in helimæos arborem brutam cupreſſo fuſæ ſimilem: exalbidis ramis: iucundi odoris accenſam: & cum miraculo hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicatam. Folia eius inſpergere potionibus parthos tradit. Odorem proximum eſſe cedro: fu-
Zagro mumq; eius contra ligna alia remedio. Naſcitur ultra paſitigrĩ in finibus oppidi ſittacæ monte ſanthro: Petunt & in carmanos arborẽ ſtrobum ad ſuffitus perfuſam uino palmeo accedẽtes. Huius odor reddit a cameris ad ſolum iocundus: ſed aggrauãs capita citra dolorem tamen. Hoc ſomnũ ægris quærũt. His
Carras cõmertiis carracem oppidũ aperuere: quod eſt illis nundinarium. Inde gabbam oẽs petere ſolebant dierum. xx. itinere: & paleſtinam ſyriam. Poſtea characem peti cœptum: ac regna parthoꝝ ex ea cã. Iuba auctor eſt. Mihi & ad perſas etiã prius iſta portaſſe: q̃ in ſyriã aut ægyptum uidentur. Herodoto teſte qui tradit ſingula milia talentũ thuris annua penſitaſſe arabas regibus perſaꝝ. Ex ſyria reuehunt ſtyracem: acri odore eius in focis abigentes ſuoꝝ faſtidium. Cætero nõ alia ligni genera ſunt in uſu q̃ odorata. Cibosq; ſabæi coquunt thuris ligno: alii myrrhæ. Oppidoꝝ uicorumq; nõ alio q̃ ex aris fumo atq; nidore. Ad hunc ergo ſanandum urunt ſtyracem in pellibus hyrcinis ſufficiuntq; tecta. Adeo nulla eſt uoluptas quæ non aſſiduitate ſui faſtidium pariat. Eundem & ad ſerpentes fugandas urunt in odiferis ſiluis frequẽtiſſimas.

De fœlicitate arabiæ. Cap. xix.

n On ſunt eoꝝ cynamomũ aut caſia. Et tamen fœlix appellat̃ arabia falſo & ingrati cognominis: quæ hoc acceptũ ſuperis ferat: cũ plus ex eo inferis debeat. beatã illã fecit hominum etiam in morte luxuria: quæ diis intellexerat genita adhibens urendis defunctis. Periti rerum adſtruxerunt nõ ferre tantũ annuo fœtu: quantũ Nero princeps nouiſſimo põpę ſuæ die concremauit. Aeſtimẽtur poſtea toto orbe ſingulis annis tot funera: aceruatimq; cõgeſta honori cadaueꝝ: quæ diis ꝑ ſingulas micas dant̃. Nec minus ꝓpitii erãt mola ſalſa ſupplicãtibꝰ. Immo uero (ut palã eſt) placatiores. Verũ arabiæ etiãnũ fœlicius mare eſt. Ex illo nãq; margaritas mittit. Minima quæq; cõputatione milies centena milia ſeſtertium annis oĩbus india & ſeres peninſulaq; illa ĩperio noſtro adimũt. Tanto nobis delitiæ & fœminæ conſtant. Quota enim portio ex illis ad deos queſo iam uti ad inferos pertinet?

De cynamomo & xylocynamomo & caſia. Cap. xx.

c Ynamomũ & caſias fabuloſa narrauit antiquitas: princepsq; Herodotus auiũ nidis: & priuatim phœnicis: in quo ſitu liber pater educatus eẽt ex inuiis rupibus arboribuſq; decuti carnis: quã ipſæ inferrẽt põdere aut plũbatis ſagittis. Itẽ caſiam circa paludes ꝓpugnãte unguibꝰ diro ueſpertilionũ genere: aligeriſq; ſerpentibꝰ: his cõmentis augentes rerũ precia. Cõmutata uero fabula ẽ ad meridiani ſolis repercuſſus: inenarrabilem quendã uniuerſitatis halitũ e tota peninſula exiſtere tot generũm auris ſpirante concẽtu. Magniq; Alexandri claſſibus arabiam odore primũ nunciatam in altum. Omnia falſa: ſiquidẽ cinnamomũ idẽq; cinnamum naſcit̃ in æthiopia troglodytis connubio permixta. Ii mercantes a cõterminis uehunt per maria uaſta ratibus: quas neq; gubernacula regant: neq; remi trahant uel ĩpellant non uela: nõ ratio ulla adiuuet: cũ oĩum inſtar ibi ſint hõ tantum & audacia. Præterea hybernum mare exigant circa brumã euris tum maxime flantibus. Ii recto curſu per ſinus ĩpellunt: atq; a promõtorii ambitu argeſte deferunt in portũ gebbanitaꝝ: qui uocatur ocila. Quãobrẽ illi maxime id petũt. Produntq; uix quinto anno reuerti negociatores: & multos interire. Contra reuehunt uitrea: & ænea: ueſtes: fibulas cũ armillis ac monilibus. Ergo negociatio illa fœminaꝝ maxĩe fide conſtat. Ipſe frutex duorum cubitorum altitudĩe ampliſſimus: palmiq; minimus. iiii. digytoꝝ craſſitudinis: ſtatim a terra ſex digytis ſurculoſus arido ſimilis. Cum uiret non odoratus: folio origani: ſiccitate gaudẽs: ſterilior hymbre: ceu diræ naturæ. Gignitur quidem in planis: ſed denſiſſimis in uepribus: rubiſq; difficilis collectu. Metitur non niſi permiſerit deus. Iouem hunc intelligunt aliqui. Aſſabinum illi uocant. xliiii. boum caprarũq; & arietum extis ĩpetratur uenia metendi. Non tamẽ aut ante ortũ ſolis: aut poſt occaſum licet. Sarmenta haſta diuidit ſacerdos: deoq; partẽ ponit. Reliquum mercator in naſſas condit. Eſt & alia fama: cũ ſole diuidi: ternaſq; partes fieri. Deinde ſorte germina diſcerni. Quodq; ſoli ceſſerit relinqui: ac ſponte conflagrare. Præcipua bonitas uirgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinem palmi. Secunda proximis breuiore mẽſura atq; ordine. Viliſſimũ quod radicibus proximũ: quoniã ibi minimũ corticis: ĩ quo ſumma graciæ. Qua de cã præferunt̃ cacumina: ubi plurimus cortex. Ipſum uero lignum in faſtidio eſt pp origani acrimoniã: xylocynamum uocatur. Precium eſt in libras. xx. Quidã cinnami duo genera tradidere: candidũ nigricanſq;: & quondã preferebat̃ candidũ. Nunc contra nigrum laudat̃. Atq; etiam uarium præferunt candido: certiſſima tamen æſtimatio ne ſit ſcabrum: atque ut inter ſeſe tritum tarde feriet̃. Damnat̃ in primis molle: aut cui albet cortex. ius eius a gebbanitaꝝ rege ſolo proficiſcit̃. is edicto mercatu uendit. Precia quondã fuere in libras denarioꝝ mille. Auctum id parte dimidia eſt: incenſis (ut ferunt) ſiluis ira barbarorũ. id acciderit ne ob iniquitatẽ præpotentiũ: an forte: non ſatis conſtat. Auſtros ibi tam ardenter flare: ut æſtiuatibus ſiluas accendant: inuenimus apud auctores. Coronas ex cinnamomo interraſili auro incluſas primus oĩum in tẽplis capitolii atq; pacis dicauit ĩperator Veſpaſianus Auguſtus. Radicem

guſtus. Radicē eius magni ponderis uidimus ī palatii tēplo: quod fecerat Diuo Auguſto coniunx Au-
guſta aureæ pateræ impoſitā: ex qua guttæ editæ annis oībus in grana durabantur: donec id delubrum
incendio conſumptum eſt. Frutex & caſia: eſt iuxtaq; cynami campos naſcitur: ſed ī montibus craſſiore
ſarmento: tenui cute: uerius q̄ cortice: quem conteri: atq; ī cynamomo leuari: & exinaniri ꝑcium eſt. Am
plitudo fruticis trium cubitorum. Colos triplex. Cum primū emicat candidus pedali mēſura. Deīde ru
beſcit addito ſemipede. Vltra nigricās. Hæc pars maxime laudatur: ac deinde ꝓxima. Dānatur uero cā
dida. Tum ſecant ſurculos longitudine binū cubitorum. Mox præſuūt recentibus coriis quadrupedum
ob id inter emptoꝝ: ut: iis putreſcentibus uermiculi lignum erodant: & excauent corticē tutum amaritu
dine. Probatur recens maxime & quæ ſit odoris molliſſimi: guſtuue q̄ maxime feruens: potiuſq̄ lento te
pore leniter mordens: colore purpureo: quæq; plurima minimum ponderis faciat breui tunicaꝝ fiſtula
& non fragili. Ladam uocant talē barbaro noīe. Alia eſt balſamodes ab odore ſimili appellata: ſed ama-
ra ideoq; utilior medicis: ſicut nigra unguentis: Precia nulli diuerſiora. Optimæ in libras. xl. cæteris. xv.

De iſocynamo: & chancamo: ac taro. Cap. xx.

Is addidere mãgones quā daphonoides uocant iſocynamō cognominatā: preciūq; ei⁹ faciunt. Meſocy-
h ccc. Adulteratur ſtyrace. & ꝓpter ſimilitudinem cortice lauri tenuiſſimis ſurculis. Quin & in namon
noſtro orbe ſeritur: extremoq; in margine impii: qua rhenus alluit. Vidit ī aluearüs apum ſata.
Color abeſt ille torridus ſole: & ob id ſimul idem odor. Ex confinio caſiæ cynamiq; & chancamum ac
tarum inuehitur: ſed per nabathæos troglodytaſq; connes qui conſidere ex nabathæis.

De ſerichato & gabalio & de myrobalano. Cap. xxii.

O cōportatur & ſerichatū & gabalium. quæ intra ſe conſumunt arabes: noſtro orbi tantum no
e minibus cognita: ſed cum cynamomo caſiaq; naſcētia. Peruenit tamen aliquando ſerichatū: &
in unguenta additur ab aliquibus: Permutat̄ in libras. vi. Myrobalanū troglodytis & thebaidi
& arabiæ quæ iudæā ab ægypto diſterminat cōmune eſt: naſcens unguento ut ipſo noīe appet. Quo itē
indicatur & glandem eſſe: arboris heliotropio: quā dicemus inter hærbas ſimili folio. Fructus magnitu-
dine auellanæ nucis. Ex iis ī arabia naſcens ſyriaca appellatur: & eſt candida. Contra in thebaide nigra.
Præfert̄ illa bonitate olei quod exprimit̄. Sed copia thebaica. Inter hæc troglodytica uiliſſima eſt. Sunt
q æthiopicā iis præferant glandē nigrā nec pinguē: nūcleoq; gracili: ſed liquore q exprimitur: odoratiori
naſcētē in campeſtribus. Aegyptiā pinguiorē eſſe & craſſiori cortice rubentē: & q̄uis in paluſtribus na-
ſcatur breuiorē ſicciorēq;. E diuerſo arabicā uiridem ac tenuiorem: & quoniam ſit mōtoſa ſpiſſiorem. Lō-
ge autem optimam petream: ex quo diximus oppido: nigro cortice: nucleo candido. Vnguētarii autem
tantum cortices premunt. Medici nucleos tondunt affuſa eis paulatim calida aqua.

De phœnicobalano: & calamo odorato. Cap. xxiii.

Yrrhobalano in unguentis ſimilem proximūq; uſum habet palma in ægypto quæ uocat̄ ad ip
m ſos: uiridis: odore mali cotonei: nullo intus ligno. Colligitur autem pauloante q̄ incipiat ma-
tureſcere. Quod relinquit̄ phœnicobalanus uocat̄: & nigreſcit:: ueſcenteſq; inebriat. Myrrho
balano precium in libras binas. Inſtitores & fecē unguenti hoc noīe appellant. Calamus quoq; odoratus
in arabia naſcens cōmunis indis atq; ſyriæ eſt: In qua uincit oīs a noſtro mari centū. l. ſtadiis. Inter libanū
montē aliumq; ignobilem non (ut quidam exiſtimauere) antilibanū in conuale modica: iuxta lacum cu
ius paluſtria æſtate ſiccant̄: tricenis ab eo ſtadiis calamus & iuncus odorati gignunt̄. Sane. n. dicamus:
& de iunco q̄uis alio hærbis dicato uolumine: quoniā tamen hic unguentoꝝ materia tractatur. Nihil er
go a cæteris ſui generis differunt aſpectu: ſed calamus præſtantior odore ſtatim e longinquo ſuitat. mol Aſſuloſe
lior tactu: meliorq; qui minus fragilis: & qui a ſolo ſe potiuſq̄ qui raphani modo frāgit̄. Ineſt fiſtulæ ara uel haſtu-
neum quod uocant florem. Præſtātior eſt cui numeroſius. Reliqua probatio ut niger ſit. Damnatur ali loſe
bi. Melior quo breuior & craſſior: lētuſq; in frangendo. Calamo precium in libras. i. iunco. v. Traduntq;
iuncum odoratum & in campania inueniri. Diſceſſimus a terris oceanum ſpectantibus ad conuexas in
noſtra maria.

De hammoniaco & ſpagno: Cap: xxiiii.

Rgo æthiopię ſubiecta africa hāmoniaci lachrymam ſtillat in harenis ſuis. Inde etiam noīe Hā
e monis oraculo iuxta quod gignitur arbor: quā metopion uocant reſinæ modo aut gūmi. Gene
ra eius duo Thrauſtō maſculi thuris ſimilitudine: quod maxime probatur. Alterum pingue &
reſinoſum: quod phyrama appellant. Adulteratur harenis uelut naſcendo apprehenſis. Igit̄ q̄ minimis
glebis probat̄ & q̄ puriſſimis. Preciū optimi in libras aſſes. xl. Spagnos inter eos ſitus in cyrenaica ꝓuin Splagnos
cia maxime ꝓbatur. Alii Bryon uocant. Secundum locum optinet cyprius. Tertium phœnicius. Fertur
ī ægypto naſci. Quin & in gallia nec dubitauerim. Sunt enim hoc noīe cani arboꝝ uilli quales in quercu
maxime uidemus: ſed odore præſtantes. Laus prima candidiſſimis atq; altiſſimis. Secunda rutilis. Nu
la nigris. Et in inſulis petriſq; nati īprobantur: oēſq; quibus palmarum atq; nō ſuus odor eſt.

De cypro & aſpalatho: & maro. Cap. xxv.

Yprus i ægypto eſt arbor ziziphi foliis: ſemine coriandri: flore candido odorato. Coquiť hoc
c in oleo: præmiturq; poſtea quod cyprus uocatur. Precium ei in libras quinq;. Optimum habeť
e canopica in ripis nili nata. ſecundum aſcalone iudææ: tertium cypro inſula odoris ſuauitate.
Quidam hanc eſſe dicunt arborem: quæ i Italia linguſtrum uocetur. In eodem tractu aſpalathos naſci-
tur: ſpina candida: magnitudine arboris modicæ: flore roſæ. Radix unguentis expetitur. Tradunt in quo
cuq; frutice curuetur arquus cæleſtis: eãdem quæcunq; ſit a ſpalatho ſuauitatem odoris exiſtere: ſed in
aſphalatho inenarrabilem quãdam. Quidam eum Eriſi ſceptrũ uocant: alii ſceptrũ Eliſei. Cuius ꝓbatio
eſt in colore ruffo uel igneo: tactuq; ſpiſſo: & odore caſtoreo. Permutatur i libras. xv. In ægypto naſciť
& maron peius q̃ lydiũ maioribus foliis ac uariis. Illa breuia ac minuta & odorata.

De balſamo: & opobalſamo: & xylobalſamo: & ſtyracæ: & galbana. Cap. xxvi.

Ed omnibus odoribus præfertur balſamum uni terrarum iudeæ cõceſſum. Quõdã in duobus
f tantum hortis utroq; regio; altero iugeꝵ. xx. non amplius: altero paucioꝵ. Oſtendere arbu-
ſculam hãc urbi imperatores Veſpaſiani. Clarumq; dictu a Pompeio magno in triũpho arbo
res quoq; duximus. Seruit nunc hæc: & tributa pendiť cum ſua gẽte. In totũ alia eſt natura q̃ noſtri exter
niq; ꝓdiderant. Quippe uiti ſimilior eſt q̃ myrto. Malleolis ſeri dicitur nuper iuncta ut uitis: & implet
colles uineaꝵ mõ quæ ſine adminiculis ſe ipſæ ſuſtinent. Tondetur ſimiliter fructicãs: ac raſtris niteſcit.
Properat naſci. Intra tertiũ annũ fructifera. Foliũ ꝓximũ: Rutæ perpetua coma. Seuiere i eadẽ iudæi ſi
cut i uitã quoq; ſuã. Contra defendere romani. & dimicatũ ꝓ fructice eſt. Scritq; nunc eam fiſcus. Nec
nunq̃ fuit numeroſior aut ꝓcerior. Proceritas intra bina cubita ſubſiſtit. Arbo tria genera. Tenui & ca-
pillacea cõa: quod uocãt Eutheriſton. Alteꝵ ſcabro aſpectu: incuruũ: fruticoſũ: odoratius: hoc Trachy
appellant Tertium eumeces: quia eſt cæteris ꝓcerius: leui cortice. Huic ſecunda bonitas: nouiſſima eu-
theriſto. Semẽ eius eſt uino ꝓximũ guſtu: colore ruffum: nec ſine pingui. peius i grano quod leuius atq;
uiridius. Ramus craſſior myrto. Inciditur uitro: lapide: oſſeiſue cultellis. Ferro lædi uitalia odit. Emori-
tur ꝓtinus. Eadẽ ãputari ſuperuacua patiens. Incidẽtis mãus librať artifici temperamento: ne qd ultra
corticẽ uiolet. Succus e plaga manat: quẽ opobalſamũ uocant: eximiæ ſuauitatis: ſed tenui gutta. plora
tu lanis parua colligiť in cornua. Ex iis nouo fictili cõdiť: graſſiori ſimilis oleo: & i muſto cãdida. Rube
ſcit deinde: ſimulq; dureſcit & tranſlucida. Alexandro magno res ibi gerente toto die æſtiuo unam con-
cham impleri iuſtum erat. Omni uero fœcunditate e maiore horto cõgios ſenos. Minore ſingulos: & cũ
dupplo rependebatur argento Nunc etiam ſingulaꝵ arborum largior uena ter omnibus percutitur ęſta
tibus. Poſtea deputať. Et ſarmenta quoq; in merce ſunt. Dcccc. amputatio ipſa ſurculuſq; uenit ĩtra quin
tum demum annum. Xylobalſamum uocatur: & coquitur in unguẽtis. Pro ſucco ipſũ ſubſtituere offi-
cinæ. Corticis etiã ad medicamenta preciũ eſt Præcipua aũt gratia lachrymæ: ſecũda ſemini: tertia corti-
ci: minima ligno. Ex hoc buxoſum eſt optimũ: quod eſt odoratiſſimũ ex ſemine aũt maximũ & põdero
ſiſſimũ mordens guſtu: feruẽſq; in ore. Adulterať petreo hyperico quod coarguiť magnitudine: inanita
te: latitudine: ſeu lõgitudine: odoris ignauia: ſapore piperis. Lachrymæ ꝓbatio ut ſit pinguis: tenuis: ac
modice ruffa: & i fricãdo odorata. Secũdus cãdido colos. Peior uiridis: craſſuſq;. Peſſimus niger: Quip
pe ut oleũ ſeneſcit. Ex omini inciſura maxime probať quod ante ſemel fluxit. Et alias adulterať ſemine
ſucco: uixq; maleficium deprehẽdiť guſtu amariore. Eſſe enim debet lenis nõ ſubacidus: odore tñ auſte
rus. Vitiať & oleo roſæ: cypi: lentiſci: balani: terebinthi: myrthi: reſina: galbano: cæra cypria: ꝓut quæq;
res fuit. Nequiſſime autem gũmi: q̃m ipſũ quoq; inareſcit in manu iuerſa: & in aqua: ſiderq;. Probatio eiꝰ
gemina eſt. Debet ſinceꝵ & iareſſcere: ſed hoc & gũmi addita fragili cruſta euenit: & guſtu deprehẽdiť.
Carbone uero quod cæra reſinaq; adulteratum eſt nigriori flãma. Nam melle mutatũ ſtatim contrahit
muſcas. Præterea ſincere denſatur i tepida aqua gutta ſidens ad ima uaſis. Adulterata olei modo inatat.
Et ſi metopio uitiatũ eſt: circulo candido cingitur. Summa probatio eſt: ut lac coagulet: & in ueſte ma-
culas non faciat. Nec manifeſtior alibi fraus. Quippe milibus denariorum ſextarii empti uendente fiſco.
ccc. denariis uenerunt. In tantum expedit augere liquorem. Xylobalſamo preciũ i libras ſex. Proxima ſy
ria iudææ ſupra phœnicẽ ſtyracẽ gignit circa gabala & marathunta & caſſium ſeleuciæ mõtẽ. Arbor eſt
eodem nomine: cotoneo malo ſimilis lachrymæ ex auſtero iucũdioris: intus ſimilitudo harundinis: ſuc
coq; prægnans. In hanc circa canis ortum aduolant pennati uermiculi erodentes: ob id in ſcobe ſorde-
ſcit. Styrax laudatur poſt ſupradicta ex piſidia: ſidone: cypro: cilicia. creta minime. Ex amano ſyriæ me
dicis: ſed unguentariis magis. Colos in quacũq; natione præfertur ruffus & pĩguiter lentus: deterior fur
furoſus: & cano ſitu obductus. Adulteratur cedri reſina: uel gummi: alias melle: aut amygdalis amaris
Oiaq; ea deprehenduntur guſtu. Precium optimo. xix. Exit & in pãphylia. ſed acrior: minuſq; ſuccoſus.
Dat & galbanũ ſyria i eodem amano monte eferula quam eiuſdem nõis reſinæ modo ſtagonitim appel
lant. Quod maxime laudant, cartilaginoſum: purum: ad ſimilitudinem hãmoniaci: minimeq; lignoſũ.
Sic quoq; adulteratur faba aut ſagabeno. Sincerum ſi uratur fugat nidore ſerpentes. Permutatur in li-
bras. v. medicinæ

braſ.v.medicinæ hoc tantum. De panace:& ſpondylio:& malobathro. Cap. xxvii.

Anacẽ & uiguentis eadẽ gignit naſcentem & in ipſo fine arcadiæ circaq; erimanthi fontes: & i phineo uł
p africa & in macedonia ferula ſui generis quinq; cubitoꝝ:foliis prio quaternis:mox ſenis in ter pſophide
ram iacẽtibus:ampla magnitudine rotũdis:in cacumen uero oleagineis:ſemine in muſcariis
dependẽte ut ferulæ.Excipitur ſuccus inciſo caule meſſibus:radice in autũno.Laudat̃ cãdor eius coacti
Sequens pallido ſtatera.Niger color iprobatur.Precium optimo in libras bini aſſes. Ab hac ferula dif
fert quæ uocatur ſpondylion:foliis tantũ quia ſunt minora:& platani diuiſura.Non niſi in opacis gigni
tur.Semen eodẽ noĩe ſilis ſpeciem habet:medicinæ tantum utile.Dat & malobathron ſyriæ arborem fo
lio cõuoluto. arido colore:ex quo exprimit̃ oleum ad unguenta.Fertiliorẽ eiuſdẽ ægypto : laudatius ex
india uenit.In paludibus ibi gigni tradunt lentis modo:odoratius croco:nigricans:ſcabrũq; quodam ſa
lis guſtu.Minus probatur candidũ.Celerrime ſitum in uetuſtate ſentit.Sapor eius nardo ſimilis eẽ de
bet ſub lingua.Odor uero in uino ſufferuefacti antecedit alios.In precio quidem prodigio ſimile eſt a ſin
gulis ad.ccc.peruenire libras.Oleum autem ipſum in libras.lx.

De oleo omphacio. Cap.xxviii.

Leum & omphaciũ eſt.Fit duobus generibus & totidẽ modis ex olea & uite. Olea adhuc al
o ba expreſſa:deterius ex druppa.Ita.n.uocat̃ prius ꝙ̃ cibo matura ſit:iam tum colorẽ mutans
Differentia q; hoc uiride eſt:illud candidũ.E uite fit pſytia aut aminea:cũ ſint acini ciceris ma
gnitudine ante canis ortũ.In prima lanugine demetitur uua:eiuſq; melligo.Reliquũ corpus ſole coqui
tur.Nocturni rores cauentur.In fictili condita melligo colligit̃:ſubinde cyprio ære ſeruatur.Optĩa quę
ruffa:acriorq;:& aridior.Precium omphacio in libras ſex.Fit & alio modo cum in mortariis uua imma
tura teritur.Siccataq; in ſole poſtea digeritur in paſtillos.

De bryo:& oenanthe:& de elate arbore:& cynamo caryopo. Cap.xxix.

Odem & bryon pertinet uua populi albæ.Optima circa gnidũ aut cariã in ſicientibus aũt ſic
e cis aſperiſq; ſecunda in lycia cedro.Eodẽ & oenanthe pertinet.Eſt aũt uitis labruſcæ uua.Col
ligitur cũ flore cum optime olet.Siccatur in umbra ſubſtrato linteo:atq; in cados cõdit̃.Præ
cipua ex parapotamia:ſecunda ab antiochia:atq; laodicea ſyriæ:tertia ex montibus medicis.Hæc utilior
medicinæ.Quidã oĩbus his præferunt eã:quæ in cypro inſula naſcit̃.Nãq; in africa fit ad medicos tan
tum pertinet:uocaturq; maſaris. Oĩs ãt ex alba labruſca pſtantior ꝙ̃ e nigra. Eſt præterea arbor ad eadẽ
unguenta pertinẽs:quã alii elaten uocant:quod nos albietẽ:alii palmã:alii ſpathen.Laudat̃ hãmoniaca Abietem
maxime:mox ægyptia.Dein ſyriaca dũtaxat in locis ſiciẽtibus odorata:pingui lachryma:quæ in unguẽ palmam
ta addit̃ ad domandũ oleũ.In ſyria gignit̃ & cynamũ:quod caryopon appellant.Hic eſt ſuccus nuci ex
preſſus:multũ a ſurculo ueri cynami differẽs:uicina tamẽ gratia.Precium in libras aſſes quadraginta.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE.LIBER XIII.

PROOEMIVM

De Peregrinis arboribus.

Actenus in odoribus habent precia ſiluæ:erantq; per ſe mira ſingula: iuuitq; lu
h xuriam ea omnia miſcere:& e cunctis unum odorem facere.Ita reperta ſunt un
guenta.

De unguẽtis & qñ primũ ſunt cognita nobis & de cõpoſitiõe. Cap.i.

Vis primus inuenerit non trahit̃.Iliacis tẽporibus nõ erant nec thure ſupplica
q batur.Cædri tantũ & citri ſuoꝝ fructicum in ſacris fumo conuolutũ nidorẽ ue
rius ꝙ̃ odorem nouerãt:iam roſæ ſucco reperto.Nominat̃.n.id quoq; ĩ olei lau
de.Perſarum eſſe debet gentis unguentum.Sed & bathilli madent ꝯo:& accerſi Illi uel par
ta cõmendatione ingluuie natum uirus extinguunt.Primũ quod equidẽ inueniã. Caſtris Darii regis ex thi
pugnatis in reliquo eius apparatu Alexander cepit ſcrinium unguentoꝝ.Poſtea uoluptas eius a noſtris
quoq; inter laudiſſima atq; etiã honeſtiſſima uitæ bona admiſſa eſt.Honoſq; iis & ad defunctos pertine
re cœpit.Quapropter plura de eo dicemus ꝙ̃ quæ etiam ii nouerũt.Fruticum ad præſens nominibus tã
tum indicabuntur.Natura uero eorũ ſuis reddet̃ locis. Vnguentis cognomina dedere aliis patriæ: aliis
ſucci:aliis arbores:aliis cauſæ.Primũq; id ſcire conuenit mutata auctoritate ad peius tranſiſſe gloriam.
Laudatiſſimũ fuit antiquitus in delo inſula:poſtea mendeſium.Nec mixtura tantum compoſitiõe hoc
accidit:ſed iidem ſucci uarie alibi ad quælibet præualuere:aut denegauere.Irium corinthi diu maxĩe pla
cuit:poſtea cyzici:ſimili modo rhodinum phaſeli.Quã gloriam abſtulere Neapolis : Capua:preneſte.
Crocinum in ſolis ciliciæ diu maxime laudatum:mox rhodi.Oenanthinum in cypro:deinde in ægypto
præpoſitum:poſtea adramiteo.Amaracinum in co.Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum.Cypri
num in cypro.Deinde in ægypto ubi mendeſium & metopium gratius factum eſt.Mox hoc abſtulit
phœnice. Et cyprini laudem ægypto reliquit.Panathenicum ſuum Athenæ perſeueranter optinue

re.Fuerat & pardalium in tharſo:cuius etiam cõpoſitio & mixtura obliterata eſt.Narciſſinum quoq; ex
flore narciſſo deſiit cõponi.Rõ faciendi duplex:ſuccus & corpus. Ille olei generibus fere cõſtat:hoc odo
rum.Hæc Stymmata uocant:illa hedyſmata . Tertius inter hæc eſt colos a multis neglectus . Huius
cã adduntᷣ cinabari & anchuſa.Sal aſperſus olei naturã coercet.Quibus anchuſa adiecta eſt ſal nõ addi-
tur.Reſina aut gũmi adiiciuntᷣ ad continẽdum odorẽ in corpore.Celerrime is euaneſcit atq; defluit ſi nõ
ſit hæc addita.Vnguentoꝝ expeditiſſimũ fuit:primũq; ut ueriſimile eſt ebrio & balanino oleo de quib9
ſupradiximus.Increuit deinde mendeſium.Balanino reſina mixta:magiſq; etiãnum metopio. Oleũ hoc
eſt amygdalis amaris expreſſum in ægypto.Cui addidere omphacium:cardamomũ:iuncũ: calamum:
mel:uinum:myrrham:ſemen balſami:galbanum:reſinã therebinthinã.Et e uiliſſimis quidẽ hodie ẽ: ob
id creditũ & id in uetuſtiſſimis eſſe:quod cõſtat oleo myrteo: calamo:cupreſſo:cypro:lẽtiſco:malogra
nati cortice.Sed diuulgata maxime unguenta crediderim roſa:quæ plurima ubiq; gignitᷣ.Itaq; ſimplicis
ſima rhodini mixtura diu fuit additis omphacio:flore roſæ:crocino:cinabari:calamo:melle:iunco: ſalis
flore:aut anchuſa:uino.Similis ratio & in crocio additis cinabari:anchuſa:uino.Similis & ĩ ſanſucio ad
admixtis omphacio:calamo.Optimũ hoc ĩ cypro & mytlenis:ubi plurima ſanſucus.Miſcentur & uilio
ra genera olei myrto lauro:quibus additur ſanſucinũ:lilium.fœnogræcum:myrra:caſia:nardum:iũcus
cynamomum.E malis quoq; cotoneis & ſtruteis fit oleum(ut diximus)melinũ:quod in unguenta tran
ſit:admixtis omphacio:cyprino:ſeſamino:balſamo:iunco:caſia:ambrotano . Suſinũ tenuiſſimũ oĩum
eſt.Conſtat ex liliis:balano:calamo:mellæ: cinnamomo:croco:myrrha:aſpalatho.Et idẽ cyprinum ex
cypro:& omphacio:& cardamomo:calamo:aſpalatho:ambrotano.Aliqui & in cyprinũ addunt myr-
rhã & panacem.Hoc optimũ ſidone:mox ægypto:ſi non addatᷣ ſeſaminũ oleum.Durat & quadriẽnio.
Maro Excitatur cinnamomo.Telinum fit ex oleo recenti:cypero:calamo mellilotο:fœnogræco:melle:mello:
Amaraco oraro:omacro.Hoc erat celeberrimũ Menãdri poetæ comici ætate.Poſtea multo ſucceſſit pp gloriã ap
pellatum megalium ex oleo balanino:balſamo:calamo:iunco:xylobalſamo:caſia:reſina. Huius ꝓprie
tas ut uentiletᷣ in coquẽdo donec deſinat olere.Rurſus refrigeratum odorem ſuum capit.Singuli quoq;
acnopolũ ſucci nobilia unguenta faciunt:In primis malobathrum:poſtea iris illyrica:& cyzicena amaracus.Hær
ſed alia alii barii in utraq; pauca iis & alia aliis miſcent.Qui plurima alterutri mel:ſalis florem:omphacium angni-
foliam:panacem. Externa oĩa.Et prodigioſa cynnamomo pretia.Adiicitᷣ cynnamomo balaninum ole-
um xylobalſamum:calamus:iuncus:balſami ſemina:myrrha:mel odoratum.Vnguentoꝝ hoc craſſi-
mum.Præcia ei a denariis.xxxv.ad.cccx.Nardinũ ſiue foliatũ conſtat omphatio:balanino:iunco:coſto
nardo:amomo:myrrha:balſamo.In hoc genere conueniet meminiſſe hærbaꝝ:quæ nardũ indicum imi-
tentᷣ ſpecies nouẽ a nobis eſſe dictas:tanta materia adulterãdi eſt.Oĩa aũt acutiora fiunt coſto:amomo
quæ maxime nares feriunt.Craſſiora myrrha ſuauioraq;.Medicinæ ãt ulteriora croco . Acerrima per ſe
amomo.Hoc & capitis dolores facit.Quidã ſatis habent aſpergere quæ ſunt præcioſiſſima: cæteris de-
coctis:ĩpendio parcẽtes:ſed nõ eadem ẽ uis:niſi una decoctis.Myrrha & per ſe unguentũ facit ſine oleo:
ſtacte dũtaxat:alioquin nimiã amaritudinẽ affert.Cyprino uiride fit.ſuſino unguinoſum : mendeſio ni-
grum:rhodino candidum:myrrha pallidũ.Hæc ſunt antiquæ inuentiõis genera : & poſtea officinarum
furta.Nunc dicetᷣ cumulus iſte deliciarum & ſumma auctoritas rei.

Quod unguentum regale uocetᷣ:& quæ diapaſmata:& qualiter ſeruentur. Cap.ii.

Rgo regale unguẽtum appellatum:quod parthoꝝ regibus ita tẽperatᷣ.Cõſtat myrobalano:
e coſto:amomo:cinnamomo:comaco:cardamomo:nardi:ſpica:maro:myrrha:caſia: ſtyrace
ladano:opobalſamo:calamo:iuncoq; ſyrio:oenante:malobathro:ſericato:cypro: aſpalatho:
panace:croco.cyprio:amaraco:collato melle:uino.Nihilq; ei9rei cã ĩ Italia uictrice oĩum: In europa ue
tota præter irin illyricam & nardum gallicum gignitᷣ.Nã uinum & roſa & myrti folia oleumq; commu
nia fere oĩum terraꝝ intelliguntᷣ.Siccis odoribus conſtãt quæ diapaſmata uocantᷣ.Nam feces unguenti
magmata appellant.Inter oẽs potentiſſimus odor quiſquis nouiſſime additᷣ.Vnguenta optime ſeruantᷣ
in alabaſtris.Odores in oleo.Quod diuturnitati eorum tãto utilius eſt:quãto pinguius:ut ex amygda-
lis.Et ipſa unguenta uetuſtate meliora.Sol inimicus iis. Quãobrem ĩ umbra coquuntᷣ plumbeis uaſis.
Experimentum eorum inuerſa manu capitur:ne carnoſæ partis calore uitietur.

Quanta in unguentis luxuria:& quando primum romanis in uſu. Cap.iii.

Aec eſt materia luxus e cunctis maxime ſuperuacui.Margaritæ enim gẽmæq; ad hæredem ta
h men tranſeunt.Veſtes prolõgant tẽpus.Vnguenta illico expirant:ac ſuis moriuntᷣ horis.Sũ-
ma cõmendatio eoꝝ: ut tranſeuntẽ fœminã odor inuitet etiã aliud agentẽ. Excedũtq; quadra
genos denarios libræ.Tantum emitur uoluptas aliena:Etenim odorem qui gerit ipſe non ſentit. Sed &
hæc aliqua differentia ſignanda ſunt.In.M.Ciceronis monumentis inuenitur unguẽta gratiora eſſe quæ
terram:quã quæ crocum ſapiant : quando etiam corruptiſſimo in genere.Magis tamen iuuat quædam
ipſius uitii ſeueritas.Sed quoſdam craſſitudo maxime delectat.idipſum approbantes.Linique iam non
ſolum:ſed

ſolum:ſed & perfundi unguentis gaudent. Vidimus etiam ueſtigia pedum tingi. Quod. M. Othonem
monſtraſſe Neroni principi ferebant. Quæſo ut qualiter ſentiretur iuuari ab ea parte corporis? Necnon
aliquem ex priuatis audiuimus iuſiſſe ſpargi parietes balnearum unguento. Atq; Caium principē ſolitū
lauari. Ac ne principale uideatur hoc bonum & poſtea quendā ex ſeruis Neronis. Maxime tamē mirum
eſt hanc gratiam penetraſſe & in caſtra. Aquilæ certe ac ſigna puluerulenta illa & cuſtodiis horrida in un
guntur feſtis diebus. Vtināq; dicere poſſemus quis primus inſtituiſſet iſta. Nimirū hac mercede orbem
terrarū corruptæ deuicere aquilæ. Iſta patrocinia quæ quærimus uitiis: ut per hoc ius ſummant ſub caſſi
de unguēta. Quādo id primū ad romanos penetrauerit: nō facile dixerim. Certū ē Antiocho rege aſiaq;
deuictis urbis anno quingenteſimo ſexageſimoquinto. P. Liciniū Craſſum Iulium Cæſarem cēſores edi
xiſſe: ne quis uenderet unguenta exotica: ſic enim appellauere. At hercule iam quidā etiā in potu addunt:
dantiq; amaritudo eſt: ut odore prodigo fruant ex utraq; parte corporis. L. Plotium. L. Plotii bis conſu-
lis cenſoriſue fratrē proſcriptū a triumuiris in ſalernitana latebra ungunti odore proditum conſtat. Quo
dedecore tota abſoluta proſcriptio eſt. Quis enim non merito iudicet periſſe tales? Cæterum terrarum
omnium ægyptus accomodatiſſima unguentis. Ab ea campania eſt proxima copia roſæ.

De palmis: & natura earum: & generibus. Cap. iiii.

Vdæa inclyta eſt uel magis palmis: quarū natura nunc dicetur. Sunt quidē in europa uulgo q;
i italia: ſed ſteriles. Ferunt in maritimis hiſpaniæ fructum: uerū imitem: dulcē i africa: ſed ſtatim
euaneſcentem. Contra in oriēte ex iis uina. Gentiūq; aliquibus panis. Plurimis uero etiam qua
drupedum cibus. Quāobrē iure dicent externæ. Nulla eſt in italia ſponte genita: nec i alia parte terrarū
niſi in calida. Frugifera uero nuſquā niſi i feruida. Gignitur leui ſabuloſaq; terra: maiore i parte & nitroſa.
Gaudet & riguis: totoq; anno bibere cū amet anno ſitienti: Afimo quidā etiā lædi putant. Et aſſyriorum
pars aliqua ſi nō riuis miſceatur. Genera earū plurima. Et pria fruticem nō excedentia. Sterilem hāc. Ali-
ubi & ipſam fertilem: breuēq; ramis obire umbra foliorū. Tectorii uicē hæc parietibus pleriſq; i locis præ
ſtat conſtra aſpergines. Sunt e proceerioribus ſiluæ arbore ex ipſa foliorū aculeo fruticāte circa totas pe-
ctinatim: quas ſilueſtres intelligi neceſſe eſt. Incerta tamē libidine etiā mitioribꝰ ſe miſcent. Reliquæ tere
tes atq; proceræ denſis gradatiſq; corticū pollicibus: ut orbibus faciles ſe ad ſcandendū orientis populis
præbent. Vtilē ſibi arboriſq; induuiis circulū mira pernicitate tū hoīe ſubeunte. Coma oīs i cacumine: &
pomū eſt: nō iter folia ut i cæteris: ſed ſuos iter ramos palmitibus racemoſum. Vtraq; natura uuæ atq;
pomi. Folia cultrato mucrone lateribus i ſe bifidatis bellas primū demonſtrauere gēmas. Nūc ad funes
uitiliūq; nexus & capitū leuia umbracula fundunt. Arboribus imo potius oībus quæ terra gignit: hær-
biſq; etiā utrunq; ſexū eſſe diligentiſſimi naturæ tradunt. Quod in plenū ſatis ſit dixiſſe hoc i loco. Nul-
lis tamen arboribꝰ manifeſtius. Mas in palmite floret. Fœmina citra florem germinat tantū ſpinæ mo-
do. Vtriſq; aūt prima naſcit pomi caro: poſtea lignum intus: hoc eſt ſemen eius. Argumētum q; paruæ
ſine hoc reperiūtur in eodē palmite. Eſt āt oblōgum nō ut oliuis orbiculatum. Præterea cæſum a dorſo
puluinato: & in aluo media fiſſura pleriſq; umbilicatū: unde primum ſpargit radix. Serit autem pronū
& bina iuxta compoſita ſemina: ſuperq; totidē: quoniā īfirma ſingulis planta eſt. Quaternæ coaleſcunt.
Multis candidiſq; lignū hoc a carnibus diſcinditur tunicis aliis corpori adhærentibus: laxæq; diſtans: tan
tum a cacuminibus filo adhærens. Caro matureſcit anno. Quibuſdā tamen in locis ut cypro: quāquam
ad maturitatē non perueniat: grato ſapore dulcis eſt: & folium ibi latius: fructuſq; reliquis rotundior.
Nec ut deuoret corpus: uerum ut expuatur ſucco modo expreſſo. Et in arabia languidæ dulces tradun-
tur eſſe palmæ. Quāq; Iuba apud ſcænitas arabas præfert oībus ſaporibꝰ: quam uocant dabulan. Cæte-
ro non ſine maribus gignere fœminas ſponte ædito nemore confirmant. Circaq; ſingulos plures nutare
in eum ꝓnas blandioribus comis. Illum erectis hiſpidum afflatu uiſuq; ipſo & puluere etiam reliquas
maritare. Huius arbore exciſa uiduas poſt ſterileſcere fœminas. Adeo eſt Veneris intellectus uti coitus
etiam excogitatus ſit ab homine: ex maribus flore ac lanugine: interim uero tantum puluere inſparſo fœ
minis. Serunt autē palmæ & trunco duorū cubitorum longitudine a cerebro ipſo arboris uiridi fiſſuris
diuiſio atq; defoſſo. Et ab radice auulſæ uitalis eſt ſatus: & ramorum ten trimis. In aſſyria ipſa quoq; ar
bor ſtrata in ſolo humido tota radicatur: ſed in frutices non in arborem. Ergo plantaria inſtituunt: anni-
culaſq; tranſferunt: & iterum bimas. Gaudent enim mutatiōe ſedis: uerna alibi: in aſſyria autē circa canis
ortū. Nec ferro attingunt ibi nouellas: ſed religant comas: ut in altitudinem excant. Robuſtas deputant:
craſſitudinis gratia ſemipedales ramorū relinquētes trūcos. Qui deciſi alibi necant matrē. Diximus ſal-
ſum ab iis ſolum diligi. Ergo ubi non eſt tale: ſalem aſpergunt: non radicibus: ſed longius paulo. Quæ
dam in ſyria & ægypto in binos diuidunt ſe truncos: in creta & ternos: quædam: & in quinos. Ferūt ſtatī
in trimatu. In cypro uero ſyria ægypto quadrimæ aliæ aliæq; quinquennes: aliæ altitudine hoīs nullo in
tus pomi ligno q̄diu ſunt nouellæ: ob id ſpadōum accepto noīe. Genera earū multa. Sterilibus ad mate
rias operaq; lautiora utitur aſſyria: & tota perſi. Sunt & cæduæ palmarum quoq; ſiluæ: germinantes

o

ruſus ab radice ſuccisæ. Dulcis medulla earum in cacumine quod cerebrum appellant: exēptaq; uiuunt: quod non aliæ. Vocātur aūt chamæriphes: folio latiore ac molli: ad ulrilia utiliſſimo. Copioſæ in creta. Sed magis in ſcilia. E palmis prunæ uiuaces: ignisq; lentus. Frutiferaꝝ aliis breuius lignum ī pomo: aliis longius. His mollius: illis durius. Quibuſdā oſſeum lunatumq; dente cōtra faſcināces religione politū. Aliud pluribus ueſtitum paucioribuſue tunicis. Aliud craſſioribus tenuioribuſue. Ita fiunt undeqnquaginta genera: ſi quis oium perſequi uelit noia etiam barbara: uinorūq; ex iis differentias. Clariſſimæ omnium quas regias appellauere ab honoribus: quoniam regibus tantum perſidis ſeruarent̄ babylone natæ uno in orto bagoi. Ita. n. uocant ſpadones qui apud eos etiā regnauere. Hortus ille nunq̄ niſi dominātis in aula fuit. At in meridiano orbe præcipuā obtinēt nobilitatem ſyagri. Proximamq; margarides. Eæ breues candidæ: rotundæ: acinis q̄ balanis ſimiliores. Quare & nomen a margaritis accepere. Vna earū arbor in chora eſſe tradit̄: una ex ſyagroꝝ. Mirūq; de ea accepimus cum phœnice aue: quæ putat̄ ex huius palmæ argumēto nomen accepiſſe: iterum mori: ac renaſci ex ſeipſa: Quod erat prius: pomis refertā. Ipſum pomū grande: duꝝ: horridū: & a cæteris generibus diſtans: ſapore fermo: quē ferme in apris nouimus: euidentiſſimeq; cā eſt nois. Quarta auctoritas ſandalidum a ſimilitudine appellataꝝ. Iam ī æthiopiæ fine quinq; eaꝝ nec pluries arbores tradūt: non raritate magis q̄ ſuauitate mirabiles. Ab iis caryotæ maxime celebrantur & cibo quidem: ſed & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua uina orienti iniqua capiti: unde pomo nomen. Sed ut copia ibi atq; fertilitas: ita nobilitas in iudæa: nec in tota: ſed hierecūte maxime. Quāq̄ laudatæ & archelaidæ & phaſelidæ: atq; lybiadæ gentis eiuſdem conuallibus. Dos his præcipua. Succo pingui lactentibus: quādoq; uini ſapore in melle prædulci. Sicciores in hoc genere Nicolai ſed amplitudinis præcipue quaterni cubitoꝝ longitudinē efficiunt. Minus ſpatioſæ: ſed ſapore caryotaꝝ ſorores: & ob hoc adelphides dictæ: proximā ſuauitatē habent: nō tamē eandē. Tertium ex iis genus pateton: & nimio liquore abundat. Rumpitq; ſe pomi ipſius etiā in ſuā matrē ebrietas calcatis ſimile. Suū genus ſed e ſicciore turba iaceus dactylis prælonga gracilitate curuatis in terrā. Nam quos ex iis deorū honori dicamus: idæos appellauit iudæa gens contumelia numinū inſignis. In totum arentes thebaides atq; arabicæ: macro corpore exiles: & aſſiduo uapore torrētes. Cruſtā uerius q̄ cutem obducunt. In ipſa quidē æthiopia friatur hæc tanta eſt ſiccitas: & farinæ modo ſpiſſatur in panē. Gignitur autē in frutice ramis cubitalibus: folio latiore: pomo rotundo: ſed maiore q̄ mali amplitudine. Cycas uocāt. Triēnio maturescunt. Semperq; frutici pomū eſt ſubnaſcente alio. Thebaidis fructus ex tēplo in cados conditur: cū ſui ardoris aiam: ni ita fiat: celeriter expiret: marceſcitq; non retoſtus furnis. Ex reliquo genere plebeæ uidentur. Syri hoc & Iuba tragemata uocant. Nam in alia parte phœnicis ciliciæq; populari etiā noie a nobis appellantur balani. Eorum quoq; plura genera. Differunt figura rotunditatis aut proceritatis. Differunt & colore: nigriores ac rubentes. Nec pauciores fico traduntur colores. Maxime tamen placent candidi. Diſtant & magnitudine prout multi cubitum effecere. Quidam ſunt non ampliores faba. Seruantur ii demum: qui naſcuntur in ſalſis atq; ſabuloſis ut in iudæa: & cyrenaica africa. Non item in ægypto: cypro: ſyria: ſeleucia: aſſyria. Quāobrem ſues & reliqua animalia ex iis ſaginātur. Vitiati aut uetuſti eius pomi ſignum eſt: decidiſſe candidam uerucam: quæ racemo adhæſerit. Alexandri milites palmis uiridibus ſtrangulati ſunt. In gedroſis id factum eſt pomi genere. Alibi copia euenit. Eſt enim tanta muſteis ſuauitas: ut finis mandendi non niſi periculo fiat.

De ſyriæ ardoribus. Cap. v.

ſ Yria præter hanc peculiares habent arbores. In nucum genere piſtacia nota. Prodeſſe aduerſus ſerpentium tradūtur morſus: & potu & cibo. In ficorum autē caricas & minores eius generis: quæ cottana uocant. Item pruna in damaſco monte nata & myxa: utranq; iam familiarē italiæ. Ex myxis in ægypto & uina fiunt. Iunipi ſimilitudinem habent phœnices & cædrum minorem. Duo eiꝰ genera: lycia & phœnicia. Differunt folio. Nā quæ durum: acutum: ſpinoſum habet oxycædros uocat̄: ramoſa & modis infeſta. Altera odore præſtat. Fructum ferūt myrti magnitudine: dulcē ſapore. Et maioris cædri duo genera. Quæ floret fructū non fert. Frutifera non floret. Et in ea antecedentem fructum occupat nouus. Semen eius cupreſſo ſimile. Quidam cædralatē uocant. Ex hac reſina laudatiſſima. Materiæ uero ipſi æternitas. Itaq; & ſimulacra deorum ex ea factitauerunt. Cædrinus eſt romæ in delubro Appollo Soſianus e ſeleucia aduectus. Cædro ſimilis in arcadia eſt arbor: quæ in phrygia frutex uocat̄.

De terebintho. Cap. vi.

ſ Yria & terebinthū habet. Ex iis maſcula ē ſine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine: alteri pallidus. Cum uite matureſcit non grandior: faba: odore iucūdior: tactu reſinoſus circa idam troadis. Sed ī macedonia breuis arbor hæc atq; fruticoſa. In damaſco ſyriæ magna. Materies ei admodum lenta: ac fidelis ad uetuſtatem: eximii ac nigri ſplēdoris: flos racemoſus oliuæ modo: ſed rubens: folia dēſa. Fert & folliculos emittentes quædā aialia ceu culices: lentoremq; reſinoſum: qui & cortice erūpit. Etiam rhus ſyriæ maſcula fert: ſterili fœmina folio ulmi paulo longiore: &

longiore.& piloſo:foliorum inter ſe ſemper contrariis pediculis:gracili breuiq; ramo: pelles candidæ cõ
ficiuntur.Iis ſemen lenti ſimile cum uua rubeſcit:quod uocatur rhus medicamentis neceſſarium.

De ficu ægyptia & cypria. Cap.vii.

T in ægypto multa arborum genera:quæ non alibi.Ante omnia ficus ob id ægyptia cognomi
e nata.Arbor moro ſimilis:folio:magnitudine:aſpectu.Pomum fert nõ ramis:ſed caudice ipſo.
Idq; ipſum ficus eſt prædulcis:ſine granis interioribus:perq̃ fœcundo prouentu: ſcalpẽdo tãtũ
ferreis unguibus:aliter non matureſcit.Sed cũ factum eſt quarto die demetitur:alio ſubnaſcente.ſepte-
no ita numeroſa ptu:per ſingulas æſtates multo lacte abundante.Subnaſcitur etiã ſi non ſcalpat̃ fœtus
quater æſtate:prioremq; expellit imaturum.Materies ꝓprii generis inter utiliſſimas. Cæſa ſtati ſtagnis
mergit̃.Hoc eſt eius ſiccari.Et primo ſidet:poſtea fluitare incipit:certoq; eam. Suggit alienus humor:
qui aluũ omnẽ rigat.Cum inatare cœperit tẽpeſtiue habet ſignum. Huic ſimilis quadam tenus quæ uo
catur cypria ficus in creta.Nã & illa in caudice ipſo fert pomum & ramis : cũ in craſſitudinẽ adoleuere.
Sed hęc germia emittit ſine ullis foliis radici ſimilia.Caudex arboris populo ſimilis:foliũ ulmo.Fruct9
quaternos fundit:totiens & germinat.Sed groſſus eius non matureſcit:niſi inciſura emiſſo lacte.Suaui
tas & in terior fici.Magnitudo ſorbi.

De ceraunia ſiliqua. Cap.viii.

Imilis his ſiliqua:quam iones cerauniam uocant:trũco & ipſa fertilis ſed pomo ſiliquæ. Ob id
f quidam ægyptiã ficum dixere errore manifeſto.Nõ enĩ in ægypto naſcitur:ſed in ſyria ioniaq;
& circa gnidum:atq; in rhodo:ſemper comãtibus foliis flore candido:cum uehemẽtia odoris.
Plantigera imis partibus & ideo ſuperficie flaueſcẽs ſuccũ auferente ſobole .,Pomo antecedentis anni cir
ca canis ortus detracto ſtatim alterũ parit.Poſtea florem per arcturũ hyeme fœtus enutriente.

De perſico ægypti & ſpina ægyptia. Cap.ix.

Egyptus & perſicã arborem ſui generis habet ſimilem pyro folia retinentem.Fertilitas aſſidua
a eius ſubnaſcente caſtrino fructu.Maturitas eteſiaꝝ afflatu.Pomum longius pyro : iuclusum
amygdalæ putamĩe & corio:colore herbido.ſed ubi nux illi:huic pomũ: differens breuitate ac
mollicie:Et quanuis blãdiatur prædulcis ſuauitas:non innocuũ.Materies bonitate:firmitudĩe : nigricia Innocuũ
quoq; nihil differens a loto.Simulacra ex ea factitauere nõ eadẽ gratia q̃ fideli materie:ut ex arbore quã theophra-
balanum appellauimus:magna ex parte cõtorta. Naualis itaq; tantum eſt.At e diuerſo cuci in magno ſtus
honore palmæ ſimilis:quando & eius foliis utuntur ad textilia.Differunt q; in brachia ramorum ſpar-
gitur.Pomo magnitudo quæ mãum ĩpleat:color fuluus:cõmendabilis ſucco & auſtero & dulci.Lignũ
intus grandis firmæq; duriciæ:ex quo uelares detornant anulos.In eo nucleus dulcis dum recẽs eſt.Sic-
catus dureſcit ad infinitum:ut mandi non poſſit niſi pluribus diebus maceratus.Materies criſpioris ele
gantiæ:& ob id perſis gratiſſima.Nec minus ſpina celebratur in eadem gente dumtaxat nigra:quoniam
incorrupta etiã in aquis durat:ob id utiliſſima nauium coſtis.Cãdida facile putreſcit.Aculeus ſpinarum
& in foliis.Semen in ſiliquis:quo coria perficiuntur gallæ uice.Flos & coronis iucundus:& medicamen
tis utilis.Manat & gũmi ex ea.Sed præcipua utilitas q; cæſa anno tertio reſurgit.Circa thebas hæc : ubi
& quercus & perſica et oliua.ccc.a nilo ſtadiis:ſilueſtri tractu & ſuis fontibus riguo.

De pruno & ardoribus circa memphin. Cap.x.

Bi prunus ægyptia nõ diſſimilis ſpinæ proximæ dictæ.Pomo meſpili:matureſcent bruma:nec
i folia dimittens.Lignum in pomo grande:ſed corpus ipſum natura copiaq; meſſium inſtar ĩ co
lis.Purgatũ enim tũdunt:ſeruantq; eius offas . Silueſtris fuit & circa mẽphin regio ramuaſtis
arboribus:ut terni nequirent uel circumplecti:unius peculiari miraculo:nec pomũ propter uſumue ali-
quem:ſed euentũ. Facies enim ſpinæ folia habet ceu pennas:quæ tactis ab homine ramis cadunt proti-
nus:ac poſtea renaſcuntur.

De gummi generibus & papyro. Cap.xi.

Vmmi optimum eſſe ex ægyptia ſpina cõuenit:uermiculatum:colore glauco:purum:ſine cor
g tice:dentibus adhærens.Preciũ eius in libras.xiii.Deterius ex amygdalis amaris & ceraſo.Peſſi
mũ ex prunis . Fluit & ex uitibus: infanciũ ulceribus aptiſſimum. Et aliquando in olea dentiũ
dolori.Vlmo etiã in corico monte ciliciæ.Ac iunipo ad nihil utile.Ex ulmi uero gũmi & culices ibi na-
ſcunt̃.Fit & ex ſarcocolla:ita uocat̃ arbor:gũmi utiliſſimum pictorib9 ac medicis:ſimile pollini thuris:
& ideo candidum q̃ ruffũ melius.Preciũ eius quod ſupra.Nondũ paluſtria attigimus:nec fructices am
nium.Prius tamẽ q̃ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicetur.Cum chartæ uſu maxime huma-
nitas uitæ conſtet & memoria.Et hanc Alexandri magni uictoria repertam auctor eſt.M.Varro. con-
dita in ægypto alexandria.Antea non fuiſſe chartarum uſum.Palmarum folus primo ſcriptitatũ. Dein
de quarundam arboꝝ libris.Poſtea publica monumenta plũbeis uoluminibus.Mox & priuata linteis Schedis
confici cœpta:aut ceris.Pugillariũ enim uſum fuiſſe ante troiana tẽpora inuenimus apud Homeꝝ.illo
uero prodente ne terra quidã ipſa tota fuiſſe:quæ nunc ægyptus intelligitur:cũ in ſebennytico ſaltẽ eius



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 208 sur 536

nominis charta naſcatur. Poſtea adaggeratã nilo. Siquidem a pharo inſula quæ nunc Alexandriæ ponte iungitur noctis dieiq; uelifico nauigii curſu terrã fuiſſe prodidit. Mox æmulatione circa bibliothecas regum Ptolomæi & Eumenis ſupprimente chartas Ptolomæo idem Varro mẽbranas pergami tradidit repertas. Poſtea ꝓmiſcue patuit uſus rei qua conſtat ĩmortalitas hoĩum. Papyrum ergo naſcit̃ in paluſtribus: ægypti: aut quieſcentibus nili aquis: ubi euagatæ ſtagnant duo cubita nõ excedente altitudine gurgitum. Brachiali radicis obliquæ craſſitudine: triangulis lateribus: decẽ non amplius cubitoꝝ longitudine in gracilitatem faſtigiatũ thyrſi modo cacumẽ includens. Semĩe nullo aut uſu eius alio q̃ floris ad deos coronãdos. Radicibus incolæ pro ligno utunt̃: nec ignis tantũ gratia: ſed ad alia quoq; utenſilia uaſoꝝ. Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt. Et e libro uela: tegeteſq;: necnõ & ueſtem: atq; ſtragula ac funes. Mandunt quoq; crudum decoctũq;: ſuccũ tantũ deuorantes. Naſcitur & in ſyria circa quẽ odoratus ille calamus lacum. Neq; ad alios uſus illis: q̃ funibus. Rex Antigonus in naualibus uſus eſt rebus: nondũ ſparto cõmunicato. Nuper & in euphrate naſcens circa babylonem papyrum intellectũ eſt eundẽ uſum habere quem chartæ. Et tamen adhuc malunt parthi ueſtibus litteras intexere. Præparantur ex eo chartę diuiſæ acu in prætenues ſed q̃ latiſſimas philuras.

De generibus chartaꝝ: & q̃uo chartæ fiant: & de chartaꝝ ꝓbatione: & uitiis & glutino eaꝝ. Ca. xii.

P Rincipatus medio atq; inde ſciſſuræ ordine. Hieratica appellabat̃ antiquitus: religioſis tantum uoluminib⁹ dicata: quæ ab adulatione Augusti nomẽ accepit. Sicut ſecunda Liuiæ a cõiuge eius. Ita deſcendit hieratica in tertiũ nomẽ. Proximũ amphitreatricæ datum fuerat: a confecturæ loco. Excepit hanc romæ Fannii ſagax officina: tenuatãq; curioſa interpollatione principalem fecit̃ e plebeia: & nomẽ ei dedit. Quæ non eſſet ita recurata: in ſuo manſit amphiteatrica. Poſt hanc ſaitica ab oppido: ubi maxima fertilitas ex uilioribus ramentis. Propriorq; etiãnum cortici. Tæniotica a uicino loco põdere iã hæc nõ bonitate uenalis. Nã emporetica inutilis ſcribẽdo: in uolucris chartaꝝ ſegeſtriũq; in mercibus uſum præbet: & ideo a mercatoribus cognominata. Poſt hãc papyꝝ eſt extremũq; eius ſcirpo ſimile: ac ne ad funes quidẽ niſi in humore utile. Texũturq; oẽs tabulæ madentes nili aqua. Turbid⁹ liquor uim glutini præbet: cũ primo ſupina tabula Scheda adlinit̃ lõgitudine papyri quæ potuit eẽ ſegminibus utrinq; amputatis. Tranſuerſa poſtea crates pagitur. Premunt̃ deĩde prelis: & ſiccãtur ſole atq; inter ſe plagulæ iungunt̃. A proximaꝝ ſemp bonitate diminutiõe ad deterrimas. Nunq̃ plures ſcapo q̃ uicenæ. Magna in latitudine eaꝝ differentia. xiii. digytoꝝ optimis. Duo detrahuntur hieraticæ. Fãniana denos habet. Et uno minus amphitheatrica. Pauciores ſaitica: nũc malleo ſufficit. Nã emphoreticę breuitas ſex digitos nõ excedit. Præterea ſpectant̃ in chartis tenuitas: denſitas: candor: læuor. Primatũ mutauit Claudius Cæſar. Nimiæ quippe Auguſtæ tenuitas tolerandis nõ ſufficiebat calamis. Ad hoc tramittens litteras lituræ metum afferebat auerſis: & alias indecoro uiſu pertranſlucida. Igitur & ſecũdo corio ſtatumina facta ſunt e primo ſubtegmine. Auxit & latitudinẽ. Pedalis erat menſura: & cubitalis macrocolis. Sed rõ deprehendit uitiũ unius ſchedæ reuulſione plures infeſtante paginas: Ob hoc prælata oĩb⁹ Claudia: Auguſtæ in epiſtolis auctoritas relicta. Liuiana ſuã tenuit: cui nihil e prima erat: ſed oĩa e ſecũda. Scabritia leuigat̃ dente chonchaue: ſed caducæ litteræ fiunt. Minus ſorbet. Politur & charta magis: ut ſplendeat. Rebellat ſæpe humor incurioſe datus: primoq; malleo deprehendit̃: aut etiã odore cũ fuerit indiligentior. Deprehẽditur & lentigo oculis: ſed mediis inſerta glutinamentis ceu tenia iunco papyri bibulo: ibi uix littera fundente ſe tantũ ineſt fraudis. Alius igit̃ iteꝝ texendis labor. Glutinum uulgare e pollinis flore tẽperatur feruente aqua minimo aceti aſperſu. Nam fabrili a gũmi cõmiſſuræ fragiles ſunt Diligentior cura molli panis frumentati collata aqua feruẽte minimũ hunc modum intergerit. Atq; etiã nili leuitas ſuperat̃. Omne aũt glutinum nec ueruſtius eſſe uno die debet: nec recentius. Poſtea malleo tenuatur: & iteꝝ glutino percurritur: iterũq; conſtricta erugatur: atq; extendit̃ malleo. Ita ſunt longinqua monumenta Tiberii Caiiq; Gracchoꝝ manus: quæ apud Pomponiũ Secundũ uatem ciuẽq; clariſſimũ uidi annos fere poſt. cc. Iam uero Ciceronis ac Diui Auguſti Virgiliiq; ſæpenumero uidemus.

Plagellæ

De libris Numæ. Cap. xiii.

I Ngentia quidem exẽpla contra Varronis ſententiam de chartis reperiunt̃. Nãq; Caſſius Hemina ueruſtiſſimus auctor annaliũ quarto eoꝝ libro prodidit Cn. Terentiũ ſcribã agrũ ſuũ ĩ ianiculo repaſtinantẽ offendiſſe arcã: in qua Numa qui Romæ regnauit ſitus fuiſſet. In eadem libros eius reptos. P. Cornelio. L. filio Cethego. M. Bebio. Q. filio pamphilo coſs. Ad quos a regno Numæ colliguntur anni. d. xxxv. & hos fuiſſe e charta. Maiore etiãnum miraculo: q᷑ tot infoſſi durauerunt annis. Quapropter in re tanta ipſius Heminæ uerba ponã. Mirabant̃ alii quõ illi libri durare potuiſſent Ille ita rationẽ reddebat. Lapidẽ fuiſſe quadratũ circiter in media arca uinctum candelis quaqua uerſum In eo lapide inſuper libros impoſitum fuiſſe: propterea arbitrarier eum non computruiſſe. Et libros cedratos ꝓpterea arbitrarier eũ tineas non tetigiſſe. Nulla in iis libris ſcripta erant: niſi philoſophiæ pythagoricæ. Eoſq; cõbuſtos a. Q. poetelio prætore: quia philoſophiæ ſcripta eſſent. Hoc idem tradit. C. Piſo cenſorius primo

In medio arcte

cenſorius primo cõmentarioꝶ libro. Sed libros ſeptẽ iuris pontificii: totidẽ pythagoricos fuiſſe. Tudita
nus uero tertiodecimo Numæ decretoꝶ libro. xii. fuiſſe. Ipſe Varro humanaꝶ antiquitatũ. vi. Antias ſe
cundos libros fuiſſe. Ex iis duodecim pontificales latinos: totidẽ græcos præcepta phiæ continẽtes. Idẽ
tertios ponit: quo cõburi eos placuerit. Inter oẽs uero cõuenit Sibyllam ad Tarquinũ ſuperbum tris li-
bros attuliſſe. Ex quibus igni duo cremari ab ipſa. Tertius cum capitolio ſyllanis temporibus. Præterea
Mutianus ter conſul prodidit nuper ſe legiſſe cũ præſideret lyciæ: Sarpedonis a troia ſcriptã in quodam
tẽplo epiſtolæ chartam. Quo eo magis miror: ſi etiãnum Homero prodente ægyptus non erat. At cur
ſi iã hic erat uſus ĩ plũbeis linteiſq; uoluminibus ſcriptitatũ conſtet? Cur & Homerus ĩ ipſa illa lycia Bel
lerophonti codicillos datos nõ epiſtolas prodidit. Sterilitatẽ ſentit hoc quoq;. Factumq; iam Tyberio
principe inopia chartæ: ut e ſenatu darent̃ arbitri diſpenſandi alias in tumultu uita erat.

De arboribus æthiopiæ. Cap. xiiii.

Ethiopia ægypto cõtermina inſignes arbores nõ fere habet: præter laniferas: quaꝶ natura ĩ de-
a ſcriptione indoꝶ atq; arabiæ dicta eſt. Proprior tñ huic natura lanæ: maiorq; foliculus granati
modo mali. Similesq; & inter ſe arbores ipſæ. præter hanc palmæ quales retulimus. Inſularũ
arbores ambitu æthiopiæ & nemora odorata in mentione earum dicta ſunt.

De atlantis arboribus & citreis: & quæ in his laudentur: & quæ uituperentur. Cap. xv.

Tlas mons peculiarii proditur ſilua: de qua diximus. Confines ei mauri: quib⁹ plurima arbor
a citri & menſaꝶ inſania: quas fœminæ uiris contra margaritas regerũt. Extant hodie. M. Cice-
ronis in illa paupertate & quod magis mirũ eſt illo æuo emptæ libris. xi. Cum his memoran
tur & Galli Aſinii quæ libris. xi. uenundatæ ſunt. Et duæ a Iuba rege uendente. Quaꝶ alteri preciũ fuit li
bris. xv. alteri paulominus. interiit nup incẽdio quã Cethegus decedẽs libris. xliii. permutauerat latifun-
dii taxatione ſi quis prædia tanti mercari malit. Magnitudo ampliſſima adhuc, fuit unius cõmiſſæ ex or-
bibus dimidiatis duobus a rege mauritaniæ Ptolomæo quattuor pedũ & ſemipedis per mediũ ambitũ:
craſſitudine quadrantali. Maiuſq; miraculũ in ea eſt artis latente iunctura: q̃ potuiſſet eſſe natura. Soli-
dæ a Nomio Tiberii Cæſaris liberto cognomẽ trahẽtis tribus ſicilicis infra quattuor pedes: totidẽq; ĩfra
ſemipedẽ craſſitudinis. Qua in re non omittendũ uidet̃: Tiberio principi menſam quattuor pedes ſextã
te & ſicilico excedentẽ. Tota uero craſſitudiẽ ſeſcũtiali opimento cõchylii & laminæ p mediũ ueſtitã fuiſ
ſe: cũ tã optia Nomio liberto eius eẽt. Cuius materia erat tuber: hoc eſt radicis uitiũ. Maxieq; in eo lau-
datũ quod ſub terra totũ fuerit & rarius: q̃ quæ ſuperne: quæq; gignũtur etiã in ramis. proprieq; quod tã
ti emit̃ arboꝶ uitiũ eſt: quaꝶ amplitudo ac radices æſtimari poſſunt ex orbibus. Sunt aũt cupreſſo fœ-
minæ etiãnum ſilueſtri ſimiles folio: odore: caudice. Anchorarius mons uocatur citerioris mauritaniæ:
qui laudatiſſimã dedit citrũ iam exhauſtus. Menſis præcipua dos in uena criſpis: uel in uertice paruis. Il Peruiis uel
lud oblongo euenit diſcurſu: ideoq; tigrinæ appellant̃. Hoc intorto: & ideo tales pantherinæ uocantur. uariis
Sunt & undatim criſpæ: maiore gratia ſi pauonũ caudæ oculos imitent̃. Magna uero poſt has gratia ex
tra prædictas criſpi denſa ueluti grani congerie: quas ob id a ſimilitudine apiatas uocant. Summa uero
oium in colore. Hic maxime mulli placet ſuis refulgens uenis. Poſt hæc amplitudo etiam totius caudi- Mulſi
cis. Iuuant plura quoq; in una menſa uitia. Lignũ ita uocatur Materia ſurda & indigeſta ſimplicitas: aut
platani folioꝶ modo digeſta. Illigneæ uenæ ẽt ſimilitudo: uel coloris: & quibus maxime obnoxias fece-
re æſtus uentiq; rimæ aut capillamenta rimas imitata. Poſtea murena nigro tranſcurrens limite: uariiſq;
corticum punctis apprehẽſus papaueꝶ modo: & in totũ atro ꝓpior colos: maculæue diſcolores. Viri-
des terra condũt barbari: & cæra illinunt. Artifices uero frumenti aceruis ĩponunt ſeptenis diebus: toti-
dem intermiſſis. Mirũq; ponderi quantũ ita detrahant. Naufragia docuere. Nuper quoq; hanc materiã
ſiccatã mari duricie & matnritate incorrupta ſpiſſari: nõ ullo modo uehementius. Nutriuntur optimæ:
ſplẽdeſcuntq;: manuq; ſiccæ fricant̃ ab alienis maxime: ne ab accolis lædant̃: ut in hiis genitæ. Inter pau-
ca nitidioris uitæ inſtrumenta hæc arbor eſt. Quapropter inſiſtendum ei quoq; paulum uidetur.

De arbore trogete. Cap. xvi.

Ora etiã Homero fuit: Trogete uocat̃: ab aliis thia. Hanc igit̃ inter odores uri tradit in deli-
n ciis Circes: quã deam uolebat ĩtelligi magno errore eoꝶ qui odoramẽta in eo uocabulo acci-
piunt. Cũ præſertim eodẽ uerſu citrũ laricẽq; una tradat. In quo manifeſtum eſt de arboribus
tantũ locutũ. Theophraſtus qui primus a magni Alexãdri ætate ſcribit quæ circa urbis romæ quadrin-
genteſimũ quadrageſimum geſta ſunt annũ magnum iam huic arbori honorẽ tribuit memoratas ex ea
referens tẽploꝶ ueteꝶ cõtignationes: quandã ĩmortalitatẽ materiæ in tectis contra uitia oĩa incorruptæ.
Radice nihil criſpius. Nec aliunde precioſiora opera. Præcipuam aũt eſſe eam arborẽ circa Hãmonis de
lubrum. Naſci & in ĩferiore cyrenaicæ parte. De menſis tamẽ tacuit. Et alias nullius ante ciceronianam
uetuſtior memoria eſt. Ex quo nouitiæ apparent. Alia eſt arbor eodẽ noĩe malum ferens execratũ aliqui
bus odore & amaritudine: aliis expetitum: domos etiã decorans: nec dicenda uerboſius.

De arbore loto. Cap.xvii.

Adem africa qua uergit ad nos inſignẽ arborẽ loton gignit:quã uocant celtin. Et ipſam italiæ
e familiarẽ:ſed terra mutatam. Præcipua eſt circa ſyrtes atq; naſamonas. Magnitudo quæ py-
ro:quãq̃ Nepos Cornelius breuem tradat.inciſuræ ĩ folio crebriores:alioqui ilicis uiderentur.
Differentiæ plures:eæq; maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic fabæ:color croci:ſed ante maturitatẽ
alius atq; alius:ſicut in uuis. Naſcitur denſus in ramis myrti modo:non ut in italia ceraſi. Tam dulcis
ibi cibus:ut nomẽ etiam genti terræq; dederit nimis hoſpitali aduenaꝶ obliuione patriæ. Ferunt uentris
non ſentire morbum qui eum mandant. Melior ſine interiore nucleo:qui in altero genere oſſeus uidetur
Vinum quoq; exprimit̃ huic ſimile mulſo : quod ultra denos dies negat durare idem Nepos: baccaſq;
Alica contuſas cum ſiliqua ad cibos dolii condi. Quin & exercitus paſtos eo accepimus ultro citroq; cõmean
tes per africã: Ligno colos niger. Ad tibiarum cantus expetitur. E radice cultellis capullos breueſq; alios
uſus excogitauit. Hæc ibi natura arboris. Eſt aũt eodem noĩe & hærba & in ægypto caulis ĩ paluſtrium
genere. Recentibus.n.aquis nili riguis prouenit ſimilis fabæ caule foliiſq; denſa congerie ſtipatis breuio-
ribus tantũ gracilioribuſq;:cui fructus in capite papaueri ſimilis inciſuris:omniq; alio mõ. Intus grana
ceu milium. Incolæ capita in aceruis putrefaciunt: mox ſepant lauãdo: & ſiccata tundunt: eoq; pane utũ
tur. Mirum eſt quod præter hæc traditur. Sole occidente papauera ea comprimi & integi foliis. Ad ortũ
autem aperiri donec matureſcant: floſq; qui eſt candidus decidat.

De ſcapo ipſo: & radice loti. Cap.xviii.

Oc amplius in Eufrate tradunt: & ſcapum ipſum & florẽ ueſpera mergi uſq; ĩ medias noctes.
h Totũq; abire in lacũ: ut ne dimiſſa quidẽ manu poſſit inueniri. Verti deinde: paulatimq; ſub-
rigi: & ad exortum ſolis emergere extra aquã: ac florẽ patefacere: atq; etiãnum exurgere ut pla
ne ab aqua abſit alte. Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine opertam nigro cortice: qualis
& caſtaneas tegit. Interius candidum corpus: gratum cibis: ſed crudũ gratius decoctum ſiue aqua ſiue
pruna. Nec aliunde magis q̃ purgamentis eius ſues craſſeſcunt.

De paliuro. & punico malo: & de flore punici mali. Cap.xix.

Yrenaica regio loton ſuæ poſtponit paliuro. Fructicoſior hæc fructuq; magis rubens : cuius
c nucleus nõ ſimul mandit̃. Iucũdus per ſe: atq; ſuauior eſt uino. Quin & uina ſucco ſuo cõmẽ
dans. Interior africa ad garama: has uſq; & deſerta palmaꝶ magnitudine & ſuauitate conſtat.
Nobilis maxime circa delubrum Hãmonis. Sed circa carthaginẽ punicũ malũ cognomen ſibi uendicat
Aliqui granatũ appellant. Diuiſit & in genera: Apyrinon uocando cui lignoſus nucleus abeſt. Sed can-
didior ei natura: & blãdiores ſunt acini: minuſq; amari: diſtincti mẽbranis. Alia ſtructura coꝶ quædam
ut in fauis. Cõmunis nucleos habentium quinq; ſpecies: dulcia: acria: mixta: acida: uinoſa. Samia & ægy
Glaucocomis ptia diſtinguunt̃. Erythrocomis & leucocomis. Corticis maior uſus ex acerbis ad perficienda coria. Flos
balauſtium uocatur: & medicinis idoneus & tingendis ueſtibus: quaꝶ color inde nomen accepit.

De Aſiæ & Græciæ fructibus. Cap.xx.

i N aſia & græcia naſcuntur frutices. Epipactis quem alii Eleborinen uocant: paruis foliis: quæ
potata contra uenena proſunt: ſicut herices contra ſerpentes.

De timelea ſiue chamelea: & tragacãthe: & de trago: ſiue ſcorpiõe: & myrice: & brya: & galla. Cap.xxi.

T in quo naſcit̃ granum gnidiũ: quod aliqui linũ uocant: Fruticem uero timelcã: alii chame-
e leam: alii pyroſachnẽ: alii Cneſtron: alii cneoron. Eſt ſimilis oleaſtro: foliis anguſtioribus : gũ
Foris moſis ſi mordeãtur: myrti magnitudine: ſemine: colore: & ſpecie farris: ad medicine tñ uſum.
Tragon fruticẽ ſola creta inſula gignit terebintho ſimilem & ſemine, Quod contra ſagittarum ictus
efficaciſſimum tradunt. Eadem & tragacantẽ ſpinæ albæ radice multum prælatam apud medos : aut in
Achaia naſcenti. Precium eius in libras.xiii. Tragon & aſia fert: ſiue ſcorpionem: ueprem ſine foliis : race
mis rubentibus: ad medicinæ uſum. Myricen & italia: quam alii tamaricen uocant. Achaiam aũt bryan
ſiluestrem: inſignem in ea quod ſatiua tantum ferat gallæ ſimilem fructum in ſyria & in ægypto copio-
ſa hæc eſt: cuius infœlicia ligna appellamus: quæ tamen infœliciora ſunt græciæ. Gignit enim arborem
oſtryn: quam & oſtryam uocant: ſolitariam circa ſaxa aquoſa: ſimilem fraxino cortice & ramis & folio:
Piri; pilis paulo tamen longioribus craſſioribuſq;: ac rigoſis inciſuris quæ per totam diſcurrunt. Semĩe ordeo
ſimili: & colore & materia dura atq; firma: qua in domum illata difficiles partus fieri produnt: morteſq;
miſeras.

De Euonymo: & adrachna congrygia & tapſia. Cap.xxii.

Euonymos Ec auſpicatior in leſ͡bo inſula arbor quæ uocatur Anonymos: non abſimilis punicæ arbori in-
n terq; eam & lauri folii magnitudine: figura uero & mollicia punicæ: flore candidior eſt: ſtatim
peſtem denuncians. Fert ſiliquas ſeſami ſimiles: intus granum quadrãgula figura: ſpiſſum: lœ
tale animalibus: necnon & in folio eadem uis. Succurrit aliquando præceps alui exinanitio. Alexander
Cornelius arborem conem appellauit: ex qua facta eſſet argo ſimilẽ robori uiſcum ferenti: quę nec aqua
nec igni

nec igni poſſet corrūpi: ſicuti nec uiſcum: nulli alii cognitā quod equidem ſciam. Adrachnen omnes fere græci portulacæ noīe interpretātur: cum illa ſit hærba & andrachne uoceť unius litteræ diuerſitate. Cæterū adrachne eſt ſilueſtris arbor: neq; in planis naſcens: ſimilis unedoni folio tātum minore: & nunquā decidente. Cortice nec ſcabro quidem: ſed qui circungelatus uideri poſſit: tā triſtis aſpectu eſt. Similis & coggrygia eſt folio: magnitudine minor. Proprietatem habet fructū amittendi lanugine pappum uocāt quod nulli alii arbori euenit. Similis & apharce biſera æque q̄ adſachne. Priorem fructum incipientē pubeſcere uua peragit: alterum in initio hyemis. Quales eos nō traditur. Et ferulā inter externas dixiſſe conueniet arborūq; generi adſcripſiſſe: quoniā quarundā naturæ ſicut diſtinguemus: lignum omne corticis loco habent: hoc eſt forinſecus ligni autem loco fungoſam intus medullā ut ſambuci. Quædā uero inanitatem ut arundines. Ferula calidis naſcitur locis: atq; trans maria geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera. Narthecа græci uocant aſſurgentē in altitudine. Nartheciā uero ſemper humilem a genibus exeuntia folia maxima ut quæq; terræ proxima. Cætero natura eadem quæ anetho: & fructu ſimilis. Nulli fruticum leuitas maior: ob id geſtata facilius baculo⁊ uſum ſenectuti p̄bet. Semen ferulæ thapſiam quidam uocauere decepti eo: quoniā ferula ſine dubio eſt thapſia: ſed ſui generis foliis fœniculi: inani caule: nec excedente baculi longitudinem. Semen quale ferulæ: radix candida. Inciſa lacte manat: & cōtuſa ſuco: nec corticem abdicāt: omnia ea uenenata. Quippe etiā fodientibus nocet: ſi minĭa aſpirat aura: ītumeſcunt corpora: faciēq; inuadūt ignes ſacri: ob id cæroto prius illinunt. Quibuſdā tamen morbis auxiliari dicunt medici permixtā aliis. Item in alopeciis ſugillatiſq; ac liuentibus. Ceu uera remedia deſint: ut ſcelera contractent. Sed iſta prætexuerunt noxio inſtrumento: tantūq; impudentiæ eſt: ut uenenū artis eſſe perſuadeant. Thapſias in africa uehementiſſima. Quidam caulē incidunt per meſſes: & in ipſa excauant radice: quo ſuccus confluat: areſactūq; tollunt: alii folium. Radicem tondunt in pila: & ſuccū in ſole coactum diuidunt in paſtillos. Nero Cæſar claritatē ei dedit: initio imperii: nocturnis craſſationibus cōuerberatam faciem illinens ſibi cū thure cæraq;: & ſequenti die contra famā cutem ſincerā circūferens. Ignē ferulis optime ſeruari certum eſt: eaſq; in ægypto præcellere.

De cappari ſiue cynoſbato aut opheoſtaphyle: & de ſaripha. Cap. xxiii.

Bi & cappari firmioris ligni frutex: ſeminiſq; & cibi uulgati. Caule quoq; una plerūq; decerpto
i Cauenda eius genera peregrina. Siquidem arabicum peſtilens. Africū gingiuis inimicū Marmaricum uuluis: & oſum inflationibus: Apulum uomitus facit. Stomachum & aluum mouet. Quidam eum cynoſbaton uocant: alii opheoſtaphile: fructicoſi eſt generis. Et ſaripha circa nilū naſcens duo⁊ cubito⁊ altitudine: pollicari craſſitudine. Coma papyri ſimiliq; manditur mō. Radice ferrariis officinis præcipua carbonis uſu propter duriciam. ophioſcordon. phyloſtaphilō Sari

De ſpina babylonis regia & de cytiſo. Cap. xxiiii.

On omittendum eſt & quod babylone ſeritur in ſpinis: quoniam non alubi uiuit. Eſtq; ſicut
n uiſcum in arboribus. Sed illud in ſpina tantum: quæ regia uocatur. Mirum q̄ eadem die germinat quod iniectum eſt. Inicitur autem ipſo canis ortu: & celerrime arborem occupat. Condiunt eo uina: & ideo ſeritur. Spina illa naſcitur & athenis in longis muris. Frutex eſt & cytiſus ab Ariſtomacho athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ouium. Aridus uero etiam ſuum. Spondetque iugero eius annuos perpluris uel mediocri ſolo redditus. Vtilitas hærboſa: ergo & eo lætior ſatietas q̄ p quāmodico pingueſcunt & quadrupedia: ita ut iumenta ordeum ſpernant. Nō ex alio pabulo lactis maior copia aut melior. Super omnia pecorum medicina a morbis omni uſu præſtante. Quin & nutricib⁹ in defectu lactis aridum atq; in aqua decoctum potui cum uino dari iubet: & firmiores celſioreſq; infantes fore. Viridem etiam gallinis: aut ſi aruerit madefactum. Apes quoq; nunq̄ de flore cytiſi pabulū cōtingentes promunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendii eſt. Seritur cum ordeo: aut uere ſemine ut porrum: uel caule autūno ante brumā. Si ſemine: madidū. Et ſi deſint hymbres: ſatū ſpargitur. Plantæ cubitales perferuntur ſcrobe pedali. Seritur poſt æquinoctia tenero frutice. Perficitur triennio. Demetitur uerno æquinoctio cum florere deſinit: uel pueri uel anus uiliſſima opa. Canus aſpectu breuiterq; ſi quis exprimere uelit ſimilitudinem anguſtioris trifolii frutex. Datur animalibus poſt bidium ſemper. Hyeme uero quod inaruit: madidum. Satiant equos denæ libræ: & portiōe minora animalia. obiterq; inter ordines allium capeſcere fertile eſt. Inuentus hic frutex in cytiſo inſula inde tranſlatus ē Et cepas ſcri. uel hoc in omnes cycladas: mox in urbes græcas magno caſei prouentu. Propter quod maxime miror rarum eē alucorum in Italia. Non æſtuum non frigorum non grandinum aut niuis iniuriam expauēſcit. Adiicit Higinus ne hoſtium quidem propter nullam gratiam ligni.

De fruticibus & arboribus noſtri maris: atq; rubri: & indici. Cap. xxv.

Aſcuntur & in mari frutices arboreſq; minores in noſtro. Rubrū enim & totus oriētis oceanus refertus eſt ſiluis. Nō habet lingua alia nomen: quod græci uocant phycos: qm̄ alga hærba⁊ magis uocabulū ītelligiť. Hic āt eſt frutex. Folia lata colore uiridi gignit: qᵈ qdā praſon
n

uocant:alii zoſtera. Alterum genus eiuſdem:capillaceo folio ſimile fœniculo. in ſaxis naſcitur. Superius inuadit haud procul littore. Verno utrunq3:& interit autũno. Circa cretam inſulam nato in petris purpuras quoq3 inficiunt. Laudatiſſimo a parte aquilonis:aut cum ſpongiis. Tertium eſt gramini ſimile:radice geniculata & caule:qualiter calami. Aliud genus fruticum bryon uocatur filio lactucæ rugoſiore tãtum. Iam hoc in terra naſcens. In alto uero abies & quercus cubitali altitudine. Ramis eorum adhærent conchæ. Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandem etiam quaſdam ferre in alto. naufragiis hæc deprehenſa urinantibuſq3. Et aliæ traduntur prægrandes circa ſycionem. Vitis enim paſſim naſcitur. Sed ficus ſine fronde:rubro cortice. Fit & palma fruticum generis:extra Herculis columnas porri fronde naſcitur frutex:& alius lauro & thymo ſimilis:qui ambo eiecti in pumicem transfigurantur. At in oriente mirũ eſt ſtatim a copto per ſolitudies nihil gigni præter ſpinam:quæ ſitiens uocatur:& hanc raram admodũ. In mari uero rubro ſiluas uiuere:maxime laurum & oliuam ferenté baccas:& cum pluat fungos:qui ſole tacti mutãtur in pumicem. Fruticum ipſorũ magnitudo ternorũ eſt cubitorum caniculis referta:uix ut reſpicere e naui tutum ſit:ramos plerunq3 ipſos inuadẽtibus. Qui nauigauere in indos Alexãdri milites frondẽ marinarũ arborũ tradidere in aqua uiridem fuiſſe:exẽptam ſole protinus in ſalẽ areſcentem. Iũcos quoq3 lapideos perq̃ ſimiles ueris per littora:& in alto quaſdã arbuſculas colore bubuli cornus ramoſas & in cacuminibus rubentes:cũ tractarenẽ uitri modo fragiles. In igne aũt ut ferrum exardeſcẽtes:reſtinctis colore ſuo redeunte. Eodem in tractu inſularũ ſiluas operit æſtus:q̃q̃ altiores ſint platanis populiſq3 altiſſimis:folia laurea:flos uiolæ & odore & colore. Baccæ ut oleis:& ipſæ odoris iucundi autũno naſcẽtes:foliis nunquã deciduis. Harum minores totas integit mare. Maximarũ cacumina extant:ad quæ naues religantur:& cũ deceſſerit æſtus ad radices. Alias quoq3 arbores in alto ab eiſdem accepimus eodem in mari uiſas:ſemper folia retinentes. Fructum earum lupino ſimilem: Iuba tradit circa troglodytarũ inſulas fruticem in alto uocari iſidos plocamon corallio ſimilem ſine foliis præciſum mutato colore in nigrum dureſcere. Cum cadat:frangi. Item aliũ qui uocetur charitoblepharon efficacem in amatoriis. Spathalia eo facere & monilia fœminas. Sentire eum ſe capi:durariq3 cornus modo:& hebetare aciem ferri. Quod ſi fefellerint inſidiæ in lapidem transfigurari.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIIII.

### In Quo Fructiferæ Arbores traduntur.

### PROOEMIVM.

Xternæ arbores indociles:quæ naſci alibi q̃ ubi cœpere:& quæ in alienas non cõmeant terras hactenus fere ſunt. Licetq3 iam de communibus loqui:quarum omnium peculiaris parens uideri poteſt italia. Noſcentes tantũ meminerint naturas earum a nobis interim dici:nõ culturas. Quãq̃ & colendi maxima in natura portio eſt. Illud ſatis mirari nõ queo interiſſe quarundã memoriã:atq3 etiã noium:quæ auctores prodidere notitiã. Quis.n. non cõicato orbe terrarũ:maieſtate romani iperii: pfeciſſe uitam putet cõmercio rerũ? Ac ſocietate feſtæ pacis? omniaq3 etiam quæ occulta ante fuerant in pmiſcuo uſu facta? At hercule non reperiunẽ qui norint multa ab antiquis prodita:tñ priſcorũ cura fertilior:aut induſtria fœlicior fuit:ante milia annorũ:inter principia litterarũ Heſiodo præcepta agricolis pãdere orſo:ſubſecutiſq3 nõ paucis hanc curã eius:unde nobis creuit labor. Quippe cum requirenda ſint non ſolum poſtea inuenta:uerum etiã ea quæ inuenerant priſci deſidia rerũ internitione memoriæ iducta. Cuius ſomni cauſas quis alias q̃ publicas mundi inuenerit? Nimirum alii ſubiere ritus. Circaq3 alia mentes hominum detinentur & auaritiæ tantũ artes coluntẽ:antea incluſis gentiũ iperiis itra ipſas. Ideoq3 & ingeniis quadã ſterilitate fortunæ neceſſe erat aĩ bona exercere. Reges inumeri honore artium colebãtur:& in oſtentatiõe has præferebant:opem & imortalitatem ſibi per illas prorogari arbitrãtes. Quare abundabãt & præmia & opera uitæ. Poſteris laxitas mundi & rerum amplitudo damno fuit:poſtquã ſenator cenſu legi cœptus. iudex fieri cenſu magiſtratum ducemq3 nil magis exornare q̃ cenſus:poſtquã cœpere orbitas i auctoritate ſũma & potentia eſſe:captatio in quæſtu fertiliſſimo:ac ſola gaudia in poſſidendo:peſſum iere uitæ pretia omneſq3 a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere:ac ſeruitute ſola profici cœptum. Alius hanc alio modo: & in aliis adorare: eodem tamen habendi quæſtu ad ſpes hominum tendente uoto. Paſſim uero etiam egregii aliena uitia q̃ bona ſua collere malle. Ergo hercule uoluptas uiuere cœpit:uita ipſa deſiit. Sed nos oblitterata quoq3 ſcrutabimur. Nec deterrebit quarundã rerum humilitas:ſicut nec i aĩalibus fecit. Quãq̃ uidemus Virgiliũ præcellentiſſimũ uatem eadem cauſa hortorũ dotes fugiſſe:e tantiſq3:quæ retulit flores modo rerũ decerpſiſſe. Beatũ fœlicẽq3 gratiæ quindecim oĩno generib9 uuarum nominatis:tribus oleæ:totidẽ pyrorum:malo uero tantũ aſſyrio:cæteris oĩbus neglectis. Vnde autem potius incipiemus q̃ a uitibus? Quarũ principatus in tantũ peculiaris italię eſt:ut uel hoc uno oĩa gentiũ uiciſſe q̃q̃ odorifera poſſit uideri bona:q̃q̃ ubicũq3 pubeſcentiũ odori nulla ſuauitas præferẽ.

De uitium

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 213 sur 536

De Vitium natura: & quibus modis ferant. Cap. i.

u Ites iure apud priſcos magnitudine quoq; inter arbores numerabant̃. Iouis ſimulacrum in urbe populonio ex una conſpicimus uite tot æuis in corruptũ. Itẽ maſſiliæ paterã. Metaponti tẽplum iunonis uitigineis colũnis ſtetit. Etiamnũ ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcandit̃ uite una cypria (ut ferunt) quoniã ibi ad præcipuam altitudinẽ exeunt. Nec eſt ligno ulli æternior natura. Verũ iſta ex ſiluestribus facta crediderim quando hæ uires tonſura annua coercentur: & uis earũ oĩs euocatur in palmites aut deprimitur in propagines: ſucciq; tantum gratia ex iis pluribus modis ad cæli mores ſoliq; igenia. Iam in campano agro populis nubunt: maritaſq; complexæ: atq; per ramos earum ꝓcacib⁹ brachiis geniculato curſu ſcandentes cacumina æquant: in tantum ſublimes ut uindemiator autoratus rogum ac tumulũ excipiat. Nullo fine creſcũt: diuidiq; aut potius auelli nequeunt. Villas & domos ambiri ſingularum palmitibus ac ſequacibus loris memoria quoq; dignum Inter prima Valerianus quoq; Cornelius exiſtimauit. Vna uitis romæ in liuiæ porticibus ſubdiuales deambulationes umbroſis operculis opacat. Eademq; duodenis muſti amphoris fœcunda. Vlmos quidem ubiq; exuperant. Miratũq; altitudinem earum ariciæ ferunt legatum regis Pyrrhi Cyneam facere luſiſſe in auſteriore guſtu uini merito matrem eius pendere in tam alta cruce. Rumpotinus uocatur & alio noĩe populus arbor italiæ padum tranſgreſſis: cuius tabulata in orbem patula replent: puroq; producto dracone in palmam eius inde ſubrectos ramorum digitos flagella diſpergunt. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus horrẽt: uineãq; faciunt: & aliæ improbo reptatu pampinorũq; ſuperfluitate peritia domini amplo diſcurſu atria media cõplentes. Tot differentias uel ſola tantum italia recipit. Stat ꝓuinciarum aliquarum per ſeuitis ſine ullo pedamẽto: artus ſuos in ſe colligens: & breuitate craſſitudinem paſcens. Vetant hoc alibi uentitut in africa & ĩ narbonenſis ꝓuinciæ partibus. Excreſcereq; ultra ſuos pollices ꝓhibitæ: ſemperq; paſtinatis ſimiles hærbaꝝ mõ uagantur per arua: ac ſuccum terræ paſſim uuis bibunt: quæ ob id magnitudinẽ infantiũ pueroꝝ ĩ interiore africæ pte exuperãt uites. Vua nõ alibi gratior callo: ut inde poſſit inueniſſe nomẽ duracini durus acinus. Nãq; genera magnitudine: colore: ſaporibus acini innumerata etiãnũ multiplicantur uino. Hic purpureo lucent colore: illic fulgent roſeo: nitentq; uiridi. Cãdidæ n. nigræq; uulgares. Tument uero mãmaꝝ mõ bumaſti. Prælongis dactyli porrigunt̃ acinis. Eſt & illa naturæ laſciuia: ut prægrandibus adhæreãt ꝑgulis pui⁹ mites: & ſuauitate certantes: leptorhagas has uocant. Durant aliæ ꝑ hymem penſili cõcamerate nodo. Aliæ in ſua tantum cõtinentur aĩa ollis fictilibus & inſuper foliis incluſæ ſtipatæ uinaceis circunſudantibus. Aliis gratiam qui & uinis fumus affert Fabrilis: iiſq; gloriam præcipuam in fornacibus africæ Tiberii Cæſaris auctoritas fecit. Ante cũ reticis prior menſa erat: & ullis ueronenſium agro. Quin & a patiẽtia nomẽ acinis dat̃ paſſis. Condunt̃ & muſto Vuis an illis uuæ: ipſæq; uino ſuo inebriantur. Aliæ decoctæ in muſto dulceſcunt. aliæ uero ſobolẽ nouã ĩ matre ipſæ expectant tranſlucidæ uitro: affertq; acinis tãdẽ: quã in doliis amphoris ue duratricẽ illã firmitatẽ auſteritas picis infuſa pediculo. Iam inuenta uitis ꝑ ſe in uino picem habẽs reſipienſq;. Viẽnenſem agrum Nobilitas: arueno ſecanoq; & heluico generibus non pridem illuſtrata: Atq; hæc Virgilii uatis ætate incognita: a cuius obitu nonaginta agunt̃ anni. Quid ꝙ inſertæ caſtris ſummã reꝝ ĩperiũq; cõtinẽt: Cẽturionũ in manu uitis: optimo præmio tardos ordines ad lẽtas ꝑducit aqlas: atq; etiam in delictis pœnã ipſã honorat. Nec nõ uineæ oppugnationũ dedere rationẽ. Nã ĩ medicaminibus adeo magnũ optinẽt locum ut per ſeſe uino ipſo remedia ſint.

De generibus uitium. Cap. ii.

g Enera uitium cõprehẽdi numero unus exiſtimauit Democritus: cũcta ſibi græciæ cognita profeſſus. Cæteri innumera atq; infinita: eſſe ꝓdiderunt. Quod uerius apparebit ex uinis. Nec oĩa dicentur: ſed maxime inſignia: quippe quæ totidem ſunt pene quod agri. Quãobrem celeberrimas uitium aut quibus eſt aliqua proprietate miraculum oſtendiſſe ſatis erit. Prĩcipatus datur amineis propter firmitatem ſenioq; proficiẽtem uini eius ubiq; uitam. Quinq; eius genera. Ex iis germana minor acino melius defloreſcit: hymbres tẽpeſtateſq; tolerat. Nõ item maior ſed in arbore ꝗ̃ in iugo minus obnoxia. Gemellaꝝ quibus hoc nomẽ uuæ ſemper gæminæ dedere. aſperrimus ſapor: ſed uires præcipuæ. Ex iis minor auſtro læditur: cæteris uentis alitur: ut in ueſuuio monte ſurrentiniſq; collibus. In reliquis italiæ partibus non niſi arbori accommodata. Quitum genus lauacæ ne feres miremur aut indos: adeo lanugo eã ueſtit. Prima ex amineis matureſcit ociſſime atq; putreſcit. Proxima dignitas ueiẽtanis rubẽte materia. Quapropter quidam rubellas appellauere uineas. Eæ minus fertiles uinaceis: & fæce nimiæ. uino acinis Contra pruinas fortiſſimæ: ſiccitate magis ꝗ̃ hymbre: æſtu ꝗ̃ algore uexantur. Quamobrem in frigidis humidiſq; principatum optinent. Fertilior quæ minor acino: & folio ſciſſa minus. Apianus apes dedere cognomen: præcipue earum auidæ. Ex iis duo genera: lanugine & ipſæ pubeſcunt. Diſtant ꝙ altera celerius matureſcit: quãꝗ̃ & altera properante. Situs frigidos nõ reſpuunt: & tamen nullæ celerius hymbre putreſcunt. Vina primo dulcia auſteritatẽ annis recipiũt: & rubra fiunt. Nulla magis uite gaudet. Et hactenus potiſſima nobilitas datur peculiaribus atq; uernaculis italiæ. Cæteræ aduenere chio thaſoue. Græ

Colere nõ proſit

cula non inferior amineis bonitate prætenera acino: & uua tam parua: ut niſi piguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Eugeniam taurominitani collis cum generoſitatis cognomine miſere albano tantum agro: quoniam tranſlata ſtatim mutatur. Namq; eſt aliquibus tantum locorum amor: ut oẽm in iis gloriam ſuam relinquant: nec uſq̃ trãſeant totæ. Quod & in rhetica allobrogicaq; quam ſupra picatam appellauimus euenit: domi nobilibus nec agnoſcendis alibi. Fœcundæ tamen bonitatis uice copiã præſtãt. Eugenia feruẽtibus locis: rhetica temparatis: allobrogica frigidis: gelu matureſcens & colore nigra. Adhuc ex iis quas diximus: ſed ẽt e nigris uina uetuſtate in album colorẽ trãſeunt. Reliquæ ignobiles. Aliquãdo tamẽ cæli aut ſoli opera nõ fallũt uetuſtatẽ: ſicuti fecenia & cũ ea florẽs biturica. Acino rarior nunq̃ floris obnoxii: quoniam antecedunt: uentiſq; & hymbribus reſiſtunt. Meliores tamen algentibus locis q̃ calidis: humidis q̃ ſitiẽtibus. Vix ulla magis tam denſo uuarum partu impatiens uariantis cæli: ſed contra tenorem unum algoris æſtuſue conſtãs. Quæ minor eſt ex eo genere mollior. In neglecto ſolo moroſa. Pĩgui putreſcit. Gracili oĩno nõ prouenit. Mediam temperiem delicate quærit: ob hoc ſabinis collibus familiaris. Vua eius indecora uiſu: ſapore iucunda: niſi natura protinus rapiatur: etiam non putreſcens cadit. Contra grandines cãtuet̃ foliorũ amplitudo atq; duricia. Inſignes iam colore inter purpureas nigraſq; medio heluolæ ſæpius uarianti: & ob id uarianæ a quibuſdam appellatæ. Præfertur in iis nigrior: utraq; alterius ãnis fertilis. Sed melior uino cũ parcior. Et præciæ duo genera magnitudine acini diſcernuut̃. Qui-

Baſilicam

bus materies plurima: uuaq; ollis utiliſſima: folio apio ſimilis Baliſcã dyrachini celebrant. Hiſpaniæ cocolobin uocant. Grauior uua æſtus auſtroſq; tollerat. Capiti inimica. Copia larga. Hiſpani duo genera eius faciunt. Vnũ oblongo acino: altero rotundo: nouiſſimas uindemiant. Quo dulcior cocolobis: hoc melior. Sed & auſtera tranſit in dulcem uetuſtate: & quæ dulcis fuit in auſteritatem. Tuncq; albanum uinum æmulantur. Tradũt ueſicæ uitiis utiliſſimũ ex iis potum. Albuclis ſummis arboribus eſt fertilior: uiſula imis: Quamobrem circa eaſdem ſatæ diuerſitate naturæ locupletant. Inerticulam e nigris appellauere iuſtius ſobriam dicturi: inueterato præcipue cõmendabilem uino: ſed uiribus innoxiam. Siquidẽ temulentiam ſola nõ facit. Fertilitas cõmendat cæteras: principemq; heluenacam. Duo eius genera. Maior quam quidam longam: minor quam arcam appellant: non tam fœcundã ſed gratiorẽ hauſtu. Diſcernitur folio circinato. Verum utraq; gracilis. Furcas ſubdere iis neceſſarium: alioquin ubertatem ſuam nõ tollerant. Maritimo afflatu gaudent. Roſcido odore. Nulla uitium minus italiã amat rara: parua: putreſcens in ea. Vinum quoq; quod genuit æſtatẽ non exuperans. Nec alia macro ſolo familiarior. Græcinus qui alioquin Cornelium Celſum tranſcripſit: arbitratur non naturam eius repugnare italiæ: ſed culturam: auide palmites euocantiũ. Ob id fertilitatem ſuã abſumi: ſi non præpinguis ſoli ubertas laſſeſcẽtem ſuſtineat. Carbũculari negatur: magna dote: ſi uerum eſt: aliqua in uite e cælo non eſſe ius. Aeſtum fert ſpionia: quam quidam ſpineam uocant. Autũniſq; & hymbribus pingueſcit. Quinimo nebulis una alitur. Ob id rauẽnati agro peculiaris. Veniculam inter optime defloreſcẽtes: & ollis aptiſſimam campa-

Scircitulã

ni malũt ſcirculam uocare: alii ſtaculam. Tarracina numiſianam nullas uires proprias habentem: ſed totam perinde ac ſolum ualeat. Surrentinis tamen efficaciſſima teſtis ueſubio tenus. Ibi enim murgentina e ſicilia potiſſima: quam pompeianam aliqui uocant. Latio demum feracem: ſicut horconia in campania tantum uilitatis cibariæ: ſed ubertate præcipua. Tollerat & annos moerica contra omnes ictus firmiſſima: nigro acino uinis uetuſtare rubeſcentibus.

Item de uitium generibus. Cap. iii.

T hactenus publica ſunt genera cætera regionum locorumq;: aut ex iis inter ſe inſito mixta. Si

e quidem thuſ--s peculiaris eſt tudernis æquæ etiam eius noĩs florentia. Eſt optima arretio talpana & etefi[illegible] & conſeminia. Talpana nigra candidum facit muſtum. Eteſiaca fallax: quæ quo plus tulit eo laudabilius fundit. Mirumq; fœcunditate ceſſat. Conſeminia nigra uino minimo durante. Vua maxime poſt. xv. dies q̃ ulla alia. Minus fertilis: ſed cibaria. Huius folia ſicuti labruſcæ priuſq̃ decidant ſanguineo colore mutãtur. Euenit hoc etiã quibuſdam aliis peſſimi generis argumento. Irtiola umbriç meuanatiq; & piceno agro peculiaris eſt. Amiternino pumula. Iſdem bannanica fallax eſt: amãt tamen eã. Mutinam uuam Pompeii noĩe appellant: q̃uis cluſinis copioſiorẽ. Mutinam & tyburtes appellauere: q̃uis oleaginam nuper inuenerint a ſimulitudie oliuæ. Nouiſſima hæc uuarum ad hoc tẽpus reperta eſt. Vinaciolam ſoli quidem nominauerunt ſabini ac laurẽti. Nam gauranas ſcio a falerno agro trãſlatas uocari falernas celerrime ubiq; degenerantes. Necnon tarẽtinum genus aliqui fecere: prædulci uua. Capnias & bucuniates & tarrupia in thurinis collibus non ante demetunt̃ q̃ gelauerit. Pharia gaudent piſæ. Mutina pruſiniæ nigro acino intra quadriennium albeſcẽre uino. Mirum ubiq; cũ ſole circũagi uuã quæ ob id ſtrepitus uocatur. Et ĩ Italia gallicam placere: trans alpes uero picenam. Dixit Virgilius tapſias & mareotidas & largias cõpluresq; externas quæ non repiuntur in italia: ſed ſunt ẽt nunc ĩſignes uua nõ uino ambroſiaca duracina ſine ullis uaſis ĩ uite ſeruabilis: tanta eſt cõtra frigora æſtus tẽpeſtateſq; firmitas. Nec orthãpelo. ĩdiget arbore aut palis ipſa ſe ſuſtinẽs. Nõ itẽ dactylides digitali gracilitate. Colũbinæ acioſiſſimæ.

binæ acinoſiſſimæ. Et magis purpuræ cognomie bimãmiæ: quãdo nõ racemos: ſed uuas alias gerũt. Itẽ
tripedanea cui nomen a menſura eſt. Itẽ ſcripula paſſo acino. Et rhetica ĩ maritimis alpibus appellata diſ Scirpula
ſimilis laudatæ illi. Nanq; hæc breuis cõferta aciner: degener uino: ſed cute oĩum tenuiſſima. Nucleo quẽ
chium uocãt: uno ac minimo. Acinum prægrandẽ unum alterũue habens. Eſt & nigra aminea: cui ſyria
ce nomen imponũt. Item hiſpana ignobiliũ probatiſſima. In pergulis uero ſerunt̃ eſcariæ appellatæ edu
ræ acinis: albæ: nigræq;. Et bumaſti totidẽ coloribꝰ. At nondũ dictæ ægia & rhodia & uncialis: ueluti a
pondere acini. Itẽ pucina oĩum nigerrima. Et coronario naturæ luſu ſtephanitis acinos foliis intercurſan
tibus. Et quæ forenſes uocant̃ celeres ꝓuentu: uẽdibiles aſpectu: portatu faciles. Contra dãnant̃ & uiſu
cinerea & rhabubula & aſiniſca. Minus tñ caudã uulpiũ imitata alopecis. Alexandria appellat̃ uitis cir-
ca phalacrã breuis: ramis cubitalibus: acino: nigro: fabæ magnitudine: nucleo molli: & minimo: obliqs
racemis prædulcibus: folio paruo: & rotũdo: ſine diuiſuris. Septimo ab hinc anno in narbonẽſis prouin
ciæ aruo olina inuẽta eſt uitis uno die defloreſens: ob id tutiſſima: carbonicam uocant: quã nunc tota ꝓ-
uincia conſerit.

Inſignia culturæ uinearum. Cap. iiii.

Atonum ille primus triũpho & cenſura ſuper cætera inſignis magis tamen etiãnum claritate
c litterarum præceptis omnium rerum expetendarum datis generi romano. Inter prima uero
agrum colendi. Illius uero æui confeſſione optimus ac ſine æmulo agricola pauca attigit uitiũ
genera quarundam ex iis etiam iam nominibus abolitis toto ſeparatim tractatu teſtatus ſententiam. Cu
ius excellentia indicanda eſt ut in omni genere noſcamus quæ fuerint celeberrima. Anno. dc. urbis circa
captas carthaginem ac corinthum cum ſupremum is diem obiit: & quantum poſtea. ccxxx. annis uita ꝑ
fecerit. Ergo de uitibus uuiſq; ita prodidit. Qui locus uino optimus dicitur eſſe: & oſtẽtus ſolibus. Ami
neum minuſculum & geminum eugenium heluinum minuſculum conſerito. Qui locus craſſior aut ne-
buloſior amineum maius aut murgentinum: apicium: lucanum ſerito. Cæteræ uites miſcellæ maxime in
quẽuis agrum conueniunt. In lora recte conduntur. Quas ſuſpendas duracinas amineas maiores: uel ad
fabrum ferrarium pro paſſis hæ recte ſeruantur. Nec ſunt uetuſtiora de illa re latinæ linguæ præcepta tã
prope ab origine rerum ſumus. Amineam proxime dictam. Varro ſcantianam uocat. In noſtra ætate
pauca exempla conſumatæ huius artis fuere. Verum eo minus omittenda: ut noſcantur etiam præmia:
quæ in omni re maxime ſpectantur. Summam ergo adeptus eſt gloriam Acilius Sthenelus e plebe li-
bertina. lx. iugerum non amplius uineis excultis in nomentano agro: atq; aque. cccc. nummis uenũdatis.
Magna fama & Vetulano Egilao perinde libertino fuit in campaniæ rure linternino: maiorq; etiam fa-
uore hominum quoniam ipſum Africani colebat exilium. Sed maxima eiuſdem Stenelei opera Rhem-
mium Palæmonem alias grãmatica arte celebrem in hiſce. xx. annis mercatum. dc̃. nummum in eodem
nomentano decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Eſt autem uſquequaq; nobilitas metis per omnia ſubur- Vinetis
bana: ibi tamen maxima: quoniam & neglecta per indiligentiam prædia parauerat. Ac ne in peſſimis qui
dem elegantioris ſoli hæc aggreſſus excolere: non uirtute animi: ſed uanitate. Quæ primo notata mira ĩ
illo fuit. Paſtinatas enim de integro uineas cura Steneleum agricolam imitatus ad uix credibile miracu-
lum perduxit. Intra octauum annum. cccc. nũmum emptori addicta pẽdente uindemia. Cucurritq; nõ
nemo ad ſpectandas uuarum in iis uineis ſtrues: litteris eius altioribus: contra id pigra in ciuitate ſibi pa Altiores
trocinante. Nouiſſime Amneo Seneca principatu traditionis ac potentia: quæ poſtremo nimia fuit ſu- Neronis
per ipſum. Minime utique mirat uri Anneum tanto prædii eius amore captum: ut non puderet inuiſo
alias & oſtento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis illis intra decimum fere curæ
annum: digna opera quæ in cecubis ſentiniſq; proficeret: quando & poſtea ſæpenumero ſeptenos culeos
ſingula iugera: hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dedere. Ac nequis uictam in hoc antiqui
tatem arbitraretur. Idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Efficacibus exemplis nõ maria
plus temerata conferre mercatori: non in rubrum littus indicumue merces petitas: quã ſedulum ruris
larem. Vino antiquiſſima claritas maroneo in thraciæ maritima parte genito: ut auctor eſt Homerus
Neque enim fabuloſa: aut de origine uarie prodita conſectamur. Præterquã Ariſteum primum omniũ
in eadem gente mel miſcuiſſe uino ſuauitate præcipua utriuſque naturæ ſponte prouenictis. Maroneum
uicies tantum addito aquæ miſcendum Homerus prodidit. Durat etiam uis in eadem terra generi ui-
gorque indomitus. Quippe cum Mutianus ter conſul ex iis qui nuperrime prodidere: ſextarios ſingu-
los octonis aquæ miſceri comperit præſens in eo tractu. Eſſe autem colore nigrum: odoratum: uetuſta
te pingueſcere. Et pramnio quod Homerus celebrauit: etiam nunc honos durat. Naſcitur ſmyrnæ reli- Regione
gione iuxta delubrum matris deum. In reliquis generi claritas non fuit alicui. Anno fuit omnium gene-
rum bonitas. L. Opimio conſule: cum. C. Gracchus Tri. ple. ſeditionibus agitatis interemptus: ea cæli tẽ
peries fulſit: quã cocturã uocant: ſolis opere: natali urbis. dc. xxxiii. Durantq; adhuc uina ducentis fere
annis iam in ſpeciem redacta mellis aſperi. Etenim hæc natura uinis in uetuſtate eſt: nec potari per ſe que
unt ſine prouinciæ aqua: uſq; in amaritudinem carie indomita. Sed cæteris uinis cõmendandis minima Si nõ puni
cat aqua

aliqua mixtura medicamenta ſunt: quo fit ut eius tẽporis æſtimatione in ſingulas amphoras centeni nū-
mi ſtatuantur. Ex iis tamē uſura multiplicata ſemiſſib9: quæ ciuilis ac modica eſt. In. C. Cæſaris Germa
nici filii principatu annis centū ſexaginta ſingulis uncias uini conſtitiſſe nobili exemplo docuimus referē
tes uitam pomponii Secundi uatis. cœnamq; quam principi illi dedit. Tantum pecuniarū detinent uini
apothecæ. Nec alia res maius incrementum ſentit. Ad uiceſimū aunum maiuſue ab eo diſpendium: non
proficiente precio. Rara quippe adhuc fuere: nec niſi importatis ſingulis teſtis milia nūmum. Viennen-
ſes ſoli picata ſua quorum genera plura diximus: pluris permutaſſe: ſed inter ſeſe amore patrio creduntᷣ.
Idq; uinum frigidius reliquis exiſtimatur in frigido potu.

De natura uini. Cap. v.

u Ino natura eſt exhauſto accēdendi calore uiſcera itus. Foris infuſo refrigerandi. Nec alienum fu
erit cōmemorare hoc in loco quod Androcydes ſapientia clarus ad alexandrum magnum ſcri-
pſit: intemperantiam eius cohibens. Vinum potaturus rex memēto te bibere ſanguinem terræ.
cicuta homini uenenum eſt cicuta uinum. Quibus præceptis ſi ille obtemperauiſſet: profecto amicos in
temulentia non interemiſſet. Prorſus ut iure dici poſſit: neq; uiribus corporis utilius aliud. neq; aliud uo
luptatibus pernicioſius ſi modus abſit.

Vina generoſa. Cap. vi.

g Enera autem uini alia aliis gratiora eſſe quis dubitetᷣ aut nō ex eodem lacu aliud præſtātius po
tu eſſe alteroᷣ aliud alterū germanitate præcedereᷣ ſiue teſta ſiue fortuito euentuᷣ Quãobrē de
prīcipatu ſe quiſq; iudicem ſtatuat. Liuia Auguſta. lxxxii. ānos uitæ pucino rettulit acceptos nō
aquoſo. Gignitᷣ in ſinu adriatici maris: non procul a timauo fonte: ſaxeo colle: maritimo afflatu paucas
coquēte amphoras. Nec aliud aptius medicamentis iudicatur. Hoc eſſe crediderim quod græci celebrā-
tes miris laudibus pyctanō appellauerunt ex adriatico ſinu. Diuus Auguſtus ſetinū prætulit cūctis: &
fere ſecuti principes ꝓpter cōfeſſa experimēta nō temere cruditatibus noxiis. Ab eo ſaliua naſcitur ſupra
forū Appii. Antea cecubo erat generoſitas celeberrima in paluſtrib9 populetis: ſinu amyclano quod iā
intercidit & incuria coloni lociq; anguſtia. Magis tamē foſſa Neronis: quā a baiano lacu oſtiā uſq; naui
gabilē īchoauerat. Secunda nobilitas falerno agro erat. Et ex eo maxīe fauſtiano: cura culturaq; id colle
gerat. Exoleuit hoc quoq; nimietate copiæ potius q̄ bonitati ſtudentiū. Falernus agera pōte cāpano leua
petentibus urbanā coloniā ſyllanā nuper capuæ cōtributā īcipit. Fauſtianus āt circiter quatuor miliaria
Solum ui a uico ꝓpe cedias qui uicus a ſinueſſa ſex milibus abeſt. Nec ulli ī uino maior auctoritas: ſolo uinorum
norū hoc flāma accenditur. Tria eius genera. Auſterū: dulce: tenue. Quidam ita diſtingūt. Sūmis collibus gaura
num gigni: mediis fauſtianū: imis falernū. Nō omittendū aūt nulli eoꝝ quæ celebrentᷣ iocūdū ſaporem
uuæ eſſe. Ad tertiā palmā uariæ uenere. Albanæ urbi uicinæ prædulces: ac raræ ī auſtero. Itē ſurrētina in
uineis tantū naſcentia cōualeſcentibus maxime probata: ꝓpter tenuitatē ſalubritatēq;. Tiberius Cæſar di
cebat cōſenſiſſe medicos ut nobilitatem ſurrētino daret: alioquin eſſe generoſū acetū. C. Cæſar qui ſucceſ
ſit illi nobilem uappā. Certant maſſica æque ex monte gaurano puteolos baiaſq; ꝓſpectātia. Nam faler
no cōtermina ſtatana ad principatus uenere non dubie: pallamq; fecere. Sua quibuſq; terris tēpora eſſe ſe
cundum q̄ reꝝ ꝓuentus occaſuſq; iuncti. Iis præponi ſolebant calena: & quæ ī uineis arbuſtiſq; naſcuntᷣ
fundana. Ex alia uicinia urbis uiliternina priuernatiaq;. Nam quod ſigniæ naſcitur auſteritate nimia con
tinendæ utile aluo inter medicamēta numeratᷣ. Quartum curriculum publicis epulis optinuere a Diuo
Iulio (is. n. primus auctoritatē iis tribuit: ut epiſtolis eius apparet) mamertina circa meſſanam in ſicilia
genita. Ex iis potulana ab auctore dicta in loco proxima italiæ laudantᷣ præcipue. Eſt & in eadē ſicilia &
taurominitanis honos lagenis pro mamertino plerunq; ſubditis. Ex reliquis aūt a ſupero mari pretutia:
atq; Ancone naſcentia: & quæ a palma una forte enata palmeſia appellantur. In mediterraneo uero ceſe-
Grauiſca- natia mecænatiana. In ueronenſi item rhetica falernis tantū poſthabita a Virgilio. Mox optima ab inti-
na Stato- mo ſinu maris adriana. Ab infero āt latinienſia: grauicana: ſtomenſia. Etruriæ palmā luna habet. Ligu-
niēſia riæ genua. Inter pyreneum alpeſq; maſſiliaᷣ gemino ſapore: quādo & condiēdis aliis pinguius gignit: qͩ
uocant ſucco ſum. Ceretano intra gallias cōſiſtit auctoritas. De reliqs in narbonenſi genitis aſſeuerare nō
aloen uel eſt: quoniā officinā eius rei infecere tingētes fumo: utināq; non & hærbis ac medicamentis noxiis. Quip
begi medi pe etiā aloe mercantᷣ: quo ſaporē colorēq; adulterant. Verū & longinquiora italiæ ab auſonio mari non
cantᷣ uel carent gloria tarentina: & ſeruitiana: & coſentiæ genita: & tempſe ac balbiæ lucanaq; antecedentibus thu
tolli rinis. Omniū uero eoꝝ maxime illuſtrata meſſallæ potu: & ſalute lagaria non procul grumento naſcē
Barbiæ tia. Cāpania nuper excitauit nouis noibus auctoritatē: ſiue cura ſiue caſu: ad quartū Neapoli lapidē tre
bellicis iuxta Capuā caulinis: & in ſuo agro trebulanis: alioquin ſemꝑ inter plebeia & trifollinis gloriata
Nam pompeianis ſummū decem annorum incrementum eſt nihil ſenecta cōferente. Dolore etiā capitū
in ſextam horā diei ſequentis infeſta deprehenduntᷣ. Quibus exēplis (niſi fallor) manifeſtum eſt patriā
terramq; referre non uuam. Et ſuperuacuā generꝝ conſectationē innumerū: cum eadē uitis aliud aliis lo-
cis pullulet

cis pullulet. Hiſpaniarum Luſitana copia nobilitantur. Elegãtia uero tarraconēſia: atq; lauronēſia: & ba
learica ex inſulis conferuntur italiæ primis. Nec ignoro multa prætermiſſa pleroſq; exiſtimaturos: quan
do ſuum cuiq; placet: & quocunq; eatur: fabula eadem reperiatur. Diui Aguſti iudiciorum ac palati pe
ritiſſimum e libertis cenſurã uini in epulas eius facientem dixiſſe hoſpiti de indigena: uino nouũ quidem
ſibi guſtum eſſe eum atq; non ex nobilibus: ſed Cæſarem non aliud potaturũ. Nec negauerim & alia di
gna eſſe fama. Sed de quibus conſenſus æui iudicauerunt hæc ſunt.

Vina tranſmarina. Cap. vii.

Vnc ſimili modo trãſmarina dicemus. In ſumma gloria poſt homerica illa de quibus ſupradixi
n mus fuere thaſiium chiumq;. Ex chio quod aruiſſimum uocant. Iis addidit leſbidm Eraſiſtrati
maximi medici auctoritas circiter. cccc l. anno urbis romæ. Nunc gratia ante omnia eſt clazo
menio: poſtq̃ parcius mari condiunt. Leſbium ſponte naturæ ſuæ mare ſapit. Nec tmolio per ſe gratia ut
uino: ſed cuius dulci admixto reliquorũ duricia ſuauitatem accipiat ſimul & ætatẽ: quoniã uetuſtiora ꝑ
tinus uidentur. Ab iis dignatio eſt ſycionio: cyprio: telmeſico: tripolitio: berritio: tyrio. ſebẽnitico. In
ægypto hoc naſcitˀ tribus generibus uuarũ: ibi nobilius thaſio & alopece. Poſt hæc auctoritas hippodo
rnãtio: myſtico. cantharite: protropon: gnidio: catacecaumenite: petrite: myconio. Nã meſogiten capi
tis dolores facere cõpertũ eſt. Nec epheſium ſalubre: eſſe quoniam mari & defruto cõdiatur. Apamenũ
mulſo præcipue cõuenire dicitur: ſicut prætutiũ ĩ italia. Eſt enim & hæc ꝓprietas generũ: ut dulcia utiq;
interſe non congruant. Exoleuit & ꝓtagiõ: quod italicis ꝓximum fecerant Aſclepiadis ſcholæ. Apollo
dorus medicus in uolumine quo ſuaſit Ptolomæo regi quæ uina biberet: italicis etiã tum ignotis: lauda
uit in ponto naſpœnitẽ: mox oroeticũ: eneathẽ: leucanium: ambraciotẽ: & quod cunctis prætulit prapa
rentium. Sed minoris famæ eſſe dixit: quoniam ſex annos non placeret.

De uino quod uocatur biæon: genera. vii. Cap. viii.

Actenus bonitas uini nationibus debetur. Apud græcos iure clariſſimũ nomen accepit quod Curæ
h appellauerunt biæon ad plurimos ualitudinũ uſus excogitatũ: ut docebimus in parte medici
næ. Fit ãt hoc modo. Vuæ paulũ ante maturitatẽ decerptæ ſiccantˀ acri ſole ter die uerſatæ per
triduũ: quarto exprimuntˀ: dein cadis ſole inueterantˀ. Cui marinã aquã largiorẽ miſcent: a ſerui furto ori
gine orta ſic menſurã explentis. Idq; tranſlatum in album muſtõ leucochrium appellatˀ. In aliis aũt gen Leucocriũ
tibus ſimili modo factum tethalaſſomenon uocant. Thalaſſiten autẽ uaſis muſti deiectis in mare. Quo
genere præcox fit & uetuſtius. Necnon apud nos quoq; coum uinum ex italico faciendi rationem. Cato
demonſtrauit. Super cætera in ſole quadriennio maturandum præcipiẽs: Rhodium coo ſimile eſt. Pho
rineum ſalſius coo. Omnia tranſmarina ſepterri in ſex annis ad uetuſtatem mediam ꝑuenire exiſtimantˀ.

De dulcium generibus. xiiii. Cap. ix.

Inum omne dulce minus odoratum: quo tenuius eo odoratius. Colores uinis quattuor. Al
u bus: fuluus: ſanguineus: niger. Pſythium & melampſythium paſſi genera ſunt ſuũ ſaporẽ non
uini referentia. Ciſibilites uero mulſi in galatia naſcens & balinciũ in ſicilia. Nam ſiræũ quod
alii hepſema: noſtri ſapam appellant ingenii non naturæ opus eſt: muſto uſq; ad tertiã partem menſuræ
decocto. Quod ubi factũ ad dimidiã eſt: defrutum uocamus. Omnia in adulterium mellis excogitata.
Sed priora uua terraq; conſtant. Paſſum a cretico cilicium probatur & africum: & in italia prouinciiſq; fi
nitimis. Fieri certum eſt ex uua quã græci ſticam uocant: nos apianam. Item ſcirpula: diutius in uite ſole
uuis aduſtis aut feruente oleo. Quidam e quacunq; dulci dum præcocta alba faciunt ſiccantes ſole: do
nec paulo amplius dimidium pondus ſuperſit. Tuſaſq; leniter uuas exprimunt. Deinde quãtum expreſ
ſere adiiciunt uinaceis aquæ puteanæ: ut ſecundarium paſſum faciunt. Diligentiores eodem modo ſicca
tis acinos eximunt: ac ſine ſarmentis madefactos uino excellenti: donec intumeſcant: exprimunt. Et hoc
genus ante cætera laudant. Ac ſimili modo aqua addita ſecundarium faciunt. Medium inter dulcia ui
num eſt quod græci aigleuces uocant: hoc eſt ſemper muſtum. Id euenit cura: quoniam feruere perhibe
tur. Sic enim appellant muſti in uina tranſitum. Ergo mergunt e lacu protinus ĩ aqua cados: donec bru
ma tranſeat: & conſuetudo fiat algendi. Eſt etiãnum aliud genus eius per ſe: quod uocat dulce narbonẽ
ſis prouincia: & in ea maxime uocantia. Aſſeruatur eius gratia uua diutius in uite pediculo in torto. Ab
aliis ipſe palmes inciditur in medullam. Ab aliis uua torretur ĩ tegulis: omnia ex heluẽnaca uite. Iis. adii
ciunt aliqui: quod uocant diachyton: uuis in ſole ſiccatis loco cluſo per dies ſeptem in cratibus totidem
pedibus a terra alte: noctibus a rore defenſis: octauo die calcatis. Ita fieri optimi odoris ſaporiſq;. Dulci
e genere eſt & melitites. Diſtat a mulſo quod fit e muſto: cũ quinq; congiis auſteri muſti congio mellis
& ſalis cyatho ſufferuefactis auſterum. Sed inter hæc genera potuum ponere debeo & protropum. ita
appellatur a quibuſdam muſtum ſponte defluens antequã calcentur uuæ. Hoc protinus diffuſum lage
nis ſuis deferuere paſſi. Poſtea in ſole. xl: diebus torrent æſtatis ſecutæ ipſo canis ortu.

De deuteriis & ſecundariis uini genera tria. Cap. x.

On poſſunt iure dici uina:quæ græci deuterias appellant:Cato & nos lorã ꝰ maceratis aqua
n uinaceis.Sed tñ inter uina oparia numerant.Tria eoꝝ genera.Decima parte aquæ addita q̃
muſti expreſſa ſit:& ita nocte & die madefactis uinaceis:rurſuſq; prelo ſubiectis.Alteꝝ qd
hoc modo græci factitauere:tertia parte eius quod expreſſum ſit addita aquæ:expreſſoq; decocto ad ter
tias ptes.Tertiũ eſt fæcibus uini expreſſum:quod fæcatum Cato appellat.Nulli ex iis plus q̃ anno uſus.

Quæ nuper in Italia generoſa uina eſſe cœperunt. Cap.xi.

Erum inter hæc ſubit mentẽ cum ſint genera nobilia quæ ꝓprie uini intelligi poſſint.lxxx.fe
u re in toto orbe duas partes ex hoc numero italiæ eſſe.Longe præterea ante cunctas terras:&
hinc deinde altius cura ſerpit:non a primordio hanc gratiã fuiſſe.

De uini obſeruatione Romulo rege poſita. Cap.xii.

Vctoritatẽ poſt ſexcenteſimũ forte urbis annum cœpiſſe.Romulũ lacte non uino libaſſe idi
a cio ſunt ſacra ab eo inſtituta.quæ hodie cuſtodiunt morẽ.Numæ regis poſthumia lex ẽ.Vi
no rogum ne reſpergito.Quod ſenſiſſe illum pp inopiam rei nemo dubitet.Eadẽ lege ex ipu
tata uite libari uina diis nefas ſtatuit:ratione excogitata ut putare cogerent alias aratores & pigri circa
arbuſti pericula.M.Varro auctor eſt Mezentium etruriæ regem auxilium rutulis contra latinos tuliſſe
uini mercede quod tum in latino agro fuiſſet.

Qui uini uſus antiquis:& de uinis antiquorum. Cap.xiii.

Mecẽnini On licebat id fœminis romæ bibere.Inuenimus inter exẽpla Egnati Metẽtini uxorem q; ui
n num bibiſſet e dolio interfectam fuſte a marito:eũq; cædis a Romulo abſolutum.Fabius pi
ctor in annalibus ſuis ſcripſit.Matronam q; loculos in quibus erant claues uinariæ cellæ reſi
gnauiſſet a ſuis inedia mori coactam.Cato ideo ꝓpinquos fœminis oſculum dare:ut ſcirent an temetũ
olerent.Hoc tum nomen uino erat:unde & temulentia appellata.Cn.Domitius iudex pronũciauit mu
lierem uideri plus uini bibiſſe:quã ualitudinis cauſa uiro inſciente:ac dote mulctauit.Diuq; eius rei ma
gna parſimonia fuit.L.Papyrius imperator aduerſus ſannites dimicaturus uotum fecit ſi uiciſſet Ioui
pocillum uini.Deniq; inter dona ſextarios lactis datos inuenimus nuſquam uini.Idem Cato cum in hi
ſpaniam nauigaret:unde cum triumpho rediit.Non aliud inquit uinum bibi q̃ remiges:in tantum diſſi
milis iſtis qui etiam conuiuiis alia q̃ ſibimetipſis miniſtrant aut procedente menſa ſubiiciunt.Laudatiſſi
ma apud priſcos uina erant Myrrhæ odore cõdita:ut apparet in Plauti fabula:quæ perſa inſcribitur q̃q
in ea & calamum addi iubet.Ideo quidam aromaticis delectatos maxime credunt.Sed Fabius Doſen
nus his uerſibus decreuit.

Mittebant uinum pulchrum murrinam. Et in Achariſtione.
Panem & polentam uinum murrinam.
Scæuolam quoq; & Lælium & Atteiũ Capitonem in eadẽ ſententia fuiſſe uideo:quoniã in pſeudulo ſit.
Quod ſi opus eſt ut dulce promant idem & quicquid habeant roga.
Murrinam:paſſum:defrutum:mella.
Quibus apparet non inter uina modo murrinam:ſed inter dulcia quoq; nominatum.

De apothecis & de uino opimiano. Cap.xiiii.

pothecas fuiſſe & diffundi ſolita uina:anno.dc.xxxiii.urbis apparet indubitato opimiani ui
a ni argumento:iam intelligente ſuum bonum italia.Nondũ tamen iſta genera in claritate erãt
Itaq; oĩa tunc genita unum habent conſulis nomen.Sic quoq; diu trãſmarina fuerunt in au
ctoritate ad attauos uſq; noſtros etiã falerno iam reperto:ſicut apparet ex illo comico uerſu Anaxipolis
thaſi.Quinq; thaſii uini inde depromam falerni bina.
P.Licinius craſſus & L.Cæſar cenſores anno urbis conditæ.dc.lxxv.edixerunt ne quis uinũ græcũ ami
neũq; octonis æris ſingula quadrantalia uenderet.Hæc.n.edicti uerba ſunt.Tanta uero uino græco gra
tia erat:ut ſingulæ potiones in uno conuictu darent.Quibus uinis auctoritas fuerit ſua in menſa.M.
Varro his uerbis tradit.L.Luculus puer apud patrem nunquã lautũ conuiuiũ uidit in quo plus ſemel
græcum uinum daretur.Ipſe cum rediit ex aſia milia cadorum cõgiorum diuiſit amplius centũ.C.Cen
ſius quem prætorem uidimus chium uinum in domum ſuam illatum dicebat tum primum:cũ ſibi car
diaco medicus dediſſet.Hortenſius ſuper.x.cados hæredi reliquit.Hactenus Varro.

De liberalitate Cæſaris in uino:& quando primum genera uini factitii. Cap.xv.

Vid ni & Cæſar dictator triũphi ſui cœna uini falerni amphoras centum:chii cados centum in
q conuiuia diſtribuit.Idem hiſpanienſi triũpho chium & falernum dedit.Epulo uero ĩ tertio cõſu
latu ſuo falernũ.chium:leſbium:mamertinum:quo primum tẽpore quattuor genera uini ap
poſita cõſtat.Poſtea ergo alia omnia in nobilitatem uenerunt circiter ſeptingenteſimum urbis annum.

De uinis factitiis. Cap.xvi.

i Taq; non minora innumerabilia pene genera factitii reperta multis ante ſæculis:quæ nunc di
cemus omnia

cemus omnia ad medicinæ uſum pertinētia. Omphacium quomodo fieret ꝑpter unguēta diximus prio
re libro. Fit e labruſca: hoc eſt uite ſiluestri quod uocat᷑ oenanthinum. Flores eius libris duabus in muſti
cado macerati poſt.xxx.dies mutant᷑. Præter hoc radix labruſcæ & acini coria perficiūt. Ii paulo poſtq̄
defloruere: ſingulare remediū habent ad refrigerandū in morbis corpoꝝ ardores gelidiſſima (ut ferunt)
natura. Pars eorum æſtu moritur: priuſq̄ reliqui qui ſolſtitiales dicunt᷑. Vniuerſi nunq̄ matureſcunt. Et
ſi prius q̄ tota uua matureſcat: incocta detur cibo gallinaceo generi faſtidiū gignit uuas appetendi. Ficti
tiorum primū fit ex ipſo uino: quod uocat adynamon hoc mō. Albi muſti ſextarii.xx. aquæ dimidiū fer
uet donec excoquat᷑ aquæ menſura. Alii marinæ ſextarios.x. tantūdem pluuiæ in ſole.xl. diebus torrent.
Dant ægris quibus uini noxā timēt. Proximū fit e milii ſemine maturo cū ipſa ſtipula libram & quadrā
tem in congios duos muſti macerant. Et poſt ſeptimū menſem tranſfuſo. Ex loto arbore hærba dictum
eſt uti quæq; fierent. Fit & e pomis quæ dicemus īterpretationibus nō niſi neceſſariis additis. Proximūq;
ei e palmis: quo parthi & indi utuntur: & oriens totus. Maturaꝝ quas uocant chydæas modio in aquæ
congiis tribus macerato expreſſoq;. Sic fit & ſycites e fico: quē alii palmiprunū: alii trocin uocant. Aut ſi Palmipri-
dulce eſſe non libeat: pro aqua tantūdem uinaceoꝝ adiiciunt. Ex cypria fico & acetum fit præcellens: atq; mum
alexandrino quoq; melius. Vinum fit & ex ſiliqua ſyriaca: & e pyris: malorūq; oībus generibꝰ. Sed e pu catorciten
nicis quod rhoiton uocant. Et e cornis: meſpilis: ſorbis: moris ſiccis: nucleis pineis. Hi muſto madidi ex
primunt᷑. Superiora per ſe mitia. Myrticē Cato quēadmodum fecerit hoc paulopoſt indicabimus. Græ
ci uero & alio modo. Ramis teneris cum ſuis foliis in albo muſto decoctis tuſis libra in tribus muſti cō
giis deferuere faciunt donec duo ſuperſint. Quod ita ſiluestris myrti baccis factum eſt myrtidanum uo
cant. Hoc manus tingunt. Ex iis quæ in hortis gignuntur fit uinum e radice aſparago: cunila: origano:
apii ſemine: ambrotono: mentaſtro: ruta: nepeta: ſerpillo: marubio. Manipulos binos tundunt in cadum
muſti: & ſapæ ſextarium: & aquæ marinæ heminam. E napis fit.xl. denarioꝝ pōdere ī ſextarios binos mu
ſti addito. Itē e ſcylla radice. Inter flores & roſæ foliis tuſis: in linteoloq; in muſtū collatis cum ponduſcu
lo: ut ſidat.xl. pondere denarioꝝ in ſextarios uicenos muſti: nec ante tres menſes uaſe aperto. Itē e nardo
gallico: & aliud e ſylueſtri. Aromatiten quoq; inuenio factitatū nō tantum unguentoꝝ cōpoſitione. pri-
mo ex myrrha (ut diximus) mox e nardo celtico: calamo: bitumine: offis in muſtum: aut dulce uinū de
fectis. Alii de calamo: iunco: coſto: nardo: ſyriaco: amomo: caſia: cynnamomo: croco: palma: aſſaro: ſi-
militer & offa. Apud alios nardi: & malobathri ſelibris in muſti cōgios duos additis. Qualia nūc quoq;
fiunt pipere & melle addito: quæ alii cōdita alii piperata appellant. Inuenitur & nectarites ex hærba: quā
alii Helenion: alii medicam: alii ſymphyton: alii idem & horeſtion: alii nectaream uocant: radice ponde-
ris.xl. denarioꝝ in ſextarios ſex muſti addita. Similiter in linteo. Ex cæteris hærbis collatis fit ab ſinthites
in.xl. ſextariis muſti abſinthii pontici libra decocta ad tertias partes: uel ſcopis abſinthii in uinum addi-
tis. Similiter hyſopites e cilicio hyſopo unciis tribus in duos congios muſti coniectis aut tuſis in uinum
Fiunt utraq; & alio modo circa radices uitium ſato. Sic & helleboriten fieri ex ueratro nigro Cato docet.
Sic fit & ſcā: monites. Mira uitium natura ſaporē alienū in ſe trahendi: qualem & redolent ſalicum pata-
uinoꝝ in paluſtribus uindemiæ. Sic & helleboꝝ ferit᷑ ī thaſo: aut cucumis ſiluester: aut ſcamonea: quod
uinum ectromatium uocant: quoniā abortus facit. Fit & ex hærbis: quaꝝ natura ſuo loco dicet᷑. E ſtæ- phthoriū
chade & radice gentianæ: & trogoriano: & dictamo: aſſaro: dauco. elelifphaco: panace: acoro: Conyza:
thymo: mandragora iunco. Vocarunt & ſycinum. & ithacomelin: & lectiſpagiten: quorum tam oblite-
rata ratio eſt. Ex fructicū uero genere cædri utriuſq; cupreſſi: laurus: iuniperi: pini: pyri: terebinthi: calli- Calami
ni: lentiſci: Baccas aūt lignum recens in muſto decoquunt. Itē chameleæ & chamepityos & chamedryos
lignū. Eodē modo & ex flore in congium muſti decem denariorum pondere addito.

De hydromelle & oxymelle. Cap.xvii.

It uinum ex aqua ac melle tantum. Quinquennio ad hoc ſeruari cæleſtem iubent aliqui prudē
f tiores. Alii ſtatim ad tertias partes decoquunt: & tertiā mellis ueteris adiiciunt. Deinde.xl. die-
bus canis ortu in ſole habent. Alii diffuſa ita decimo die obturant. Hoc uocatur hydromel. &
uetuſtate ſaporē uini aſſequitur. nuſq̄ laudatius q̄ in phrygia. Quin & acetum melle tēperabatur: adeo
nihil intemptatum in uita fuit. Oxymel hoc uocarunt: mellis decem libris: aceti ueteris heminis quinq;:
ſalis marini libra: aquæ pluuiæ ſextariis quinq; ſufferuefactis decies: mox elutriatis: atq; ita inueteratis.
Omnia ab Themiſone ſummo auctore dānata. Et hercule coactus eorum uſus uideri poteſt: niſi ſiquis
naturæ opus credit aromatitem: & ex unguētis uina compoſita: aut ut biberentur genuiſſe eam frutices
Iſta ſunt cognitu iucunda ſolertia humani animi omnia exquirente: Nihil quidē ex iis anno durare: præ
terq̄ quæ uetuſtate ipſa fieri diximus. Et pluræ tricenis quidem diebus non erit dubium.

Prodigioſa genera uini. Cap.xviii

ſ Vnt & ī uino prodigia. Dicitur in arcadia fieri quod fœcunditatem fœminis īportet: uiris rabi
em. At in achaia maxime circa caryniā abigi partum uino: atq; etiam ſi uuam edant grauidæ:

cum differentia in guſtatu nō ſit. Troezeniū uinum qui bibunt negant̃ generare. Thaſſos duo genera uini diuerſa facere proditur. Vnū quo ſomnus cōciliet̃: alteꝝ uero quo fuget̃. Apud eoſdem uitis theriace uocat̃ cuiꝰ: & uinū & uua cōtra ſerpentiū ictus medet̃. Libaneos thuris odore: ex qua diis prolibāt. E diuerſo ſpendios dānata a feris. Ferūt eam nec ab alite ulla attingi. Thaſiā uuā ægyptus uocat apud ſe pręt dulcē quæ ſoluit aluū. Eſt contra in lycia quæ ſolutū firmat. Aegyptus & ecbolinā habet abortiuos facientem. Vina in apothecis canis ortu mutant̃ quædā: poſteaq; reſtituūtur ſibi. Sic & maris nauigio: cuius iactatus iis quæ durauerint tantū uetuſtatis adiicere ſentitur: quantum habuerint.

Quibus uinis ad ſacra uti fas nō ſit: & quibus generibus muſta condiantur. Cap. xix.

c

T quoniā religione uita conſtat: ꝓlibare diis nefaſtū habetur uino præter imputatæ uitis: fulmine tactæ: quāq; iuxta hoīs mors laqueo pependerit: aut uulneratis pedibꝰ calcata: & quod circūciſis uinaceis ꝓfluxerit: aut ſuperne deciduo īmundiore lapſu aliquo polluta. Item græca quoniā aquā habeat. Vitis ipſa quoq; mandit̃ decoctis caulibus ſūmis: qui & condiunt̃ in aceto ac muria. Veꝝ & de apparatu uini dixiſſe cōueniat: cū græci priuatim ea præcepta tradiderint: artēq; fecerint: ſicut Euphronius & Ariſtomachus & Coniades & Hiceſius. Africa gypſo mitigat aſperitatē: necnō aliquibus ſui partibus calce. Græcia argilla aut marmore: aut ſale: aut mari lenitatē excitat. Italiæ in parte aliqua rabulana pice ac reſina. Condire muſta uulgare eſt: ei prouintiiſq; finitimis. Anni prioris uina nō nuſquā fæce acetoue condiunt. Necnon & ex ipſo muſto fiunt medicamina. Decoquit̃ utdulceſcat portione uirium. Nec durare ultra annuum ſpaciū tale proditur. Aliquibus in locis decoquūt ad ſapas muſta: infuſiſq; iis ferociā frangunt. Et in hoc tamen genere & in omni alio ſubminiſtrant uaſa ipſa cōdimētis picis. Cuius faciendæ ratio proximo dicetur uolumine.

De picis generibus: & reſinis: & muſtis condiendis: & de aceto & fæce. Cap. xx.

a

R boꝝ ſucco manantium picem reſināq; aliæ ortæ in oriente: aliæ in europa ferunt̃. Quæ iter eſt Aſia utrinq; quaſdā habet. In oriente optimā tenuiſſimāq; terebinthi fundunt. Deinde lentiſci: quā & maſticen uocant Poſtea cupreſſi acerrimā ſapore. Liquidā omnes & tantū reſinā. Craſſiorē uero & ad pices faciendas cædrus. Arabica reſina alba eſt: acri odore difficilis coquenti. Iudaica calloſior: & terebinthi quoq; odoratior. Syriaca attici mellis ſimilitudinē habet. Cypria antecedit oēs Eſt āt melleo colore carnoſa. Colophonia præter cæteras fulua: ſi teratur alba fit. Grauior odore. Et ob id non utunt̃ ea unguentarii. In aſia quæ fit e picea admodū candida ſpargos uocat̃. Reſina oīs diſſoluitur oleo. Quidam & creta figulinarum hoc fieri arbitrātur. Puderq; confiteri: maximum iam honorem eius eſſe in euellendis a uirorum corporibus pilis. Ratio aūt condiendi muſta in primo feruore qui nouem diebus cum plurimum peragitur aſperſu picis: ut odor uino cōtingat: & ſaporis quædam acumina Vehementius id fieri arbitrant̃ crudo flore reſinæ: excitariq; lenitatem. E diuerſo crapulam compeſci: & feritatem nimiā: frangiq; uirus. Aut ubi pigra lenitas torpeat: uirus addi. Liguriæ maxīe circūpadaniſq; muſtis utilitas diſcernit̃ hoc modo pugnacibus muſtis crapulæ plus inditur: lenibus parcius. Sunt qui & ex nitro quoq; condiri uelint. Necnō alia æque multiplici natura. Vitiūq; muſto quibuſdā in locis iterum ſponte feruere: qua calamitate cū deferbuit deperit ſapor: uappæq; accipit nomen probroſum ēt hominum cū denegauerit aius. Acetis. n. nequitiæ ineſt uirtus magnos ad uſus: & ſine quis uita mitior degi non poſſit. Cætero minorum medicaminis tanta cura eſt: ut cinere apud quoſdam ceu gypſo alibi q̄bus diximus modis inſtaurent̃. Sed cinerem e uitis ſarmentis aut quercu præferunt. Quin & marinam aquā eiuſdem rei gratia ex alto peti iubent: ſeruariq; ab æquinoctio uerno: aut certe nocte ſolſtitio & aq̄lone flante hauriri: uel circa uindemiā ſi hauriatur decoqui. Pix ī Italia ad uaſa uino condēdo maxime ꝓbatur brutia. Fit e picea reſina. In hiſpania aūt e piceaſtris minime laudata. Eſt. n. reſina harum amara & arida & graui odore. Differentiam rationēq; faciendi proximo uolumine demonſtrabimus īter arbores feras. Vitia præter ſupradicta acor: aut fumidum uirus: aut picis aduſtio. Experimentum uero ſi fragmenta ſubluceant: ac ſub dente lenteſcat acore iucundo. Aſia picem idicā maxime probat: græcia piericā Virgilius naritiā. Diligentiores admiſcent nigram maſticem: quæ in ponto bituminis ſimilis gignitur: & irys radicem oleumq;. Nam cæram accipientibus uaſis compertum eſt uina aceſcere. Sed transferre ī ea uaſa ī quibus acetum fuerit utilius: q̄ in ea in quibus dulce: aut mulſum. Cato iubet uina concinnari: hoc enim utitur uerbo: cineris lexiui cum defruto cocti parte quadrageſima pulegii uel ſalis ſeſquilibra. Interim & tuſo marmore. Facit & ſulphuris mentionem. Reſinæ uero in nouiſſimis. Super omnia addi matureſcente iam uino iubet muſtum: quod ille tortinum appellat. Nos intelligimus nouiſſime expreſſum. Et adiici muſtis tingendi gratia coloris: ut pigmentū aliquod uini. Atq; ita pinguius fieri. Tot ueneficiis placere cogitur. Et miramur noxia eſſe: In uitium inclinantis. Experimentū eſt laminæ plūbeæ mutatus in eo colos. Propriū aūt inter reliquos liquores uino muceſcere. aut in acetum uerti. Extātq; medicinæ uolumina. Et fæx uini ſiccata recipit ignes: ac ſine alimento per ſe flagrat. Cinis eius nitri naturā habet: eaſdēq; habet uires. Hoc amplius quo pinguius ſentitur.

Epargos an pſegas

Nec eſſe aliam q̄ in multa pice naturā

De cellis

### De cellis uinariis. Cap.xxi.

Agna & collecto iam uino differentia in cella.Circa alpes ligneis uaſis condunt:circuliſq; cin-
m gunt:atq; etiã hyeme gelida ignibus rigorẽ arcent:Mirũ dictu.Sed aliquando uiſum : ruptis
uaſis ſtetere glaciatæ moles prodigii mõ:quoniã uini natura nõ gelaſcit:alias ad frigus ſtupẽs
tantũ.Mitiores plagæ doliis condunt:infodiuntq; terræ tota : aut ad portionẽ ſitus.Item cælũ præbent.
Alii uero impoſitis tectis arcent.Tradũturq; ad hæc præcepta.Latus cellæ uinariæ aut certe feneſtras ob
uerti in aquilonem oportere:uel uſq; in exortum æquinoctialem.Sterquillinia & arborum radices ꝑcul
abeſſe:oĩaq; odoris euitandi:facillimo in uina tranſitu.Ficos uriq; & caprificos.Doliis ẽt interualla dari:
ne inter ſeſe uitia ſerpant contagione uini ſemper ociſſima.Quin & figuras referre.Vẽtroſa ac patula mi
nus utilia.Picari oportere protinus a canis ortu: poſtea perfundi marina aqua aut ſalſa ac leui cinere ſar
menti ea aſpergi:uel argilla aſpera myrrha ſuffiri:ipſaſq; ſæpius cellas.Imbecilla uina demiſſis in terram
doliis ſeruanda.Valida expoſitis.Nunquã implenda.Et quod ſuperſit:paſſo aut defruto perungẽdum:
admixto croco:pice ueteri cum ſapa.Sic coopercula doliorum medicanda addita maſtice ac pice.Bru-
ma aperiri uetant:niſi ſereno die.Vetant auſtro flante:lunaue plena.Flos niui cãdidus probaẽ rubens tri
ſte ſignum eſt:ſi nõ is uini colos ſit.Item uaſis incaleſcentibus:operculiſue ſudãtibus.Quod celeriter flo
rere cœperit:odorẽq; trahere:nõ fore diutinum.Ipſa quoq; defruta ac ſapas cum ſit cælũ ſine luna : hoc ẽ
in ſyderis eius coitu neq; alio die coqui iubent.Præterea plumbeis uaſis non æreis : nucibus iuglandibus
additis. Eas enim fumum excipere.Campaniæ nobiliſſima expoſita ſub diuo in cadis uerberari ſole luna
hymbre ac uentis aptiſſimum uidetur.

### De uitanda ebrietate. Cap.xxii.

C ſi quis diligentius reputet:in nulla parte operoſior uita eſt:ſe non ſaluberrimum ad potum
a aquæ liquorem natura dederit:quo cætera omnia animantia utuntur.At nos uinum bibere &
iumenta cogimus:tantoq; opere:tanto labore & impendio conſtat:quod hominis mentẽ mu-
tet ac furorem gignat:milibus ſcelerum huic deditis tanta dulcedine:ut magna pars non aliud uitæ præ-
mium intelligat.Quin immo ut plus capiamus:ſacco franguntur uires.Et alia irritamenta excogitãtur.
Ac bibendi cauſa etiam uenena conficiuntur.Aliis cicutam præſumentibus:aut bibere mors cogat.Aliis
pumicis farinam:& quæ referendo pudet docere.Cautiſſimos ex iis balineis quoq; coqui uidemus:exani
meſq; efferri.Iam uero alios lectum expectare non poſſe:imo uero nec tunicam.Nudoſq; ibi protinus &
anhelos ingentia uaſa corripere:uelut ad oſtentationem uirium:ac plene infundere ut ſtatim euomant:
ruſuſq; hauriant.Idq; iterum tertioq;:tanquam ad perdenda uina geniti:& tanq̃ effundi illa nõ poſſint:
niſi per humanum corpus.Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes:& uolutatio in cœno:ac pectoro-
ſa ceruicis repandæ oſtentatio.Per omnia hæc prædicatur ſitis quæri.Iam uero quæ uaſa adulteriis cela-
ta:tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia.Ita uina ex libidine hauriũtur:atq; etiam præmio
inuitatur ebrietas.Et ſi diis placet:emitur alius:ut uel quantum biberit tantum edat:& pretium uinolen
tiæ lege accipit.Alius quantum alea quæſierit:tantum bibit.Tunc auidi matronam oculi licentur.Tunc
graui prodũtur marito.Tunc animi ſecreta ꝓferuntur.Alii teſtamenta ſua nuncupant.Alii mortifera lo
quũtur:rediturasq; per iugulum uoces nõ continent:q̃ multis ita interemptis:Vulgoq; ueritas iam attri
buta uino eſt.Interea ut optime cadat:ſolem orientem nõ uident:ac minus diu uiuunt.Hinc pallor:& ge
næ pendulæ:oculorum ulcera:tremulæ manus:effundentes plena uaſa:& quæ ſit pœna præſens:furiales
ſomni:& ĩquies nocturna.Præmiũq; ſummũ ebrietatis libido portẽtoſa ac iucundũ nefas. Poſtera die ex
ore halitus fetidi: ac fere rex̧ oĩum obliuio:morſq; memoriæ.Rapere ſe ita uitã prædicant: cũ priorẽ diẽ
quottidie perdãt:illi uero & uenientẽ.Tiberio Claudio principe ante hos.xl.annos inſtitutũ ut ieiuni bi-
berent:potuſq; uini antecederent cibos:externis & hoc artibus:ac medicorũ placitis nouitate aliqua ſeſe
cõmendantium.Gloriã hac uirtute parthi quærũt.Famã apud græcos Alciabiades meruit.Apud nos co
gnomen etiam nouellius Tricongius mediolanenſis ad proconſulatum uſq; e prætura honoribus geſtis Torquat9
tribus congiis(unde & cognomẽ illi fuit)epotis uno impetu:ſpectante miraculi gratia Tiberio principe
in ſenecta iam ſeuero:atq; etiam alias ſæuo.Sed ipſa iuuenta ad merum pronior fuerat. Eademq; cõmen
datione credidere.L.Piſonem urbis romæ curatorem ab eo delectum:q, biduo duabuſq; noctibus ꝑ po
tationem continuaſſet apud ipſum iam principem.Nec alio magis Druſus Cæſar regeneraſſe patrẽ Ti-
berium ferebatur.Tricongii rara gloria:quãdo & hæc ars ſuis legibus conſtat:nõ labaſſe ſermone:nec le Torquati
uatum uomitione:nõ altera corporis parte.Dum biberet matutinas obiſſe uigilias : plurimum hauſiſſe
uno potu.Plurimũ præterea aliis minoribus addidiſſe:optima fide:non reſpiraſſe in hauriendo:neq; ex-
puiſſe:nihilq; ad elidendum in pauimentis ſummũ ex uno reliquiſſe:diligenti ſcito legum contra biben
di fallacias.Tergilla Ciceronẽ.M.Fabio binos cõgios ſimul haurire ſolitum ipſi obiicit.M.q;.Agrippæ
a marcido ac temulento ſcyphum ĩpactum.Etenim hæc ſunt ebrietatis opera.Sed nimirum hanc gloriã
auferre Cicero uoluit interfectori patris ſui.M.Antonio.Is eni ante eum auidiſſime apprehenderat hãc
palmam:edito etiam uolumine de ſua ebrietate:quo patrocinari ſibi auſus approbauit plane(ut equidẽ

p

arbitror(quanta per temulentiam mala terrarum orbi intuliſſet:exiguo tempore ante prœlium actiacũ
illud uolumen euomuit.Quo facile intelligatur ebrius iam ſanguine ciuium:& tanto magis eum ſitiens
Nãq; & hæc neceſſitas uitium comitatur:ut bibendi conſuetudo augeat auiditatem.Scitumq; eſt ſcytha
rum legati quanto plus biberint:tanto magis ſitire parthos.Eſt & occidentis populis ſua ebrietas:fruge
madida.Pluribuſq; modis per gallias hiſpaniaſq; nominibus aliis:ſed ratione eadem.Hiſpani iam & ue-
tuſtatẽ ferre ea genera docuerunt.Aegyptus quoq; e fruge ſibi potus ſimiles excogitauit. Nullaq; in par
te mundi ceſſat ebrietas.Meros quippe hauriunt tales ſuccos:nec diluendo ut uina mitigant. At hercule
illic tellus fruges parere uidebatur.Heu mira uitiorum ſolertia inuentum eſt quẽadmodum aqua quoq;
inebriaret.Duo ſunt liquores corporibus humanis gratiſſimi:intus uini:foris olei:arborum e genere am
bo præcipui.Sed olei neceſſarius.Nec ſegniter uita in eo elaborauit.Quanto tamen in potu ingenioſior
apparebit ad bibendum generibus centũnonagintaquinq;.Si ſpecies uero æſtimetur: pene duplici nume
ro excogitatis:tantoq; paucioribus olei.De quo in ſequenti uolumine dicemus.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XV.

### Naturæ Frugiferarum Arborum. Cap.i.

Leam theophraſtus celeberrimus e græcorum auctoribus urbis romæ anno circi
ter quadringenteſimoquadrageſimo negauit niſi ĩtra.xl.mil.paſ.a mari naſci. Fe
neſtella uero oĩno nõ fuiſſe in italia hiſpania atq; africa. Tarquinio Priſco regnan
te:ab annis populi ro.clxxxiii.Quæ nunc peruenit trans alpes quoq; & in gallias
hiſpaniaſq; medias. Vrbis quidẽ anno quingenteſimoquinto.Appio Claudio Cæ
ci nepote.L.Iunio coſs.olei libræ duodenæ aſſib9 ueniere.Et mox anno.dc. octo
geſimo.M.Seruius.T.F.ædilis circulis olei denas libras ſingulis aſſibus præſtitit po.ro. ꝑ totum annũ.
Minus ea mireẽ q̄ ſciat poſt ãnos.xxii.Cn.Pompeii.iiii.cõſolatu oleũ ꝓuĩciis italiam miſiſſe . Heſiodus
quoq; ĩ primis cultum agroꝝ docẽdam arbitratus uitã:negauit oleæ ſatorẽ fructũ ex ea ꝑcepiſſe quẽq̃.
Tam tarda tunc res erat.At nũc etiam in plãtariis ferunt:trãſlatarũq; altero anno decerpũt baccæ.Fabi
anus negat ꝓuenire ĩ frigidiſſimis oleã:neq; in calidiſſimis.Genera eaꝝ tria dixit Virgilius: orchites : &
radios:&: poſias.Nec deſiderare raſtros:aut falcẽ ullã:aut curã.Sine dubio :& ĩ iis ſolũ maxime cælũq;
referre. Verum tamẽ attondentur ſicut & uites atq; etiam ĩterradi gaudent.Conſequẽs eaꝝ uindemia eſt
arſq; uel maior oleo q̄ muſta tẽperandi.Ex eadẽ quippe oliua differunt ſucci.Primũ oĩum cruda atq; nõ
dum inchoatæ maturitatis:hæc ſapore præſtantiſſimo.Quin & ex ea prima unda preli laudatiſſima : ac
deinde per diminutiones:ſiue(ut nuꝑ inuẽtũ eſt)exilibus regulis pede incluſo. Quãto maturior bacca:
tanto pinguior ſuccus:minuſq; gratus.Optima aũt ætas ad decerpendum:ĩter copiã bonitatẽq; ĩcipiẽte
bacca nigreſcere.Noſtri uocant drupas:græci uero drypetas.Cætero diſtat an maturitas illa in torcula-
ribus fiat:an ramis.Rigua fuerit arbor:an ſuo tantum bacca ſucco.Nichilq; aliud q̄ rores cæli biberit.

### De oleo. Cap.ii.

Etuſtas oleo tedium affert non item ut uino:plurimumq; ætatis annuo eſt : prouida ſi libeat ĩ
u
telligere natura .Quippe temulẽtiæ naſcẽtibus uinis uti neceſſe non eſt. Quinimo ĩuitat ad ſer
uandum blanda ĩueterati caries.Oleo uoluit parci: fecitq; ueteratum ea neceſſitate promiſcuũ.
Et uulgo principatum in hoc quoq; bono obtinuit italia toto orbe:maxime agrouenafrano : eiuſq; par-
te: quæ licinianum fundit oleum:unde & liciniæ gloria præcipua oliuæ . Vnguenta hanc palmã dedere
accomodato ipſis odore.Dedit & palatum delicatiore ſentẽtia.Cætero baccas liciniæ nulla auis appetit.
Reliquum ꝓcertamẽ inter iſtriæ terram & beticæ par eſt. Vicina bonitas prouinciis:excepto africæ frugi-
fero ſolo.Cæteris totum id natura conceſſit.Oleum ac uinum inuidit tantum:ſatiſq; gloriæ in meſſibus
fecit.Reliqua erroris plena:quem in nulla parte uitæ numeroſiorem eſſe docebimus.

### De natura oliuæ:& oleæ incipientibus. Cap.iii.

Liuæ conſtant nucleo: oleo:carne:amurca.Sanies eſt hæc eius amara.Fit ex aquis. Ideo ſiccita
o
tatibus minima:riguis copioſa.Suus quidem oliuæ ſuccus eſt oleum:idq; præcipue ex immatu
ris ĩtelligimus:ſicut de omphacio docuimus.Augetur oleum ab arcturi exortu ad. xvi.Kalen.
octob.poſtea nuclei increſcunt:& caro.Cum ſitienti hymbres copioſi acceſſere:uitiatur oleum in amur-
cam.Huius color oliuam cogit nigreſcere.Ideoq; incipiente nigricia minimum amurcæ:ante eam nihil.
Et error hominũ falſus exiſtimantium maturitatis initium:quod eſt uitio ꝓximum . Deinde q; oleum
creſcere oliuæ carne arbitrantur:cum ſuccus omnis in corpus abeat:lignumq; intus grandeſcat. Ergo tũ
maxime rigantur.Quod ubi cura multa ſiue hymbribus accidit:oleum abſumitur:niſi ſecuta ſerenitate
quæ corpus extenuet.Omnino enim ut Theophraſto placet:eſt olei cauſa calor. Quare & in torculari
bus et iã ĩ cellis multo igni quærit̃.Tertia eſt culpa ĩparſimonia:quoniã ꝓpter ĩpẽdiũ decerpẽdi expecta
tur ut decidat oliua.Qui mediũ tẽperamentũ in hoc ſeruãt:perticis decutiũt cũ iniuria arboꝝ ſequentis

anni damno. Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit. Oleam ne ſtringito: ne ue uerberato. Qui cautiſ
ſime agunt harundine leui ictu: nec aduerſos percutiunt ramos. Sic quoq; alternare fructus cogitur de-
cuſſis germinibus. Nec minus ſi expectatur ut cadat. Hærendo enim ultra ſuum tempus abſumunt ueni
entibus alimentum: & detinent locum. Argumentũ eſt q nisi ante fauonium collectæ: nouas uires nõ re
ſumunt: & difficilius cadunt. Primũ ergo ab autũni colligitur initio opere nõ natura poſia: cui plurimũ
carnis: mox orchites: quibus olei: poſt radios. Has enim ociſſime occupat æſtas: quia ſunt tenerrimæ: &
amurca cogit decidere. Differuntur uero etiam in martium menſem: calloſæ: contra humorem pugnaceſ
ob idq; minimæ: licinia: cominia. Contra ſergia: quam ſabini regiam uocant: non ante fauonii flatum ni-
greſcentes: hoc eſt ad. vi. idus febr. Tunc arbitrãtur eas matureſcere: & quoniã pbatiſſimũ fiat ex iis oleũ
Accedere etiã ratio prauitati uidetur. Feruntq; frigore ſterilitatẽ fieri: ſicut copiã maturitate: cum ſit illa
bonitas nõ temporis: ſed generis tarde putreſcentis in amurcam. Similis error collectam ſeruãdi in tabu
latis: nec priuſq ſudet premendi: cum omni hora oleum decreſcat: amurca augeatur. Itaq; uulgo nõ am-
plius ſenas libras ſingulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mẽſuram nemo agit quãto eo copioſior repe
riatur in eodẽ genere diebus adiectis. Omnino in uita error publicus. Tumore oliuæ creſcere oleum exi-
ſtimantium: præſertim cum magnitudine copiam olei non conſtare indicio ſint quæ regiæ uocantur: ab
aliis maiorinæ: & ab aliis bamgiæ grandiſſimæ: alioquin minimo ſucco. Et in ægypto carnoſiſſimis olei phauliæ
exiguum. Decapoli uero ſyriæ perquã paruæ: nec cappari maiores: carne tamen cõmendãtur. Quam ob Theoph.
cauſam italicis tranſmarinæ præferuntur in cibis cum oleo uincant. Et in ipſa italia cæteris picenæ: & ſidi
cinæ. Sale illæ priuatim condiũtur: & ut reliquæ amurca ſapaue. Necnõ aliquæ oleo ſuo ſine accerſita cõ
mendatione puræ innatant. Colimbades franguntur: eædemq; hærbarum uiridium ſapore condiuntur.
Fiunt & præcoces feruenti aqua perfuſæ: quãlibet imaturæ. Miræq; dulcem ſuccum oliuas bibere: & alie-
no ſapore infici. Purpureæ ſunt: & iis ut in uuis in nigrum colorem tranſeũtibus poſiæ: Sunt & ſuperbæ
præter iam dicta genera. Sunt & prædulces per ſe tantum ſiccatæ: uuiſq; paſſis dulciores. Admodũ ra-
ræ i africa: & circa emeritam luſitaniæ. Oleum ipſum ſale uindicatur a pinguitudinis uitio. Cortice oleæ
conciſo odorem accipit medicati: alias ut uino palati gratia nulla eſt. Nec tam numeroſa differentia. Tri
bus ut plurimum bonitatis diſtat. Odor in tenui argutior: & is tamen etiam in optima breuis.

De natura olei. Cap. iiii.

Leo natura tepefacere corpus: & contra algores munire. Eidem feruores capitis refrigerare.
o V ſum eius ad luxuriam uertere græci uitiorum omnium genitores in gymnaſiis publicando.
Notum eſt magiſtratus honoris eius octegenis ſeſtertiis ſtrigmenta olei uendidiſſe. Oleæ ho-
norem romana maieſtas magnum præbuit. Turmas equitum idibus iuliis ex ea coronando. Item mi-
noribus triumphis ouantes. Athenæ quoq; uictores olea coronant: græci uero oleaſtro olympiæ.

De cultura oliuarum. Cap. v.

V nc diccimus Catonis placita de oliuis. In calido & pingui ſolo radium maiorem ſalentinam
n orchitem: poſiam: ſergianam: cominianam: albiceram ſeri iubet. Adiicitq; ſingulari prudentia
quam earum in iis locis optimam eſſe dicant. In frigido autem & macro liciniam. Pingui enim
& olenti uitiari eius oleum: arboremq; ipſam fertilitate conſumi. Muſco præterea & rubro infeſtari. Spe oſtum: uel
ctare oliueta in fauonium loco expoſita ſolibus cenſet. ortum

De ſeruandis oliuis: & quomodo faciendum oleum. Cap. vi.

Ec alio ullo modo laudat condi oliuas optime orchites & poſias q uel uirides in muria: uel fra
n ctas in lentiſco. Oleum q acerbiſſima diu optimum fieri. Cætero q primum e terra colligen-
dam. Si inquinata ſit lauandam. Siccari triduo ſatis eſſe. Si gellent frigora: quarto die premẽ-
dam. Hanc & ſale aſpergi. Oleum in tabulato minui: deteriuſq; fieri. Item in amurcã & fracibus. Eæ ſunt
carnes & inde feces. Quare ſæpius die decapulandum. Præterea concas & plumbeas cortinas aere uitia
ri. Feruentibus omnia ea fieri clauſiſq; torcularibus: & q minime uentilatis. Ideo nec ligna ibi cædi opor-
tere. Qua de cauſa e nucleis ipſarum ignis aptiſſimus: & e cortinis in labra fundẽdum: ut fraces & amur
ca liquentur. Ob id crebrius uaſa mundanda. Fiſcinas ſpongia tergẽdas: ut q maxime pura ſinceritas cõ-
ſtet. Poſtea inuentum ut lauarentur utiq; feruẽti aqua. Protinus prælo ſubiicerent ſolidæ. Ita enim amur
ca exprimitur. Mox trapetis fractæ præmerentur. Iterum premi pluſq centenos modios non probant.
Factus uocatur. Quod uero poſt molam primum eſt flos: factus Tres geminoſue a quaternis homini- Tergemi-
bus nocte ac die premi iuſtum eſt. nos ſerunt

De oleo factitio. Cap. vii.

On erat tum factitium oleum. Ideoq; arbitror nihil a catone dictum. Nũc eius genera plura.
n Primumq; perſequemur ea quæ ex arboribus fiunt: & inter illas ante oẽs ex oleaſtro. Tenue id:
multoq; amarius q oleæ: tantum ad medicamentum utile. Similimũ huic ineſt ex chamelea fru
tice ſaxoſo. non altiore palmo: foliis oleaſtro: bacciſq;. Proximum fit & e cyci arbore in ægypto copioſe.
Alii crotonem: alii thibin: alii ſiſamum ſilueſtre appellant. Ibiq; nõ pridem. Et in hiſpania repente puenit



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 224 sur 536

altitudine oleæ:caule feruſaceo:folio uitiū:ſemine uuarum gracilium:pallidarūq;.Noſtri eam uocant ri
cinum a ſimilitudine ſeminis.Coquitur id in aqua:inatanſq; oleum tollitur. At in ægypto ubi abundat
Metopū ſine igni & aqua ſale aſperſum exprimitur:cibis fedū lucernis exile. Amygdalinū quod aliqui netopum
uocant:ex amaris nucibus areſactis:& in offam contuſis aſperſum aqua & iterū tuſis exprimitur. Fit &
lauro admixto druparum oleo.Quidāq; e baccis exprimunt tantū.Aliis foliis modo.Alii folio & corti
ce baccaꝝ.Necnō ſtiracem addunt:alioſq; odores.Optima laurus ad id latifolia:ſilueſtris:nigra baccis.
Simile eſt e myrto nigra:& hæc latifolia melior.Tundūtur baccæ aſperſæ calida aqua:mox decoquūtur
Alii foliorum molliſſima decoquūt in oleo:& exprimunt.Alii deiecta ea in oleum prius ſole maturant.
Eadem ratio & in ſatiua myrto:ſedpræfertur ſilueſtris:minore ſemine:quā quidā oxymyrſinem uocāt:
alii chamæmyrſinē:alii acaron a ſimilitudine.Hæc eſt enim breuis fruticoſa.Fit & ex citro:cupreſſo: nu
cibuſq; iuglandibus:quod caryinon uocant.Malis cædri quod cædreleon.Ex grano quoq; gnidio purga
to ſemine & tuſo.Item lentiſco.Nam & cyprinū etiam:e glande ægyptia ut fieret odorum cā dictum ē.
Indi etiā ex caſtaneis & ſiſama atq; oriza facere dicūtur.Ichthiophagi e piſcibus. Inopia cogit aliquando
luminum cauſa & e platani baccis fieri aqua & ſale maceratis.Et oenāthinum fit de ipſa oenāthe:ut dictū
eſt in unguentis.Gleucino muſtum incoquitur in uapore lento.Ab aliis ſine igne circūdatis uinaceis die
bus.xxii.bis ſingulis promixtum.Cōſumiturq; muſtū oleo.Alii non ſanſucum tantū admiſcent:ſed etiā
præcioſiora odoramenta.Et in gymnaſiis quoq; condit᷑ odoribus:ſed uiliſſimis.Fit & de aſpalato : cala
mo:balſamo:iri:cardamomo:meliloto:nardo gallico:panace:ſanſuco:helenio:cinami radice : omnium
ſuccis in oleo maceratis expreſſiſq;.Sic & rhodinum e roſis iūcinum e iunco:quod eſt roſaceo ſimillimū.
Item hyoſcyamo:lupinis:& narciſſo.Plurimum autem in ægypto e raphani ſemine aut gramine hærba
Agroſtiō quod chortinon uocant.Item ſeſſama & urtica:quod Cnidinum appellant. E lilio & alibi fit ſub diuo ſo
le:luna:pruina maceratum.Suis hærbis componunt inter cappadociam & ſeleuciam:quod ſeleuticū ap
pellant:neruis admodum utile.Sicut in italia e gummi.E pice fit quod picinum appellant. cum concoq
tur uelleribus ſupra halitum eius expanſis atq; expreſſis.Probatum maxime e brutia. Eſt enim pinguiſſi
Palmyris ma & reſinoſiſſima.Color oleo fuluus.Sponte naſcitur in ſyriæ maritimis:quod eleomeli uocant. Ma
nat ex arboribus pingue.Craſſius melle:reſina tenuius:ſapore dulci:& hoc medicis. Veteri quoq; oleo
uſus eſt ad quædam genera morborum.Exiſtimatur & ebori uindicando a carie utile eſſe. Certe ſimula
crum Saturni romæ intus oleo repletum eſt.

De amurca. Cap.viii.

f Vper oīa autem celebrauit amurcam laudibus Cato.Dolia olearia cadoſq; illa ibui:ne bibant
oleum.Amurca ſubigi areas terendis meſſibus ut formicæ rimæq; abſint. Quin & lutum pa
rietum & tectoria & pauimenta horreorum frumenti. Veſtiarium etiā cōtra teredines: ac no
xia animalia amurca aſpergi.Semina frugū perfundi.Morbis quadrupedū arboꝝ quoq; mederi illa: effi
caci ad ulcera interiora humani quoq; oris.Lora etiā ac coria oīa & calceamina axeſq; decocta ungi atq;
æramenta contra eruginē.Coloriſq; gratia elegantioris & totam ſuppellectilem ligneā:ac uaſa fictilia in
quis ficum aridā libeat aſſeruare.Aut ſi folias baccaſq; & uirgas myrti aliudue id genus ſimile.Poſtremo
ligna macerata amurca nullius fumi tedio ardere.Oleam ſi lābendo capra lingua contigerit:depaueritq;
primo germinatu ſterileſcere auctor eſt.M. Varro.Et hactenus de olea atq; oleo.

Pomorum oīum genera & naturæ. Cap.ix.

r Eliqui arborum fructus uix ſpecie figuraue non modo ſaporibus ſucciſq; totiēs permixtis atq;
inſitis enumerari queunt.

Nucum pinearum genera quattuor. Cap.x.

g Randiſſimis pineis nucibus altiſſimeq; a terra ſuſpenſis:intus exiles nucleos lacunatis includi
toris ueſtitos alia ferruginis tunica.Mira naturæ cura molliter ſemina collocādi.Haꝝ genus
alterū tarentinū digitis fragili putamine auiūq; expoſitū furto in arbore.Et tertiū ſapineū e pi
Vel pityi-na cea ſatiua:nucleoꝝ cute uteriuſq; putamine adeo molli:ut ſimul mandātur.Quartū pityida uocant e pi
naſtris:ſingularis remedii aduerſus tuſſim.In melle decoctos nucleos taurini aquicelos uocāt.Pinea co
rona uictores apud iſthmum coronātur.

De malo cotoneo. Cap.xi.

h Is pxima amplitudine mala quæ uocamus cotonea:& græci cydonea ex creta inſula aduecta
Incuruatos trahūt ramos:phibentq; creſcere parentē.Plura eoꝝ genera. Chryſomela īciſuris
diſtincta:colore ad auꝝ inclinato.Quæ candidiora noſtratia cognoiata in odoris præſtantiſſi
mi.Eſt & Neapolitanis ſuus honor.Minora ex eodē genere ſtrutea odoratius uibrant: ſerotino prouen
tu.Præcocia uero muſtea.Struteis autem cotonea inſita ſuū genus fecere muluianū : quæ ſola ex iis uel
cruda manduntur.Oīa iam & uiroꝝ ſalutatoriis cubilibus inſula ſimulacris noctiū conſciis īpoſita.Sūt
præterea ſilueſtria parua ſtruteis odoratiſſima in ſepibus naſcentia.Mala appellamus quāquā diuerſim
perſica & granata:quæ in punicis arboribus nouē generum dicta ſunt.His acinus ſub cortice intus. Li
gnum illis in

gnũ illis in corpore. Necnon & quædam e pyris libralia appellata amplitudinẽ ſibi põderis noĩe aſſerũt.

De perſico genera quattuor. Cap.xii.

Ed perſicorum palma duracinis. Nationum habent cognomen gallica & aſiatica. Poſt autũ-
f num matureſcunt: æſtate præcocia intra.xxx. annos reperta: & primo denariis ſingula uenun-
data. Supernatia e ſabinis ueniunt: popularia undiq;. Pomum innocuum expetitur ægris. Pre
ciumq; ſingulis iam triceni nummi fuere: nullius maiore. Quod miremur quia nõ aliud fugacius. Lon-
giſſima. nãq; decerpto bidui mora eſt: cogitq; ſe uenundari.

De pruno genera.xi. Cap.xiii.

Ngens poſtea turba prunorum uerſicolor: nigra: candicans. Hordearia appellata a comitatu
i frugis eius. Alia eodem colore ſeriora maioraq;: aſinina cognominata a uilitate. Sunt & nigra
ac laudatoria: cærina atq; purpurea. Necnon ab externa gente armeniaca: quæ ſola & odore cõ-
mendantur. Peculiaris impudentia nucibus eſt inſitorum quæ faciem parentis ſuccumq; adoptionis ex-
hibẽt appellata utroq; nucipruna. Et hæc autẽ & perſica & cærina ac ſilueſtria ut uuæ autũno cadis condi
ta uſq; ad alia naſcẽtia ætatem ſibi prorogant. Reliquorum uelocitas citro miteſcentium tranſuolat. Nu
per in betica malia appellari ceperunt malis inſita: & alia amygdalina amygdalis. His intus ĩ ligno nucle
us amygdalæ eſt. Nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt. In perigrinis arboribus dicta ſunt da-
maſcena a ſyriæ damaſco cognominata: iam pridem in italia naſcẽtia grandiore quamq̃ ligno: & exiliore
carne: nec unq̃ in ruga ſiccata quando ſoles ſui deſunt. Simul dici poſſunt populares eorum myxæ: quæ
& ipſæ nunc cœpere romæ naſci ĩſitæ ſorbis. In totum quidem perſica peregrina etiam aſiæ græciæq; eſſe
ex nomine ipſo apparet: atq; ex perſide aduecta. Sed pruna ſilueſtria ubiq; naſci certum eſt. Quo magis
miror huius pomi mentionem a Catone non habitam: præſertim cum condenda demonſtraret quædã
etiam ſilueſtria. Nam perſicæ arbores ſero & cũ difficultate trãſire ut quæ in rhodo nihil ferant: quod pri
mum ab ægypto earum fuerat hoſpitium. Falſum eſt uenenata cum cruciatu in perſis gigni: & pœnaꝶ
cã a regibus tranſlata: & in ægyptum terra mitigata. Id enim de pſea diligentiores tradunt: quæ ĩ totum
alia eſt: myxis rubeſcentibus ſimilis: nec extra orientem naſci uoluit. Eam quoq; eruditiores negauerunt
ex perſide propter ſupplicia tranſlatam: ſed a Perſeo mẽphi ſatam. Et ob id Alexandrum illa coronari
uictores ibi inſtituiſſe in honorem attaui ſui. Semper autem folia habet & poma ſubnaſcentibus aliis.
Sed pruna quoq; omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

De diuerſis generibus malorum: genera.xxix. Cap.xiiii.

Alorum plura ſunt genera. De citreis cum ſua arbore diximus. Medicam autem græci uocant
m patriæ noĩe. Aeq; peregrina ſunt zinzipha & tuberes: quæ & ipſa non pridem uenere in italiam.
Hæc ex africa: illa ex ſyria. Sex. Papinius quẽ cõſulem uidimus primus utraq; attulit Diui Au-
guſti nouiſſimis temporibus in caſtrorum aggeribus ſata baccis ſimiliora q̃ malis. Sed aggeribus præci
pue decora: quoniam & in tecta iam ſilue ſcãdunt. Tuberꝶ duo genera. Candidũ & a colore ſericũ dictũ
pene peregrina. Sunt & in uno italiæ agro ueronẽſi naſcẽtia: quæ lanata appellant̃. Lanugo ea obducit iis obdu-
Struteis quidem perſicisq;. Plurimis tamen peculiare nomen dedit nulla alia commendatione ĩſignibus. cta
Reliqua cur pigeat nominatim indicare: cũ conditoribus ſuis æternam ꝓpagauerint memoriã: tanq̃ ob
egregiũ aliqd in uita factũ? Ni fallor apparebit ex eo ingeniũ inſerendi: nihilq; tam paruũ eſſe quod non
gloriã parere poſſit. Ergo habẽt originẽ a Mario Geſtioq; & Manlio: itẽ Claudio a quibus cotoneo inſi
to. Ab Appio e claudia gente appiana ſunt cognomiata. Odor eſt his cotoneoꝶ: magnitudoq;. Sed clau
dianis color rubens. Ac ne quis id ambitu ualuiſſe claritatis & familiæ putet: ſunt & ſeptiana ab inuẽtore
libertino inſignia rotũditate. Cato adiicit quiriana: & quæ tradit in doliis condi ſcantiana. Oium aũt nu-
perrime adoptata ſunt parua gratiſſimi ſaporis quæ petiſia noĩantur. Primas nobilitauere camerina: &
græcula. Cætera e cauſis traxere nomen. Germanitatis cohærentia & gemella nunquã ſingula in fœtu. A
colore ſerica: cognatione melappia: muſtea a celeritate miteſcendi. Quæ nunc melimela dicunt̃ a ſapore
melleo. Orbiculata ex figura orbis in rotunditatem circũacti. Hæc in epiro primũ proueniſſe argumen-
to ſunt græci: qui epirotica uocant. Mãmaꝶ effigie ortomaſtica. A conditione caſtrati ſeminis: quæ ſpa-
donia appellant. Belgemella a foliis. Folium enim unum aliquãdo & geminum erumpit e latere medio.
Celerrime in rugas marceſcunt pãnutea. Stolide tument pulmonea. Sunt quibus ſanguineus eſt color:
origine ex mori inſitu tracta. Cunctis uero quæ fuerunt a ſole partes rubent. Sunt & parua grati ſaporis
atq; etiã acutiora odore: ſilueſtria id peculiare ĩprobitatis & acerbitatis cõuitium: & uis tanta ut aciẽ gla-
dii perſtringat. Dacis ferme uiliſſimis nomen: q̃q̃ primis aduentu decerpiq; properantibus.

De pyris & inſitorum uarietate. Cap.xv.

Adẽ cauſa in pyris taxat̃: ſuperba cognoĩe. Parua hæc: ſed ociſſima. Cunctis autẽ cruſtumina
e gratiſſima. Proxima iis falerna a potu: qm̃ tanta uis ſucci abũdat. Lactea hæc uocantur in his:
quæ alii colore nigro donant ſyriæ. Reliquorum noĩa aliter in aliis atq; aliis locis appellantur

Sed confeſſis urbis uocabulis auctores ſuos nobilitauere. Decumiana & ex eo tractũ quod pſeudo decimanũ uocant. Dolobelliana longiſſimi pediculi. Põpeiana cognoĩe mãmoſa: liceriana: ſeueriana: & quæ ex iis nata ſunt tyranniana longitudine pediculi diſtantia. Fauoniana rubra: Paulo ſuperbis maiora. Lateriana. anitiana. Poſt autũnalia acidulo ſapore iucunda. Tiberiana appellãtur: quæ maxime Tiberio principi placuere. Colorãtur magis ſole: grãdeſcuntq; alioquin eadem eſſent quæ liceriana. Patriæ noĩa habẽt ſeriſſima oĩum amerina: picẽtina: numãtina: alexãdrina: numidiana: græca: & in iis tarẽtina: ſignina: quæ alii a colore teſtacea appellãt: ſicut onychina purpurea. Ab odore myrrappia laurea: nardina. A tempore ordearia. A collo ampullacea & coriolana. Brutæ gentilitatis cucurbitana. Acidula ſucci. Incerta nominum cã eſt barbaricis ueneriiſq; quæ colorata dicũt: Regiiſq; quæ minimo pediculo. Seſſilia patriciis uoconiis uiridibus oblongiſq;. Preterea dixit uolema Virgilius a Catone ſumpta: qui & ſemẽtina & muſtea nominat. Pars hæc uitæ iãpridem peruenit ad columẽ expertis cũcta hoĩbus. Quippe cũ Virgilius inſitã nucibus arbutum: malis platanum: ceraſis ulmũ dicat. Nec quicq̃ amplius excogitari põt: nullum certe pomũ nouũ diu iam inueniť. Neq; oĩa inſita miſceri fas eſt: ſicut nec ſpinas inſeri: quãdo fulgura expiari non queunt: Facile: quotq; genera inſita fuerunt: tot fulgura uno ictu ꝓnunciantur. Turbinatior pyris figura. In iis ſerotina ad hyemẽ uſq; ad matrem pendẽt gelu matureſcentia. Græca ampullacea: laurea: ſicut in malis amerina: ſcãtiana. Conduntur uero pyra ut uuæ: ac totidẽ mõis nõ aliter q̃ in cadis. Præterea quæ pomis proprietas pyris quoq; uini. Similiter iis ægris medentes in eſcam dant: ac uino & aqua coquuntur: atq; pulmentarii uicem implent quod non alia præter cotonea & ſtrutea.

De pomis ſeruandis & uuis. Cap. xvi.

i N uniuerſum uero de pomis ſeruandis præcipitur. Pomaria in loco frigido ac ſicco cõtabulari. Septẽtrionalibus feneſtris ſereno die patere. Auſtros ſpecularibus arcere. Aquilonis quoq; afflatu poma deturpante. Colligi mala poſt æquinoctiũ autũnale: neq; ante. xvi. lunã: neq; ante primã horã. Cadiua ſeparí ſtramentis: ſtoreis: paleiſue ſuſterni. Rara cõponi: ut limites parui ſpiritum æqualem accipiãt. Amerina maxime durare: melimela minime.

De cotoneis pyris & ſorbis. Cap. xvii.

c Otoneis interclußs ſpiramentum omne adimendũ: aut incoqui melle ea: ĩmergiue oportere. Punica aqua marina feruente indurari: mox triduo ſole ſiccata: ita ne nocturno rore cõtingantur ſuſpendi. Cum libeat uti: aqua dulci perlui. M. Varro & in doliis harenæ ſeruari iubet: & ĩmatura obrui terra in ollis fundo effracto: ſed ſpiritu excluſo: ac ſurculo pice illito. Sic ẽt creſcere amplitudine maiore q̃ poſſint in arbore Cætera mala foliis ficulneis præterq̃ cadiuis ſingula cõuolui: ciſtiſq; uitilibus condi: uel creta figulinaq; illini. Pyra in uaſis fictilibus picatis inuerſis obrui inter ſcrobes. Tarentina ſeriſſime legi. Anitiana ſeruari & in paſſo. Sorba uero & in ſcrobibus gypſato operculo duum pedum terra ſuperinducta in loco aprico inuerſis uaſis: & in doliis ut uuas cũ ramis ſuſpendi. E proximis auctoribus quidam altius curam petunt: putariq; ſtatim poma ac uites ad hunc uſum præcipiunt decreſcente luna. Poſt horã diei tertiam cælo ſereno aut ſiccis a uentis. Similiter delegi & ex locis ſiccis: & ante perfectam maturitatem: addito ut luna infra terram ſit: uuas cum malleolo ſarmentiſue duro demptis forcipe corruptioribus acinis in dolio picato recenti ſuſpendi: excluſa omni aura operculo & gypſo. Sic & ſorba & pyra illitis omnium ſurculis pice. Dolia procul ab aqua eſſe. Quidã ſic cum palmite in gypſo condunt: capitibus eius ſcyllæ infixis utrinq;. Alii etiã uina habentibus doliis: dum ne cõtingant ea uuæ. Aliqui mala in patinis fictilibus fluitantia: quo genere & uino odorem acquiri putãt. Aliqui oĩa hæc ĩ milio ſeruare malunt. Pleriq; uero in ſcrobe duum pedum altitudinis harena ſubſtrata: & fictili operculo: dein terra operto. Creta quidã etiã figulina uuas illinunt: ſiccataſq; ſole ſuſpendunt: in uſu diluentes cretam. Eandem pomis in uino ſubigunt. Mala uero generoſiſſima eadem rõne cruſtãt gypſo uel cæra. Quæ niſi maturuerint: incremento calicem rumpunt. Semper autem in pediculos collocant ea. Alii decerpunt cũ ſurculis: eoſq; in medullã ſambuci abditos obruũt: ut ſupra ſcriptum eſt. Aliis ſingulis malis pyriſq; ſingula uaſa fictilia aſſignãt: & opercula eorum picata dolio iterum includunt. Necnon aliqui ĩ floccis capſiſq; quas luto paleato illinunt. Alii hoc idem in patinis fictilibus. Aliqui & in ſcrobe ſubiecta harena ita ſicca operiunt mox terra. Sunt qui cotonea cæra pontica illita melle demergant. Columella auctor ĩ puteos ciſternaſue in fictilibus uaſis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima alpibus proxĩa uuas ſole ſiccatas iunci faſciis inuoluit. cadiſq; conditas gypſo includit. Hoc idem græci platanii foliis: aut uitis ipſius: aut fici uno die in umbra ſiccatis: atq; in cado uinaceis interpoſitis. Quo genere coa uua & berytia ſeruãtur nullius ſuauitati poſtferendæ. Quidam ut has faciant in cinere lexiuio tingũt protinus q̃ detraxere uitibus. Mox in ſole ſiccãt. Tum foliis ut ſupra dictum eſt inuolutas uinaceis ſtipant. Sunt qui malunt uuas in ſcobe ramentiſq; abietis: populi: fraxini: ſeruare. Sunt qui ſuſpendi procul malis: protinuſq; in granariis iubeãt: quoniam optime ſit operimento puluis penſilibus. Contra ueſpas remedio eſt oleo aſpergi ex ore: ut de palmis diximus.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 227 sur 536

## De ficis genera.xxix. Cap.xviii.

Reliquo genere pomoꝝ ficus ampliſſima eſt. Quædāq; & pyris magnitudine æmula. De ægy
e ptiæ cypriæq; miraculis rettulimus inter externas. Idæa rubet oliuæ magnitudine rotūdior tan
tum ſapore meſpili. Alexandrina hanc ibi uocāt: craſſitudine cubitali ramoſam: materia uali-
dam: lentā ſine lactæ: cortice uiridi: folio tiliæ: ſed molli. Oneſicritus tradit in hyrcania multū noſtris eē
dulciores: fertilioreſq;: utq; modios.cclxx. ſingulæ ferāt. Ad nos ex aliis tranſire gentibus chalcidicæ: qua
rum plura genera. Siquidē & lydiæ quæ ſunt purpureæ: & mamillanæ ſimilitudinē māmarum habent.
Et calliſtrutiæ partim ſapore præſtantiores ficoꝝ oīum frigidiſſimæ. Nam de africanis quas multi præfe Parum
runt cunctis magna quæſtio eſt: cum id genus in africā nuperrime tranſierit: patriæ nomen optinēt. Nā
alexandrinæ enixiores. Candicans terina cognomine delicata. Nigra & rhodia eſt: & tyburtina de præco Vix ſunt
cibus. Sunt & auctoꝝ nomina iis. Liuiæ Pompeiæ ſiccatæ hæ ſolæ in annuos uſus aptiſſimæ cum mari- ueſcendo
ſcis: & aquas harundinei folii macula uariat. Eſt & herculanea & albicerata: & aratia alba: pediculo mini
mo latiſſima. Primo autē prouenit porphyritis longiſſimo pediculo. Comitatur eā e minimis & uiliſſi-
mis popularis dicta. Contra nouiſſima ſub hyeme maturatur chelidonia. Sunt præterea eædē ſerotinæ:
& præcoces biferæ alba ac nigra cum meſſe uindemiaq; matureſcentes. Serotinæ & a corio appellatæ du-
ro. Ex chalcidicis quarundā trifero prouentu. Tarenti tantum prædulces naſcuntur: quas uocant omas.
Cato de ficis ſerendis ita memorat. Ficus mariſcas i loco cretoſo aut aperto ſerito. In loco āt craſſiore aut
ſtercorato africanas: ſed & herculaneas: ſaguntinas: hybernas: telianas atras pediculo longo. Poſtea tot
ſubiere nomina atq; genera: ut uel hoc ſolum æſtimantibus appareat mutatam eſſe uitam. Sūt & hyber
næ quibuſdam prouintiis: ſicuti meſiæ: ſed arte nō natura. Paruarum genus arborum poſt autumnum fi
mo contegunt: depræhenſaſq; in his hyeme groſſos: quæ mitiore cælo refoſſæ cum arbore: atq; in lucem
remiſſæ nouos ſoles alioſq; q̄ quibus uixere: auidæ tanquā iterum natæ accipiunt: & cum uenientium flo
re matureſcunt: alieno præcoces anno: in tractu uel gelidiſſimo. Sed a Catone appellata iam tum africa-
na āmonet & africæ ad ingens documentum uſo eo pomo. Nāq; perniciali odio carthaginis flagrans ne
potumq; ſecuritatis anxius: cū clamaret in omni ſenatu carthaginem delendā: attulit quodam die in cu-
ria præcocem ex ea puintia ficum. Oſtendenſq; patribus interrogo uos inquit quādo hoc pomum dem-
ptum putatis ex arbore? Cum inter omnes recens oſſa conſtaret. Atqui tertium inquit ante diem ſcitote
decerptum carthagine: tam prope a muris habemus hoſtem: ſtatimq; ſumptum eſt punicum tertiū bel-
lum: quo carthago deleta eſt. Quāquā Catone anno ſequente rapto. Quid primum in eo miremur? cu-
ram ingenii: an occaſionem fortuitam? celeritatemq; curſus: an uehementiam uiri? Super omnia equidē
eſt quo nihil equidem duco mirabilius: tantā illam urbem & de terrarū orbe per.cxx. annos urbis æmu-
lam unius pomi argumento euerſam. Quod nō trebia aut trāſimenus: nō cānæ buſto iſignes romani no
minis perficere potuere. Nō caſtra punica ad tertiū lapidem uallata. Portæq; colinæ adequitans ipſe Hā-
nibal. Tanto ꝓpius carthaginem pomo Cato adiri monuit. Colitur ficus arbor in foro ipſo ac comitio
romæ nata ſacra fulguribus ibi conditis. Magiſq; ob memoriā eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi cō
ditoris appellata: quoniā ſub ea inuēta eſt lupa infantibus præbēs rumen. Ita.n. uocabāt māmam. Mira
culo ex ære iuxta dicato tanq̄ in comitiū ſpōte trāſiſſet. Adacto nauigio ilico areſcit. Rurſuſq; cura ſacer-
dotū ſerit. Fuit & ante Saturni ædem urbis anno ducēteſimo ſexageſimo ſublata ſacro ueſtalibus facto
cum Siluani & Iſidis ſimulacrū ſubuerteret. Eadem aūt fortuito ſato aduiuit in medio foro: quaſi dētia
imperii fundamenta oſtentato fatali Curtius maximis bonis hoc eſt uirtute ac pietate ac monte pręclara
expleuerat. Aeque fortuita eodē loco eſt uitis atq; olea umbræ gratia: ſedulitate plebeia ſatæ. Ara īde ſub
lata gladiatorio munere Diui Iulii: quod nouiſſime pugnauit in foro. Admirabilis eſt pomi huiuſce feſti
natio unius in cunctis ad maturitatē properantis arte naturæ.

## De caprifico & caprificatione. Cap.xix.

Aprificus e ſilueſtri genere ficus nunq̄ matureſcēs: ſed quod ipſa non habet aliis tribuens: quo
e niam eſt naturalis cārum trāſitus: atq; e putreſcentibus idētidem generatur aliquid. Ergo culi
ces parti fraudati alimento in matre: hoc eſt putri eius tabe ex aqua nati ad cognatam uolant
morſuq; ficorum crebro hoc eſt audiore paſtu aperiētes ora earum: atq; ita penetrātes intus ſolem priſo
ſecum inducūt: cerealeſq; auras īmittunt foribus apertis. Mox lacteū humorē: hoc eſt infantiā pomi ab-
ſumunt: quod fit & ſponte. Ideoq; ficetis caprificus permittit ad rationē uenti: ut flatus euolantes in fi-
cos ferat. Inde repertum ut illatæ quoq; aliunde & inter ſe colligatæ iniicerent fico. Quod in macroſo &
aquilonio ſitu nō deſideraſ: qm̄ ſponte areſcunt loci ſitu: rimiſq; eadē quæ culicum opera cā perficit. Nec
nō ubi multus puluis: quod euenit maxime frequenti uia appoſita. Nāq; & pulueri uis ſiccandi: ſuccūq;
lactis abſorbendi: quæ ratio puluere & caprificatione hoc quoq; præſtat: ne decidant abſumpto humore
tenero: & cum quadam fragilitate ponderoſo. Ficis mollis oībus tactus. Maturis frumenta intus. Suc-
cus matureſcētibus lactis: percoctis mellis. Seneſcunt in arbore. Anuſq; diſtillant Gūmi lachrymarum

p iiii

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 228 sur 536

Siccantur ſiccant. Honos laudatas ſeruat in capſis. Ebuſo inſula præſtantiſſimas ampliſſimaſq;: & mox in matrucinis. At ubi copia abundat implentᷣ orcæ: in aſia cadi: aut i ruſpina africæ urbe: paniſq; ſimul & obſonii uicem ſiccatæ implent: utpotæ cum Cato cibaria ruris operariis iuxta ceu lege ſanciens minui iubet per ſici
Sale maturitatẽ: cũ & obſonii uicem habeant recentes ficus. Salis ſiccatis & caſei loco ueſci nuper excogitatũ eſt. Ex hoc genere ſunt ut diximus coctana & caricæ: quæq; conſcẽdenti nauim aduerſus parthos omen fecere. M. Craſſo uenales prædicantis uoce caunææ. Omnia hæc in albenſe rus e ſyria intulit. L. Vitellius qui poſtea cenſor fuit: cum legatus in in ea prouintia eẽt nouiſſimis Tiberii Cæſaris temporibus.

De meſpilis & eorum generibus tribus. Cap. xx.

Aloꝝ pyrorũq; generi adnumerentᷣ iure meſpila atq; ſorba. Meſpilis tria genera: anthedon: ſe
m tania. Tertiũ degenerat Anthedone: tametſi ſimilius eſt: quod gallicũ uocãt: ſetaniæ tamẽ maius pomũ. Candidiuſq; acini molliore ligno. cæteris minus pomum: ſed odore præſtantius: & quod diutius ſeruetur. Arbor ipſa de ampliſſimis. Folia anteq̃ decidant rubeſcũt radices multæ atq; altæ & ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in italia Catonis æuo.

De ſorbis genera quattuor. Cap. xxi.

Orbis quadruplex differẽtia. Aliis enim corũ rotũditas mali. Aliis turbinatio pyri. Aliis ouata ſpẽs: ceu maloꝝ aliquibus. Hæc obnoxia acri odore: nec ſuauitate iucũda. Cæteris uini ſapor. Generoſiſſima quibus circa pediculos tenera folia. Quartũ genus torminale appellãt: remedio tantũ ꝓbabile aſſiduũ prouentu: minimũq; pomo: arbore diſſimili: foliis pene platani. Nõ ferũt ante trimatũ ex ullo genere. Cato & ſorba ſapa condi iubet. Ab iis locum amplitudine uindicauerũt quæ ceſſere auctoritati.

De noce iuglande. Cap. xxii.

Vces iuglandes quãq̃ & ipſæ nuptialium feſcẽniorum comites: multum pineis minores uniuer
n ſitate. Eædemq; portione ãpliores nucleo Necnon & honor his naturæ peculiaris: gemino ꝓtectis operimento: puluinati primum calicis: mox lignei putaminis. Quæ cã eas nuptiis fecit religioſas tot modis fœtu munito quod eſt uериſimilis: q̃ quia cadendo tripudium ſomniũue faciant. Et has e perſide a regibus tranſlatas ĩdicio ſunt græca noĩa. Optimum quippe earum genus perſicũ atq; baſilicõ uocant. Et hæc fuere prima noĩa. Caryon a capitis grauedine ꝓpter odoris grauitatem conuenit dictũ. Tinguntur cortice earum lanæ: & ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Id cõpertum ĩfectis tractatu manibus. Pingueſcunt uetuſtate. Sola differentia generum in putamine duro fragiliue & tenui ac craſſo loculoſo & ſimplici. Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit. Namq; ſunt bifidæ putaminum carinæ. Nucleorumq; illis qudripcita diſtinctio lignea intercurſante membrana. Cæteris quicquid eſt ſolidum eſt. Vt in auellanis & ipſo nucum genere: quas antea abellinas patrio nomine uocabant. In aſiam græciamq; e põto uenere: & ideo ponticæ nuces uocantur. Has quoq; mollis protegit barba. Sed putamini nucleiſq; ſolida rotunditas ineſt. Eæ & torrentur. Vmbilicus illis intus in uentre medio. Tertia ab iis natura amygdalis tenuiore: ſed ſimili iuglandium ſummo operimẽto. Item ſecundo putaminis. Nucleus diſſimilis latitudine: & acriore callo. Hæc arbor an fuerit in italia Catonis ætate dubitatur: quoniam græcas noĩat: quas quidam & in iuglandiũ genere ſeruant. Adiicit præterea auellanas: & galbas. preneſtinas. quas maxime laudat: & conditas ollis in terra ſeruari uirides tradit. Nunc thaſiæ & albenſes celebrantur: & tarentinarum duo genera: fragili putamine: ac duro. Quæ ſunt ampliſſime: & minime rotundæ. Præterea molluſcæ putamẽ rũpentes. Sunt qui honori nomẽ ĩterpretentᷣ: & Iouis glãdem eſſe dicunt. Nuqer conſularem uirum audiui biferas & iulandes nuces ſe habere profitenteꝫ. De piſtaciis & ipſi retulimus. Et hæc autem idem Vitellius in italiam primus ĩtulit eodem tẽpore. Simulq; in hiſpaniam Flaccus Pompeius eques romanus: qui cum eo militabat.

De caſtaneis genera octo. Cap. xxiii.

Vces uocamus & caſtaneas: quãq̃ accomodatiores glandiũ generi. Armatum iis echinato cali
n ce uallum: quod inchoatum glandibus. Mirumq; uiliſſima eſſe quæ tanta occultauerit cura naturæ. Trini quibuſdam partus ex uno calice: cortexq; lentus. Proxima uero corpori mẽbrana: &
Molitura etiam præſtari in iis & in nucibus ſaporem ni detrahatur infeſtat. Torrere has in cibis gratius modulatum: laturas præſtanti ieiuno fœminarum quandam imaginem pãnis. Sardibus ex prouenere primũ. Ideo apud græcos ſardianos balanos appellant. Nam Diuus Tiberius poſtea balanum nomẽ ipoſuit excellentioribus ſatu factis. Nunc plura eaꝝ genera. Tarentinæ faciles: nec operoſo ſunt cibo: planæ figura. Rotundior quæ balanitis uocatur purgabilis maxime: & ſponte ꝓſiliens. pura & plana eſt ex eis & ſalariana. Tarẽtina minus tractabilis. Laudatior coreliana & ex ea facta: quod dicemus in ſitis meterana: quam rubens cortex præfert triangulis & popularibus nigris: quæ coctiuæ uocãtur. Patria laudatiſſimis tarentum: & in campania neapolis: Cæteræ ſuum pabulo gignuntur: ſcrupuloſæ corticis: intra nucleos quoq; ruminatione.

De ſiliquis & carnoſis pomis & moris & de acinis & baccis. Cap. xxiiii.

h Audᷣ procul abeſſe uidentur & prædulces ſiliquæ: niſi q; in iis cortex ipſe manditur. Digitoꝝ hominis longitudo

hoīs longitudo illis: & interim falcata pollicari latitudine. Glandes inter poma numerari non poſſunt.
Quãobrẽ in ſua natura dicentur. Reliqua carnoſi ſunt generis: eaq; baccis atq; carnibus diſtãt. Alia aci-
nis caro: alia moris: alia unedonibus: & alia acinis inter cutem ſuccumq; alia myxis. alia baccis: ut oliuis.
Moris ſuccus in carne uinoſus: trini colores: candidus primo: mox rubens: maturis niger. In nouiſſimis
florent. Inter prima matureſcunt. Tingunt manus ſucco Matura eluunt acerba. Minime in hac arbore i
genia profecerunt: nec noībus: nec inſitis: nec alio modo q̃ pomi magnitudine differunt mora oſtienſia:
& tuſculana. Romæ naſcũtur & in rubis multum differente callo. Aliud corpus eſt e terreſtribus fragis.
Aliud congeneri eorum unedoni: quod ſolum pomũ ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa.
Fructus anno matureſcit: pariterq; floret ſubnaſcens: & prior coquitur. Mas ſit an fœmina ſterilis inter
auctores non conſtat. Pomũ inhonorũ: ut cui nomẽ ex argumento ſit unũ tantum edendi. Duobus ta-
men hoc noībus appellãt græci comaron & memecylon. Ex quo apparet totidẽ eſſe genera & apud nos.
Alio noīe arbutus uocatur. Iuba auctor eſt quinquagenũ cubitorũ altitudine in arabia eſſe eas. Acinorũ
quoq; magna eſt differentia. Primũ īter uuas ipſas callo: teneritate craſſitudine īteriore ligno aliis paruo:
& aliis etiã gemino: qui miniē feraces muſti. Plurimũ uero differunt hederę ſambuciq; acini. In figura etiã
punici anguloſi quippe ſoli: nec cutis ulla ſingulis: præter cõmunem quæ eſt candida: totiſq; ſuccus & ca
ro eſt iis præcipue quibus paruulum ineſt ligni. Magna & baccis differẽtia. Aliæ nãq; ſunt oliuis: lauris:
& alio modo loto: cornis: alia myrtis: lentiſco. Aquifolio enim ac ſpinæ ſine ſucco. Medioq; etiãnum ge-
nere inter baccas acinoſq; cerafis. Pomũ iis primo candidũ: & fere oībus baccis: mox aliis uireſcit: ut oli-
uis: lauris. Rubet uero moris: ceraſis: cornis. Deinde nigreſcit moris: ceraſis: oliuis.

De ceraſis genera octo. Cap. xxv.

Eraſi ante uictoriã mithridaticam. L. Luculli nõ fuere in italia. At urbis anno ſexcẽteſimoocto
c geſimo is primum uexit e ponto: anniſq;. cxx. trans oceanum in britaniam uſq; peruenere. Ea-
dem ut diximus in ægypto nulla cura potuere gigni. Ceraſorum aproniana maxime rubent.
Nigerrima ſunt ut actia. Cæciliana uero & rotunda. Iulianis gratus ſapor: ſed pene tantũ ſub arbore ſua
adeo teneris: ut geſtatum non tolerent. Principatus duracinis. quæ campania plyniana appellat. In belgi
ca uero luſitanis. In ripis etiam rheni. Tertius is colos e nigro ac rubenti uiridiq; ſimilis matureſcentibus
ſemper. Minus quinquennio eſt q̃ prodiere quæ uocant laurea: non ingratæ amaritudinis inſitæ in lauro
Sunt & macedonica paruæ arboris raroq; tria cubita excedentis: & minore etiam nunc frutice chamece-
raſi. Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam refert. Septentrione frigidiſq; gaudet. Siccatur ẽt
ſole: conditurq; ut oliua cadis.

De corno & lentiſco. Cap. xxvi.

Væ cura & cornis atq; lentiſco adhibetur: ne quid nõ hoīs uentri natum eſſe uideatur. Miſcent
q ſapores: & alio alius placere cogitur. Miſcentur uero & terræ cæliq; tractus. Inq; alio cibi gene-
re india aduocatur: in alio ægyptus: creta: cyrene: ſingulæq; terræ. Nec ceſſat in ueneficiis uita:
dũmodo omnia deuoret. Planius hoc fiet in hærbarum natura.

De generibus ſuccorum & de odore. Cap. xxvii.

Nterim quæ ſunt cõia & pomis oībuſq; ſuccis ſaporum genera tredecim reperiuntur: dulcis:
i ſuauis: pinguis: amarus: auſterus: acer: acutus: acerbus: acidus: ſalſus. Præter hæc tria genera
ſunt mirabili maxime natura. Vnũ in quo plures pariter ſentiuntur ſapores: ut uinis. Nãq; ĩ iis
& auſterus & acutus & dulcis & ſuauis: oẽs alieni Alterum ẽ genus ĩ quo ſit & alienus quidẽ: ſed & ſuus
quidã & peculiaris: ut in lacte. Siquidẽ ineſt ei quod tñ iure dici nõ põt dulce: & pingue & ſuaue optinẽte
lenitate: quæ ipſa ſuccedit in ſaporis uicẽ. Nullus hic aquis: ne ſuccus quidẽ: ut tamẽ eo ipſo fiat aliquis:
ac ſuũ genus faciat. Sentiri quidẽ aquæ ſaporẽ ullũ ſuccũue uitiũ eſt. Magnũ his oībus in odore momẽ-
tum & magna cognatio qui & ipſe nullus eſt aquis: aut ſi ſentitur oīno uitium eſt. Mirũ tria naturæ præ-
cipua elementa ſine ſapore eſſe ſine odore ſine ſucco: aqua: aer: ignis.

De ſuccis fructuum & arborum: & coloribus: & odoribus: & natura pomorum: & de commendatio
ne fructuum. Cap. xxviii.

Rgo ſuccorũ uinoſus pyro: moro: myrto. Minime quod miremur uuis. At pinguis oliuæ: lau
e ro: nuci: iuglandi: amygdalis. Dulcis uuis: ficis: palmis. Aquoſus prunis. Magna eſt & in co-
lore ſucci differentia. Sanguineus moris: ceraſis: cornis: uuis nigris. Idem albis candidus. La-
cteus in capite ficis: in corpe nõ itẽ. Spumeus malis. Nullus pſicis: cũ præſertim duracina abundẽt ſuc-
co. Sed quis eius ullũ dixerit colorẽ? ſua & in odore miracula? Malis acutus. Perſicis dilutus. Dulcibus
nullus. Nã & uinũ tale ſine odore. Tenue odoratius. Multoq; celerius talia ad uſum ueniunt q̃ pinguia
Quæ odorata nõ eadem in guſtu tenera: quia non ſunt pariter odor & ſapor. Quamobrem citreis odor
acerrimus. Sapor aſperimus quãdãtenus & cotoneis. Nulluſq; odor ficis. Et hactenus ſint ſpẽs ac gene
ra pomorum. Naturas arctius colligi par eſt. Alia ſiliquis gignũtur: ipſis dulcibus: ſemẽq; cõplexis ama

rum.Cum in pluribus ſemina placeant:in ſiliqua damnentur.Alia baccis:quarum ĩtus lignum:& extra
caro:ut oliuis ceraſis.Aliquaꝝ intus baccæ:foris lignum:ut in his quæ in ægypto diximus gigni. Quæ
baccis natura:eadem & pomis.Aliorum intus corpus & foris lignum:ut nucum.Aliis foris corpus:in
tus lignum:ut perſicis & prunis:uitiumq; cinctum fructu:cum fructus alibi muniatur uitio.Putamine
clauduntur nuces.Corio caſtaneæ.Detrahit̃ hoc iis.At in meſpilis manditur:Cruſta teguntur glandes
Cute uuæ.Corio & mẽbrana punica.Carne & ſucco mora conſtat. Cute & ſucco ceraſi. Quædã ſtatim
a ligno recedunt:ut nuces & palmæ.Quædam adhærent ut oliæ lauroque. Quorundam generi utraq;
eſt natura:ut perſicis.Etenim duracinis adhæret corpus:e lignoq; auelli nequit:cũ ĩ cæteris facile ſepet̃.
Quibuſdã,nec intus nec extra lignum:ut in palmarũ genere.Aliquoꝝ lignũ ipſum in uſu & pomi uicẽ
ut genera myxis quã ĩ ægypto gigni diximus.quorundã extra gemina geminantur uitia:ut ĩ caſtaneis:
amygdalis:nucibuſq; iuglãdibus.Quorundã natura trigemina eſt: corpus deĩde lignum:rurſuſq; ſemẽ
ĩ ligno ut perſicis. Quædam inter ſe denſa ut uuæ:ſorbaq;:ramos circũdata ex omni parte uuaꝝ mõ de
grauant.Alia rara ut in perſicis:Quædam alio cõtinentur ut granata.Dependent alia pediculis ut pyra.
Alia racemis ut uuæ:palmæ.Alia & pediculis & racemis:ut hederæ ſambuci.Alia ramo adhærent ut in
lauro.Quædam utroq; mõ:ut oliuæ.Nã & breues pediculi & longi.Quædã uaſculis conſtant: ut puni
ca:& meſpila:lotoſq; in ægypto & euphrate.Iam uero diuerſa gratia & cõmendatio. Carne palmæ pla-
cent.Cruſta thebaicæ:Succo uuæ & caricæ.Callo pyra ac mala.Corpore melimela.Mora cartilagine.
Nuclei grano.Quædã in ægypto cute caryotæ.Detrahit̃ hæc ficis uirentibus ut putamen.Eadẽ in ſiccis
maxime placet.In papyris & ferulis ſpinaq; alba caulis ipſe pomum eſt.Sunt & ficulini caules.In frutico
ſo genere cũ caule capparis.in ſiliquis uero quod mandit̃ quid niſi lignũ eſt:Nõ omittenda ſeminis earũ
proprietas. Nam neq; corpus neq; lignum nec cartilago dici põt:neq; aliud nomen inuenit.

De myrto genera eius.xxix. Cap.xxix.

V ccoꝝ natura præcipuã admirationẽ in myrto habet.Quando ex una oĩum olei uiniq; bina
ſ genera fiunt.Itẽ myrtidanũ ut diximus.Et alius uſus baccæ fuit apud antiquos: anteq̃ piper
reperiretur:illam obtinẽs uicem.Quodã etiã generoſi obſonii nomĩe inde tracto:quod etiam
nunc myrtatũ uocat̃. Eadẽq; origine aproꝝ ſapor cõmendatur:plærũq; ad intinctus additis myrtis. Ar
bor ipſa in europa citeriore cælo quod e cerauniis mõtibus incipit.primũ ciceris in Elpenoris tumulo uiſa
tradũtur:græcũq; ei nomen remanet:quo pegrinã eſſe apparet.Fuit ubi nũc roma eſt iam tum cũ cõdere
tur.Quippe ita traditur myrtea uerbena romanos ſabinoſq; cũ propter raptas uirgines dimicare uoluiſ-
ſent depoſitis armis pacificatos in eo loco qui nũc ſigna Veneris Cluacinæ habet.Cluere enim antiq pu-
gnare dicebant.Et in ea quoq; arbore ſuffimenti genus habetur.Ideo tamen electa:quoniã coniunctioni
& huic arbori præeſt Venus.Haud ſcio in primæua etiam omnium in locis publicis romæ ſata ſit:fatidi
co quidem & memorabili augurio.Inter antiquiſſima:nãq; delubra habetur.Quirini hoc eſt ipſius Ro-
muli.in eo ſacræ myrti fuere duæ ante ædem ipſam per longũ tẽpus.Altera patricia appellata:altera ple
beia.Patricia multis annis præualuit.Flacceſcẽte plebeia exuberans ac læta:quãdiu ſenatus quoq; floruit
illa uigens.Plebeia torrida ac ſqualida.Quæ poſtq̃ eualuit flacceſcente patricia marſico bello: languida
auctoritas patrum facta eſt.ac paulatim in ſterilitatem emarcuit maieſtas.Quin & ara uetus fuit Vene
Coniugu- ti myrteæ:quã nunc murtiam uocant.Cato tria genera myrti prodidit.Candidam nigrã:coniugalẽ: for
lũ.Cato. taſſis a coniugiis ex illo cluacinæ genere.Nunc & alia diſtinctio ſatiuæ aut ſilueſtris:& in utraq; latifoliæ
In ſilueſtri propria oxymyrſine.Satiuaꝝ genera topiarii faciunt.Tarentinã folio minuto:noſtratem pa
tulo:exoticam denſiſſimo:ſenis folioꝝ uerſibus.Hæc nõ eſt in uſu.Ramoſa utraq; alia Coniugulẽ exiſti
mo nunc noſtratem dici.Myrtus odoratiſſima eſt in ægypto.Cato docuit uinũ fieri e nigra: ſiccata uſq;
in ariditatem in umbra:atq; ita mulſo indita.Si nõ ſiccentur baccæ oleum gigni.Poſtea compertum: &
ex alba uinũ fieri album.Duobus ſextariis myrti tuſæ in uini tribus heminis maceratæ expreſſæq;. Folia
& per ſe ſiccantur in farina ad ulcerum remedia in corpore humano leniter mordaci puluere: ac infrigerã
dis ſudoribus.Quinĩmo oleo quoq; mirum dictu ineſt quidã uini ſapor:ſimulq; piguis liquor præcipua
ui ad corrigenda uina:ſaccis ante perfuſis.Retinet quippe fæcem:nec præter purum liquorem tranſire pa
titur:datq; ſe comitem præcipua cõmendatione liquato.Virgæ quoq; eius geſtatæ modo uiatori ꝓſunt
in longo itinere pediti.Quin & uirgæ annuli expertes ferri inguinũ tumori medentur.Bellicis quoq; ſe re
bus inſeruit:triumphanſq; de ſabinis.Poſthumius libertus in conſulatu:qui primus omnium ouans in-
greſſus urbem eſt:quoniam rem leuiter ſine cruore geſſerat:Myrto Veneris uictricis coronatus inceſſit:
optabileq; arborem etiã hoſtibus fecit.Hæc poſtea ouantium fuit corona:excepto.M. Craſſo qui de fu-
gitiuis & Spartaco laurea coronatus inceſſit.Maſſurius auctor eſt curru quoq; triumphãtes myrtea co
rona uſos.L.Piſo tradit papyrium Naſonem qui primus in monte albano triumphauit de corſis myrto
coronatum ludos circenſes ſpectare ſolitũ.Auus maternus Africani ſequentis hic fuit.M. Valerius dua
bus coronis utebatur laurea & myrtea:qui & hoc uouerat.

De lauro genera

### De lauro genera.xiii. Cap.xxx.

Aurus triumphis proprie dicatur:uel gratiſſima domibus.Ianitrix Cæſarum pontificumque
l quæ ſola & domos exornat:& ante limina excubat.Duo eius genera tradit Cato: delphicam
& cypriam:Pompeius Leneus adiecit quam muſtacem appellauit:quoniã muſtaceis ſubiice-
retur.Hanc eſſe folio maximo:flaccidoq; & albicante.Delphicam æquali colore uiridiorẽ:maximis bac-
cis atq; e uiridi rubentibus.Hac uictores delphis coronari:& triumphãtes romæ.Cypriã eſſe folio breui
nigro per margines imbricato criſpam.Et poſtea acceſſere genera cuius hanc ſilueſtrem laurum aliqui in
telligunt nõnulli ſui generis arborem.Differt color.Eſt enim cærulea bacca.Acceſſit & regia : quæ cœpit
Auguſta appellari ampliſſima & arbore & folio:baccis guſtatu quoq; nõ aſpero.Aliqui negant eandem
eſſe:& ſuum genus regiæ faciunt longioribus foliis latioribuſq; . Iidem in alio genere baccaliã appellant
hanc quæ uulgatiſſima eſt:baccarumq; fertiliſſima.Sterilem uero earum(quod maxime miror) trium-
phalem:eaq; dicunt triumphantes uti:niſi id a Diuo Auguſto cœperit:ut docebimus:ex ea lauru quæ ei
miſſa e cælo minima eſt altitudine:folio criſpo:ac breui:quæ inuenitur rara.Accedit in topiario opere ta
xa excreſcente in medio folio paruulo:ueluti lacinia folii.Et ſine ea ſpadonia mira opacitatis patientia.
Itaq; quãtalibeat ſub umbra ſolum implet.Eſt & chamædaphne ſilueſtris frutex:eſt & alexandrina:quã
aliqui idæam:alii hippoglotthion:alii daphnẽ:alii carpophyllon:alii hypelatem uocãt . Ramos ſpargit
a radice dodrantales topiarii:ac coronarii operis:folio acutiore q̃ myrti:molliore & candidiore . Maiore
ſemine inter folia rubro.Plurima in ida:& circa heracleam põti:nec niſi in mõtoſis.Id quoq; quod Daph
noides uocatur genus in noium ambitu eſt.Alii enim pelaſgum:alii eupetalon:alii cephalon Alexandri Stephanõ
uocant.Et hic frutex eſt ramoſus:craſſiore ac molliore q̃ laurus folio.Ex cuius guſtatu accendat̃ os:thu
ris:baccis e nigro ruffis.Notatũ antiquis nullum genus lauri in corſica fuiſſe:quod nũc ſatum & ibi pro atq; gut-
uenit.Ipſa pacifera:ut quã prætendi etiã inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.Romanis præcipue le tur
titiæ uictoriarumq; nuncia addit̃ litteris:& militum lanceis:piliſq;.Faſces ĩperatoꝝ decorat.Ex iis in gre
mio Iouis optimi maximi deponitur:quotiẽs lætitiã uictoria nouã attulit.Idq; non quia perpetuo uiret
nec quia pacifera eſt præferenda utiq; myrto & oleæ eſt:ſed quia ſpectatiſſima in mõte parnaſo.Ideoq; ẽt
grata Apollini:aſſuetis eo dona mittere iam & regibus romanis teſt.L.Bruto.Fortaſſis etiã in argumen
tum:quoniã ibi libertatẽ publicã is meruiſſet:lauriferam tellurem illam obſculatus ex reſponſo . Et quia
manu ſatarum receptarũq; in domos fulmine ſola nõ icitur.Ob has cãs equidem crediderim honorẽ eis
habitum in triumphis potius:q̃ quia ſuffimentum ſit cædis hoſtium & purgatio ut tradit Maſſurius.
Adeoq; in profanis uſibus pollui laurum & oleam fas nõ eſt:ut ne propiciãdis quidẽ numinibus accendi
ex iis altaria aræue debeãt.Laurus quidẽ manifeſto abdicat ignes crepitu:& quadã deteſtatione: Intera-
neorum etiã uitia & neruorum ligno torquẽte.Tiberium principem tonãte cælo coronari ea ſolitũ ferũt
contra fulminum metus.Sed & circa Diuum Auguſtum euẽta eius digna memoratu.Nãq; Liuiæ Dru
ſillæ quæ poſtea Auguſta matrimonii nomẽ accepit:cũ pacta eſſet illa Cæſari:gallinã conſpicui cãdoris
ſedenti aquila ex alto abiecit in gremium illæſam.Intrepideq; miranti acceſſit miraculum:quoniã tenen- Teneret
tem roſtro laureum ramum onuſtum ſuis baccis.Conſeruari alitem & ſobolẽ iuſſere aruſpices : ramũq;
eum ſeri:ac rite cuſtodiri.Quodq; factum eſt in uilla Cæſarũ fluuio tiberi impoſita iuxta nonum lapidẽ
flãminia uia:quæ ob id uocatur ad gallinas.Mireq; ſilua prouenit Ex ea triumphans poſtea Cæſar lau-
rum in manu tenuit:coronamq; in capite geſſit.Ac deinde imperatores Cæſares cũcti.Tradituſq; mos ẽ
ramos quos tenuerunt ſerendi.Et durãt ſiluæ nominibus ſuis diſcretæ.Fortaſſis ideo mutatis triumpha-
libus.Vnius arborum latina lingua nomẽ imponitur uiris.Vnius folia diſtinguntur appellatione.Lau-
ream enim uocamus.Durat & in urbe impoſitum loco:quando lauretum in auentino uocatur:ubi ſilua
lauri fuit.Eadem purificationibus adhibetur:teſtatumq; ſit obiter & ramo eam ſeri: quoniam dubitaue-
rẽ Democritus & Theophraſtus.Nunc dicemus ſilueſtrium naturas.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XVI.

## PROOEMIVM.

### Silueſtrium Arborum Naturæ. Cap.i.

Omiferæ arbores quæq; mitioribus ſuccis uoluptatem primæ cibis attulerũt:& ne
ceſſario alimẽto delicias ĩmiſcere docuerunt.Siue illæ ultro ſiue ab homine didice-
p re blãdos ſapores adoptione & cõnubio.Idq; munus etiã feris uolucribuſq; dedi-
mus:intra prædictas conſtant.Primum erat narrare glãdiferas quoq;: quæ primo
uictũ mortaliũ aluerunt nutrices inopis ac fere fortis:ni præuerti cogeret admira-
tio uſu cõperta:quæ nam qualiſq; eſſet uita ſine arbore ulla ſine frutice uiuentium.

### Gentes ſine arbore:& miracula in ſeptẽtrionalis regionis arboribus. Cap.ii.

d Iximus & in oriente quidẽ iuxta oceanũ cõplures ea neceſſitate gẽtes.Sunt uero & in ſepten-

trione uiſæ nobis caucorum: qui maiores minoreſq; appellantur. Vaſto ibi meatu ꝑpetuis bis dieꝝ no-
ctiumq; ſingulaꝝ interuallis effuſus in imenſum agitur oceanus æternã operiens rerũ naturæ cõtrouer-
ſiam: dubiũq; terræ ſit: an pars maris. Illic miſera gens tumulos obtinet altos: aut tribunalia ſtructa ma
nibus ad experimenta altiſſimi æſtus: caſis ita impoſitis: nauigantibus ſimiles: cum integant aquæ circũ
datæ naufragiis. Cum uero receſſerint: fugientes cum mari piſces circa tuguria uenantᷣ. Nõ pecudes hos
habere nõ lacte ali: ut finitimos. Ne cũ feris quidẽ dimicare contingit omni procul abacto frutice. Vlua
& paluſtri iunco funes nectũt ad prætexenda piſcibus retia. Captũq; manibus lutum uentis magis q̃ ſole
Vel ciboq; ſiccantes. Terra cibos & rigẽtia ſeptentrione uiſcera ſua urunt. Potus nõ niſi ex hymbre ſeruato ſcrobibus
Sed: uel ſi in ueſtibulo domus. Et hæ gentes certe ſi uincantᷣ hodie a populo ro. ſeruire ſe dicunt. Ita eſt profecto:
bi os multis fortuna parcit in pœnam. Aliud e ſiluis miraculum totã reliquã germaniam replẽt: adduntq; fri-
gori umbras: altiſſime tamẽ. Haud procul ſupradictis caucis circa duos præcipue lacus. Littora ipſa ob
tinent quercus maxima auiditate naſcendi ſuffoſſæq; fluctibus aut propulſæ flatibus uaſtas cõplexu ra-
dicum inſulas ſecum auferunt. Atq; ita libratæ ſtantes nauigant ingentium ramoꝝ armentis. Sæpe terri
tis claſſibus noſtris: cum uelut de induſtria fluctibus agerentur: ut in proſpectu ſtantes noctu: inopeſq;
remedii illæ prœlium nauale aduerſus arbores inirent.

De hyrciniæ ſiluæ magnitudine. Cap. iii.

N eadem ſeptẽtrionali plaga hyrciniæ ſiluæ roborum uaſtitas intacta & congenita mundo ꝓ
i pe imortali ſorte miracula excedit. Vt alia omittantur fide caritura. Conſtat attolli colles oc-
curſantiũ inter ſe radicum repercuſſu. Aut ubi ſecuta tellus non ſit: arcus ad ramos uſq; & ip-
ſos inter ſe rixãtes curuari portarum patentium modo ut turmas equitum tranſmittant.

De glandiferis. Cap. iiii.

g Landiferi maxime generis omnes: quibus honos apud romanos perpetuus.

De ciuica corona: & qui frondea corona donati. Cap. v.

Inc ciuicæ coronæ militũ uirtutis inſigne clariſſimũ. Iampridẽ uero & clæmentiæ imperatorũ
h poſtq̃ ciuiliũ belloꝝ profanatione meritũ cœpit uideri ciuẽ nõ occidere. Cedũt iis murales ual
lareſq; & aureæ: q̃q̃ precio antecedẽtes. Cedunt & roſtratæ: quis in duobus maxĩe ad hoc æui
celebres. M. Varrone e piraticis bellis dãte magno Põpeio. Itẽq; M. Agrippa tribuente Cæſare e ſiculis:
quæ & ipſa piratica fuere. Antea roſtra nauium tribunali præfixa foro decus erãt: ueluti po. ro. ipſa coro
na impoſita. Poſtq̃ uero tribunitiis ſeditionibus calcari ac pollui cœpere: poſtq̃ uires ex publico in priua-
tum magis ſinguliſq; ciuiũ quæri: & ſacroſancta omnia profana fecere: tum edibus eorum ſubiere in ca-
pita ciuium roſtra. Dedit hãc Auguſtus coronã Agrippæ. Sed ciuicã a genere humano accepit ipſe. An-
tiquitus quidẽ nulla niſi deo dabatᷣ. Ob id Homerus cælo tãtum eas & prœlio uniuerſo tribuit. Viritim
uero ne in certamine quidẽ ulli. Feruntq; primum oĩum liberum patrem impoſuiſſe capiti ſuo ex hedera.
Poſtea deorum honori ſacrificantes ſumpſere uictimis ſimul coronatis. Nouiſſime & in ſacris certami-
nibus uſurpatæ: in quibus hodieq; non uictori dãt: ſed patriã ab eo coronari pronunciatur. Inde natum:
ut etiã triumphaturis conferrentur in templis dicãdæ. Mox ut & ludis darentur. Longum eſt: nec ex iſti
tutione operis diſſerere quis quã romanoꝝ primus acceperit. Neq; enim alias nouerãt q̃ bellicas. Quod
certũ eſt uni gentium huic plura ſunt genera q̃ cunctis. Romulus frõdea coronauit Hoſtum Hoſtilliũ
q; fidenã primus irrupiſſet. Auus hic Tulli Hoſtilii regis fuit. P. Deciũ patrẽ tribunũ militũ frondea do
nauit exercitus ab eo ſeruatus: ĩperatore Cornelio Coſſo cõſule ſannitiũ bello. Ciuica ilignea primo fuit:
poſtea magis placuit ex eſculo Ioui ſacra. Variatũq; & hoc cũ quercu eſt: ac data ubiq; quæ fuerat: cuſto
dito tamen honore glãdis. Additæ leges arctæ: & ideo ſuperbæ: quaſq; conferre libeat cũ illa græcorum
ſumma: quæ ſub ipſo Ioue datur. Quiq; patriæ muros primus ſcãdens audentẽ irrũpere occidit. Quiq;
ciuem maluit ſeruare q̃ hoſtem occidere. Vtq; eum locũ in quo ſit actum obtineret hoſtis eo die. Vtque
ſeruatus fateatᷣ: alias teſtes nil proſunt. Vt ciuis fuerit. Auxiliis q̃ rege ſeruato decus id non dãt. Nec cre
ſcit honos idẽ ĩperatore cõſeruato: qñ cõditores in quocunq; ciuẽ ſummũ eſſe uoluerũt. Accepta licet uti
perpetuo ludis. Inducnti ſemp aſſurgi etiã ab ſenatu in more eſt. Sedendi ius in ꝓximo ſenatui. Vacatio
munerum oĩum ipſi: patriq; & auo paterno. xiiii. eas accepit Sicinius Dentatus ut rettulimus ſuo loco.
Sex. Capitolinus. Is quidẽ & de duce Seruilio. Africanus de patre accipere noluit apud trebiã. O mo-
res æternos: qui tãta opera honore ſolo donauerunt. Et cũ reliquas coronas auro cõmendarẽt: ſalutẽ ci-
uis iis in precio eſſe noluerunt: clara profeſſione: ſeruari quidẽ hominem nefas eſſe lucri cauſa.

De glãde genera tredecim. Cap. vi.

Landes opes eſſe nunc quoq; multarum gẽtiũ etiam pace gaudentium cõſtat. Necnõ & ĩopia
g frugũ arefactis molitur farina: ſpiſſaturq; in panis uſum. Quin & hodieq; ꝑ hiſpanias ſecundis
menſis glans infertur. Dulcior eadem in cinere toſta. Cautum eſt præterea lege. xii. tabularum
ut glandẽ in alienũ fundum procidentẽ liceret colligere. Genera eaꝝ multa. Diſtant fructu: ſitu: ſexu: ſa-
pore. Namq; alia

pore.Namq; alia fageæ glandi figura:alia quernæ: & alia ilignæ . Atq; inter ſe quoq; generum ſingulo-
rũ differentiæ.Præterea ſunt aliæ ſiluestres:aliæ placidiores:quæ culta obtinent. Iam etiam in montoſis
planiſq; diſtant. Sicut & ſexu mares ac fœminæ.Item ſapore.Dulciſſima omnium fagi:ut qua obſeſſos
etiam homines duraſſe in oppido chio tradit Cornelius Alexander.Genera diſtinguere non datur nomi
bus quæ ſunt alia alibi.Quippe cum robur quercumq; uulgo naſci uideamus:ſed æſculum non ubique.
Quartam uero generis eiuſdem quæ cerrus uocatur ne italiæ quidem maiori ex parte notam eẽ. Diſtin-
guemus ergo proprietate naturaq;. & ubi res coget etiam græcis nominibus utendum.

De fagina glande & reliquis glandibus: & carbone & paſtu porporum. Cap.vii.

Agi glans nucleis ſimilis:triangula cute includitur.Folium tenue:ac leuiſſimum: populo ſi-
f mile:celerrime flaueſcens: & media parte plerunq;.Gignens ſuperne paruulã baccã uiridẽ:ca-
cumine aculeatã.Fagi glans muribus gratiſſima eſt: & ideo animalis eius una prouentus. Gli
res quoq; ſaginat.Expetitur & turdis.Arborꝫ fertilitas oĩum fere alternat:ſed maxĩe fagi. Glandẽ quæ ꝓ
prie intelligitur:ferunt robor:quercus:æſculus:cerrus:ilex:ſuber.Continentur hiſpido calice per genera
plus minus item cõplectente.Folia præter ilicẽ:grauia:carnoſa:procera:ſinuoſa lateribus.Nec cũ cadũt
flaueſcentia:ut fagi.Pro differentia generꝫ breuiora uel longiora.Ilicis duo genera.Ex iis in italia folio nõ
multum ab oleis diſtant.Smilaces a quibuſdam græcis dictæ:in prouintiis aquifoliæ.Ilicis glãs utriuſq;
breuior & gracilior.Quã Homerus aculon appellat:eoq; noĩe a glãde diſtinguit. Maſculas ilices negãt
ferre.Glans optima in quercu atq; grandiſſima.Mox æſculo.Nam roboris parua.Cerro triſtis horrida:
echinato calice ceu caſtaneæ.Sed in querna alia dulcior:molliorq; fœminæ:maris ſpiſſior. Maxime autẽ
probantur latifoliæ ex argumento dictæ.Diſtant autem inter ſe magnitudine & cutis tenuitate . Item ꝙ
aliis ſubeſt tunica rubigine ſcabra:aliis protinus candidum corpus.Probatˀ & ea:cuius in balano utrinq;
ex longitudine extrema lapideſcit in duriciam.Melior cui in cortice q̃ cui in corpore. Vtrunq; nõ niſi ma
ri.Præterea aliis ouata:aliis rotunda:aliis acutior figura.Sicut & colos nigrior candidiorue qui præfertˀ.
Amaritudo in extremitatibus:mediæ dulces.Quin & pediculi breuitas proceritaſq; differentiam habet.
In ipſis uero arboribus quæ maximam fert:hemeris uocatur:breuior: & in orbem comoſa:alaſq; ramo-
rum crebro cauata.Fortius lignum quercus habet & incorruptius:ramoſa & ipſa.Procerior tamẽ & craſ
ſior caudice.Excelſiſſima autem egilops ſcultis amica.Ab ac proxime latifoliæ proceritas:ſed minus uti-
lis ædificiis.At quæ carbone dotata uitiis obnoxia eſt.Quamobrem ſolido utuntur carbone.ærariorum
tantum officinis compendio.Quoniam deſinente flatu protinus emoriens ſæpius recoquitˀ. Cætero plu
rimis ſcintillis.Idem e nouellis melior.Aceruĩ confertis thaleis recentibus luto caminantˀ:accenſaq; ſtrue
contis pungitur dureſcens calex. Atq; ita ſudorem emittit.Peſſima & carboni & materiæ haliphleos di- Calix
cta:cui craſſiſſimus cortex atq; caudex: & plerũq; cauus fungoſuſq;.Nec alia putreſcit ex hoc genere:etiã
cum uiuit.Quin & fulmine ſæpiſſime icitur:quãuis altitudine non excellat.Ideo ligno eius nec ad ſacrifi
cia uti fas habetur.Eidem raro glans: & cum tulerit amara.Quam præter ſues nullum attingit animal.
Ac ne eæ quidem ſi aliud pabulum habeant.Hoc quoq; inter reliqua neglectæ religionis eſt:ꝙ emortuo
carbone ſacrificatur.Glans fagea ſuem hylarem facit: carnẽ coctibilem ac leuem: & utilem ſtomacho.Ili
gna ſuem anguſtã : nitidam:ſtrigoſam:ponderoſam.Querna diffuſam & grauiſſimam: & ipſa glandiũ
aquæ dulciſſima.Proxima huic cerreã tradit Nigidius:nec ex alia ſolidiorem carnem:ſed duram. Iligna
tentari ſues:niſi paulatim detur.Hãc nouiſſimã cadere.Fungoſam carnem fieri æſculo:robore: ſubere.
Quæ glãdem ferunt omnes & gallam.Alterniſq; annis glandem.Sed gallã hemeris optimam: & coriis
perficiendis aptiſſimam.Similem huic latifoliã:ſed leuiorem:multoq; minus probatam.Fert & nigram
Duo enim genera ſunt.Hæc tingendis utilior.

De galla: & q̃ multa præter glandem eædem ferant arbores. Cap.viii.

Aſcitur ãt galla ſole de geminis exeunte erũpens noctu ſemper uniuerſa. Creſcit uno die candi
n dior.Et ſi excepta eſt æſtu areſcit ꝓtinus:neq; ad iuſtũ incrementũ ꝑuenit:hoc eſt : ut nucleũ
fabæ magnitudinem habeat.Nigra diutius uiret:creſcitq; ut interdũ mali cõpleat magnitudi
nem.Optima comagena.Deterrima ex robore.Signum eius ꝙ cauernæ tranſlucent.Robur præter fru-
ctum plurima alia gignit.Namq; fert & gallæ utrunq; genus & quædam ueluti mora:ni diſtarent arida
udricia plerunq; tauri caput imitantia:quibus fructus ineſt nucleis oliuæ ſimilis.Naſcuntˀ in eo & pilu
læ nucibus non abſimiles:intus habẽtes flocculos molles:lucernarꝫ luminibus aptos. Nam & ſine oleo
flagrant:ſicuti galla nigra.Fert & aliã inutilẽ pilulã cũ capillo uerno tpe tamen melligeni ſucci.Gignunt
& alæ ramorꝫ eius pilulas corpori nõ pediculo adhærentes:candicantes umbilicis.Cætera nigra uarieta-
te diſperſa.Media cocci calorem habent.Apertis amara inanitas eſt.Aliquando & culices gignit.Necnõ punices
& e foliis conuolutas pilulas: & in folio rubentes.Aquoſos nucleos candicantes & tranſlucidos:quãdiu
molles ſint:in quibus & culices naſcuntur:matureſcunt immodum.

De cachrye: & cocco grano: & agarico: & ſubere. Cap.ix.

Erunt robora & cacryn: ita uocatur pillula in medicina urendi uim habens. Gignitur & in abie
f te: larice: picea: tilia: nuce: platano: poſtq̃ folia cecidere hyeme durans. Continet nucleum pi-
neis ſimile. Is creſcit hyeme: aperitur uere: pilula tota. Cadit cum folia cœperint creſcere. Tam
multifera ſunt: & tot res præter glandem pariunt robora. Sed & boletos ſuilloſq; gullæ nouiſſima irrita
menta: quæ circa radices gignuntur. Quærcus probatiſſimos. Robur auté & cypreſſus & pinus noxios.
Robora ferunt & uiſcum & mella ut auctor eſt Heſiodus. Conſtatq; rores melleos e cælo ut diximus
cadentes non aliis magis inſidere frondibus. Cremati quoq; roboris cinerem introſum eſſe manifeſtum
eſt. Oẽs tamen has eius dotem ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc. Primoq; ceu ſpectes frutices par
uos aquifoliæ ilicis: quiſquilium uocant: penſioné. alteram tributi pauperibus hiſpaniæ donati. Vſum
eius gratiorem in cõchylii mentione tradidimus. Gignitur & in galatia: africa: piſidia: cilicia. Peſſimum
in ſardinia. Galliarum glandiferæ maxime arbores agaricum ferunt. Eſt autem fungus candidus odora
tus: antidotis efficax: in ſummis arboribus naſcens: nocte relucens. Signum hoc eius q; in tenebris decer
pitur. E glandiferis ſola quæ uocatur egyops fert pãnos arẽtes: muſcoſo uillo: canos nõ ĩ cortice modo:
uerũ & e ramis dependentes cubitali magnitudine: odoratos ut diximus inter unguẽta. Suber minima ar
bor: glãs peſſima: rara: cortex tantum in fructu præcraſſus ac renaſcens: atq; etiã in denos pedes undiq;
explanatus. Vſus eius anchoralibus maxime nauium: piſcantiumq; tragulis: & cadorũ obturamentis.
Præterea in hyberno fœminarũ calceatu. Quãobrẽ non infacete græci cortices arborum appellãt. Sunt
qui fœminam ilicem uocent: atq; ubi non naſcitur ilex pro ea ſubere utuntur. In carpentariis præcipue
fabricis ut circa elin & lacedæmonẽ: Nec in italia tota naſcitur: aut in gallia omnino.

Quarum ſint in uſu cortices. Cap. x.

Ortex e fago: tilia: abiete: picea: in magno uſu agreſtum. Vaſa corbeſq; ac patentiora quædam
c meſſibus cõuehendis uindemiiſq; faciunt: atq; prætexta tuguriorũ. Scribit in recenti ad duces
ex prolator ĩcidens litteras a ſucco. Necnõ ĩ quodã uſu ſacrorũ religioſus eſt fagi cortex. Sed
nõ durat arbor ipſa.

De ſcãdulis & pinu: pinaſtro: abiete: piceaq; larice: tæda: taxo. Cap. xi

Candulæ e robore aptiſſimæ: mox e glandiferis aliis: fagoq;: facillimæ ex oĩbus quæ reſinam fe
ſ runt: ſed minime durant: præterq̃ e pino: Scãdula contectam fuiſſe romã uſq; ad bellum pyr-
rhi annis quadringẽtis. lxx. Cornelius Nepos auctor eſt. Siluarum certe diſtĩguebatur inſigni-
bus. Fagus italo Ioui etiam nũc eſt ubi lucus fageus fuit: portaq; querculana. colle in quem uimina pete
bantur: totq; lucis quibuſdam & geminis. Q. Hortenſius dictator cum plebs ſeceſſiſſet in ianiculum le-
gem in æſculeto tulit: ut ea quod iuſſiſſet oẽs quirites tenerentur. Peregrinæ tunc uidebantur: qñ nõ erãt
ſubuerbanæ pinus atq; abies. Omneſq; quæ picem gignunt: de quibus nunc dicemus. Simul ut tota con
diendi uina origo cognoſcatur. Quæ ferunt in aſia aut in oriente e prædictis picem. In europa ſex genera
cognatarũ arborum reſinã ferunt. Ex iis pinus atq; pinaſter folium habent capillamẽti modo prætenue:
longũq; & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum reſinæ: interdum ex nucibus ipſis de quibus dictũ
eſt. Vixq; ut aſcribatur generi. Pinaſter nihil aliud eſt q̃ pinus ſilueſtris: mira altitudine: & a medio ramo
Strobilos ſa ſicut pinus in uertice. Copioſiorem dat hæc reſinam quo dicemus modo. Gignitur & in planis. Eaſdẽ
arbores alio noĩe eſſe p orã italiæ quas ſtibulas uocant ut pleriq; arbitrãtur: ſed graciles: ſuccinctioreſq;
& enodes liburnicarũ ad uſus: pene reſina. Picea montes amat atq; frigora: feralis arbor: & funebri indicio
ad fores poſita: ac rogis uirens. Iam tamen & in domo recepta: tonſili facilitate. Hæc plurimam reſinam
fundit: interueniente candida gẽma tam ſimili thuri: ut mixta uiſu diſcerni nõ queat: & ĩde fraus ſeplaſiæ
Omnib9 iis generibus folia breui ſeta & craſſiore: duraq; ceu cupreſſis. Piceæ rami pene ſtatim ab radice
modici uelut brachia lateribus inhærent. Similiter abieti expetitæ nauigiis. Situs in excelſo montium ceu
maria fugerit: nec forma alia. Materies uero præcipua trabibus: & plurimis uitæ operibus. Reſina ei ui-
tium. Vnde fructus unus piceæ: exiguũq; ſudat: aliquando contactu ſolis. E diuerſo materies quæ abie
ti pulcherrima: piceæ ad fiſſiles ſcandulas: cupaſq; & pauca alia ſecamenta. Quinto generi ſitus idem: ea
dem facies: larix uocatur: materia præſtãtior longe: incorrupta uis humori contumax: rubens præterea:
& odore acrior. Pluſculum huic erumpit liquoris: mello colore: atq; lentiore: nunq̃ duraſcentis. Sextum
genus eſt tæda proprie dicta: abundantior ſucco q̃ reliqua: parcior liquidiorq; q̃ picea. Flammis ac lumi
ni ſacrorum etiam grata. Hanc mares dũtaxat ferũt: & eã quã græci ſycen uocãt odoris grauiſſimi. Lari
cis morbus eſt ut tæda fiat. Oĩa aũt hæc genera accẽſa fuligine ĩmodica carbonẽ repente expuũt: cũ cru
peiõis crepitu: eiaculanturq; lõge: excepta larice: quæ nec ardet: nec carbonẽ facit: nec alio modo ignis ui
cõſumitur: q̃ lapides: Oĩa uero ea ppetuo uirent: nec facile diſcernunť in fronde etiam a pitis. tanta natali
um mixtura eſt. Sed picea minus alta q̃ larix. Illa craſſior leuiorq; cortice: folio uilloſior: pinguior: & dẽ-
Rota ſior: meliorq; flexu. At piceæ rariora ſicciora q; folia & tenuiora ac magis algẽtia. Totaq; horridior eſt &
pfuſa reſina. Lignum uero abieti ſimilius. Larix uſtis radicibus nõ repullulat picea repullulat: ut in leſbo
accidit icenſo nemore pyrrheo. Alia etiãnũ generibus ipſis ĩ ſexu differẽtia. Mas breuior & durior: fœmi
na procerior

na procerior.Pinguioribus foliis & ſimplicibus:atq; non rigétibus.Lignũ maribus durum : & in fabrili
opere contortum:fœminæ mollius:publico diſcrimine in ſecuribus. Ex in quocunq; genere deprehédũt
marem quippe reſpuũtur:& fragoſius ſidunt:ægrius reuellũtur.Ipſaq; materies retorrida:& nigrior ma
ribus radix.Circa idam in troade & alia differentia eſt montanæ maritimæq;.Nã q; in macedonia & arca
dia circa elin permutant noĩa.Nec conſtat auctoribus quod cuiq; generi attribuant:nos iſta romano di-
ſcernimus iudicio.Abies e cunctis ampliſſima eſt:& fœmina etiã prolixior.Materia mollior: utiliorque
arbore rotundior:folio pinnato:denſa:ut hymbres non tranſmittat:ac hylarior intuitu . E ramis generũ
horum pãnicularũ mõ nucamenta ſquãmatim cõpacta dependent præter ꝗ larici.Hæ quoq; abietes ma
ſculæ prima in parte nucleos habent:nõ item fœminæ.Piceæ uero totis pãniculis minoribus graciliori-
buſq; minimos ac nigros.Propter quod græci phthiphoron eam appellant.In eadem nucamenta cõpreſ
ſiora maribus ſunt:ac minus reſina roſcida.Similis his etiãnum aſpectu eſt:ne quid prætereaẽ taxus:mi
nus uirẽs:gracilíſq; & triſtis:ac dira:nullo ſucco ex oĩbus ſola baccifera.Mas noxio fructu.Lœtale quip-
pe baccis in hiſpania præcipue uenenũ ineſt.Vaſa etiam uiatoria ex ea uinis in gallia facta mortifera fuiſ
ſe compertum eſt . Hanc Seſtius ſmilacem a græcis uocari dixit.Et eſſe in arcadia tam præſentis ueneni
ut ſi qui dormiant ſub ea:cibumue capiant moriantur.Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt uenena:
quæ nunc toxica diximus:quibus ſagittæ tingantur.Repertum innoxiam fieri : ſi in ipſam arborem cla-
uus æreus addicatur.

Quibus modis fiant genera picis:& quomodo fiat cædrum:& de ſpiſſa pice quomodo fiat:& quibus
modis reſina coquatur. Cap.xii.

Ix liquida in europa e tæda coquitur naualibus muniendis:multoſque ad alios uſus. Lignum
p eius cõciſum furnis undiq; igni extra circũdato ferro ut primus ſudor aquæ mõ fluat in canali Terra
Hoc ia ſyria cedrium uocatur:cui tanta uis eſt ut in ægypto corpora hoĩum defunctoꝝ eo p
fuſa ſeruẽtur.Sequẽs liquor craſſior iã picem fundit.Hæc rurſus in cortinas æreas confecta aceto ſpiſſa-
tur:& coagulata brutiæ cognomen accepit:doliis dũtaxat uaſiſq; cæteris utilis:lentore ab alia pice diffe-
rens.Itẽ colore rutilante:& ꝗ pinguior eſt.E tæda oĩa illa fiunt.E picea reſina feruentibus coacta lapidi- Cocta
bus in alueis ualidi roboris:aut ſi aluei non ſint ſtruis congerie uelut in carbonis uſu.Hæc in unum ad-
ditur:farinæ modo tuſa:nigrior colore.Eadẽ reſina ſi cũ aqua leuius decoquatur:coleturq;: ruffo colore
lenteſcit:ac ſtillatitia uocaẽ.Seponunẽ aũt ĩ id fere uitia reſinæ corticiſq;.Alia tẽperies ad crapulã. Nãq;
flos crudus reſinæ cũ multa haſtula tenui breuiq; auulſus concidiẽ ad cribrũ minuta:deide feruẽti aqua
donec coquaẽ perfunditur.Huius expreſſum pingue præcipua reſina fit:atq; rara: nec niſi paucis ĩ locis
ſubalpinæ italiæ conueniẽs medicis.Reſinæ albæ congium in duobus aquæ pluuiæ coquunt.Alii utilius
putant ſine aqua coquere lento igne tota die:utriq; uaſe æris albi.Item terebinthinam in ſartagine referuẽ
ti:hanc cæteris præferentes.Proxima ex lentiſco.

De zopiſſa & ſapio:& quarum arborum materia in pretio. Cap.xiii.

On omittẽdum apud eoſdẽ zopiſſam uocari deraſam nauibus maritimis picẽ cum cera nihil
n nõ experiente uita:multoq; efficatiorẽ ad oĩa quibus pices reſinæq; proſunt uidelicet adiecto
ſalis callo.Aperitur picea e parte ſolari non plaga:ſed uulnere ablati corticis:cũ plurimũ bipe
dali hiatu:ut a terra cubito cũ minimum abſit.Nec corpori ipſi parcitur:ut in cæteris quoniã haſtula in
fructu eſt.Verũ hæc terræ proxima laudaẽ.Altior amaritudinẽ affert.Poſtea humor oĩs e tota cõfluit ĩ
ulcus.Itẽ tæda.Cum id manare deſiit:ſimili modo ex alia parte aperitur ac deĩde alia.Poſtea tota arbor
ſuccidiur:& medulla eius uritur.Sic & in ſyria terebintho detrahunt cortices.Ibi quidẽ & e ramis ac ra-
dicibus cum reſina dãnetur ex iis partibus.in macedonia laricẽ maſculam urunt:fœminæ radices tãtum
Theopõpus ſcripſit in apolloniataꝝ agro picẽ foſſilẽ nõ deteriorẽ macedonica ĩueniri.Pix optima ubiq;
ex apricis aquilonis ſitu.Ex opacis horridior:uiruſq; præferens.Frigida hyeme deterior:ac minus copio
ſa & decolor.Quidã arbitrantur in montoſis copia præſtantiorẽ fieri ac colorationẽ:& dulciorẽ quoque
& gratiorẽ dum reſina ſit.Decoctã aũt minus picis reddere:quoniã in ſerum abeat:tenuioreſq; eſſe ipſas
arbores ꝗ in planis.Sed has & illas ſerenitate ſteriliores.Fructũ quædã proximo anno ab inciſu largiun
tur.Aliæ ſecũdo.Quædã tertio.Expletur aũt plaga reſina:nõ cortice:nec cicatrice:quæ in hac arbore nõ
coit.Inter hæc genera propriũ quidã fecere ſapium:quoniã ex cognatione earum ſeriẽ . Qualis dicta eſt
nucleis.Eiuſq; arboris imas partes tædas uocant.cũ ſit illa arbor nil aliud ꝗ picea feritatis paulum miti-
gatæ ſatu.Sapium autem materie cæſa regenerataq; fit ſicuti docebimus.

De fraxino genera eius quattuor. Cap.xiiii.

Ateriæ enim cauſa reliquas arbores natura genuit copioſiſſimãq; fraxinũ . Procera hæc ac te-
m res pennata & ipſa folio.Multũq; Homeri præconio & Achillis haſta nobilitata. Materies ẽ
ad plurima utilis.Ea quidẽ quæ ſit in ida troadis in tantũ citro ſimilis:ut ementes fallat corti-
ce ablato.Græci duo genera eius fecere.Longam:enodem.Alterã breuem duriorẽ : fuſcioremq; laureis

foliis.Bumeliã uocant in macedonia ampliſſimã lentiſſimamq;.Alii ſitu diuiſere.Campeſtrem enim eſſe
criſpam montanam:ſpiſſã.Folia eaꝝ iumentis mortifera.Cæteris ruminantiũ inocua græci prodidere.
In italia nec iumentis nocet.Contra ſerpentes uero ſucco expreſſo ad potum:& īpoſita ulceribus opifera
ac nihil æque reperitur.Tantaq; eſt uis:ut ne matutinas quidē occidenteſue umbras quãuis ſint longiſſi
mæ:ſerpens arboris eius attingat:adeo ipſam procul fugat.Experta prodimus.Si frōde ea gyro clauda-
tur ignis & ſerpens:in ignes potius q̃ in fraxinum fugere ſerpentem.Mira naturæ benignitas priuſq̃ hæ p
deant florere fraxinum:nec ante conditas folia dimittere.

De tilia genera duo. Cap.xv.

N tilia mas & fœmina differunt oī modo.Nãq; & materies maris dura ruſiorq; ac nodoſa:&
odoratior.Cortex quoq; craſſior:ac detractus inflexibilis.Nec ſemen fert aut florem ut fœmia
quæ craſſior arbore:materia candida præcellenſq; eſt.Mirum in hac arbore fructũ a nullo aia-
lium attingi:folioꝝ corticiſq; ſuccũ dulcem eſſe.Inter corticē & lignum tenues tunicas multiplici mem-
Corium brana:e quibus uincula tiliæ uocantur.Tenuiſſimũ eorũ philyræ coronaꝝ lēniſcis celebres antiquorũq;
honore.Materies teredinem non ſentit proceritate perq̃ modica:uerum utilis.

De aceris generibus.x. Cap.xvi.

Cer eiuſdem fere amplitudinis:operum elegantia ac ſubtilitate citro ſecundũ:Plura eius gene-
a ra.Albũ quod præcipui candoris uocatur gallicũ in tranſpadana italia tranſq; alpes naſcens.
Alteꝝ genus criſpo maculaꝝ diſcurſu:qui cũ excellētior fuit:a ſimilitudine caude pauonũ no
men accepit.In iſtria rhetiaq; præcipuum.E uiliori genere craſſiuenium uocat̃.Græci ſitu diſcernunt.Cã
peſtre enim candidũ eſſe:nec criſpum:quod gliton uocant.Montanũ uero criſpius duriuſq; etiamnum e
maſcula criſpius ad lautiora opera.Tertiũ genus zygiã rubētē fiſſili ligno:cortice liuido:& ſcabro.Hoc
alii proprii generis eſſe malunt.Et latine carpinum appellant.

De bruſco molluſco:& ſtaphilodendro:& buxo genera tria. Cap.xvii.

Vlcherrimũ uero eſt bruſcum:multoq; excellētius etiãnum molluſcum.Tuber utrunq; arbo
p ris eius.Sed bruſcum ītortius criſpum.Molluſcũ ſimplicius ſparſum.Et ſi magnitudinē men
ſarũ caperet:haud dubie præferret̃ citro.Nunc intra pugillares lectorũq; ſilicios aut laminas
raro uſu ſpectatur.E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes.Reperit̃ & in alno tuber tanto deterius quanto
ab acere alnus ipſa diſtat.Aceris mares prius florent.Etiãnum in ſiccis natæ præferũtur aquaticis:ſicut
& fraxini.Eſt & trans alpes arbor ſimillima aceri albo in materia quæ uocat̃ ſtaphylodendron.Fert ſili-
quas & in iis nucleos ſapore nucis auellanæ.In primis uero materies honorata buxo eſt raro criſpãti:nec
niſi radice:cætero lenis quies,materia ſilenti:& quadã duricia ac pallore cōmendabilis.In ipſa uero arbo-
re topiario opere.Tria eius genera:gallicũ quod in metas emittitur:amplitudineq; procerior eſt.Olea-
ſtrum in oī uſu damnatũ fert grauē odorē.Tertium genus noſtratis uocant.Silueſtre ut credo mitigatũ
ſatu:diffuſius:& denſitate parietũ uirens ſemper ac tonſile.Buxus pyreneis ac cytoro mōtibus plurima:
ac berecynthio tractu.Craſſiſſima in corſica florem nō ferendo.Quæ cauſa amaritudinis mellis.Semen
illius cunctis animantibus inuiſum.Hæc in olympo macedoniæ gracilior:ſed breuis.Amat frigida:apri
ca.In igne quoq; duricia quæ ferro nec flamma:nec carbone utilis.

De ulmo genera quattuor. Cap.xviii.

Nter has atq; frugiferas materiæ uitiũq; amicitia accipit̃ ulmus.Græci duo eius genera nouere
i Montoſam:quæ ſit amplior.Cãpeſtrem:quæ fruticoſa.Italia attineas uocat excelſiſſimas:&
ex iis ſicanas illis præfert:quæ nō ſunt riguæ.Alterũ genus gallicas.Tertiũ noſtrates:denſiore
folio:& ab eodē pediculo numeroſiore.At quartũ ſilueſtre.Inter quas attineæ non ferunt Samara ita ue
ro uocatur ulmi ſemen.Omneſq; e radicum plantis proueniunt.Reliquæ ſemine.

De arborum natura per ſitus. Cap.xix.

Vnc celeberrimis arboꝝ dictis quædam in uniuerſum de cunctis indicãda ſunt.Mōtes amãt
n cædrus:larix:tæda:& cæteræ e quibus reſina gignitur.Itē aquifolia:buxus:ilex:iuniperus:te-
rebinthus:populus:ornus:cornus:carpinus.Eſt & in apēnino frutex qui uocat̃ cotinus ad li-
niamenta modo cōchylii colore inſignis.Montes & uales diligit abies:robur:caſtaneæ:tilia:ilex:cornus.
Aquoſis montibus gaudēt acer:fraxinus:ſorbus:tilia:ceraſus.Non temere in mōtibus uiſæ ſunt prunus
punicæ:oleaſtri:iuglans:morus:ſambuci.Deſcendunt etiam in plana cornus:corylus:quercus:ornus:
acer:fraxinus:fagus:carpinus.Subeunt & in montoſa ulmus:malus:pynus:laurus:myrtus.Sanguinei
frutices ilex:tingendiſq; ueſtibus naſcentes geniſtæ.Gaudet frigidis ſorbus:& magis etiam betulla.Gal-
lica hæc arbor mirabili candore:atq; tenuitate terribilis magiſtratuum uirgis.Eadem circulis flexibilis:
itē corbiũ ſportis.Bitumen ex ea galliæ excoquunt.In eoſdē ſitus comitatur & ſpina nuptiarũ facibus au
ſpicatiſſima:quoniã ide fecerint paſtores qui rapuerũt ſabinas:ut auctor eſt Maſurius.Nũc facibus car-
pinus & corylus familiariſſimæ.Aquas odere cupreſſi:iuglãdes:caſtaneæ:laburnum.Alpina & hæc ar-
bor:nec uulgo

bor:nec uulgo nota: Dura ac candida materie:cuius florē cubitalē longitudine apes nō attingũt. Odit & quæ appellat̄ Iouis barba in ope topiario tonſilis & in rotunditatem ſpiſſa:argento folio. Non niſi in aquoſis ꝓueniunt ſalices:alni:populi:ſiler. Liguſtra teſſeris utiliſſima. Itē uacinia italiæ in aucupiis ſata. Galliæ uero ēt purpurea tingendi cā ad ſeruoꝝ ueſtes. Quæcunq; cōia ſunt montibus planiſq; maiora ſiunt:aſpectuq; pulchriora. Quæ in cāpeſtribus meliora materie. Criſpiora quæ in montibus exceptis malis pyriſq;.

Diuiſio generum. Cap.xx.

p Ræterea arborum aliis decidunt folia:aliæ ſempiterna coma uirent. Quam differentiam neceſſe eſt antecedat prior. Sunt enim arborum quædam omnino ſilueſtres:quædam urbaniores:quas his placet nominibus diſtīguere. Ergo mites quæ fructu aut aliqua dote, umbrarũue officio humanius iuuant:non improbe dicantur urbanæ.

Quibus folia non decidant:& de rhododendro. Cap. xxi.

h Arum generi nō decidunt oleæ:lauro:palmæ:myrto:cupreſſo:pinis:hederæ:rhododendro. Et q̃uis hærba dicatur ſabina rhododendron:ut nomine apparet:a græcis uenit. Alii Nerion uocarunt:alii rhododaphnen:ſempiternũ fronde roſæ ſimilitudine caulibus fruticoſum. Iumētis capriſq; & ouibus uenenum eſt. Idem homini contra ſerpentium uenena remedio.

Item quibus folia non decidunt:& quibus non omnia folia cadant:
& quibus locis nullæ arborum. Cap.xxii.

ſ Ilueſtrium generis folia non decidunt abieti:larici:pinaſtro:iunipero:cædro:terebintho:buxo:ilici:aquifolio:ſuberi:taxo:tamarici. Inter utraq; genera ſunt adrachne in græcia: & ubiq; unedo. Reliqua.n.folia decidunt his p̄terq̃ in cacuminibus. Non decidunt autem & in fruticum genere quibuſdā rubo & calamo. In thurino agro ubi urbs ſybaris fuit:ex ipſa urbe proſpiciebatur quercus una nunq̃ folia dimittens:nec ante mediā æſtatē germinans. Idq; mirum eſt græcis auctoribus proditũ. Apud nos poſtea ſileri. Nam locorum tanta uis eſt:ut circa memphim ægypti:& in elephantine thebaidis nulli arbori decidant:ne uitibus quidem.

De natura foliorum cadentium:& quibus foliorum uarii colores. Cap.xxiii.

c Aeteræ oēs extra prædictas (etenim numerare longũ eſt) folia dep̄dunt. Obſeruatũq; non areſcere:niſi tenuia & lata & mollia. Quæ uero nō decidant callo craſſa & anguſta eē. Falſa definitio eſt nō decidere iis quaꝝ ſuccus pinguior ſit. Quis.n.pōt in ilice intelligere? Decidere Timæus mathæmaticus ſole ſcorpionē tranſeunte ſyderis ui:ut quodam ueneno aeris putat. Cur ergo non eadem cā aduerſum omnes polleat:iure miremur. Cadunt plurimis autũno. Quædam tardius amittunt:atq; in hyemes prorogant moras. Nec intereſt maturius germinaſſe:utpote cum quædam primæ germinent:& inter nouiſſimas nudentur. Vt amygdala:fraxini:ſambuci. Morus autem nouiſſime germinat:& cũ primis folia dimittit. Magna & in hoc uis ſoli. Prius decidunt in ſiccis macriſq; & uetuſtæ prius arbori. Multis etiam anteq̃ matureſcat fructus. In ſerotina ficu & hyberna pyro & malo granato ē pomũ tantum aſpici in matre. Neq; iis aũt quæ ſemp retinent comas eadē folia durant:ſed ſubnaſcentibus aliis tunc areſcunt uetera. Quod euenit circa ſolſtitium. Maxime folioꝝ unitas in ſuo cuiq; genere p̄manet:præterq̃ populo hederæ crotoni:quam & ricinum diximus uocari.

De populo tria genera:& quorum foliorum figura mutetur. Cap.xxiiii.

p Opuli tria genera:alba:& nigra:& quæ libyca appellat̄ minima folio ac nigerria:fungiſq; enaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor:ſuperne candicans:īferiore parte uiridi. Huic nigræque & crotoni folia in iuuēta circinnatæ rotunditatis ſunt. Vetuſtiora in angulos exeunt. E contrario hederæ anguloſa rotundant̄. Populorum foliis grandiſſima lanugo. Euolat candidæ. Tradita folio numeroſiore cādida: & ut uilli. Folia granatis & amygdalis rubentia. Mirũ in primis id quod ulmo: tiliæq;:& oleæ:populo albæ:& ſalici euenit. Circũaguntur enim folia earum poſt ſolſtitium. Nec alio argumento certius intelligitur ſydus confectum. Iuli

Quæ folia uerſent̄ oībus annis:quæ folioꝝ ex eius palmis cura & uſus:& folioꝝ mirabilia. Cap.xxv.

e Sτ & publica oīum folioꝝ differentia. In ipſis nāq; pars īferior a terra hærbido uiret colore. Ab eadē læuiora. Neruos callũq; & articulos in ſupiore habent parte. Inciſuras uero ſubter:ut manus humana. Oleæ ſuperne candidiora:& minus læuia. Item hederæ. Sed oīum folia quotidie ad ſolem oſitant:interiores partes tepefieri uolentia. Superior pars oīum lanuginem quãtulãcunq; hēt: quæ in aliis gentium lana eſt. In oriente funes ualidos e palmæ foliis fieri dictũ eſt:eoſq; in humore utiliores eſſe. Et apud nos ueræ palmæ e matre integræ decerpunt̄. Meliores enim ſunt quæ non diuiſæ fuerint. Siccantur ſub tecto quaternis diebus. Mox in ſole expandũtur. Et noctibus relictæ donec candore inareſcant:poſtea in opera diuiduntur. Latiſſima folia ſunt fico:uiti:platano. Anguſta myrto: punicæ: oleæ. Capillata pino:cædro. Aculeata aquifolio & ilicum generi. Nam iunipero ſpina pro folio eſt. Carnoſa cupreſſo:tamarici. Craſſiſſima alno. Longa arundini ſalici. Palmæ etiam duplicia. Circinnata py- Coici

q

to.Mucronata malo.Anguloſa hædere.Diuiſa platano.Inſecta pectinũ modo piceæ:abieti. Sinuoſa toto ambitu robori.Spinoſa cute rubo.Mordacia ſunt quibuſdam:ut urticis. Pungentia pino:piceæ: abieti:larici:cædro aquifoliis:Pediculo breui oleæ:& ilici.Longo uitibus.Tremulo populis. Et iſdẽ ſolis inter ſe crepitantia.Iam & in pomo ipſo mali quodam in genere parua mediis emicant folia.Interim & gemina.Præterea aliis circa ramos:aliis in cacumine ramorum. Robori & in ipſo caudice iam denſa ac rara: ſemperq; lata rariora.Diſpoſita myrto.Cõcaua buxo.Inordinata pomis. Plura eodem pediculo exeuntia malis pyriſq;.Ramuloſa ulmo:& cytiſo.Quibus adiicit Cato decidua a populo quernaq; aĩalibus iubens dari non perarida.Bubus quidem & ficulnea ilignaq; & hederacia . Dantur & ex harũdine ac lauro.Decidunt ſorbo uniuerſa. Cæteris paulatim.Et de foliis hactenus.

De ordine naturæ in ſatis:& de flore arboꝝ & conceptu:& germinatione:& partu:& quo ordine floreant. Cap.xxvi.

o Rdo aũt naturæ annuus ita ſe habet.Primus eſt cõceptus flare incipiente uento fauonio. Ex inde fere.vi.idus febru.Hoc enim maritantur uiueſcẽtia e terra. Cum etiã equæ ĩ hiſpania ut diximus.Hic eſt gẽitalis ſpiritus mũdi a fouẽdo dictus:ut qdã exiſtimauere.Flat ab occaſu æquinoctiali uer inchoans:cathlitionem ruſtici uocant geſtiente natura ſemina accipere:eaq; anima inferẽte oĩbus ſatis.Cõcipiũt uariis diebus:& pro ſua quæq; natura.Alia protinus ut aĩalia. Tardius aliqua & diutius grauida partus gerũt. Quod germinatio ideo uocatur. Pariunt uero cum florent:floſq; ille ruptis cõſtat utriculis.Sed educatio in pomo eſt. Hoc & germinatio arborũ.Flos eſt pleni ueris indiciũ:& ãni renaſcentis.Flos gaudium arborum.Tũc ſe nouas aliaſq; q̃ ſunt oſtendunt. Tũc uariis coloꝝ picturis ĩ certamẽ uſq; luxuriant.Sed hoc negatũ pleriſq;. Nã nec oẽs florent:ſed ſunt triſtes quædam quæq; nõ ſentiant gaudia annoꝝ.Nã neq; ilex picea larix pinus ullo flore exhylarant̃: nataleſue pomoꝝ recurſus annuos uerſicolori nuncio ꝓmittunt. Nec fici atq; caprifici.Protinus.n.fructũ flores gignunt.in ficis mirabiles ſunt & abortus:qui nunq̃ matureſcunt.Nec iuniperi florent.Quidã eaꝝ duo genera tradunt.Alterã florere nec ferre.Quæ uero nõ floreat ferre ꝓtinus baccis ſubnaſcẽtibus quæ biẽnio hæreant.Sed id falſum oĩbuſq; iis dura facies ſemp.Sic & hoĩum multis fortuna ſine flore eſt.Omnes aũt germinant ẽt quæ nõ florent.Magna & locoꝝ differentia.Quippe cũ ex eodem genere quæ ſunt in paluſtribus priora germinent:mox cãpeſtria:nouiſſima in ſiluis.Per ſe aũt tardius pyri ſilueſtres q̃ cætera . Primo fauonio germinat cornus.Proxĩe laurus.Pauloq; ante æquinoctiũ tilia:acer.Inter primas uero populus:ulmus:ſalix:alnus:nuces.Feſtinat & platanus.Cæteræ uere cõcepto aquifoliũ terebinthus:paliurus:caſtanea:glãdes.Serotino aũt germine malus tardiſſimus ſuber..Quibuſdam geminat̃ germinatio: nimia ſoli ubertate:aut inuitantis cæli uoluptate:quod magis in hærbis ſegetum euenit.In arboribus tamen nimia germinatio elaſſeſcit. Sunt aliæ naturales quidem quibuſdam germinationes:pariterq; uernæ: quæ ſuis conſtant ſyderibus:quarum ratio aptius reddet̃ ab hoc tertio uolumĩe.Hyberna aquilæ exortu.Aeſtiua canis ortu.Tertia arcturi.Has duas quidem oĩbus arboribus cões putant.Sentiri aũt maxime in fico uite punicis cauſam afferentes:quoniã in theſſalia macedoniaq; plurima tunc ficus excat.Maxime tamen ĩ ægypto apparet hæc ratio.Et reliquæ quidem arbores ut primũ cœpere continuant germinationem.Robur & abies & larix intermittunt tripartito:ac terna germina edunt.Ideo & inter ſquamas corticem ſpargunt.Quod oĩbus arboribus in germinatione euenit:quoniã prægnantiũ rumpit̃ cortex.Eſt aũt prima earum ĩcipiente uere circiter.xv.diebus.iterum germinant tranſeunte geminos ſole.Sic fit ut dum prima cacumina ĩpellunt̃ ſe cutis aperiat geniculato incremento.Tertia eſt earundẽ ad ſolſtitiũ breuiſſima:nec diutius ſeptennis diebus. Clareq; & tunc cernit̃ excreſcentiũ cacuminũ articulatio uitis ſola bis parturit cũ primũ emittit uuã.iteꝝ cũ digerit.Eoꝝ quæ non florent partus tantũ eſt & maturitas. Quædam ſtatim in germinatione florent.properãtq; in eo.ſed matureſcunt tarde ut uites.Serotino quædã germinatu florẽt:maturãtq; celeriter:ut morus:quæ nouiſſima urbanaꝝ germinat:nec niſi axacto frigore: ob id dicta ſapientiſſima arboꝝ.Sed cum cœperit tñ uniuerſa germinatio erumpit:ut una nocte peragat etiã cũ ſtrepitu.Ex iis quæ hyeme aquila exoriẽte (ut diximus) cõcipiunt:floret prima oĩum amygdala menſe ianuario.Martio uero poma matura.Ab ea proxime florẽt armeniaca:dein tuberes:& præcoces.Illæ peregrinæ:hæ coactæ.Ordine aũt naturæ ſilueſtrium primæ ſambucus:cui medulla plurima:& cui nulla cornus maſcula. Vrbanaꝝ malus:paruoq; poſt ut ſimul poſſit uideri pyrus & ceraſus & prunus.Sequitur laurus illãq; cupreſſus.Deinde punica fici.At uites & oleæ florentibus iam iis germinant.Concipiunt uergiliaꝝ exortu.Hoc ſydus illarum eſt.Floret aũt ſolſtitio uitis:& quæ paulo ſerius incipit olea.Defloreſcunt oĩa ſeptenis diebus:nõ celerius.Quædã tardius.Sed nulla pluribus bis ſeptẽnis.Oĩa & intra.viii.iulii idus eteſiarum præcurſu.Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus.

De corno:& quo tpe quæq; ferant:& quæ fructũ non ferant:& quæ infœlices exiſtimãtur & quæ facillime fructum perdunt:& quibus fructus anteq̃ folium naſcantur. Cap.xxvii.

c Ornus enim circa ſolſticia reddit primo candidum:poſtea ſanguineum . Ex eo genere fœmina poſt autũnum

poſt autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cũctis animãtibus. Ligno quoq; fungoſa & inutilis. Cummas e fortiſſimus ſit in tanta differentia ab eodem genere. Et terebinthus meſſibus reddit ſemen: & acer: & fraxinus: nuces: & mala: & pyra: præterq̃ hyberna aut præcocia. Autumno glãdiferæ. Serius etiam num uergiliarum occaſu. Aeſculus tantum autũno. Incipiente aũt hyeme quædam genera mali pyriq; & ſuber. Abies flores croci colore circa ſolſtitium. Semen uero reddit poſt uergiliarum occaſum. Pinus aũt & picea præueniunt germinatione .xv. fere diebus. Semen uero poſt uergilias & ipſæ reddũt. Cædri & iuniperus & ilex annuæ fere habentur: nouuſq; fructus in iis cum autũno pendet. In maxima tamẽ admiratione pinus eſt. Habet fructum matureſcentẽ. Habet proximo ãno ad maturitatem uenturum: ac deinde tertio. Nec ulla arbor auidius ſe promittit. Quo mẽſe ex ea nux decerpitur: eodem matureſcit alia: Et ſic diſpenſatur: ut nullo non menſe matureſcant. Quæ ſe ĩ arbore ipſa diuiſere uocantur zamiæ: læduntq; cæteras: niſi detrahantur. Fructum arboꝝ ſolæ nullum ferunt: hoc eſt ne ſemen quidẽ tamarix Scopis tantum naſcens: populus alnus: hulmus: atinia: alaternus: cui folia ĩter licem & oliuã. Infœlices aũt exiſtimãtur dãnatæq; religione quæ neq; ſerunt᷑ unq̃: neq; fructum ferunt. Cremutius auctor ẽ nunq̃ uirere arborem: ex qua Phyllis ſe ſuſpenderit. Quæ gũmi gignũt poſt germinationẽ apiuntur. Gũmi uero non niſi fructu detracto ſpiſſatur. Nouellæ arbores carent fructu q̃diu creſcunt. Perdũt aũt facillime ante maturitatem palma: ficus: amygdala: malus pyrus. Item punica quæ etiam roribus nimiis & pruinis florem amittit. Qua de cauſa inflectunt ramos eius: ne ſubrecti humorẽ infeſtũ excipiãt: atq; cõtineant. Pyrus & amygdala etiam ſi non pluat: ſed fiat auſtrinũ cælum atq; nubilũ: amittunt florem & primos fructus ſi cum defloruere tales dies fuerint. Ociſſime aũt ſalix amittit ſemen anteq̃ omnino maturitatem ſentiat. Ob id dicta ab Homero frugiperda. Secutaq; ætas ſcelere ſuo interpretata eſt hanc ſentẽtiam. Quando ſemen ſalicis mulieri ſterilitatis medicamentum eſſe cõſtat. Sed hoc quoq; prouidens natura facile naſcẽti & depacto ſurculo incurioſius ſemen dedit. Vna tantum proditur ad maturitatẽ proferre ſolita ĩ creta inſula ipſo deſcenſu Iouiſ ſpelũcæ toruum ligneumq; magnitudine ciceris. Fiunt uero quædam & loci uitio infructuoſa: ut ĩ paro ſylua cædua quæ nihil fert uacẽda: quæ nil fert. Perſicæ arboras in rhodo florẽt tñ. Fit hæc differentia & ex ſexu. In iis eẽ mares quæ nõ ferunt. Aliqui hoc ꝑmutãtes mares eẽ quæ ferant tradunt. Facit & denſitas ſterilitatem. Gignẽtiũ autẽ quædam ex lateribus ramorũ & cacuminibus feruntur: ut pyrus punica: ficus. myrtus. Cætero eadẽ natura quæ frugibus. Nãq; & in eis ſpica in cacumen naſcit᷑. Legumina in lateribus. Palma ſola ut dictũ eſt ĩ ſpatulis habet fructũ racemis ꝑpendẽtem. Reliquis ſub folio pomũ: ut Protegatur excepta fico: cui folium maximũ umbroſiſſimũq;. Et ideo ſupra id pomum ei demũ ſerius folium naſcitur q̃ pomum. Inſigne proditur in quodam genere ciliciç cypriæ helladis ficos ſub folio: groſſos uero ſupra folium naſci. Ficus & præcoces habet: quas athenis prodromos uocãt. In laconico genere maximæ ſunt. Spatis

De biferis & triferis & quæ celerrime ſeneſcant: & de ætatibus earum. Cap. xxviii.

ſ Vnt & biferæ in eiſdem. In cea ĩſula caprifici triferæ ſunt. Prĩo fœtu ſequẽs euocat᷑: ſequenti tertius. Hoc fici caprificant᷑. Et caprifici aũt ab aduerſis foliis naſcũtur. Biferæ & in malis ac pyris quædã ſicut & præcoces. Malus ſilueſtris bifera. Sequẽs eius fructus poſt arcturũ ĩ apricis maxime. Vites quidẽ & triferæ ſunt: quas ob id inſanas uocant: quoniã in iis alia matureſcũt: alia turgeſcũt: alia florent. M. Varro auctor eſt uitẽ fuiſſe ſmyrnæ apud matreã triferam: & malũ in agro conſentino. Hoc aũt euenit perpetuo in frauẽneſi africæ agro de quo plura alias: ea eſt ſoli fertilitas. Trifera eſt & cupreſſus. Nãq; baccæ eius colligunt᷑ menſe ianuario: & maio: & ſeptẽbri: ternaſq; earum gerunt magnitudines. Eſt uero & in ipſis arboribus etiam honuſtis peculiaris differẽtia. Summa ſui parte fertilior eſt arbuſtus. Quercus inferiore: iuglandes: fici: mariſcæ. Oẽs quo magis ſeneſcũt: eo maturius ferunt: & ĩ apricis locis nec pingui terra. Silueſtriora oĩa tardiora. Quædã ex iis oĩno nõ matureſcunt. Itẽ quæ ſubarantur: aut quæ ablaqueant᷑: celeriora neglectis hæc & fertiliora. Eſt etiãnum ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in ſenecta fertiliſſimæ: ut glandiferæ: & quoddã genus ficorum. Cætera eius in iuuẽta tardiuſq; maturantes: quod notatur in uitib9 maxĩe. Vetuſtioribus enim uinũ melius: nouellis copioſius. Celerrime uero ſeneſcit: & in ſenecta deteriorẽ fructum gignit malus. Nãq; & minora poma proueniunt & uermiculis obnoxia. Quin & in ipſa arbore naſcũtur. Ficus ſola ex oĩum arboꝝ fœtu maturitatis cauſa medicat᷑. Iã quidẽ ex portẽtis: quoniã maiora ſunt præcocia præpoſteris. Oĩa aũt celerius ſeneſcũt pręfœcũda. Quin & ꝓtinus moriũtur aliqua cælo fœcũditatẽ oẽm eblãdito: quod maxime uitib9 euenit. Tacapenſi

De moro. Cap. xxix.

c Oontra morus tardiſſime ſeneſcit fructibus minime laborans. Tarde & ea quorum criſpa materies: ut acer: palma: populus. Et ſubarata ocius ſeneſcunt.

De ſilueſtribus. Cap. xxx.

ſ ſilueſtria aũt tardiſſime. Atq; ĩ totum oĩs cura fertilitatẽ adiicit: fertilitas ſenectã. ideoq; & præflorent talia & prægerminant: atq; in totum præcocia fiunt. Quoniam omnis infirmitas cælo

magis accidit. Multæ uero plura gignunt ut diximus in glandiferis. inter quæ laurus uuas ſuas maxieq; ſterilis quæ nõ gignit aliud: obq; id a quibuſdam mas exiſtimatur. Ferunt & auellanæ iulos cõpactili calſo ad nihil utiles.

De buxo & faba græca ſiue loto. Cap. xxxi.

p Lurima uero buxus. Nã & ſemen ſuũ & granũ quod cartogon uocant: & a ſeptẽtrione uiſcũt a meridie hyphear: e queis plura mox paulo. Interdũq; pariter res quaternas habent. Arborũ quædam ſimplices: quibus a radice caudex unus & rami frequens: ut oliuæ: fico: uiti. Quædã fruticoſi generis: ut paliurus: myrtus. Item nux auellana. Quinimo melior eſt & copioſior fructu ĩ plures diſperſa ramos. In quibuſdam oino nullus: ut in ſuo genere buxo: loto tranſmarinæ. Quædã bifurcæ atq; etiã in quinas partes diffuſæ. Quædam indiuiduæ: nec ramoſæ: ut ſambuci. quædã indiuiduæ ramoſæ: ut piceæ. Quibuſdã ramoꝝ ordo: ſicut piceæ: abieti. Aliis incõditus: ut robori malo: pyro. Et abieti q̃dem ſubrecta diuiſura: ramiq; in cælum tendentes: non in latera proni. Mirum cacuminibus eoꝝ deciſis moritur: totis uero detruncatis durat. Et ſi infra q̃ rami fuere præcidatur: quod ſupereſt uiuit. Si uero cacumen tantum auferant: tota moritur. Alia ab radice brachiata: ut ulmus. Alia in cacumine ramoſa: ut pinus: lotos ſiue faba græca: quam romæ a ſuauitate fructus ſilueſtris quidem: ſed ceraſoꝝ pene natura loton appellant. Præcipueq; domibus expetitur ramoꝝ petulancia: breui caudice: latiſſima expatiantiũ umbra: & in uicinas domos ſæpe tranſilienciũ. Nulli oppacitas breuior: nec aufert ſolẽ hyeme decidentibus foliis. Nulli cortex iucundior: aut oculos excipiens blandius. Nulli rami longiores ualidioreſq; aut plures: ut dixiſſe totidẽ arbores liceat. Cortice pelles tingunt: radice lanas. Malis proprium genus. Ferarum enim roſtra reddunt: adherentibus uni maximo minoribus. Ramorum aliqui cæci qui non germinant. Quod natura fit ſi non eualuere: aut pœna cum amputatos cicatrix hebetauit. quæ diuiduis in ramo natura eſt: hæc uiti in oculo: harundini in geniculo. Omniũ terræ proxima craſſiora. In longitudinẽ excreſcunt abies: larix: palma: cupreſſus: & ulmus: ſi qua uniſtirpia. Ramoſoꝝ ceraſus etiã in. xl. cubitorum trabes æquali per totum duum cubitorum craſſitudine reperitur.

De ramis & cortice & radicibus arboꝝ. Cap. xxxii.

q Vædam ſtatim in ramos ſpargũtur ut mali. Cortex aliis tenuis: ut lauro: tiliæ. Alias craſſus ut robori. Aliis læuis: ut malo fico. Idem ſcaber robori: palmæ. Oibus in ſenecta rugoſior. Quibuſdam rumpitur ſponte: ut uiti. quibuſdam etiã cadit: ut malo: unedoni. Carnoſus ſuberi: populo. Mẽbranaceus ut uiti: harũdini. Libris ſimilis ceraſo. Multiplex tunicis: ut uitibus: tiliæ abieti. Quibuſdam ſimplex: ut fico: harundini:. Magna & radicũ differentia. Copioſæ fico: robori: platano. Breues & anguſtæ malo. Singulares abieti: larici. Singulis enim innituntᷣ: q̃q̃ minimis in altera diſperſis. Craſſiores lauro & inæquales. Itẽ oleæ: cui & ramoſæ. At arbori carnoſæ. Robora ſuas in profundũ agunt. Si Virgilio quidem credimus æſculus quantã corpore eminet: tantũ radice deſcẽdit. Oleæ maliſq; & cupreſſis per ſumma ceſpitũ. Aliis recto meatu: ut lauro: oleæ. Aliis flexuoſo: ut fico. Minutis hæc capillamentis hirſuta: ut abies: multæq; ſilueſtrium. E quibus mõtani prætenuia fila decerpẽtes ſpectabiles lagenas & alia uaſa nectũt. Quidã non altiꝰ deſcẽdere radices: q̃ ſolis calor tepefaciat. Idq; natura loci tenuiores ſiue craſſiores dixere: quod falſum arbitror. Apud auctores certe inueniᷣ abietis plantã cũ transferretur: octo cubitoꝝ in altitudine: nec totã refoſſam: ſed abruptã. Maxima ſpatio atq; plenitudine & cædri eſt. Ab ea platani: roboris: & glandiferaꝝ. Quarundã radix uiuacior ſuperficie: ut lauri. Itaq; cum trunco inaruit reciſa: etiã lætius fruticat. quidã breuitate radicũ celerius ſeueſcere arbores putant. Quod coarguunt fici: quaꝝ radices longiſſimæ: & ſenectus ociſſima. Falſum arbitror & quod aliqui prodidere radices arborum uetuſtate minui. Viſa etenim eſt annoſa quercus euerſa ui tẽpeſtatis: & iugeꝝ ſoli amplexa. Proſtratas reſtitui plerunq; & quadã terræ cicatrice reuiuiſcere: uulgare eſt. Et familiariſſimũ hoc platanis. quæ plurimũ uentoꝝ concipiunt ꝓꝑ denſitatẽ ramorum. quibus amputatis leuatæ onere in ſua ſcrobe reponuntᷣ. Factumq; iam eſt hoc & in iuglandibus oleiſq; ac multis aliis.

De prodigioſis arboribus: & quibus modis ſponte naſcuntur: & ꝙ non omnia ubiq; naſcãtur: & quæ non alibi naſcantur arbores. Cap. xxxiii.

e St in exẽplis & ſine tempeſtate ullaue cauſa alia q̃ prodigii cecidiſſe multas: ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factũ hoc populi ro. quiritibus oſtentũ cimbricis bellis nuceriæ in luco Iunonis ulmo poſtq̃ etiã cacumen amputatũ erat: q̃m in aram ipſam ꝓcũbebat: reſtituta ſponte: ita ut protinus floreret. A quo deinde tp̃e maieſtatis populi ro. reſurrexit: quæ ante uaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idẽ factũ & in philippis ſalice ꝓcidua atq; detruncata. Et ſtagiis in muſæo populo alba. Oĩa fauſti hominis. Sed maxĩe mirũ antãdri platanus etiã circũdolatis lateribus reſtibilis ſpõte facta: uitæq; reddita. Longitudine. xv. cubitorum: craſſitudine quattuor ulnarum. Arbores quas naturæ debeamus tribus modis naſcuntur. Sponte: aut ſemine: aut ab radice. Cura numeroſior exiſtit: de qua ſuo dicemus uolumine. Nunc enim totus ſermo de natura eſt multis modis miriſq; memorabili. Namq; non omnia in oibus locis naſci docuimus: nec tranſlata uiuere. Hocq; alias faſtidio: alias cõtumacia: ſæpius inbecillitate eorum

ſitate eorum quæ tranſferuntur euenit cælo inuidente:alias ſolo repugnante.Faſtidio balſamũ alibi naſci
natura q̃ in ſyria noluit fere.Necnõ & palmam naſci ubiq; aut natam parere:uel cũ promiſit etiam oſtẽ
ditq; ea educare:quæ tanq̃ inuita peperit.Non habet uires frutex cinami in ſyriæ uicina perueniendi. Nõ
ferunt amomi nardiq; deliciæ ne in arabia quidem ex india naue pegrinari. Tentauit enim Seleucus rex.
Illud maxime mirũ ipſas arbores plerumq; exorari ut uiuant atq; trãſmigrent.Aliquãdo & a ſolo impe
trari ut alienas alat:aduenaſq; nutriat:cælum nullo mõ quit flecti. Viuit ĩ italia piperis arbor.Caſiæ ue
ro etiam in ſeptentrionali plaga.Vixit & in lydia thuris.Sed unde ſorbentes ſuccum oẽm ex iis ſoles co-
quenteſq; lachrymam:Illud ꝓxime mirum mutari naturam in iiſdem locis:atq; ĩprouiſo ualere. Cædrũ
æſtuoſis partibus dederat:& in lyciis frigidiſq; mõtibus naſcit̃.Frigus inimicũ lauro fecerat:ſed in olym
po copioſior nulla eſt.Circa boſphorum cĩmerim ĩ pãticapeo urbe omni mõ laborauit Mithridates rex
& cæteri incolæ:Sacrorum certe cã laurum myrtũq; habere:& nõ contigit : cum habundent arbores ibi
punicæ ficiq;.Iam mali & pyri laudatiſſime.Frigidas natura eodem tractu non genuit arbores:pinũ.abi
etẽ:piceam.Et quid attinet ad pontũ abire?Iuxta romam ipſam caſtaneæ ceraſiq; ægre proueniunt:Per-
ſica in tuſculano.Necnon nuces græcæ cum tedio inſeruntur.Teracina ſiluis ſcatet earum.

De cupreſſo & ꝙ ex terra noua aliqua ſæpe naſcãtur quæ in ea ante nõ fuerunt. Cap.xxxiiii.

Vpreſſus aduena & difficillime naſcentiũ fuit:ut de qua uerboſius ſæpiuſq; q̃ de omnibus aliis
c prodiderit Cato.Natu moroſa:fructu ſupeuacua: baccis torua: folio amara:odore uiolentia:
ac ne umbra quidem gratioſa:materie rara:ut pene fruticoſi generis.Diti ſacra:& ideo funebri
ſigno ad domos poſita.Fœmina ſterilis diu. Metæ demum aſpectu non repudiata diſtinguendis tantũ
pinorũ ordinibus.Nunc uero tonſilis facta in denſitate parietum:coercitaq; gracilitate perpetuo tenera.
Trahiturq; etiam in picturas ope hiſtoriali uenatus claſſeſue & imagines reꝝ tenui folio breuiq; & uiren
te ſuperueſtiẽs.Duo genera earum.Meta in faſtigium conuoluta:quæ & fœmina appellatur. Mas ſpar
git extra ſe ramos:deputaturq; & accipit uitẽ.Vtraq; aũt ĩmittitur in perticas aſſeueſue amputatione ra
morũ qui.xiii.ann.denariis ſingulis ueneunt.Quæſtuoſiſſima in ſatus rõne ſilua.Vulgoq; dotẽ filiarum
antiqui plãtaria appellabãt.Huic patria inſula creta:q̃q̃ Cato tarentinã eã appellat . Credo ꝙ primũ eo
uenerit.Et in enaria ſucciſa regerminat.Sed in creta quocũq; loco terrã mouerit qſpiã niſi ſerat̃ alia: hæc
gignit̃ : ꝓtinuſq; emigrat.Illa uero etiã nõ appellato ſolo ac ſpõte:maxięq; in idæis mõtib9 & quos alboſ
uocant:ſummiſq; iugis:ubi niues nunq̃ abſunt plurima.Quod miremur alibi nõ niſi in tepore ꝓueniẽs:
& nutricẽ magnopere faſtidiẽs.Nec terræ tantũ natura circa has refert:aut perpetua cæli:uerũ & quædã
tẽporaria uis hymbriũ.Aliquæ plerunq; ſemina afferunt:& certo fluunt genere. Aliquæ etiã incognito.
quod accidit cyrenaicæ regioni:cũ primum ibi laſſerpitiũ natum eſt ut in hærbaꝝ natura dicemus. Na-
ta eſt & ſilua urbi rei proxĩa hymbre pyceo craſſoq; circiter urbis romæ anno quadrigẽteſimo triceſimo.

De hedera. Cap.xxxv.

Edera iam dicit̃ in aſia naſci.Negauerat Theophraſtus:nec in india niſi in mõte mero.Quin
h & Harpalũ oĩ mõ laboraſſe ut ſereret eã in medis fruſtra.Alexandrũ uero ob raritatẽ ita co-
ronato exercitu uictorẽ ex india rediſſe exẽplo liberi patris.Cuius dei & nunc adornant thyr-
ſos galeaſq; ẽt ac ſcuta ĩ thraciæ populis in ſolẽnibus ſacris.Inimica arbor ſatis oĩbus:ſepulchraq; ac mu
ros rumpens.Serpentium frigori gratiſſima:ut miꝝ ſit illã in honore ullo habitã.Duo genera eius.Pri-
ma ut reliquaꝝ mas & fœmina.Maior tradit̃ mas corpore:& folio duriore ac pinguiore:& flore ad pur
purã accedente.Vtriuſq; autem flos ſimilis eſt roſæ ſilueſtri:niſi ꝙ caret odore.Species hoꝝ generꝝ tres
Eſt enim candida & nigra hedera:tertiaq; quæ uocatur helix.Etiãnum hæ ſpecies diuidunt̃ in alias:quo-
niam eſt alia fructu tantum candida:alia & folio.Fructumq; candidum ferentium aliis denſus acinus &
grandior racemis in orbẽ circũactis:qui uocãtur corymbi.Item ſilenitium cuius eſt minor acinus ſpar- corymbiæ
ſior racemus.Simili modo in nigra.Alicui & ſemen nigrum:aliis crocatum:Cuius coronis poetæ utũ- Theoph.
tur foliis minus nigris:quã quidã nyſiam:alii bacchicã uocant:maximis inter nigras corymbis.Quidã
apud græcos etiãnum duo genera huius faciunt.A colore acinorum erythranũ & chryſocarpum . Plu-
rimas aũt habet differẽtias helix:qm̃ folio maxime diſtat.Parua ſunt & anguloſa cõcinioraq;: cũ reliquo
rum genera ſimplicia ſint.Diſtat & longitudine internodioꝝ:præcipue tamen ſterilitate: quoniã fructũ
nõ gignit.quidam hoc ætatis eſſe non generis exiſtimant:primoq; eſſe helicẽ putant fieri hederã uetuſta
te.Horum error manifeſtus intelligitur:quoniã helicis plura genera reperiunt̃:ſed tria maxime inſignia
Hærbacea ac uirens quæ plurima eſt.Altera candido folio.Tertia uerſicolor:quæ thracia uocat̃.Etiam
num hærbaceæ tenuiora folia:in ordinẽ digeſta:dẽſioraq;.In alio genere diuerſa oĩa. Et ĩ uerſicolori alia
tenuioribus foliis ac ſimiliter ordinatis denſioribuſq;.In altera neglecta oĩa hæc. Maiora quoq; ac mino
ra ſunt folia:macularũq; habitu diſtant.Et in candidis alia ſunt candidiora.Adoleſcit in longitudinẽ ma
xime hærbacea.Arbores aũt necat candida:omnemq; ſuccũ auferendo tanta craſſitudine auget̃: ut ipſa
arbor fiat,Signa eius folia maxima atq; latiſſima mãmas erigẽtis:quæ ſunt cæteris inflexæ.Racemi ſtã-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 242 sur 536

tes ac ſubrecti. Et q̄q̄ oīum generi radicoſa brachia. huic tamē maxime ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ.
Sed ꝓprium albæ q̄ inter media folia emittit brachia utrunq̨ ſemper amplectens. Hæc eſt & in mu-
ris q̄uis ambire non poſſit. Itaq̨ etiam pluribus locis interciſa uiuit tamen duratq̨ & totidem initia radi
cum habet quot brachia. Quibus incolumes & ſolidas arbores ſugit ac ſtrāgulat. Eſt & in fructu diffe-
rentia albæ nigræq̨ hederæ: qm̄ aliis tanta amaritudo acini: ut aues nō attingant. Eſt & rigēs hedera quæ
ſine adminiculo ſtat ſola oīum generū ob id uocata ciſſos. E diuerſo nunq̄ niſi humi repēs chamæciſſos

De hedera quæ uocatur ſymilax. Ca. xxxvi.

Imilis eſt hederæ e cilicia quidem primum ꝑfecta: ſed in græcia frequētior: quā uocant ſmilacē
ſ denſis geniculata caulibus: ſpinoſa: fructicoſa ramis: folio hederaceo: paruo: nō anguloſo: a pe
diculo emittente pāpinos: flore candido: olente lilium. Fert racemos labruſcæ modo non hederæ: colo-
Binos & ternos re rubro: cōplexa acinis maioribus nucleos undenos minoribus ſingulos: nigros duroſq̨: in fauſta om-
nibus ſacrs & coronis: quoniā ſit lugubris: uirgine eius nominis propter amorem iuuenis Croci mutata
ni hunc fructicem. Id uulgus ignorans plerunq̨ feſta ſua polluit hederam exiſtimando. Sicut in poetis
aut Libero patre aut Sileno: qui oīno neſcit quibus coronetur. E ſymilace fiūt codicilli. Propriumq̨ ma
teriæ eſt ut ad mota auribus leuem ſonum reddat. Hederæ mira proditur natura ad experienda uina. Si
uas fiat ex ligno eius: uina tranſfluere. ac remanere aquam ſi qua mixta fuerit.

De aquaticis calamis & fruticibus. Cap. xxxvii.

Nterea qui frigidis gaudent aquaticos frutices dicere cōuenit. Principatum in iis tenebunt ha-
i rundines belli paciſq̨ experimentis neceſſariæ: atq̨ etiam in deliciis gratæ. Tegulo enim earum
domus ſnas ſeptētrionales populi operiunt: durantq̨ eius alta tecta. In reliquo uero orbe & ca
meras leuiſſime ſuſpendūt. Carthiſq̨ ſeruiunt calami ægyptii maxime: cognatione quadam papyri. Pro
batiores tamē gnidii: & qui in aſia circa anaelticū lacū naſcunt̄. Noſtratibus fungoſior ſubeſt natura: car
tilagine bibula: quæ cauo corpore intus ſuperne tenui mareſcit ligno. Fiſſilis præacuta ſemp acie: genicu-
lata. Cætero gracilitas nodis diſtincta leui faſtigio tenuatur in cacumina. Craſſiore peniculo coma: neq̨
hac ſuperuacua. Aut. n. pro pluma ſtrata cauponaꝝ replet: aut ubi limoſiore callo induruit: ſicut in bel-
gis cōtuſa & iteriecta nauiū cōmiſſuris ferruminat textus: glutino tenacior: rimiſq̨ explendis fidelior pi-
ce. Calamis oriētis populi bella cōficiunt. Calamis ſpicula addunt: irreuocabili hamo noxia. Mortē acce
lerant pinna addita calamis. Fitq̨ & ex ipſo tælum aliud fracto ī uulneribus. His armis ſolē ipſum obū-
brant. Propter hoc maxīe ſerenos dies optant. Odere uētos & hymbres: qui inter illos pacem eſſe cogūt
Ac ſi quis æthiopas: ægyptum: arabas: indos: ſcythas: bactras: ſarmataꝝ tot gētes & orientis oīaq̨ par
thoꝝ regna diligētius cōputet: æqua ferme pars hoīum in toto mūdo calamis ſupata degit. Præcipuus
hic uſus in creta bellatores ſuos præcipitauit. Sed in hoc quoq̨ ut in cæt9ris rebus uicit italia. Quoniam
nullus ſagittis aptior calamus q̄ in rheno bononiēſi amne: cui plurima ineſt medulla. ponduſq̨ uolucre.
Bellicis hoc eſt Contra flatus quoq̨ peruicax libra. Quippe nō eadē gratia belgicis. Hæc & creticis cōmendationib9: q̄q̄
præferant̄ indi: quoꝝ alia quibuſdā uidet̄ natura: quādo & haſtarum uicē præbent additis cuſpidibus.
Harundini quidē indicæ arborea amplitudo: qualē uulgo in tēplis uidemus. Differre mares ac fœminas
in his quoq̨ indi tradunt. Spiſſius mari corpus: fœminæ capacius. Nauigiorum ēt uicē præſtant (ſi cre-
dimus) ſingula internodia. Circa aceſinē amnē maxime naſcunt̄. Harundo oīs ex una ſtirpe numeroſa.
Atq̨ etiam reciſa fœcundius reſurgit. Radicis natura uiuax: geniculata & ipſa. Folia ídicis tantū breuia.
Oībus uero a nodo orſa cōplexu tenues per ambitū inducunt tunicas: atq̨ a medio internodio cū pluri
mum deſinunt ueſtire: procūbuntq̨. Latera harundini calamoq̨ in rotunditatē bina ſuper nodos alter-
no ſemper inguine: ut alterū ad dextrā fiat: alterum ſuperiore geniculo ſuper leua per uices. Inde exeunt
aliquādo rami qui ſunt calami tenues. Plura aūt genera. Alia ſpiſſior denſiorq̨ geniculis breuibus: inter
nodiis. Alia rarior maioribus: tenuior & ipſa. Calamus uero alius totus concauus: quē ſyringiā uocant:
utiliſſimus fiſtulis: quoniā nihil eſt ei chartilaginis atq̨ carnis. Orchomenius eſt continuo foramine per
uius: quē auleticon uocant. Hic tibiis utilior: fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno & tenui foramine. Hūc
totum fungoſa replet medula. Alius breuior: alius procerior: exilior: craſſiorq̨. Fruticoſiſſimus qui uo-
catur donax non niſi in aquaticis natus: quoniā & hæc differentia eſt multū prælata harundine quæ ī ſic
cis ꝑueniat. Suum genus ſagitario calamo ut diximus. Sed cretico longiſſimis internodiis obſequiūq̨
Varia quo libeat flecti calefacto. Differētias faciunt & folia non multitudine: uerū robore & colore. Valida la
conis: & ab una parte denſiora: quales in totum circa ſtagna gigni putant. Diſſimiles amnicis: longiſque
ueſtiri foliis: ſpatioſius a nodo ſcandente complexu. Eſt & obliqua harundo non in excelſitatem naſcēs:
ſed iuxta terram fruticis modo ſe ſpargens: ſuauiſſima in teneritate animalibus. Vocatur a quibuſdam
elegia. Eſt & in italia naſcens adarca nomine paluſtris ex cortice tantum Sub ipſa coma: utiliſſima den-
tibus: quoniā uis eadem eſt quæ ſinapi. De orchomenii lacus harundinetis accuratius dici cogit admira
tio antiqua. Characian uocabant craſſiorem firmioremq̨. Plociam uero ſubtiliorē. Hanc in inſulis fluitā
tibus natare:

tibus natare: illã in ripis expatiantis lacus. Tertia harũdo eſt tibialis calami: quẽ auleticon uocãt. Nono hic anno naſcebatᷣ. Nam & lacus incremẽta hoc tpis ſpatio ſeruabat. Prodigioſus ſi quãdo amplitudinẽ biẽnio extendiſſet: quod notatũ apud cheroniã infauſto athenienſium prœlio. Et apud lebadia ſæpe notatur influente cephiſo. Cũ igitᷣ anno permãſerit inundatio ꝓficiunt in aucupatoriã quoq; amplitudinẽ. Vocantᷣ zeugitæ. Cõtra bõbyciæ maturius reciproco graciles. fœminaꝶ latiore folio atq; cãdidiore: modica lanugine: aut oĩno nulla: ſpadonũ noĩe inſignibus. Hinc erant armamẽta ad incluſos cantus & non ſilendo reliquo curæ miraculo: ut uenia ſit argento iam potius cani. Cædi ſolebant tẽpeſtiue uſq; ad Antigenẽ tibicinẽ cum adhuc ſimplici muſica uterentᷣ ſub arcturo. Sic præparatæ aliquot poſt annos utiles eſſe incipiebãt. Tunc quoq; multa domandæ exercitatione: & canare tibiæ ipſæ edocẽdæ. cõprimẽtibus ſe ligulis: quod erat illis theatroꝶ moribus utilius. Poſtq̃ uarietas acceſſit & cantus quoq; luxuriãtes: cædi ante ſolſtitia cœptæ: & fieri utiles in trimatu apertioribus eaꝶ ungulis ad flectendos ſonos. Quæ ide ſũt & hodie. Sed tunc ex ſua quanq; tantũ harundine cõgruere perſuaſum erat: & ea quæ radicẽ anteceſſerat: leuæ tibiæ conuenire: quæ cacumẽ dexteræ. Immenſum quantũ iis prælatis quas ipſe cephiſus abluiſſet. Nunc ſacrificæ tuſcorum e buxo. Ludicræ uero loto oſſibuſq; aſininis & argento fiunt. Aucupatoria harundo a panhormo laudatiſſima. Piſcatoria abaritana ex africa. Harundis italiæ uſus ad uineas maxime Cato ſeri eam iubet in humidis agris bipalio ſubacto prius ſolo: oculis diſpoſitis iteruallo ternorum pedum. Simul & corrudam unde aſparagi fiant: concordari amicitiam.

Et canore tibiæ ipſo educandæ Ligulis

Concordare enim Vitilibus

De ſalice genera eius octo: & quæ præter ſalicẽ ſint utilia ligaturis & de rubis. Cap. xxxviii.

s Alicis uero qua nulla aquaticaꝶ utilior. Licet populi uitibus placeant: & cecubum ducant. Licet alni ſæpes muniant: contraq; erũpentium amnũ impetus riparum muro ĩ tutelis ruris excubent: in aqua ſatæ: cæſæq; denſius ĩ numero hærede proſint. Salicis ſtatim plura genera. Nã quædam & in proceritatẽ magnam emittunt iugis uineaꝶ perticas. Pariuntq; balteo cortice uincula. Et aliæ uirgas ſequacis adiuncturas lentitiæ. Aliæ prætenues uiminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus aliæ firmiores corbibus ac plurimæ agricolarum ſupellectili: candidiores ablato cortice: leuique tractatu mollioribus uaſis: q̃ ut e corio fiant: atq; etiam ſupinarum in delicias cathedrarum aptiſſima. Decidua ſalici fertilitas: denſiorq; tonſura ex breui pugno uerius q̃ ramo: non ut remur in nouiſſimis curanda arbore. Nullius quippe tutior eſt redditus minoriſue ĩpendii aut tempeſtatum ſecurior. Tertium locum ei in æſtimatione ruris. Cato attribuit: prioremq; q̃ oliuetis: q̃q; frumento: aut pratis: nec quia deſint alia uincula. Siquidem & geniſtæ: ithaceæ: & populi: & ulmi: & ſanguinei frutices: & betulæ: & harũdo fiſſa: & harundinum folia: ut in liguria & uitis ipſa: reciſiſq; aculeis rubi alligant: & intorta corylus. Mirumq; contuſo ligno alicui: maiores ad uincula eſſe uites. Salici autem præcipua dos. Finditur enim græca rubens: candidiorq; amerina: ſed paulu fragilior. Ideoq; ſolido ligat nexu. In aſia tria genera obſeruant. Nigram utiliorẽ uiminibus. Candidam agricolarum uſibus. Tertiam quæ breuiſſima eſt helicem uocant. Apud nos quoq; multi totidem nomina imponunt. Vimineam uocãt eandem purpuream. Alteram nitelinnam a colore: quæ ſit tenuior. Tertiam gallicam: quæ tenuiſſima. Nec in fruticum nec in ueprium cauliumue neq; in hærbarum: aut alio ullo q̃ ſuo genere numerentᷣ iure ſcirpi fragiles paluſtreſq; ad tegulum tegeteſq;. E quibus detracto corticæ cãdelæ luminibus & funeribus ſeruiũt. Firmior quibuſdã in locis earũ rigor. Namq; iis uelificant nõ in pado tantum nautici: uerum & in mari piſcator africus præpoſtero more uela intra malos ſuſpendens. Et mapalia ſua mauri tegunt. Proximeq; æſtimanti hoc uideantur eſſe quod interiore mũdi parte pari ſunt papyri uſui: ſed fruticoſi generis ſunt. Inter aquaticas arbores ſunt & rubi atq; ſabuci fungoſi generis: aliter tamen q̃ ferulæ. Quippe plus ligni ac ſucci utique ſambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamq; credit paſtor ibi cæſæ ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt & alio genere ſimilitudinem roſæ: qui uocatur cynoſbatos. Tertiũ genus idæum uocant græci a loco: tenuior eſt q̃ cætera minoribuſq; ſpinis: & minus adũcis. Flos eius cõtra lippitudinem illinitur ex melle: & ignem ſacrum. Contra ſtomachi quoq; uitia bibitur ex aqua. Sambuci acinos habent nigros atq; paruos: humoris lenti inficiendo maxime capillo: qui & ipſi aqua decocti manduntur.

Vitellinã

In iſeriore Nili parte pte papyri ſunt uſu

Tenerior

De ſuccis arborum & natura materiaꝶ: & de cædendis arboribus. Cap. xxxix.

h Vmor & cortici arboꝶ eſt: qui ſanguis earum intelligi debet: non idem omnibus. Ficis lacteꝰ. Huic ad caſeos figurandos coaguli uis. Ceraſis gummoſus. Vlmis ſaliuoſus. Lentus ac pinguis malis. Vitibus ac pyris aquoſus. Viuatiora quibus lentior. Atq; in totum corpore arborum: ut reliquorum animalium: cutis: ſanguis: caro: nerui: uenæ: oſſa: medullæ. Pro cute cortex mirum in moro medicis ſuccum quærentibus fere hora diei ſecunda lapide inciſus manat altius fractus ſiccus uidetur. Proximi pleriſq; adipes. Ii uocantur a colore alburnum. Mollis ac peſſima pars ligni etiam ĩ robore facile putreſcens: teredini obnoxia. Quare ſemper amputabitur. Subeſt huic caro: cui oſſa: ideſt materiæ optimum. Alternant fructus quibus ſiccus lignum: ut olea: magiſquã quibus carnoſum: ut cera-

ſus. Nec omnibus adipes carneſue largæ: ſicuti nec aīalium accerrimis. Neutrum habent buxus: cornus: olea. Nec medullam: : minimumq; etiam ſanguinis. Sicuti oſſa non habent ſorba: carnem ſambuci: & plurimam ambæ medullam. Nec arundines maiore ex parte. In quarundam arborum carnibus pulpæ ueneq; ſunt. Diſcrimen earum facile. Venæ latiores candidioreſq;. Pulpæ fiſſilibus inſunt. Ideo fit ut aure ad caput trabis quālibet prælonge admota ictus ab altero capite uel grauis ſentiatur: penetrāte rectis meatib⁹ ſono. Vnde dephendit̃ an torta ſit materies: modiſq; conciſa. Quibuſdā ſunt tubera: ſicut ſunt in carne glandia: in iis nec uena nec pulpa: quodam callo carnis in ſe conuoluto. Hoc precioſiſſimum in citro & acere. Cætera menſarum genera fiſſis arboribus circinantur in pulpam. Alioquin fragilis eſſet uena in orbem arboris cæſa. Fagis pectines tranſuerſi in pulpa apud antiquos. Inde & uaſis honos. Manius Curius iurauit ſe ex præda nihil attigiſſe: præter guttum faginum: quo ſacrificaret. Lignum in longitudinem ita fluctuat ut quæ pars fuit ab radice ualidius ſidat. Quibuſdam pulpa ſine uenis mero ſtamine & tenui conſtat.. Hæcq; maxime fiſſilia. Alia frangi celeriora q̄ findi quibus pulpa nō eſt: ut oleæ: uites. At e contrario totum a carne corpus fico. Tota oſſea eſt ilex: cornus: robur: cytiſus: morus: hebenos: lotos: & quæ ſine medulla eſſe diximus. Cæteris nigricans color. Fulua cornus in uenabulis nitet inciſuris nodata propter decorem. Cædrus & larix & iuniperus rubent.

De teredinibus larice. Cap. xl.

Luſſon

Arix fœmina habet: quā græci uocant ægida mellei coloris. Inuentū eſt pictoꝶ tabellis imortale: nulliſq; fiſſile rimis Hoc lignū proximū medullæ eſt. In abiete leucon græci uocauere. cædrus quoq; duriſſima: quæ medullæ proxia ut in corpore oſſa deraſo mō limo. Et ſambuci interiora mire firma tradunt̃. Nāq; qui uenabula ex ea faciūt præferunt oībus. Conſtat. n. ex cute & oſſib⁹ Cædi tempeſtiuū quæ decorticent̃. Vt teretes ad tēpla cæteraq; uſus rotundi cū germinant: alias cortice inextricabili & carie ſubnaſcente ei materiaq; nigreſcēte. Tigna & quibus aufert ſecuris corticem a bruma ad fauonium: aut ſi præuenire cogamur arcturi occaſu: & ante eum fidiculæ. Nouiſſima rōne ſolſtitio. Dies ſyderum hoꝶ reddent̃ ſuo loco. Vulgo ſatis putant obſeruare: ne quæ dedolandæ arbores ſternantur ante editos ſuos fructus. Robur uere cæſum teredinem ſentit. Bruma aūt neq; uitiatur: neq; finditur alias obnoxium etiā ut torqueat ſeſe: findatq; quod ī ſubere tēpeſtiue quoq; cæſo euenit. Infinitum refert lunaris ratio. nec niſi ad uiceſima in triceſimā cædi nolunt. Inter oēs conuenit utiliſſime in coitu eius ſterni: quem diem alii interlunium: alii ſilentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæſar concremato ponte naumachiario larices ad reſtituendū cædi ex retia præfiniuit. Quidā dicunt ut in coitu & ſub terra ſit luna. Quod fieri non poteſt niſi noctu. At ſi cōpetant coitus in nouiſſimū diem brumæ: illa æterna ſit materies: proxime cum ſupradictis ſyderibus. Quidam & canis ortū addunt: & ſic cæſas materies in forū auguſtū. Nec nouellæ aūt ad materiem nec ueteres utiliſſimæ. Circūciſas quoq; ad medullā alii nō inutiliter relinquunt: ut oīs humor ſtantibus defluat. Mirum apud antiquos prīo punico bello claſſem Duilli īperatoris ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigaſſe. Contra uero Hieronem regē ducentas. xx. naues effectas diebus. xlv. tradit. L. Piſo. Secundo quoq; punico bello Scipionis claſſis xl. die a ſecuri nauigauit. Tantum tēpeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cato hominū ſummus in omni uſu de materiis hæc adiicit. Prælum e ſapino atra potiſſimum facito. Vlmeam: pineā: nuceā: hanc atq; aliā materiē omnem cum offodies: luna decreſcente eximito poſt meridiē ſine uēto auſtro. Tunc erit tempeſtiua: cū ſemen ſuum maturꝶ erit. Caueto ne per rorem trahas: aut doles. Idemq; mox. Niſi intermeſtri luna atq; dimidiata ne tangas materiem. Tunc ne offodias aut præcidas abs terra. Diebus quattuor proximis quibus luna plena fuerit optime eximitur. Omnino caueto nigram materiam ne doles: ne cædas ne ue tangas niſi ſiccam: ne ue gelidam: ne ue rorulentam. Tiberius idem & in capitolio condendo ſeruauit interlunia. M. Varro aduerſus defluuia præcepit obſeruandum idem a pleniluniis. Larici & magis abieti ſucciſis humor diu defluit. Hæ omnium arborum altiſſimæ ac rectiſſimæ. Nauium malis antēniſq; ꝑpter leuitatem præfertur abies. Cōmuni ab iis pino: quæ aut quadripartitos uenarum curſus bifidoſq; habeat uel omnino ſimplices. Fabrorum inteſtina opera medulla ſectilis optima quadripartitis materiis & mollio q̄ cæteræ. Intellectus in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra fuit enodis eſt. Hæcq; quam diximus ratione fluuiata decorticatur: atq; ita ſapinus uocat̃: ſuperior pars nodoſa duriorq; fuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opaciſq;. Spiſſiores ex apricis: & diuturnæ. Ideo romæ infernas abies ſupernati præfertur. Eſt per gentium quoq; regiones in iis differentia. Alpibus apenninoq; laudatiſſimæ. In gallia uribus ac monte uoſego: in corſica: bithynia: ponto: macedonia. Deteriores æneatica & arcadica. Peſſimæ parnaſia: & euboea: quoniam ramoſæ ibi & contortæ putreſcenteſq; facile. At cædrus in creta africa ſyria laudatiſſima. Cædri oleo peruncta materies nec tineam nec cariem ſentit. Iunipero eadem uirtus quæ cædro. Vaſta hæc in hiſpania maximeq; baccæ eis. Medulla eius ubicunq; ſolidior etiam q̄ cædrus. Publicum omnium uitium uocant ſpiras ubi ſeſe conuoluere uenæ atq; nodi. Inueniuntur in quibuſdam ſicut in marmore centra: ideſt duricia clauo

Cõmunio his

ænica

cia clauo ſimilis:inimica ferris. Et quædam forte accidũt in lapide comprehenſo aut recepto in corpus:
aut alterius arboris ramo. Megaris diu ſtetit oleaſter in foro:cui uiri fortes affixerant arma: quæ cortice
ambiente ætas longa occultauerat. Fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo cum arbor
arma peperiſſet. quod ſucciſæ accidit ocreis galeiſq; intus repertis. Ferunt lapides ita inuentos ad continẽ
dos partus eſſe remedio.

De materiis: De magnitudine arborum: & quæ cariem & ruinam non ſentiunt: & de perpetui-
tate materiarum. Cap.xli.

Mpliſſima arborum ad hoc æui exiſtimatᷣ romæ uiſa:quam propter miraculum Tiberius Cæ
a ſar in eodem ponte naumachiario expoſuerat aduectã cum reliqua materie. Durauitq; ad Ne-
ronis prĩcipis amphiteatrum. Fuit aũt trabs e larice longa pedes.cxx.bipedali craſſitudĩe æqua
lis. Quo intelligebatur uix credibilis reliqua altidudo faſtigium ad cacumẽ æſtimantibus. Fuit & memo
ria noſtra in porticibus ſeptorum a M. Agrippa relicta æque miraculi cã:quæ delibatorio ſupfuerat.xx.
pedibus breuior ſexqpedali craſſitudine. Abies admirationis præcipue in naui quæ ex ægypto Caii prin
cipis iuſſu obeliſcum in uaticano circo ſtatutum:quattuorq; trũcos lapidis eiuſdem ad ſuſtinendum eũ
adduxit. Qua naue nil admirabilius uiſum ĩ mari certũ eſt. Cxx. modii tunc lentis p ſaburra ei fuere. Lõ
gitudo ſpacium obtinuit magna ex parte oſtienſis portus latere leuo: ibi nãq; demerſa eſt a Claudio prĩ
cipe cum tribus molibus turrium altitudine in ea exædificatis obiter puteolano puluere aduectis. Quæ
arboris craſſitudo quattuor hoĩum ulnas cõplectẽtium implebat. Vulgoq; auditur. lxxx. nũmorum &
pluris malos ad eos uenundari uſus. Rates uero cõnecti.xl. ſeſtertiis pleraſq;. At ĩ ægypto ac ſyria reges
inopia abietis cædro ad claſſes feruntur uſi. Maxima ea in cypro traditᷣ ad undeciremẽ Demetrii ſucciſa.
cxxx. pedum longitudinis:craſſitudinis uero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones ſin
gulis arboribus cauatis nauigant:quarum quædam & triginta homines ferunt. Spiſſiſſima ex omni ma
terie ideo & grauiſſima iudicatur hebenus & buxus:graciles natura:neutra ĩ aquis fluitat: nec ſuber ſi de
matur cortex:nec larix. Ex reliquis ſicciſſima lotos:quæ romæ ita appellatur. Deinde robur ex alburna-
tum: & huic nigricans color:magiſq; etiam cytiſo:quæ proxime accedere hebenum uidetur. Quamq̃ nõ
deſint qui ſyriacas terebinthos nigriores affirment. Celebratur & Tericles nomine calices ex terebintho
ſolitus facere torno. Per quam probatur materies:ominum hæc ſola ungi uult:meliorq; oleo fit. Colos
mire adulteratur iuglande ac pyro ſiluestri tinctis atq; in medicamine decoctis. Omnibus quæ diximus
ſpiſſã firmitas. Ab his proxima eſt cornus:quamq non poteſt uideri materies propter exilitatem. Sed li
gnum non alio pene q̃ ad radios rotarum utiletaur ſi quid cuneandum ſit in ligno clauiſue figẽdum ceu
ferreis. Ilex item & oleaſter & olea atq; caſtanea:carpinus:populus. Hæc oĩa & criſpa aceris modo. Si ul
la materies idonea eſſet. Ramis ſæpe deputatis caſtratio illis ẽ:adimitq; uires. De cætero pleriſq; eorum.
Sed utiq; robori tanta duricia eſt:ut terebrari niſi madefactum non queat: & ne ſic quidẽ adactus auelli
clauus. E diuerſo clauum non tenet cædrus. Moliſſima tilia:eadem uidetur & calidiſſima:argumentum
afferunt q; citiſſime aſcias retundat. Calidæ morus:laurus:hædera: & oẽs quibus igniaria fiunt. Explora
torum hoc uſus in caſtris:paſtorumq; repperit: qm̃ ad excutiendum ignem non ſemper lapidis occaſio
eſt. Teritur igitur lignum ligno:ignẽq; concipit attritu:excipiente materia aridi fomitis fungi uel foliorũ
facillime conceptum. Sed nihil hædera præſtantius:quæ teratur lauro:laurumq; terat. Probatur & uitis
ſiluestris alia q̃ labruſca: & ipſa hederæ modo arborẽ ſcãdẽs. Frigidiſſima quæcũq; aquatica. Lentiſſima
aũt & iõ ſcutis faciẽdis aptiſſima quoꝝ plaga contrahit ſe ꝓtinus:clauditq; ſuũ uulnus. Et ob id contu-
macius tranſmittit ferrũ. In quo ſunt genere fici:ut ſalix:tilia:betulla: ſabucus:populus utraq;. Leuiſſi-
mæ ex his ficut & ſalix:ideoq; utiliſſimæ. Oẽs aũt etiã ad ciſtas quæcunq; flexibili crate conſtãt. Habent
& candorẽ rigorẽq; & in ſculpturis facilitatẽ. Eſt lentitia platano:ſed madida ſicut alno. Siccior eadẽ ul-
mo:fraxino:moro:ceraſo:ſed ponderoſior. Rigorẽ fortiſſime ſeruat ulmus:ob id cardinibuſ aſſamẽtiſq;
portaꝝ utiliſſima:quoniã minime torquetᷣ:permutanda tantũ ſic:ut cacumẽ ab inferiore ſit cardine:ra-
dix ſuperior. Palma ẽ mollis. Et ſuberis materies ſpiſſa: & malus:pyruſq;:necnõ acer:ſed fragiles: & quæ
cunq; criſpa. In oĩbus ſiluestris & maſcula differentia cuiuſq; generis augent. Et infœcunda firmiora ferti
libus:niſi quo in genere mares ferunt:ſicut cupreſſus: & cornus. Cariẽ uetuſtatẽq; non ſentiunt cupreſ-
ſus:cædrus:hebenus:lotos:buxus:taxus:iuniperus:oleaſter: & olea. Et ex reliqs tardiſſime larix:robur:
ſuber:caſtanea:iuglans. Rimã fiſſuramq; nõ capit ſponte cædrus:cupreſſus:olea. Buxum maxime æter
nam putant:hebenũ: & cupreſſum:cædrũq;. Claro de oĩbus materiis indicio in tẽplo epheſiæ Dianæ ut
pote tota aſia extruente:cũ quadringẽtis annis peractũ ſit. Cõuenit tectũ eius eſſe e cædrinis trabibus.
De ipſo ſimulacro deæ ambigitᷣ. Cæteri ex hebeno eſſe tradunt. Mutianus ter conſul ex iis qui ꝓxime ui
ſo eo ſcripſere:uitigineũ & nunq̃ mutatũ ſepties reſtituto tẽplo. Hanc materiã elegiſſe eandẽ. Canetiam
nomen artificis nuncupans. Quod equidẽ miror:cũ antiquiorẽ Mineruã nõ quoq; mõ Libero patri ue-
tuſtatem attribuat. Adiicit multis foraminibus nardo rigari:ut medicatur humor alat:teneatq; iunctu-

raſ:quas &ipſas eſſe modicas admodum miror. Valuas eſſe e cupreſſo:& iam quadringentis ꝓpe annis
durare materiã oẽm nouæ ſimilem. Id quoq; notandum ualuas in glutinis cõpage quadriẽnio fuiſſe. Cu
preſſus in eas electa:quoniã præter cætera uno in genere materiæ nitor maxime ualeat æternus. Nonne
ſimulacrum Iouis in arce e cupreſſo durat a condita urbe ſexcẽteſimo ſexageſimo primo anno dicatum?
Humidica Memorabile & uticæ templum Apollinis:ubi idicaꝝ cædrorum trabes durant ita ut poſitæ fuere pria
rum urbis eius origine annis mil.clxxxviii. Et in hiſpaniis aiunt templum Dianæ & zacyntho aduectę cum cõ
ditoribus anno ducenteſimo ante excidium troiæ ut auctor eſt Bocchus:infra oppidum ipſum id habe-
ri. Cui pepercit religione inductus Hãnibal:iuniperi trabibus etiam nunc durãtibus. Super omnia me-
moratur ædes in aulide eiuſdem deæ ſæculis ante troianũ bellum ex ædificata. Cuius quoniã generis ma
teriæ ſcientia oblitterata in plenũ dici nõ põt:utiq; quæ odore præcellant:ea æternitate præſtare. A prædi
ctis morus proxime laudatur:quæ uetuſtate etiam nigreſcit. Et quædam tamen in aliis diuturniora ſunt
uſibus q̃ alia. Vlmus in præflatu firma. Robur defeſſum. Et in aquis quercus obruta. Eadem ſuper ter-
ram rimoſa facit opera torquẽdo ſeſe. Larix in humore pręcipua:& alnus nigra. Robur marina aqua cor
rũpitur. Non ĩprobatur in aqua & fagus & iuglans. Hæ quidem in iis quæ defodiuntur uel principales.
Item iuniperus:eadem & ſubdialibus aptiſſima. Fagus & cerrus celeriter marceſcunt. Aeſculus quoque
humoris impatiens. Econtra adacta in terram paluſtribus alnus æterna. onerisq; quãtilibet patiens. Ce-
raſus firma. Vlmus & fraxinus lentæ:ſed facile pandũtur:flexibiles tamen ſtantes a circũciſura:ſiccatę ſi
deliores. Laricem in maritimis nauibus obnoxiam teredini tradunt. Et oĩa præterq̃ oleaſtrum & oleam.
Quædam enim in mari:quædam in terra uitiis opportuniora.

De teredinibus. Cap.xlii.

i Nfeſtantiũ quattuor genera. Teredines capite ad portionẽ grauiſſimo rodũt dentibus. Hæ tã
tum in mari ſentiuntur:nec aliã putant teredinẽ proprie dici. Terreſtres tineas uocant. Culici
bus uero ſimiles tripas. Quartum eſt & e uermiculorum genere:quorum quidem alii putre-
ſcente ſucco:ipſa materiæ alii pariuntur:ſicut in arboribus. Ex eis qui ceraſtes uocãt cũ tantũ eroſerit ut
circũagat ſe:generat aliũ. Hæc naſci prohibet in aliis amaritudo ut cupreſſo:ĩ aliis duritia ut buxo. Tra-
dunt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna aquis nõ corrũpi. Alexãdri magni
comites prodiderunt in tylo rubri maris inſula arbores eſſe:ex quibus naues fierent:quas.cc. annis durã
tes inuẽtas:& ſi mergerent̃ incorruptas. In eadem eſſe fruticem baculis tantum idoneæ craſſitudinis:ua
rium tigrium maculis:ponderoſum:& cum in ſpiſſiora decidit:uitri:modo fragilem.

De materiis architecti:& quæ materies:ad quid utilis:& quæ firmior materia intectum. Cap.xliii.

a Pud nos materiæ findunt̃ aliquæ ſponte:ob id architecti eas fimo illitas ſiccari iubent ut affla
tus nõ noceãt. Põdus ſuſtinere ualidæ abies larix ẽt in tranſuerſum poſitæ. Robur:olea incur-
uãtur ceduntq; ponderi. Illæ renitunt̃:nec temere rũpunt̃:priuſq; carie q̃ uiribus deficiunt. Et
palma arboꝝ ualida:in diuerſum enim curuat̃. At populus cõtra oĩa inferiora pandat̃. Palma ecõtrario
fornicatur. Pinus & cupreſſus aduerſus cariẽ tineaſq; firmiſſimæ. Facile pandat̃ iuglans. Fiunt.n.& ex ea
Antandro trabes:frangiq; ſe prænunciat ſtrepitu. Quod in andro accidit:cũ e balneis territi ſono profugerunt. Pi-
Tubos nus:piceæ:alni ad aquaꝝ ductus in ſtobos canãtur. Obrutæ terra plurimis durãt annis. Eædem ſi non
integãtur:cito ſeneſcunt:miro modo fortiores ſi humor extra quoq; ſuperſit. Firmiſſima in tectũ abies.
Eadẽ ualuarũ repagulis & ad quæq; libeat inteſtina opa aptiſſima ſiue græco:ſiue cãpano:ſiue ſiculo fa-
bricæ artis genere ſpectabilis:ramentoꝝ crinibus pampinato ſemper orbe ſe uoluens ad incitatos runci
narum raptus. Eadem & curribus maxime ſociabilis glutino in tantum:ut findatur ante qua ſolida eſt.

De glutinanda materia & lignis ſectilibus. Cap.xliiii.

m Agna aũt & glutinatio. ꝓptereaq; ſectilibus laminis ac in alio genere operiunt̃. Stamineam
Lacrymoſe hoc uſu ꝓbant uenã:& uocãt fertileam argumento ſimilitudinis:quoinam lacunoſe criſpa. In
oĩ genere & glutinũ abdicãt quædam:& ĩter ſe & cũ aliis inſociabili glutino ſicut robur. Sed
nec fere cohærent niſi ſimilia natura:ut ſi quis lapidẽ lignũq; coniungat. Cornum maxime audit ſorbus
carpinus:buxus:poſtea tilia. Cuicũq; operi facilia flexilia oĩa quæ lenta diximus: præterq; morus & ca-
prificus. Durabilia ac ſectilia quæ modice humida. Arida enim latius q̃ uiridia ſerris cedunt: præter ro-
bur:& buxum. quæ pertinacius reſiſtunt:ſerrarumq; dentes replent qualitate inerti. Qua de cauſa alter
na inclinatione egerunt ſcobem. Obedientiſſima quocunq; in opere fraxinus:eademq; corylo haſtis me-
lior:cornu leuior:ſorbo lentior. Gallica uero etiã ad currus flexibilis. Vitem æmularetur ulmus: ni pon
dus eſſet in culpa. Facilis & fagus:quãq̃ fragilis & tenera eadẽ ſectilibus laminis in tenui flexilis: capſiſq;
ac ſcriniis ſola utilis. Secatur in laminas ꝑtenues & ilex colore quoq; nõ ingrata:ſed maxime fida iis:quæ
teruntur:ut rotarum axibus. Ad quos lentore fraxinus utilis:ſicut duritia ilex:& utroq; legitur ulmus.
Sunt uero & parui uſus fabrilium miniſterioꝝ inſignes. Ideoq; proditũ terebris uaginas ex oleaſtro bu-
xo:ilice:ulmo:fraxino utiliſſimas fieri. Ex iiſdem maleos:maiores quoq; e pinu & ilice. Et iis autẽ maior

ad firmitatem

ad firmitatem cauſa tēpeſtiuæ cæſuræ q̃ īmaturæ. Quippe cum ex olea duriſſimo ligno cardines in fori-
bus diutius īmorati plantæ mō germinauerint. Cato uectes aquifolios: laureos: ulmeos fieri iubet. Hi-
ginus manubria ruſticis carpinea: iligna: cerrea. Quæ in laminis ſecantur: quorumq; operimento ueſtia
tur alia materies præcipua ſunt citrus: terebinthus: aceris genera: buxū: palma aquifolium: ilex: ſambuci
radix: populus. Dat & alnus (ut dictū eſt) tuber ſectile: ſicut citrus acerq;. Nec aliarum tubera in pre-
cio. Mediaq; pars arboꝝ criſpior: & quo ꝓprior radici minoribus magiſq; flexibilibus maculus. Hæc pri
ma origo luxuriæ arborem alia integi: & uiliores ligno precioſiores cortice fieri: ut una arbor ſæpius ue-
niret. Excogitatæ ſunt & ligni bratteæ. Nec ſatis. Cœpere tingi animaliū cornua: dentes ſecari: lignumq;
ebore diſtingui: mox operiri. Placuit deinde materiem & in mari quæri. Teſtudo in hoc ſecta. Nuperq;
portentoſis ingeniis principatu Neronis inuentum: ut pigmentis perderet ſe: pluriſq; ueniret imitata li-
gnum. Sic lectis precia quæruntur. Sic terebinthū uinci iubet. Sic citrum præcioſius fieri. Sic acer decipi
Modo luxuria non fuerat contēta ligno. Iam lignum emi teſtudinem facit.

De arboꝝ ætate & quæ genera arborum minime durant. Cap. xlv.

Ita arborum quarundam immenſa credi poteſt: ſi quis profunda mūdi & ſaltus inacceſſos co-
u gitat. Verum ex iis quas memoria hoīum cuſtodit durant in ueliterno Africani prioris manu Literno
ſatæ oliuæ. Item myrtus eodem loco cōſpicuæ magnitudinis. Subeſt ſpecus in quo manes eius
cuſtodire draco traditur. Romæ uero lotos in Lucinæ area anno qui fuit ſine magiſtratibus. ccclxix. ur-
bis æde cōdita. Incertū q̃tum ipſa uetuſtior. Eſſe quidem uetuſtiorem non eſt dubium: cum ab eo luco
Lucina nominetur. Hæc nūc circiter annū. cccl. habet Antiq̄or enim illa: eſt ſed īcerta eius ætas quæ ca-
pillata dicit̄: qm̄ ueſtaliū uirginū capillus ad eā defert̄. Veꝝ altera lotos ī uulcanali: quod Romulus cō
ſtituit ex uictoria de decimis æquæua urbi ītelligit̄: ut auctor eſt Maſſurius. Radices eius in forum uſq;
Cæſaris ꝑ ſtationes municipioꝝ penetrāt. Fuit cū ea cupreſſus æqualis circa ſuprema Neronis principis
ꝓlapſa atq; neglecta Vetuſtior autē urbe in uaticano ilex. in qua titulus æreis lteris hetruſcis religiōe ar
borē iam tūc dignā fuiſſe ſignat. Tiburtes quoq; originē multo ante urbem romā habēt Apud eos extāt
ilices tres etiam Tiburte cōditore eoꝝ uetuſtiores apud quas inauguratus traditur. Fuiſſe autē eum tra-
dūt filium Amphiarai qui apud thebas obierit una ætate ante iliacū bellum. Sunt auctores & delphicā
platanum Agamennonis manu ſatam. Et alteram in caphxis arcadiæ luco. Sunt hodie ex aduerſo ilien-
ſium urbis iuxta helleſpontum in Proteſilai ſepulchro arbores: quæ oībus ephebiis eius cum in tantum
accreuere: ut ilium aſpiciant inareſcunt: rurſuſq; adoleſcūt. Iuxta urbem autem quercus ī Ili tumulo tūc
ſatæ dicuntur: cū cœpit iliū uocari. Argis olea nunc etiā durare dicit̄: ad quā Io in uaccā mutatā Argus
alligauerit. In ponto circa heracleam aræ ſunt Iouis Stracii cognomine: ibiq; quercus duæ ab hercule ſa-
tæ. In eodē tractu portus amico eſt Bebrycu rege interfecto clarus. Eius tumulus a ſuperno die lauro te
gitur: quā inſanā uocant: quoniā ſi quid ex ea decerpū inferatur nauibus iurgia fiant: donec abiiciat̄. Re
gionē aulocrenen diximus per quā ab apamea in phrygiā itur. ibi platanus oſtēdit̄: ex qua pepēdit Mar
ſya uictus ab Apolline: quæ iam tum magnitudine electa eſt. Necnō palma deli ab eiuſdē dei ætate con
ſpicitur. Olympiæ oleaſter: ex quo primus Hercules coronatus eſt: & nūc cuſtoditur religioſe. Athenis
quoq; olea durare traditur in certamine edito a Minerua. E diuerſo breuiſſima uita eſt punicis: fico: ma-
lis. Ex iis præcocibus breuior q̃ ſerotinis: dulcibus q̃ acutis: & dulcior ī punicis. itē in uitibus: præcipueq; Dilutior
fertilioribus. Grecinus auctor eſt ſexagenis annis duraſſe uites. Videntur & aquaticæ celerius interire.
Seneſcunt quidem uelociter: ſed e radicibus repullulāt laurus: & mali: & punicæ. Firmiſſime ergo ad ui
uendum oleæ: ut quas durare annis. cc. inter auctores cōueniat. Et in ſuburbano tuſculani agri colle qui
corne appellat̄. Lucus antiqua religione Dianæ ſacratus a Latio: uelut arte tonſili coma fageinemoris.
In hoc arborem mori eximiā ætate noſtra, adamauit Paſſienus Criſpus bis conſul orator Agrippinæ ma
trimonio & Nerone priuigno clarior poſtea: oſculari complectiq; eam ſolitus: non modo cubare ſub ea
uinumq; illi affundere. Vicina luco eſt ilex: & ipſa nobilis. xxxv. pedum ambitu caudicis. x. arbores me-
tiens ſingulas magnitudinis uiſendæ: ſiluamq; ſola facit. Hedera necari arbores certum eſt. Simile qui-
dam & in uiſco: tametſi tardiorem earum iniuriam arbitrantur. Namque & hoc præter fructus agnoſci-
tur non in nouiſſimis mirabile. Quædam enim in terra gigni non poſſunt: & ī arboribus naſcūtur. Nāq;
cum ſuam ſedem non habeant: in aliena uiuunt: ſicut uiſcum. Eſt & in ſyria hærba: quæ uocatur Caſſy-
tas: non tantum arboribus: ſed ipſis etiam ſpinis circumuoluens ſeſe. Item circa tempe theſſalica quæ po
lypodion uocatur: & quæ dolichos: ac ſerpullum. Oleaſtro quoque deputato quod gignitur uocant Notat̄ & ī
phaunos. Quod uero in hiſpiria fullonia hippophacton calliculis manibus: foliis paruis: radice al- ſpina fullo
ba: cuius ſuccus ad detractiones in comitiali morbo utiliſſimus habetur. Viſci tria genera. Namque eſt nia hippo
in abiete & larice. Stelin dicit Euboea. Hyphear Arcadia. Viſcum autem in quercu: robore: ilice: pru- phæſto:
no ſilueſtri: terebintho: nec aliis arboribus adnaſci. Plerique copioſiſſimum in quercu: quod Dryos
hyphear uocant, In omni arbore excepta ilice & quercu differentiam facit odor utriuſque: & folium non

iucundi odoris. In utroq; uiſcum amarum & lentum. Hyphear ad ſaginãda pecora utilius. Vitia modo
purgat primo: dein ea pinguefacit: quæ ſuffecere purgationi. Quibus ſi aliqua tabes intus negant dura-
re ea. Edendi ratio ætatis quadragenis diebus. Adiiciunt diſcrimen in iis quæ folia imitant: & ipſi decide
re. Contra inhærere nato in æterna fronde. Omnino autem ſatum nullo modo naſcitur: nec niſi per aluũ
auium redditum: maxime palumbis & turdis. Hæc eſt natura ut niſi maturatum in uentre auium non
proueniat. Altitudo eius non excedit cubitalem ſemper fructicoſi ac uiridis. Mas fertilis. Fœmina ſterilis.
Aliquando non fert. Viſcum fit ex acinis qui colliguntur meſſium tpe ĩmaturi. Nã ſi acceſſere hymbres
amplitudine quidem augentur: uiſco uero marceſcunt. Siccantur deinde: & aridi tunduntur: ac conditi ĩ
aqua putreſcunt duodenis fere diebus. Vnumq; ex hoc rerum putreſcendo gratiam inuenit. Inde in pro-
fluẽte rurſus malleo tuſis amiſſis corticibus ĩteriore carne lenteſcũt. Hoc eſt uiſcum pennis auiũ tactu li
gandis. Iuglandis oleo ſubactum cum libeat inſidias moliri. Non eſt omittenda in ea re & galliarum ad
miratio. Nihil habent druides (ita ſuos appellãt magos) uiſco & arbore in qua gignatur (ſi modo ſit ro
bur) ſacratius. Iam per ſe roborum eligunt lucos: nec ulla ſacra ſine ea fronde conficiunt: ut inde appella
ri quoq; interpretatione græca poſſint druides uideri. Enimuero quicquid adnaſcatur illis e cælo miſſum
putant: ſignumq; eſſe electæ ab ipſo deo arboris. Eſt autem id rarum admodum inuentu: & repertum
magna religione petitur. Et ante omnia ſexta luna: quæ principia menſium annorumq; iis facit & ſæculi
poſt triceſimum annum: quia iam uirium abunde habeat: nec ſit ſui dimidia. Omnia ſanantem appellã
tes ſuo uocabulo. Sacrificio epuliſq; rite ſub arbore præparatis duos admouent candidi coloris tauros:
quorum cornua tunc primum uinciantur. Sacerdos candida ueſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea
demetit. Candido id excipitur ſago. Tum demum uictimas ĩmolant precantes ut ſuum donum deus ꝓ
ſperum faciat iis quibus dederit. Fœcunditatem eo poto dari cuicunq; animali ſterili arbitrantur. Con-
traq; uenena oĩa eſſe remedio. Tanta gentium in rebus friuolis plerunq; religio eſt.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVII.
## PROOEMIVM.

### Arborum pretia Mirabilia. Cap. i.

Atura arborum terra mariq; ſponte ſua prouenientium dicta eſt. Reſtat earũ quæ
arte & humanis ingeniis fiunt: uerius q̃ naſcuntur. Sed prius mirari ſuccurrit: quæ
n abſtulimus penuria pro indiuiſo poſſeſſa a feris: depugnante cum iis hoĩe circa ca
ducos fructus. Circa pendentes uero & cũ alitibus: in tanta deliciarũ precia ueniſſe
clariſſimo (ut equidem arbitror) exemplo. L. Craſſii atq; Cn. Domitii aenobarbi.
Craſſus orator fuit in primis noĩs romani. Domus ei magnifica: ſed aliquãto præ-
ſtantior in eodẽ palatio. Q. Catuli qui cimbros cum. C. Mario fudit. Multum uero pulcherrima cõſen-
ſu omnium ætate ea in colle uiminali. C. Aquilii equitis romani clarioris etiam tum q̃ iuris ciuilis ſcien-
tia: cum tamen obiecta Craſſo ſua eſt. Nobiliſſimarum gentium ambo Craſſus atq; Domitius cenſurã
poſt conſulatum ſimul geſſere: anno conditæ urbis ſexcenteſimo ſexageſimoſecundo frequentem iurgiis
propter diſſimilitudinem morum. Tunc Cn. Domitius ut erat uehemens natura: præterea accẽſus odio
quod ex æmulatione auidiſſimum eſt: grauiter increpuit tanti cenſorem habitare: pro domo eius milia
nummorum identidem promittens. Et Craſſus ut præſens ingenio ſemper & faceto lepore ſolers conce-
dere ſe reſpondit: exceptis ſex arboribus. Ac ne uno quidem denario: ſi adimerentur: emptã uolente Do-
mitio. Craſſus utrũ ne igiť ego ſum inqͭt quæſo Domiti exẽplo graui & ab ipſa mea cenſura notandus: q
in domo quæ mihi hæreditate obuenit comiter habitẽ: an tu qui ſex arbores æſtimes? Eæ fuere loti patu-
la ramorũ opacitate laſciuæ. Cecina largo e ꝓceribus crebro in iuuenta noſtra eas in domo ſua oſtentã-
te. Durauerũtq; quoniã & de longiſſimo æuo arborũ diximus (ad Neronis principis incẽdia: quibus cre-
mauit urbẽ: annis. clxxx. Poſtea cultu uirides iuueneſq;: ni princeps ille acceleraſſet etiã arborũ mortẽ. Ac
ne quis uilem de cætero Craſſi domũ: nihilq; in ea iurgante Domitio fuiſſe dicendũ præter arbores iudi-
cet. iam colũnas quattuor hymetii marmoris ædilitatis gratia ad ſcenã ornandã aduectas ĩ atrio eius do
mus ſtatuerat: cũ in publico nondũ eſſent ullæ marmoreæ. Tam recens eſt opulentia tãtoq; tũc plus ho
noris arbores domibus afferebant: ut ſine illis ne inimicitiarũ quidẽ preciũ ſeruauerit Domitius. fuere ab
iis & cognomina antiquis. Fronditio militi illi qui præclara facinora uulturnũ tranſnatans fronde capiti
ĩpoſita aduerſus Hãnibalem edidit. Stolonũ Liciniæ gẽti ita enim appellať in ipſis arboribus fruticatio
inutilis: unde & pãpinatio inuẽta primo. Stoloni dedit nomen Fuit & arborum cura legibus priſcis: cau
tũq; eſt. xii. tabulis ut qui iniuria cecidiſſet alienas lueret in ſingulas ſiclos æris. xxv. Quid exiſtimamus?
futuras ne eas credidiſſe ad ſupradictam æſtimationem illos qui frugiferas tanti taxauerant? Nec minus
miraculum in pomo eſt multarum circa ſuburbana fructu annuo addicto binis milibus nummum ma-
iore ſingularũ

iore ſingularum reditu: q̃ erat apud ãtiquos prædiorum. Ob hoc ĩſita & arborum quoq; adulteria exco
gitata ſunt: ut nec poma pauperibus naſcerentur. Nunc ergo dicemus quo maxime modo tãtum ex iis
uectigal contingat: ueram colendi rationẽ abſolutãq; prodituri. Et ideo non uulgata tractabimus: nec
quæ conſtare aĩaduertimus: ſed incerta atq; dubia: in quibus maxime fallitur uita. Nam diligentiam in
ſuperuacuis affectare non noſtrum eſt. Ante omnia autem in uniuerſum & quæ ad cuncta arborum ge-
nera pertinent in cõmune de cælo terraq; dicemus.

De natura cæli ad arbores: & quã partem cæli ſpectare debeant. Cap. ii.

Quilone maxime gaudent: denſiores ab afflatu eius lætioreſq; & materiæ firmioris. Qua in re
a pleriq; falluntᷣ: cum in uineis pedamenta non ſint a uento eo opponenda: & id tantum a ſeptẽ
trione ſeruandum. Quinimo tempeſtiua frigora plurimum arborum firmitati conferunt: & ſic
optime germinant. Alioquin ſi blandiantur auſtri defatiſcentes: ac magis etiam in florem. Nam ſi cũ de
floruere: protinus ſequantur hymbres: ĩ totum poma depeunt. Adeo ut amygdala & pyri etiam ſi oĩo
nubilium fiat auſtrinuſue flatus amittant fœtus. Circa uergilias quidẽ pluere: inimiciſſimũ uiti & oleæ
quoniam tunc coitus eſt earꝫ. Hoc eſt illud quatriduũ oleis decretorium. Hic articulus auſtrinus nubili
ſpurci quod diximus. Fruges quoq; peius matureſcũt auſtrinis diebus: ſed celerius. Illa ſunt noxia frigo
ra: quæ ſeptentrionibus aut præpoſteris fiunt horis. Hyemem quidem aquiloniam eſſe: omnibus ſatis
utiliſſimum. Hymbres uero tunc expetendi euidens cã eſt: quoniam arbores fœtu exinanitas: & foliorꝫ
quoq; amiſſione languidas naturale eſt auide eſurire. Cibus autem earum hymber. Quare tepidam eſſe
hyemẽ ut abſumpto partu arborꝫ ſequatᷣ protinus cõceptus: ideſt germinatio: ac deĩde alia floreſcẽdi exi
nanitio: inutiliſſimũ experimẽtis creditᷣ. Quinimo ſi plures ita continẽtur anni: etiã ipſæ moriũtur arbo
res. quoniã nemini dubia pœna eſt in fame laborantiũ. Ergo qui dixit hyemes ſerenas optandas nõ ꝑ ar-
boribus uota fecit. Nec per ſolſtitia hymbres uitibus cõducunt. Hyberno quidẽ puluere fieri meſſes læ-
tiores luxuriãtis ingenii fertilitate dictũ eſt. Alioquin uota arborꝫ coĩa ſunt frugũq;: niues diutinas ſede-
re. Cauſa nõ ſolum quia aĩam terræ euaneſcentẽ exhalationẽ includũt: & cõprimũt: retroq; agunt in uires
frugũ atq; radices: uerũ q, & liquorẽ ſenſim præbent: purum præterea leuiſſimũq; quando nix aquarum
cæleſtiũ ſpuma eſt. Ergo humor ex iis nõ uniuerſus ingurgitans diluenſq;: ſed qũo ſitur diſtillãs uelut ex
ubere alit oĩa quæ non inundat. Tellus quoq; illo modo fermenteſcit: & ſucci plena: ac lacteſcentibus ſa-
tis nõ effœta cũ tp̃s aperit: tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pingueſcunt: præterq̃ ubi calidus
ſemp aer eſt: ut in ægypto. Continuatio. n. & ipſa conſuetudo idẽ quod modus alibi efficit. Plurimũq;
prodeſt ubicunq; non eſſe quod noceat. In maiore parte orbis cũ præcoces excurrere germinationes euo
catæ indulgentia cæli ſecutis frigoribus exuruntᷣ. Qua de cã ſerotinæ hyemes noxiæ ſiluestribus quoq;:
quæ magis etiam dolent urgente umbra ſua: nec adiuuãte medicina. quoniã ueſtire teneras intorto ſtra-
mento in ſilueſtribus non eſt. Ergo tẽpeſtiuæ aquis hybernis primũ: hymbribus deinde: germinatiõem
antecedentibus. Tertiũ tẽpus eſt cum educant poma: nec protinus: ſed iam ualido fœtu. Quæ fructus
ſuos diutius continent: longioreſq; deſiderãt cibos: iis & ſerotinæ aquæ utiles: ut uiti: oleæ: punicis. hæ iã
pluuiæ generis cuiuſcũq; arboribus diuerſo modo deſiderantur: aliis alio tp̃e maturãtibus. Quapropter
iiſdem hymbribus quædã lædi uideas: alia iuuari. Et in eodẽ genere ſicut in pyris. Alio die hyberna quæ
runt pluuias: alio uero præcocia. Vt pariter quidem omnia deſiderẽt. Hybernũ tp̃s eſt ante germinatio-
nem quæ aquilonẽ auſtro utiliorẽ facit. Ratio eadẽ mediterranea maritimis præfert (ſunt enim plerunq;
frigidiora) & montoſa planis: & nocturnos hymbres diurnis. Magis fruuntᷣ aquis ſata: nõ ſtatim auferẽ
te eas ſole. Cõnexa & ſitus uineaꝫ arbuſtorũq; ratio eſt: quas in horas debeant ſpectare. Virgilius ad oc
caſus ſeri dãnauit. Aliqui ſic maluere q̃ in exortu. A pluribus meridiẽ probari aduerto. Nec arbitror per
petuũ quicq̃ in hoc præcipi poſſe. Ad ſoli naturã: ad loci ingeniũ: ad cæli cuiuſq; mores dirigenda ſoller-
tia eſt. In africa meridiẽ uineas ſpectare & ſi uiti inutile colono ſalubre eſt: quoniã ipſa meridianæ ſubia-
cet plagæ. quapropter ibi in occaſum aut ſeptẽtriones conſeret optime miſcebit ſolũ cælo: cum Virgilius
occaſus ĩprobet. Nec de ſeptẽtrione relinqui dubitatio uidetur. Atqui in ciſalpina italia magna ex parte
uineis ita poſitis cõpertum eſt nullas eſſe fertiliores. Multũ rationis obtinent uenti. In narbonenſi ꝓuin
tia atq; liguria & parte hetruriæ contra circium ſerere imperitia exiſtimatᷣ. Eundẽq; obliquũ accipere ꝓ-
uidentia. Is enim ibi æſtatem temperat: ſed tanta plerunq; uiolentia ut auferat tecta.

De ſocietate cæli & terræ ad arbores. Cap. iii.

Vidam cælum terræ parere cogunt: ut quæ in ſiccis ſerantᷣ orientem ac ſeptẽtriones ſpectent.
q Quæ in humidis meridiẽ. Necnon ex ipſis uitibus cauſas mutuãtur. In frigidis præcoces ſerẽ
do: ut maturitas ãtecedat algorem. quæ poma uiteſq; rores oderint cõtra ortus: ut ſtatim au-
ferat ſol. Quæ ament ad occaſus: uel etiã ad ſeptẽtriones ut diutius eo fruantur. Cæteri uero fere rationẽ
naturæ ſecuti in aquilonem obſeruare uites & arbores poni ſuaſere. Odoratiorem etiam fieri talem fru-
ctum Democritus putat.

## De qualitate regionum. Cap.iiii.

Quilonis ſitum uentorũq; reliquoꝝ diximus ſecũdo uolumine. Dicemuſq; ꝓximo plura cæle
a ſtia. Interim manifeſtum uidetᷣ ſalubritatis argumentũ: quoniã in meridiẽ etiã ſpectantiũ ſem
per ante decidunt folia. Similis & in maritimis cã. Quibuſdã locis afflatus maris noxii: in plu-
rimis iidem utiles. Quibuſdã ſatis e longinquo aſpicere maria iucundũ. Propius admouere ſalis halitũ
inutile. Similis & fluminũ ſtagnorũq; ratio. Nebulis adurunt: aut æſtuantia refrigerant opacitate: atq;
etiã rigore gaudent: quæ diximus. Quare experimentis optime creditᷣ. A cælo proximũ eſt terræ dixiſſe
rationẽ haud faciliore tractatu. Quippe non eadẽ arboribus cõuenit & frugibus: plerunq; nec pulla qua
lem habet campania: ubiq; optima uitibus. Aut quæ tenues exhalat nebulas. Nec rubrica multis lauda-
ta. Cretam in albenſium pompeianorũq; agro & argillam cunctis ad uineam generibus anteponunt: q̃q̃
præpingues quod excipitur in eo genere inuicem ſabulũ album. In ticinenſi multiſq; in locis nigrũ. Iteq;
rubrum etiam pingui terræ permixtum infœcundum eſt. Argumenta quoq; iudicantium ſæpe fallunt.
Non utiq; ſolum lætum eſt: in quo proceræ arbores nitent: præterq̃ illis arboribus. Quid enim abiete ꝓ
cerius? At quæ uixiſſe poſſit alia in loco eodẽ? Nec luxurioſa pabula pinguis ſoli ſemper indicium habẽt
Nam quid laudatius germaniæ pabulis? & tamen ſtatim ſubeſt harena tenuiſſimo ceſpitum corio. Nec
ſemper aquoſa eſt terra: cui proceritas hærbarum. Non hercule magis q̃ pinguis adhærẽs digitis. Quod
in argillis arguitur: Scrobes quidem regeſta in eos nulla complet: ut denſa atq; rara ad hunc modum de
prehendendi poſſit: ferroq; omnis rubiginem obducit. Nec grauis aut leuior iuſto deprehẽditur ponde
re. Quod enim terræ pondus iuſtum intelligi poteſt. Nec fluminibus aggeſta ſemper laudabilis quan-
do feneſcant ſata quædam aqua. Sed neq; illa quæ laudatur diu præterq̃ ſalici utilis ſentitur. Inter argu-
menta ſtipulæ craſſitudo eſt tanta alioquin in leborino campaniæ nobili campo: ut ligni uice utantᷣ. Sed
idem ſolum ubicũq; arduum opere: difficile cultu: bonis ſuis acrius paſcit q̃ uitiis: Affligit agricolam Et
carbunculus terra quæ ita uocatur. Emendari uitem hac terra putatur. Nam tofus ſcaber natura friabi-
lis expetitur quoq; ab auctoribus. Virgilius & quæ filicem ferat nõ improbat uitibus. Salſæq; terræ mul
ta melius creduntur: tutiora uitiis innaſcentium animalium. Nec colles opere nudantur: ſi quiſ perite fo
diat. Nec campi omnes minus ſoles atq; perflatus q̃ opus ſit accipiũt. Et quaſdam pruinis ac nebulis pa
ſci diximus uites: Omnium rerum ſunt quædam in alto ſecreta: & ſuo cuiquam corde præuidẽda. Quid
q; mutatur ſæpe iudicata quoq; ac diu comprehenſa? In theſſalia circa lariſſam emiſſo lacu frigidior fa-
cta ea regio eſt. Oleæ defierunt quæ prius fuerant. Item uites aduri: quod non antea thracia ſenſit amo-
to hebro. Et circa philippos cultura ſiccata regio mutauit cæli habitum. At in ſyracuſano agro aduena
cultor elapidato luto ſole prodidit fruges: donec regeſſit lapides. In ſyria leuem tenui ſulco imprimunt
uomerem: quia ſubeſt ſaxum exurens æſtate ſemina. Iam in quibuſdam locis ſimiles æſtus immodici: &
frigorum effectus. Eſt fertilis thracia frugum rigore: & æſtibus africa & ægyptus. In chalchia rhodiorũ
inſula locus quidam eſt in tantum fœcundus: ut ſuo tempore ſatum demetant hordeum: ſublatũq; pro
tinus ſerant: & cum aliis frugibus metant. Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in uenafrano: pinguiſſi-
mum in betica. Pucina uina in ſaxo coquuntur. Cecubæ uites in pontinis paludib9 madent. Tãta eſt ar-
gumentorum & ſoli uarietas ac differentia. Cæſar Vopiſcus cum cauſam apud cenſores ageret campos
roſciæ dixit italiæ ſumen eſſe: in quibus perticas pridie relictas gramen operiret. Sed non niſi ad pabulũ
probãtur. Non tamen indociles natura non eſſe uoluit: & uita confeſſa fecit etiam ubi bona certa non fe-
cerat. Quamobrem prius dicamus crimina.

## Genera terrarum. Cap.v.

Erram amaram ſiue macram ſi quis probare uelit. Demonſtrant eam atre degenereſq; hær-
t bæ. Frigidam ãt retorride nata. Item uliginoſam triſtia. Rubricã oculi. Argilloſam quæ ope-
ri difficillima: quæq; raſtros ac uomeres ingentibus glebis oneret: q̃q̃ aliquãdo nõ: quod opi
hoc & fructui ſit aduerſum. Itẽ econtrario cineraceã & ſabulum albũ. Nam ſterilis denſa callo facile de-
prehenditᷣ uel uno ictu cuſpidis. Cato breuiter atq; ex ſuo more uitia determinat. Terrã carioſam caue:
ne uc plauſtro neue pecore ĩpellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tãtopere reformidari: ut pene
ſ Vlco latitudo palæ eſt. Scrobibus ternoꝝ pedũ in quãcunq; partẽ. Altitudo in quocũq; gene
re tripedalis: ideo nec uitis minor transferri debet. Extatura etiãnum duabus gẽmis. Emoliri
terrã minutis in ſcrobe ima ſulcis fimoq; miſceri neceſſariũ. Cliuoſa altiores poſcunt ſcrobes.
Præterea puluinatis a deuexitate labris. Quæ ex iis longiores fient: ut uites binas accipiãt. E diuerſo aliæ
locabuntur. Eſſe uitis radicem in media ſcrobe oportet. Sed ipſam innixam ſolido in orientem æquino-
ctialem ſpectare. Adminicula prima e calamo accipere. Vineas limitari decumano. xviii. pedum latitu-
dinis ad cõtrarios uehiculorum tranſitus: aliiſq; cõuerſis limitibus: Denũ pedũ diſtingui ꝑ media iuge-
ra. Aut ſi maior modus ſit: totidẽ pedũ cardine quot decumano limitari. Semp uero quintanis ſemitari
hoc eſt in quinto quoq; palo ſingulæ iugo pagine includant̃. Solo ſpiſſo nõ niſi repaſtinato: nec niſi uiui
radicẽ ſeri. Tenero & ſoluto uel malleolum ſulco uel ſcrobe. In colles ſulcos agere tranſuerſos melius q̃
paſtinare ut defluuia palis eoꝝ contineantur. Aquoſo cælo uel ſicco ſolo malleolos ſerere autumno: niſi
ſi tractus ratio mutauerit. Siccus enim & calidus autũno poſcit ſeri. humidus frigiduſq; etiã ueris exitu.
In arido ſolo uiuiradix quoq; fruſtra ſeritur. Male & in ſiccis malleolus: niſi poſt hymbrẽ. Aut in riguis



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 260 sur 536

uel frondens uitis.& uſq; ad ſolſtitium recte:uſq; ad uer ut in hiſpania.Quieſcere uento ſationis die uti-
liſſimũ.Pleriq; auſtros optãt:Cato abdicat.Intereſſe medio tẽperamento iter binas uites oportet pedes
quinos.Minimũ aũt lato ſolo pedes quaternos.Tenui plurimũ octonos. Vmbri & marſi ad uicenos i
Porculeta termittunt arationis gratia in iis:quæ uocãt ꝓculeta.Pluuio & caliginoſo tractu rariores poni:ſicco dẽ-
ſiores congruit. Subtilitas parſimoniæ cõpendia inuenit.Cum uinea in paſtinato ſeratur:obiter ſemina-
tium faciendi ut uiuiradix loco ſuo & malleolus qui transferatur inter uites ordine ſeratur.Quæ ratio in
iugero circiter.xvi.Milia uiuiradices donat.intra biennium aũt fructus quo tardius in ſato prouenit q̃ in
tranſlato.Viuiradix poſita in uinea poſt annum reſecat̃ uſq; ad terrã:ut unus tm̃ emineat oculus ammi-
niculo iuxta affixo & fimo addito.Simili modo & ſecundo anno recidit̃:uireſq; cõcipit:& intra ſe paſcit
ſuffecturas oneri:alias feſtinatione pariendi gracileſcat:ac emucidari cohibeatur caſtigatione talii in fœ
tum exeat tota.Nihil auidus naſcitur:ac niſi ad pariendũ uires ſeruentur:tota fit fœtus.Pedamenta opti
Laburno ma quæ diximus:aut ridicæ:robur:oleaq;:aut ſi non ſint:pali iunipero:cupreſſo:alburno:ſambuco.Re
liquorum generum ſudes omnibus annis reciduntur.Saluberrima in iugo harundo cõnexa faſciculis du
rat quinis annis.Cum breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo:ex hoc arcus fune
ta dicũtur.Tertius uineæ annus palmitem uelocem robuſtumq; emittit in quem faciat ætas uitem.Hic
in iugum inſilit.Quidam tunc excæcant eum ſupina falce auferendo oculos:ut noxia iniuria lõgius euo
cent.Vtilior enim conſuetudo pariendi:ſatiuſq; pampinos adiudicatæ detergere uſq; quo placeat robora
ri eam.Sunt qui uetant tangi proximo anno:quo tranſlata ſit:neq; ante.Ix.menſem falce curari.Tunc ãt
ad tres gemmas recidi.Alii proximo quidem anno recidunt.Sunt ut ternos quaternoſu ſingulis annis
adiiciunt articulos.quarto demum perducant ad iugum.Ideo utriuſq; fructum tardum.Præterea retor
tidum & nodoſum puluinoſumq; reddit incremento.optimum autem matrem eſſe firmam:poſtea fœ-
tum audacem.Nec tutum eſt quod cicatricoſum:magno imperitiæ errore.Quicquid eſt tale plagis na-
ſcitur nõ e matre.Totas enim habet illas uires dum roboratur:& annuos accipit tota fœtus:cum ꝑmiſ-
ſum fuerit naſci.Nil natura portiõibus parit.Quæ cum excreuerit ſatis firma protinus in iugo collocari
Res ipſa debebit.Sin etiãnum infirmior erit:ſub ipſo iugo hoſpitari reciſa:uiribus nõ ætate decernit̃.Temerariũ
eſt ante craſſitudinẽ pollicarẽ uiti impare.Sequẽti anno palmites ſalutent̃ pro uirib9matris ſinguli aut
gemini.Iidem & ſecũdo ſi cogit ĩfirmitas nutriant̃.Tertioq; demũ anno duo adiiciãtur. Nec ſũt plures
quaternis unq̃ permittendi.Breuiterq; nõ indulgendum eſt:& ſemp inhibẽda fœcunditas. in ea eſt enim
natura:ut parere malit q̃ uiuere.Quicquid materiæ adimitur fructui accedit. Illa ſemina mauult q̃ fru-
ctum gigni:quoniã fructus caduca res eſt.Sic pernicioſe luxuriat:nec ampliat ſe ſed egerit. Dabit conſi
lium & ſoli natura.In macro etiã ſi uires habebit.reciſa intra iugum moretur:ne oĩs fœtura ſub eo exeat.
Minimum id eſſe debebit interuallum:ut attingat iugum:ſuperetq; nõ teneat:adeo nõ recũbat in eo:nec
delicate ſe ſpargat.Ita temperet̃ hic modus:ut creſcere etiam malit q̃ parere.Palmes duas tres ue gẽmas
ſub iugo habere debet ex materiis quibus materia naſcat̃.Tunc per iugum mergi alligariq; ut ſuſtineat̃
iugo nõ pendeat.Vinculo mox aſtrictus a tertia gẽma alligari:quoniã & ſic coercet̃ impetus materiæ.
Denſioreſq; citra pãpini exultant:cacumen religari uetãt.Natura hæc eſt deiecta pars aut præligata fru
ctum dat plurimũq; ipſa curuatura.Quod citra eſt materiẽ mittit:offenſante crẽdo ſpiritu & illa quam
diximus medulla.Quæ ita emicuerit materia fructum dabit anno ſequente.Sic duo genera palmitum.
Quod e duro exit materiãq; in proximũ annum promittit:pãpinarium uocatur.Aut ubi ſupra cicatri-
cem eſt:fructuariũ.Alterꝝ ex adminiculo palmite ſemperq; fructuarium relinquitur ſub iugo.Et qui uo
catur cuſtos.Hic eſt nouellus palmes non longior tribus gemmis:ꝓxĩo anno materiã daturus:ſi uitis
luxuria ſe conſumpſerit.Et alius iuxta eũ uerucæ magnitudine qui furunculus appellat̃.Si forte cuſtos
fallat.Vitis anteq̃ ſeptimũ annũ cõpleat a ſurculo euocata ad fructum eiuueneſcit:ac morit̃.Nec uete-
rẽ placet palmitẽ in longũ & ad quartũ uſq; pedamentũ emitti:quod alii dracones:alii funiculos:ut faci
ant quæ maſculeta appellant.Cũ indurit uitis:peſſimum in uinea traducere.Quinto anno & ipſi palmi
tes intorquentur:ſingulæq; e ſingulis materiæ emittantur:ac deinde e proximis prioreſq; amputantur.
Semper cuſtodem relinqui melius.Sed is proximus uiti eſſe debet:nec longior q̃ dictum eſt.Et ſi luxu
riauerint:palmites ĩtorqueri ut quatuor materias uel duas ſi uniiuga erit uinea emittat.Si per ſe uitis or
dinabitur ſine pedamento:qualecunq; tamen initio adminiculum deſiderabit:dum ſtare condiſcat:& re
cta ſurgere.Cætera primordia eadẽ.Diuidi autem putatione pollicis inæquali examine undiq; ne pregra
uet fructus parte aliqua:obiter idem deprimẽs prohibebit in excelſum emicare.Huic uineæ trium pedũ
altitudo excelſior nutat:cæteris a quinto:dum excedat hoĩs longitudinẽ iuſtam. Iis quoq; quæ ſpargun
tur in terra breuis ad innitendum caueas circundãt:ſcrobibus per ambitum actis:ne uagi palmites iter
ſe pugnent occurſantes.Maiorq; pars terrarum ita ſupinam in tellure uindemiam metit.Siquidem & in
africa & in ægypto ſyriaq; ac tota aſia & multis locis europæ hic mos præualet. Ibi ergo iuxta terram
cõprimi debet uitis.Eodem modo & tempore nutrita radice:quo iniugata uinea:ut ſemper tantũ polli-
res relinquantur

ces relinquantur fertili ſolo cum tribus gēmis:graciliore quis.Præſtatq; multos eſſe ꝗ lōgos. Quę de na
tura ſoli diximus tanto potentiora ſentient̄: quanto proprior fuerit uua terræ. Genera ſepari ac ſingulis
conſeri tractibus utiliſſimum.Mixtura enim generum etiam in uino non modo in muſto diſcors.Aut ſi
miſceantur non alia ꝗ pariter matureſcentia iungi neceſſarium.Iuga altiora quo lætior ager & quo plani
or.Item roſcido nebuloſo minuſq; uentoſo conueniunt.Contra humiliora gracili:& arido: æſtuoſo:uen
tiſq; expoſito Iuga ad pedamentum ꝗ arctiſſimo nodo uinciri oportet:uitem leui contineri. Quæ gene
ra uitium & in quali ſolo cæloq; eſſent coſerenda:cū enumeraremus naturas eaꝝ & uinoꝝ: notauimus.
De reliquo cultu uehementer ambigitur.Pleriq; æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubent uineam.
Alii uetant gēmantem:decuti enim oculos tactuq; intrantiū deteri.Et ob in arcendū procul omne qdē
pecus:ſed maxime lanatū:quoniam facillime auferat gēmas.Inimicos & pubeſcente uua raſtros.Satiſq;
eſſe uineā ter anno cōfodi:ab æquinoctio uerno ad uergiliarum exortū.& canis exortū:& nigreſcēte aci-
no.Quidā ita determinant.Veterē ſemel a uidemia ante brumā cū alii ablaqueare & ſtercorare ſatis pu
tent.Iteꝝ ab idibus aprilis:anteꝗ cōcipiat:hoc eſt in.vi.idus maii.Deinde prius ꝗ florere incipiat:& cum
defloruerit:& uariante ſe uua.Peritiores affirmant ſi iuſto ſæpius fodiatur: i tantum tenereſcere acinos:
ut rumpantur.Quæ fodiuntur:ante feruentes horas diei fodiendas conuenit.Sicuti lutū neq; arare neq;
fodere.Foſſione puluerem excitatum cōtra ſoles nebulaſq; ꝓdeſſe. Pampinatio uerna in confeſſo eſt ab
idibus maiis intra dies.x.uitq; anteꝗ florere incipiat:& eā infra iugum debere fieri.De ſequente uariāt ſē-
tentiæ.Cum defloruerit aliqui pāpinandum putant.Alii ſub ipſa maturitate.Sed de his Catonis præce-
pta decernent.Nāq; & putationum tradenda rō eſt.Protinus hāc a uindemia ubi cæli tepor īdulget ado
riuntur.Sed hoc fieri nunꝗ debet rōne naturæ ante aquilæ exorum:ut in ſyderum cauſis docebimus pro
ximo uolumine.Immo uero fauonio:quoniam anceps culpa ſit præproperæ feſtinationis. Si ſaucias re-
cēti medicina mordeat quædā hyemis ruminatio certum eſt gēmas earum frigore hebetari: plagaſq; fin
di.Et cæli uitio exuri oculos lachryma diſtillante.Nam gelu fragiles fieri quis neſciat?Oparum iſta cō-
putatio eſt.In latifundis nō legittima naturæ feſtinatio quo maturius putātur aptis diebus:eo plus ma
teriæ fundunt:quo ſerius eo fructum uberiorem.Quare macras prius cōuenit putare:ualidas nouiſſime
Plagam oēm obliquam fieri:ut facile decidāt hymbres:& ad terram uerti ꝗ leuiſſima circatrice:acie: fal
ce:exacta plagaq; cōuelata.Recidi aūt ſemper inter duas gēmas:ne ſit uulnus oculis in reciſa parte.Ni-
gram eē eam exiſtimant:& donec ad ſinceram ueniatur recidendam:quoniam e uitioſa materie utilis nō
exeat.Si macra uitis idoneos palmites non habeat:ad terram recidi eam:nouoſq; elici utiliſſimū. In pā-
pinatione non hos detrahere pāpinos qui cū uua ſint.Id enim uuas ſupplantat:præterꝗ ī nouella.uinea.
Inutiles iudicantur in latere nati non ab oculo.Quippe etiam uua quæ naſcat̄ e duro rigeſcēte ut niſi fer
ro detrahi non poſſit.Pedamentum quidā īter duas uites utilius putant ſtatui:& facilius ablaqueantur
ita:meliuſq; eſt uniiugæ uineæ:ſi tamē & ipſi iugo ſint uires:nec flatui infeſta regio.In quadriptica ꝗ pro
ximum oneri adminiculū eſſe debet:ne tamē īpedimentū ſentiat ablaqueatio cubito abeſſe nō amplius.
Ablaqueari aūt priuſꝗ putari iubent.Cato de omni cultura uitium ita præcipit. Quā altiſſimā uineā fa
cito:alligatoq; recte dum ne nimium cōſtrigas:hocq; modo eā curato.Capita uitiū putata circumfodi-
to.Arare incipito.Vltra citraq; ſulcos perpetuos ducito.Vites teneras ꝗ primum ꝓpagato. Veteres ꝗ Vltro ci
minimum caſtrato.Potius ſi opus fuerit deiicito: biēnioq; poſt præcidito. Vitem nouellā reſecari tum troq;.
erit tempus:ubi ualebit.Si uinea ab uite caluata erit ſulcos iterponito:ibiq; uiui radicem ſerito. Vmbrā
a ſulcis remoueto:cræbroq; fodito.In uinea ueteri ſerito ocynū.Si macra erit:quod granum capit ne ſe-
rito.Et circū capita addito ſtercus:paleas: uiniaceas:aliqd horūce. Vbi uinea frōdere cœperit: pāpiato.
Vineas nouellas alligato crebro:ne caulis præfringat̄.Et quæ iam in perticam ibit eius pāpinos teneros corrigitoq;
alligato leuiter:porrigitoq;.Quæ ubi recte ſteterint:ubi uua uaria fieri cœperit:uites ſubligato.Vitis in utiq; recte
ſitio una eſt per uer:altera cum uua floret:ea optima eſt.Vineam ueterē ſi in aliū locū transferre uoles: ſpectent
dūtaxat brachiū craſſum primum deputato.Binas gēmas ne amplius relinquito. Ex radicibus bene ef-
fodito.Et caue radices ne ſaucies.Ita uti fuerit ponito in ſcrobe:aut in ſulco:opitoq; & bene occultato.
Eodemq; modo uineam ſtatuito:alligato:laxatoq; uti fuerat:crebroq; fodito. Ocynum quod i uinea ſe
ri iubet antiqui appellabant pabulum umbræ patiens quod celerrime proueniat.

Ratio arbuſtorum. Cap.xxiii.

ſ equitur arbuſti ratio mirum in modum dānata a Sarſenna patre filioq;:celebrata Scrofæ:uetu
ſtiſſimis poſt Catonē peritiſſimiſq;:ac ne a Scrofa quidem niſi uni italiæ cōceſſa:cum tam lon
go iudicetur æuo.Nobillia uina non niſi in arbuſtis gigni:& in iis quoq; laudatiora ſummis:ſi
cut uberiora imis:adeo excelſitate proficitur.Hac ratione & arbores eligunt̄. Prima oīum ulmus excep
ta ꝓpter nimiam frondē atinia.Deinde populus nigra eadē de cauſa minus denſa folio. Non ſpernunt
pleriq; & fraxinum ficumq; & etiam oleā ſi nō ſit umbroſa ramis. Haꝝ ſatus cultuſq; abunde tractatus
eſt.Ante triceſimūſextū mēſem attigi falce uetātur.Alterna ſeruāt̄ brachia.Alternis putant̄ ānis.Sexto

anno maritantur. Tranſpadana italia præter ſupradicta: cornu: populo: tilia: acere: corno: carpino. quer
cu arbuſtat agros. Venetia ſalice propter uliginem ſoli. Et ulmus detruncata a media iter ramoꝝ ſcāna
digerit: nulla fere. xx. pedum altiore arbore. Tabulata eaꝝ ab octauo pede altitudīs dilatant ī collibus
ſiccisq; agris. A duodecimo in cāpeſtribus & hūidis. Meridianū ſolem ſpectare palmites debēt. Rami a
ꝑiectu digytorum modo ſubrigi tonſili in iis tenuium quoq; uirgultoꝝ barba ne obumbrēt. Interuallū
iuſtum arboꝝ ſi aretur ſolum: quadrageni pedes in terga frontēq; in latera uiceni. Si non arat: hoc ī oēs
partes. Singulis denas ſæpe adnutriunt uites: dānato agricola minus ternis. Maritare niſi ualidas inimi-
cum: enecāte ueloci uitium incremento. Serere tripadaneo ſcrobe neceſſarium: diſtantes inter ſeſe arbo-
remq; ſingulis pedibus. Nihil ibi malleolis atq; paſtinationi. Nulla fodiēdi impendia utpote cum arbu-
ſti ratio hac peculari dote præſtet: q; in eodē ſolo ſeri fruges & uitibus ꝓdeſt. Superq; q; uindicans ſe alti
tudo non ut in uinea ad arcendas aīalium iniurias pariete uel ſepe uel foſſaꝝ utiq; impendio muniri ſeco
gat in arbuſto. Et prædicta eſt ſola uiuiradicis rō. Item propaginum: & hæc gemina ut diximus. Qualo
rū in ipſo tabulato maxime probata: quoniam a pecore tutiſſima eſt. Altera deflexa uite uel palmite iu-
xta ſuam arborem aut cura proximā cælibem. Quod ſupra terrā eſt e matre radi iubetur: ne frutiect. In
terra ne pauciores gēmæ quattuor obruuntur ad radicem capiendam. Extra in capite binæ relíquuntur.
Vitis in arbuſto quattuor pedes in longo cōſtat: oī ſulco tres lato: alto duos cum ſemipede. Poſt annū
propago īciditur ad medullam: ut paulatim radicibus aſſueſcat ſuis. Caulis a capite ad duas gēmas re-
ciditur. Tertio totus mergus abſciditur: reponiturq; altius in terram: ne ex reciſo frondeat. Tolli uiuira-
dix a uindemia protinus debet. Nuper reptum draconem ſerere iuxta arborem: ita palmitē appellamus
emeritum pluribusq; induratum annis. Hūc præciſum q̄ maxima amplitudine tribus partibus longitu
dinis deraſo cortice quatinus obruat: unde & raſilem uocant: deprimere ſulco: reliqua parte ad arborē
erecta: ociſſimum in uite. Si gracilis ſit uitis aut terra: uſicatum eſt q̄ proxime ſolū decidi: donec firmet:
radix: ſicut neq; roſcidā ſeri: neq; ſeptentrionis flatu. Vites aquilonē ſpectare debent ipſæ: palmites autē
earūdē ad meridiē. Nō eſt feſtinandum ad putationē nouellæ: ſed primo in circulos materies colligēda:
nec niſi ualidæ putatio admouenda. Seriora fere anno ad fructum arbuſta q̄ uitis iugata. Sunt qui oīo
putari uetant priuſq̄ arboꝝ longitudinem æquauerit. Prima falce ſex pedes a terra recidat flagello infra
relicto & naſci coacto incuruatione materiæ. Tres in gēmæ non amplius deputato ſupſint. Exq; iis emiſ
ſi palmites proximo anno imis inferātur ſcānis: ac per ſingulos ānos ad ſuperiora ſcādant: relicto ſemp
duramento in ſingulis tabulatis. & emiſſario uno qui ſubeat uſq; quo placuerit. De cætero putatione oī
flagella quæ proxime tulerint recidantur. Noua circūciſis undiq; capreolis aſpergātur in tabulatis. Ver
nacula putatio deiectis per ramos uitium crinibus circumueſtit arborem: crineſq; ipſos uuis. Gallica in
Ridicas traduces porrigitur. Aemylie uiæ in radices atiniaꝝ ambitu frondē eaꝝ fugiēs. Eſt quorūdā īperitia ſub
ramo uitam uinculo ſuſpendendi ſuffocantium iniuria: quando cōtineri debet uimine nō arctari. Quin-
īmo etiā quibus ſalices ſuperſunt molliore hoc uinculo facere malunt: hærbaq; quā ſiculi uocant ampe-
lodeſmen. Grecia uero uniuerſa iunco: cypero: ulua. Liberā quoq; uinculo per aliquot dies uagari: & in-
conditam ſpargi: atq; ī terra quā per totū annū ſpectauerit recumbere. Nāq; ut ueterina a iugo & canes
a curſu uolutatio iuuat: ita tū & uitiū porrigi lūbos. Arbor quoq; ipſa gaudet aſſiduo leuata onere ſimi
lis reſpiranti. Nihil eſt in opere naturæ: quod nō exēplo dieꝝ noctiūq; aliquas uices feriaꝝ uelit: ob id ꝓ
tinus a uindemia putari: & laſſas etiānum fructu edito īprobatur: ut putaræ rurſus alligent alio loco.
Nāq; orbida uinculi ſentitur uexatione nō dubia. Traducis gallicæ cultura binis utrinq; laterib9: ſi pars
quadrageno diſtet ſpatio: quaternis. Viceno inter ſe obuii miſcent alligantur q; uno conciliati uirgultoꝝ
comitatu obiter ligati qua deficiant. Aut ſi breuitas non patiat ipſorum: adalligato protenduntur in ui
duam arborem iunco. Traducem bimum præcidere ſolebāt. Oneratis enim uetuſtate melius donare tē
pus ut trāſilē faciat: ſi largiatur craſſitudo. Alias utile toros futuri dragonis paſci. Vnum etiamnum ge
nus eſt medium inter hæc & propaginē. Totas ſupplantandi in terram uites: cuneiſq; findendi: & in ſul
cos plures ſimul ex una propagandi gracilitate ſingulaꝝ firmata circūligatis haſtilibus: nec reciſis qui a
lateribus excurrūt pampinis. Nouarieſis agricola traducū turba nō cōtentus: nec copia ramoꝝ īpoſitis
etiānū patibulis palmites circūuoluit. Itaq; præter ſoli uitia cultura quoq; torua fiunt uina. Alia culpa
iuxta urbē uaracinis: quæ alternis putāt ānis: nō qa id uiti cōducat: ſed qa uilitate redituū īpēdia exupe-
rent. Mediū tēperamentum in carſulano ſequūtur: carioſaſq; tantū uitis partes incipientes marceſcere de
putando: cæteris ad uuā relictis detracto onere ſuperuacuo ꝓ nutrimēto omni eſt raritas uulneris. Sed
niſi pingui ſolo talis cultura degenerat in labruſcā. Arbuſta arari q̄ altiſſime deſiderant: & ſi tantum fru
menti ratio nō exigit. Pāpinari ea nō eſt moris: & hoc cōpendium operæ. Deputant cum uite pariter in-
terlucata denſitate ramoꝝ: qui ſint ſuperuacui: & abſumāt alimēta. Plagas ad ſeptētrionem aut ad meri
diem ſpectare uetuimus. Melius ſi neq; in occaſus ſolis. Diu enim dolent talia quoq; ulcera & difficile ſa
neſcunt algendo minus æſtuādoue. Non eadem in uite quæ in arbuſtis libertas: quoniā certa latera &
facilius abſcondere:

facilius abſcondere: q̃ detorquere quo uelis. Plagas in arboꝝ tonſura ſupinare uelut calices faciẽdi ne cõ-
ſiſtat humor. Viti adminicula addenda quæ ſcandat apprehenſa ſi maiores ſint.

De ſeruandis uuis & morbis arborum. Cap. xxiiii.

Itium generoſaꝝ pergulas quinquatribus putandas: & quaꝝ ſeruare uuas libeat decreſcẽte lu
u na tradunt. Quæ uero interlunio ſint putatæ: nullis aĩalium obnoxias eſſe. Alia rõe plena lu
na noctu tondendas: cũ ſit ea in leone: ſcorpione: ſagittario: tauro: atq; in totũ ſerendas plena
aut creſcente utiq; cenſent. Sufficiũt in italia cultores deni in centena iugera uineaꝝ. At abũde de ſatu cul
tuq; arboꝝ tractato quoniã de palmis ac cytiſo peregrinis arboribꝰ affatim diximus: ne quid deſit: indi-
canda reliqua natura ſit magnope pertinens ad oĩa ea. Infeſtantur nãq; & arbores morbis. Quid. n. gen-
tium caret iis malis? Et ſiluestriũ quidem pernicioſos negãt eſſe: uexariq; tantum grãdine in germinatio
ne aut flore. Aduri quoq; feruore aut flatu frigidiore præpoſtero die q̃ ſuo. Frigora etiã proſunt ut dixi-
mus. Quid ergo: nõne & uites algore intereunt? Hoc quidem eſt quo deprehendat̃ ſoli uitium: quoniã
non euenit niſi in frigido. Itaq; per hyemes cæli rigorem probamus. Non enim ſolum infirmiſſime arbo
res gelu periclitantur: ſed maximæ. uexatiſq; ita prima cacumina inareſcunt: quoniam præſtrictus gelu
non potuit eo peruenire humor. Arborum quidam cõmunes morbi: quidã priuati generum. Cõmunis
uermiculatio eſt. Sideratio & dolor membrorum: unã partium adhibita ſocietate nominum quoq; cum
hominum miſeriis trunca dicimus certe corpora: & oculos germinũ exuſtos: ac multa ſimili ſorte. itaq;
laborant & fame & cruditate: quæ fiunt humoris quantitate. Aliquæ uero & obeſitate: ut omnia quæ fe-
runt reſinam nimia pinguedine in tædam mutantur: & cum radices quoq; pingueſcere cœpere: intereunt
Vt animalia nimio adipe: quando & peſtilentia per genera: ſicut inter homines: nunc ſeruitia: nunc ple-
bes urbana & ruſtica. Vermiculantur magis minuſue quædam: omnes tamen fere. idq; aues caui corticiſ
ſono experiunt̃. Iam quidẽ & in hoc luxuria eſſe cœpit: prægrãdeſq; roboꝝ delicatiores uti ĩ cibo. Coſſos
uocant. Atq; etiam in farina ſaginati. Ii quoq; altiles fiunt. Maxĩe aũt arboꝝ hæc ſentiunt pyri: mali: fici.
Minuſq; quæ amaræ ſunt & odoratæ. Eorum qui in ficis exiſtunt alii naſcunt̃ ex illis: alios parit qui uo-
catur ceraſtes. Omnes tamen in ceraſtem figurant̃: ſonũq; edunt paruuli ſtridoris. Et ſorbus arbor infe-
ſtatur uermiculis rufis piloſis: atq; ita emoritur. Meſpila quoq; in ſenecta obnoxia ei morbo eſt. Sidera-
tio tota e cælo conſtat. Quapropter & grando in iis cauſis intelligi debet: & carbũculatio: quod pruina-
rum iniuria euenit. Hæc enim uerno tempore inuitatis & erumpere audentibus: ſatis mollibus inſidens
adurit lacteſcentes germinũ oculos: quod in flore carbũculum uocant. Pruinæ pernicioſior natura: quo-
niam lapſa perſidet: gelatq; ac ne aura quidem ulla depellit̃: quia non fit niſi immoto aere & ſereno. Pro
priũ tamen ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum uapor: cũ inſitæ ac nouellæ arbores moriuntur. prę
cipue ficus & uites. Olea præter uermiculationem quã æque ac ficus ſentit. Clauum etiam patit̃: ſiue fun
gum placet dici uel patellã. Hæc eſt ſolis exuſtio. Nocere tradit Cato & rubrum muſcũ. Nocet plerũq;
uitibus atq; oleis nimia & fertilitas. Scabies cõis oĩum eſt. Impetigo & quæ adnaſci ſolent cochleæ pecu
liaria ficorum uitia. Nec ubiq;. Sunt enim quædam ægritudines & locorum. Verum ut hoĩ neruoꝝ cru
ciatus: ſic & arbori: ac duobus æque modis. Aut enim in pedes hoc eſt radices erumpit uis morbi: aut in
articulos: hoc eſt cacuminũ digytos: qui longiſſime a toto corpore exeunt. Inareſcunt ergo & ſunt apud
græcos ſua nomina utriq; uitio. Vndiq; primo dolor: mox & macies earum partium fragilis: poſtremo
tabes morbuſq; non intrante ſucco: aut non perueniẽte: maximeq; id fici ſentiunt. Caprificus oĩbus ĩmu-
nis eſt: quæ adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis poſt uergilias. Nam ſi rariores fuere perfun
dunt arborẽ: non ſcalpunt ſcabie. Cæterum ſi cadunt: ſiue hymbres nimii fuere. Alio modo ficus laborat
radicibus madidis. Vitibus præter uermiculationẽ & ſiderationem morbus peculiaris articulatio tribꝰ
de cauſis. Vna ui tempeſtatum germinibus ablatis. Altera ut notauit Theophraſtus in ſupinum exciſis.
Tertia culturæ imperitia læſis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis ſentiunt̃. Siderationis genus eſt ĩ
his defloreſcentibus roratio. Aut cũ acini priuſq̃ creſcant decoquuntur in callum. Aegrotant & cũ alſere
læſis uredine attonſaꝝ oculis. Ex colore hoc euenit intẽpeſtiuo: quoniã oĩa modo conſtant: certoq; tem-
peramento fiunt. Et culpa uinitoꝝ colentiũ: cũ præſtringunt̃ ut dictũ eſt. Aut circũfoſſor iniurioſo ictu
uerberauit. Vel etiã ſubarator ĩprudens laxauit radices: corpuſue deſquãmauit. Eſt & quædam contuſio
falcis hebetioris. Quibus oĩbus cauſis difficilius tolerant frigora aut æſtus: quoniã in ulcus penetrat oĩs
a foris iniuria. Infirmiſſima uero malus maximeq; quæ dulcis eſt. Quibuſdã debilitas ſterilitatem nõ ne
cem affert: ut ſi quis pino cacumen auferat uel palmæ. Sterileſcunt enim nec moriunt̃. Aegrotãt aliquã
do & poma ipſa per ſe ſine arbore: ſi neceſſariis tẽporibus hymbres aut tepores uel afflatus defuere: aut
contrario abundauere. Decidunt enim aut deteriora fiunt. Peſſimum eſt inter oĩa cum defloreſcentem ui
tem & oleam percutit hymber: quoniã ſimul defluit fructus. Sunt eadem cauſa naſcentes & erucæ dirũ
aĩal: eroduntq; frondẽ: aliæ florẽ. Oliuaꝝ quoq; ut in mileto: ac depaſtam arborem turpi facie relinquũt
Naſcitur hoc malum tẽpore humido & lento. Fit aliud ex eodẽ ſi ſol acrior inſecutus inuſſerit ipſum ui-

tium:ideoq; mutauit. Eſt etiãnum peculiare oliuis & uitibus:quod araneũ uocant:cum ueluti telæ iuol
uunt fructum & abſumunt. Adurunt & flatus quidam eas maxime:ſed & alios fructus. Nam uermicu
lationẽ & poma ipſa per ſe quibuſdã annis ſentiunt::mala:pyra:meſpila:punica. In oliua ancipiti euẽtu
quãdo ſubeunt nati fructum adimunt. Augent ſi in ipſo nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohi-
bent pluuiæ quæ fiunt poſt arcturũ. Eædem ſi auſtrinæ fuere:generant. In drupis quoq; quæ matureſcẽtes
tunc ſunt præcipue caducæ. Id riguis magis euenit:etiã ſi non ceciderint faſtidiendis. Sunt & culicum ge
nera aliquibus moleſta:ut glandibus fico qui uidentur ex humore naſci tunc dulci ſubdito corticibus. Et
ægrotatio quidẽ fere in his eſt. Quædã temporum cauſæ aut locorũ non ꝓprie dicuntur morbi: quoniã
ꝓtinus necant:ſicut tabes cũ inuaſerit arborẽ:aut uredo. Vel flatus alicuius regionis ꝓprius:ut eſt i apu
lia atabulus:in euboea olympias. Hic enim ſi flauerit circa brumã:exurit frigore areſaciens: ut nullis ſo-
libus poſtea recreari poſſint. Hoc genere cõualles & appoſita fluminibus laborant præcipueq; uitis:olea
ficus. Quod cũ euenerit detegit̃ ſtatim in germinatione. In oliuis tardius. Sed in oĩbus ſignũ eſt reuiui-
ſcẽdi ſi folia amiſere:alioquin quas putes præualuiſſe:moriunt̃. Nonnũq̃ inareſcunt folia:eadẽq; reuiui-
ſcunt. Aliæ in ſeptẽtrionalibus ut in ponto phrygia frigore aut gelu laborant:ſi poſt brumã continuaue
re.xl.diebus. Ibi aũt & in reliquis ptibus ſi ꝓtinus editis fructibus gelatio magna cõſecuta eſt: ẽt paucis
diebus necat. Quæ iniuria hoĩum conſtant:ſecũdas habent cãs. Pix:oleum:adeps inimica præcipue no-
uellis. Cortice in orbe detracto necant̃:excepto ſubere:quod ſic etiã iuuatur:craſſeſcẽs enim præſtringit
& ſtrangulat. Nec adrachne offendit̃:ſi nõ ſimul incidatur & corpus. Alioquin & ceraſus & tilia & uitis
corticẽ mittunt:ſed non uitalem:nec proximũ corpori:uerũ eum qui ſubnaſcente alio expellitur. Qua-
rundã natura rimoſus cortex:ut platanis. Tiliæ renaſcitur paulominus q̃ totus. Ergo iis quarũ cicatricẽ
trahit medent̃ luto fimoq;:& aliquando proſunt:ſi non uehementior frigorũ uel calorum uis ſecuta eſt.
Quædam tardius ita moriunt̃:ut robora & quercus. Refert & tempus anni. Abieti enim & pino ſiquis
detraxerit ſole taurum uel geminos tranſeunte cum germinãt ſtatim moriuntur. Eadem iniuriã hyeme
paſſæ diutius tolerant. Similiter ilex & robur & quercus. Quod ſi anguſta decorticatio fuerit: nil no-
cet ſupradictis. Infirmiores quidem & in ſolo gracili uel ab una tantum parte detractus iuterimit. Simi
lem & decacuminatio rationẽ habet cupreſſi:piceæ:cædri. Eæ enim detracto cacumine aut ignibus adu-
ſto intereunt. Similem & depaſtio animalium. Oleam quidem etiã ſi lambat capra ſterileſcere auctor ẽ
Varro ut diximus. Quædam hac iniuria moriuntur. Aliqua deteriora fiunt: ut amygdalæ ex dulcibus
enim transfigurantur in amaras. Aliqua uero etiam utiliora:ut apud chios pyrus quam phocida appel-
lant. Nam detruncatio diximus quibus prodeſſet. Intereunt pleraq; exciſa ſtirpe:exceptis uite:malo: fi-
co:punica. Quædam uel ab ulcere. Ficus hanc iniuriam ſpernit:& oĩa quæ reſinam gignunt. Radicibus
amputatis mori minime mirum eſt. Pleræq; tamen non omnibus:ſed maximis:aut quæ ſunt inter illas
uitales abſciſſis moriũtur. Necat inuicem inter ſeſe umbra. Vel denſitate atq; alimenti rapina. Necat &
hedera uinciens. Nec uiſcum prodeſt & cytiſus: nec aureo quod alimõ græci uocant. Quorundam na-
tura non necat quidẽ:ſed lædit odore aut ſucci mixtura:ut rapharus & laurus uitem. Olfactrix enim in-
telligitur:& tangi eã odore mirũ ĩmodum. Ideoq; cũ iuxta ſit:auerti & recedere:ſaporẽq; inimicũ fugere
Hinc ſumpſit Androcides medicinã contra ebrietates raphanum mandi præcipiens. Odit & caulem &
omne olus. Odit & corylum niſi procul abſint triſtis atq; ægra. Nitrum quidem & alumẽ marina aqua
calida & fabæ putamina uel erui ultima uenena ſunt inter uitia arborum.

De prodigiis ex mutatione:& de remediis ex arboribus:& quæ irrigatione proficiant:& qualiter rigã
dum & mirabilia de riguis. Cap. xxv.

St & prodigiis locus. Inuenimus enim ſub foliis natas uitẽ:ficũ:& malũ punicũ ſtirpe fructũ
e tuliſſe:nõ palmite: aut ramis:uitem uuas ſine foliis:oleas quoq; amiſiſſe folias baccis hærenti
bus. Sunt & miracula fortuita. Nam & oliua in totũ ambuſta reuixit. Et in boetia deroſæ a lo
cuſtis ficus iterũ germinauere. Mutant̃ arbores & colore. Fiuntq; ex nigris candidæ:nõ ſemp ꝓdigioſæ:
& maxime quæ ex ſemine naſcũtur:ut populus alba in nigrã tranſit. Quidã & ſorbũ ſi in calidiora loca
uenerit ſterileſcere putant. Prodigio aũt fiunt ex dulcibus acerba poma:aut dulcia ex acerbis. E caprifico
fici & contra. Graui oſtento cũ in deteriora mutant̃:ex olea in oleaſtrum. Ex candida uua & fico ĩ nigras
ut laodiceæ Xerſis aduentu platano in oleam mutata. Qualibus oſtentis ariſtandri apud græcos uolu
mẽ ſcatet:ne in infinitum habeamus. Apud nos uero. C. Epidii cõmentarii in quibus arbores locutæ re-
periantur. Subſedit in cumano arbor graui oſtẽto paulo ante Pompeii magni bella ciuilia paucis ramis
eminentibus. Inuẽtum ſybillinis libris internicionẽ hoĩum fore:tantoq; eam maiorẽ quanto propius ab
urbe poſtea facta eſſet. Sunt ꝓdigia & cum alienis locis naſcũtur ut in capitibus ſtatuarũ uel aris: & cũ
in arboribus ipſis alienæ. Ficus in lauro nata eſt cyzici ante obſidionẽ. Simili modo trallibus palma ĩ ba
ſi Cæſaris diſtatoris circa bella ciuilia eius. Necnon & Romæ in capitolio in capite bis bello perſei enata
palma uictoriam triumphoſq; portẽdit:ac tempeſtatibus proſtrata:eodẽ loco ficus enata eſt. M. Meſ-
ſalæ. C. Caſſii

ſalæ. C. Caſſii cenſoꝝ luſtro. A quo tp̃e pudicitiã ſubuerſam Piſo grauis auctor ꝑdidit. Sup̃ omnia quæ
unquã audita ſunt etiã prodigiũ ĩ nr̃o æuo Neronis principis ruina factũ in agro marrucino Vectii Mar-
celli e primis equeſtris ordinis olíueto uniuerſo uiã publicã trãſgreſſo: aruiſq; ĩde ecõtrario in locũ oliue-
ti profectis.

De remediis morborum arborum. Cap. xxvi.

Vnc expoſitis arboꝝ morbis conſentaneũ eſt dicere & remedia. Ex iis quædã ſunt cõia oĩum:
n quædã propria quarundã. Cõia ablaqueatio: accumulatio afflari radices aut cooperiri riguis
dato potu uel ablato fimi ſucco refectis putatione leuatis onere. Item ſucco emiſſo quibuſdã
ueluti detractio ſanguinis circũraſi corticis: uitiũ extenuatio: & domitura palmitũ. Gẽmas (ſi frigus re-
torridas hirſutaſq; fecerit) repumicatio & quædã dolitura. Arborũ iis aliæ magis aliæ minus gaudẽt: ue-
luti cupreſſus: & aquã aſpernatur & fimum & circũfoſſuram amputationẽq; & oĩa remedia odit. Quin
etiam necatur. Riguis & uites & punicæ præcipue aluntur. Ficus ipſa arbor riguis alitur. Pomũ uero eiꝰ
inareſci. Amygdalæ ſi colant̃ foſſione florẽ amittunt. Nec inſitas circũfodere oportet priuſq̃ ualidæ fer-
re cœperint poma. Plurimæq; aũt amputari ſibi uolunt oneroſa ac ſuperuacua: ſicut nos unguem & ca-
pillum. Reciduntur ueteres totæ ac rurſus a ſtolone aliquo reſurgunt: ſed nõ omnes: nec niſi quarũ natu-
ram pati diximus. Rigua æſtiuis uaporibus utilia: hyeme inimica: autũno uaria. Et hoc eſt ex natura ſo-
li. Quippe cũ uindemiator hiſpaniaꝝ ſtagnante ſolo uuas demetat. Cæterũ maiore in parte orbis etiam
pluuia aut oĩ aqua ſeri & arari non cõuenit. Circa canis ortus rigua maxime proſunt: ac ne tunc quidem
nimia: quoniam inebrietatis radicibus nocent. Et ætas modũ temperat. Nouellæ enim minus ſitiũt. De-
ſiderant aũt maxime rigari quæ aſſueuere. Contra ſiccis locis genita non expetunt humorem niſi neceſſa-
rium. Aſperiora uina rigari utiq; cupiunt. In ſulmonenſi italiæ agro pago fabiano ubi & arua rigant̃: mi-
rum q; hærbæ aqua illa necant̃: fruges alunt̃: & riguis pro ſarculo eſt. In eodem agro bruma tanto ma-
gis ſi niues ſcateant gelet ue: ne frigus uites adurat circunfundunt riguis: quod ibi tepidare uocãt: memo-
rabili natura in amne ſolo. Sed eædem in æſtate uix toleraudi rigoris.

De caprificatione & ſtercoratione. Cap. xxvii.

Arbunculi ac rubiginũ remedia demonſtrabimus uolumine proximo. Interim eſt excarifica-
c tio quædã in remediis. Cum macie corticis ex ægritudine aſtringente ſe iuſto plus uitalia ar-
boꝝ cõprimente exactam falcis aciẽ utraq; manu ĩprimentes perpetuis inciſuris deducunt: ac
ueluti cutẽ laxant. Salutare id fuiſſe argumento ſunt dilatatę cicatrices & ĩternato corpore expletæ. Ma-
gnaq; ex parte ſimilis hoĩum medicina & arboꝝ eſt: quãdo eaꝝ quoq; terebrant̃ oſſa. Amygdalæ ex ama-
ris dulces fiunt ſi circũfoſſo ſtipite & ab una parte circũforato defluẽs pituita aſtergatur. Et ulmis detra-
hitur ſuccus inutilis ſupra terram foratis uſq; ad medullam in ſenecta: aut cũ alimento nimio abundãte
ſentiunt̃. Idem & ficorum turgido cortice inciſuris in obliquum leuibus emittit̃. Ita fit ne decidãt fructꝰ.
Pomiferis quæ germinant nec ferunt fructum fiſſã radice indit̃ lapis: fertileſq; fiunt. Hoc idẽ & amygda-
lis e robore cuneo adacto. In pyris ſorbiſq; e tæda: ac cinere & terra cooperto etiã radices circũcidiſſe ꝓ-
deſt. Vitium luxuriantium ficorũq; & circunciſis cinerem addidiſſe. Fici ſerotinæ fiũt: ſi primæ groſſi cũ
fabæ magnitudinem exceſſere detrahant̃. Subnaſcunt̃. n. quæ ſerius matureſcunt. Eædem cũ frondere in-
cipiunt: ſi cacumina rami cuiuſq; detrahantur: firmiores fertilioreſq; fiunt. Nam caprificatione maturata
in ea culices naſci e groſſis manifeſtum eſt: quoniã cũ euolauere non inueniuntur intus grana quæ in eos
uerſa apparet. Exeundi tanta eſt auiditas: ut pleriq; aut pede relicto aut pẽna pariter erũpãt. Eſt & aliud
genus culicum: quos uocant centrinas fucis apum ſimiles ignauia maliciaq; cum ꝑnicie ueterum & uti-
lium. Interimunt enim illos atq; ipſi moriuntur. Vexant & tineæ ſemina ficorum. Contra quas remediũ
in eadem ſcrobe defodere italicam lentiſcum inuerſa parte quæ fuerit a cacumine. Vberrimas autẽ ficus
rubrica amurca diluta & cum fimo infuſa radicibus frondere incipientium facit. Caprificoꝝ laudant̃ ma-
xime nigræ & in petroſis: quoniam frumẽta plurima habeat caprificatio ipſa poſt hymbrẽ. In primis ãt
cauendum ne ex remediis uitia fiant. Quod euenit nimia aut intempeſtiua medicina. Interlucatio arbo-
ribus prodeſt: ſed oĩum annorum trucidatio inutiliſſima. Vitis tantũ tonſuram annuam quærit: alternã
myrtus: punicæ oleæ quia celeriter fruticeſcunt. Cæteræ rarius tondentur. Nulla autũno. Ac ne radunt̃
quidem niſi uere putatione. Plagæ ad uitalia ſunt oĩa quæcunq; nõ ſuperuacua. Similis ſtercoratio. Gau-
dent ea. Sed cauendum eſt ne in feruore ſolis admoueatur: ne imaturius: ne ualidius q̃ opus ſit. Vrit ui-
neas ſuillum: niſi quinquẽnio interpoſito: præterq̃ ſi riguis diluatur. Et e coriariorum ſordibus niſi ad-
mixta aqua. Item largius. iuſtũ exiſtimant in denos pedes quadratos tres modios. Id quidem ſoli natu-
ra decernit. Colũbino ac ſuillo plagis quoq; arboꝝ medent̃. Si mala punica acida naſcantur: ablaqueatiſ
radicibus fimum ſuillum adhibent: eo anno uiolenta: proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua
mixta riganda cenſent quater anno: ſingulis amphoris aut cacumina ſpargi uino laſere diluto. Si findan-
tur in arbore: pediculum intorqueri. Ficis utique amurcam adfundi. Cæteris arboribus ægris fecem uini
ac lupinum circa radices earum ſeri. Aqua quoq; lupini decocti circunfuſa pomis prodeſt. Fici cum uul-

carnalibus tonuerit cadent. Remedium eſt:ut ante ſtipula hordeacea areæ ſtringantur. Ceraſos præco-
ces facit cogitq; matureſcere calx admota radicibus. Et hæc ante omnia poma iteruelli melius eſt ut quæ
relicta ſunt grandeſcant.

De diuerſis medicamentis arborum contra uenenata animalia:& contra formicas & contra no
xia animalia. Cap.xxviii.

q Vædam pœna emendantur aut morſu excitantur ut palmæ & lentiſci. Salis enim aquis alun
tur. Salis uim & cinis ſed leniorem habet. Ideo ficis aſperguntur rutaq;:ne fiãt uermioſæ : neue
radices putreſcant. Quin & uitium radicibus aquam ſalſam iubent affundi ſi ſint lachrymoſæ.
Si uero fructus earum decidant:cinerem aceto aſpergi:ipſaſq; illini:aut ſandaraca ſi putreſcat uua. Si ue
ro fertiles non ſunt:aceto acri ſubacto cinere rigari atq; oblini. Quod ſi fructum nõ maturent prius ſare
reſcentẽ præciſarum ad radices plagã fibraſq; aceto acri & urina uetuſta madefacere:atq; eo luto obrue-
re:ſæpe fodere. Oleaꝝ ſi parũ promiſere fructus:nudatas radices hyberno frigori opponunt:eaq; caſti-
gatione proficiunt. Oĩa hæc annua cæli ratione conſtant. Et aliquando ſerius poſcuntur aliquando cele-
rius. Necnõ ignis aliquid prodeſt:ut arũdini. Ambuſta nãq; denſior mitiorq; ſurgit. Cato & medicamẽ-
ta quædam componit:menſuræ quoq; diſtinctiõe: Ad maioꝝ arborũ radices amphoram:ad minorum
urnã amurcæ & aquæ portionẽ æquã:ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc
amplius ſtramentis antea circũpoſitis. Item fico. Huius præcipue ueterẽ terram ad aggerari radicibus.
ita futuꝝ ut non decidant groſſi:maiorq; fœcunditas nec ſcabra proueniat. Simili mõ ne cõuoluolus fi-
at in uinea amurcæ congios duos decoctos in craſſitudinẽ mellis:rurſuſq; cũ bituminis tertia parte & in
ſulphuris quarta ſub diuo uſq; quo exardeſcat ſub tecto. Hoc uites circa capita ſub brachiis ungi . ita nõ
fore conuoluolum. Quidam contenti ſunt fumo huius mixturæ ſuffire uineas ſecundo flatu continuo
triduo. Pleriq; nõ minus auxilii & alimenti arbitrantur in urina q̄ Cato in amurca addita modo aquæ pa
ri portione:quoniam per ſe noceat. Alii uoluocẽ appellant animal prærodens pubeſcentes uuas. Quod
ne accidat:falces cum ſint exacutæ fibrina pelle detergunt. Atq; ita putant. Aut ſanguine urſino liniri uo
lunt poſt putationem eaſdẽ. Sunt arborum peſtes & formicæ. Has abigunt rubrica ac pice liquida pun
ctis caudicibus. Necnõ & piſce ſuſpenſo iuxta in unum locum congregant. Aut lupino trito cũ oleo ra-
dices linunt. Multi & talpas a murca necant. Contraq; erucas & mala ne putreſcant:lacertæ uiridis pelle
tangi cacumina iubent. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas a muliere incitati menſis
nudis pedibus recincta. item ne quod animal paſtu malefico decerpat frondem fimo boum diluto aſper
gi folia:quotiens hymber interueniat:quoniam ita abluatur uirus medicaminis mira quædam excogitã
te ſolertia humana. Quippe cum auerti carmine grandines credant pleriq;:cuius uerba inſerere non equi
dem ſerio auſim quãquã a Catone prodita. Contra luxata membra inungenda harundinum fiſſuræ. Idẽ
arbores religioſas lucoſq; ſuccidi permiſit ſacrificio prius facto:cuius rei rationem notionemque eodem
uolumine tradit.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XVIII.

### PROOEMIVM.

Quod Antiquis Maximum Studium Agriculturæ fuit:& de hortorum
ſingulari diligentia. Cap.i.

Equitur natura frugũ hortorũq; ac florum. Quæq; alia pręter arbores aut frutices
benigna tellure proueniunt :uel per ſe tñ hæc imenſa contemplatione ſi quis æſti-
s met uarietatem:numerum:flores:odoreſq;:colores & ſuccos ac uires eaꝝ:quas ſa
lutis aut uoluptatis hoĩum gratia gignit. Qua ĩ parte primũ oĩum patrocinari ter
ræ:& adeſſe cunctorũ parenti iuuat. Quãq̄ inter initia operis defenſæ. Quoniã ta
mẽ ipſa materia ĩtus accẽdit ad reputationẽ eiuſdẽ pariẽtis & noxia. Noſtris eã cri
minibus urgemus:culpãq; noſtrã illi ĩputamus. Genuit uenena:ſed qs ĩuenit illa præter hoĩem? Cauere
ac refugere alitibꝰ feriſq; ſatis eſt. Atq; cũ in arbores exacuãt limẽtq; cornua elephãti: & duro ſaxo rhino-
cerotes:& utroq; apri dentiũ ſiccas:ſciãtq; ad nocendũ ſe pparare aĩalia . Quod tñ eoꝝ tæla ſua excepto
homine uenenis tingit? Nos & ſagittas unguimus:& ferro ipſi nocentius aliquid damus. Nos & flumi-
na inficimus & rerum naturæ elemẽta. Ipſum quoq; quo uiuitur aerem in perniciem uertimus . Neq; eſt
ut putemus ignorari ea ab animalibus:quæ quidem quæ prępararent cõtra ſerpentiũ dimicationẽ : quæ
poſt prœlium ad medendum excogitarent indicauimus. Nec ab ullo præter hoĩem ueneno pugnatᷣ alie
no. Fateamur ergo culpã ne iis quidẽ quæ naſcuntᷣ contẽti. Etenim qñ plura earũ genera humana manu
fiunt. Quid? nõ & hoĩes quidam ad uenena naſcuntᷣ? Atra hoĩum ceu ſerpentium lingua uibrat: tabeſq;
animi contrectata adurit culpantium omnia. Ac diraꝝ alitum modo tenebris quoq; & ipſarũ noctium
quieti inuidentium gemitu:quæ ſola uox eoꝝ eſt:ut inauſpicataꝝ aĩantium uice obuii quoq; uetẽt age-
re:aut prodeſſe

re:aut prodeſſe uitæ. Nec ullum aliud abhominati ſpiritus præmium nouere. q̃ odiſſe omnia. Verum &
in hoc eadẽ naturæ maieſtas tanto plures bonos genuit ac frugi quãto fertilior in iis quæ iuuant aluntq;.
Quorũ æſtimatione & gaudio nos quoq; relictis exuſtioni ſuæ iſtis hoĩum turbis pergamus excolere ui Aeſtuatiõi
tam: eoq; conſtantius: quo opere nobis maior q̃ famæ gratia expetitur. Quippe ſermo circa rura ẽ agre-
ſteſq; uſus. Sed quibus uita honoſq; apud priſcos maximus fuerit.

Quæ corona primo romæ. Cap. ii.

Aruorũ ſacerdotes Romulus in primis inſtituit: ſeq; duodecimũ fratrẽ appellauit īter illos ab
Acca Laurentia nutrice ſua: ſpicea corona quæ uita alba colligaret̃ in ſacerdotio ei ꝓ religioſiſ
ſimo inſigni data. Quæ prima apud romanos fuit corona: honoſq; is nõ niſi uita finit̃: & exu
les ẽt captoſq; comitatur. Bina tunc iugera populo ro. ſatis erant: nulliq; maiorẽ modũ attribuit: quo ſer
uos pauloãte principis Neronis contẽpto huius ſpatii uiridaria & piſcinas iuuat habere maiores gratũq;
ſi non aliquẽ & culinas. Nũma inſtituit deos fruge colere: & mola ſalſa ſupplicare. Atq; ut auctor ẽ He
mina far torrere: quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo cõſecutum ſtatuendo non eſſe purũ
ad rem diuinam niſi toſtũ. Is & fornacalia īſtituit farris torrendi ferias: & aquæ religioſas terminis agro-
rum. Hos enim deos tunc maxime nouerant. Seiamq; a ſerendo: ſegeſtam a ſegetibus appellabant: qua-
rum ſimulacra in cyrco uidemus. Tertiã ex his nominare ſub tecto eſt religio. At ne deguſtabant quidẽ
nouas fruges aut uina anteq̃ ſacerdotes primitias libaſſent.

De iugere: & actu: & legibus circa pecora: & quotiens & quibus temporibus fuit ſumma utilitas an-
nonæ: & qui agri cultura illuſtres. Cap. iii.

Iugerum uocabat̃ quod uno iugo boum in die exarari potuiſſet. Actus in quo boues ageren
tur cũ aratur uno ĩpetu iuſto. Hic erat. cxx. pedum: duplicatuſq; in lõgitudinẽ iugerũ faciebat
Dona ampliſſima ĩperatorũ ac fortium ciuiũ quantũ uis uno die plurimũ circũarauiſſet. Item
quartarii farris aut heminæ conferente populo. Cognomina ẽt prima inde. Pilũni qui pilum piſtrinis. in-
uenerunt. Piſones a piſendo. Iam Fabiorũ: Lentinorum: Ciceronũ: ut quiſquis aliquod optime genus ſe-
reret. Iuniorũ familiæ bubulcum noĩauerunt: quibus bubus optime utebant̃. Quin & in ſacris nihil reli-
gioſius confarrationis uinculo erat. Nouæq; nuptæ farreũ præferebant. Agrũ male colere cenſoriũ ꝓbrũ
iudicabat̃. Atq; (ut refert Cato) quẽ uirũ bonũ colonũ dixiſſent: ampliſſime laudaſſe exiſtimabãt. Hinc
& locupletes dicebant loci hoc eſt agri plenos. Pecunia ipſa a pecore appellabat̃. Etiã nunc in tabulis cẽ-
ſoriis paſcua dicũtur oĩa: ex quibꝰ populus redditus habet: quia diu hoc ſolũ uectigal fuerat. Mulctatio
quoq; nõ niſi ouium boumq; ĩpendio dicebat̃. Non omittẽda priſcarum legum beneuolentia. Cautum
quippe eſt ne bouẽ priuſq̃ ouẽ noĩaret qui indiceret mulctam. Ludos boum cã celebrantes bupetios uo
cabant. Seruius rex ouium boumq; effigie primus æs ſignauit. Frugem quidẽ aratro quæſitã furtim no
cte parauiſſe: ac ſecuiſſe puberi duodecim tabulis capitale erat: ſuſpenſumq; Cereri necari iubebant gra- Pauiſſe
uius: q̃ homicidio cõuictum. Impubem prætoris arbitratu uerberari: noxãue duplionem ue decerni. Iã
diſtinctio honoſq; ciuitatis ipſius nõ aliunde erat. Ruſticæ tribus laudatiſſimæ eorũ qui rura haberent.
Vrbanæ uero in quas transferri ignominia eſſet deſidiæ probro. Itaq; quattuor ſolæ erant a partibus ur-
bis in quas habitabant: ſuburrana: palatina: collina: exquilina. Nundinis urbem reuiſitabant: & ideo co-
mitia nundinis haberi non licebat: ne plebs ruſtica auocaret̃. Quies ſomnuſq; in ſtramentis erat. Gloriã
deniq; ipſam a farris honore adoream appellabant. Equidem etiã uerba priſcæ ſignificationis admirorꝫ.
Ita enim eſt in cõmentariis pontificũ. Augurio canario agendo dies conſtituantur: priuſq̃ frumenta ua-
ginis exeant: & ante q̃ in uaginas perueniat. Ergo iis moribus nõ mõ ſufficiebant fruges nulla ꝓuinciarũ
paſcente italiã: uerumetiã annonæ uilitas incredibilis erat. Mãnius Martius ædilis plebis primũ frumen
tum populo in modios aſſibus donauit. Minutius Augurinus qui Sp. Meliũ coarguerat farris preciũ ĩ
trinis nundinis ad aſſem redegit undecimus plebei tribunus: qua de cã ſtatua ei extra portã trigeminam
a populo ſtipe collata ſtatuta eſt. Trebius in ædilitate aſſibus populo frumẽtum preſtitit. Quã ob cau
ſam & ei ſtatuæ in capitolio & palatio dicatæ ſunt. Ipſe ſupremo die populi humeris portatus in rogum
eſt. Verũ quo anno mater deum aduecta romã eſt: maiorẽ ea æſtate factã eſſe q̃ antecedẽtibus annis de
cem facta eſſet tradunt. M. Varro auctor eſt: cum. L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephãtos
aſſibus ſingulis farris modios fuiſſe. itẽ uini congios: ficiq; ſiccæ pondo. xxx. olei pondo. x. carnis pondo
xii. Nec e latifundiis ſingulorũ contingebat arcentiũ uicinos. Quippe etiam lege Stolonis Licini incluſo
modo quingentorũ iugerũ: & ipſo ſua lege damnato: cum ſubſtituta filii perſona amplius poſſideret: lu-
xuriantis iã reipublicæ fuit iſta menſura. Manii quidẽ Curii poſt triũphos ĩmenſumq; terrarũ adiectum
ĩperio nota concio eſt: pernicioſum intelligi ciuem: cui ſeptẽ iugera non eſſent ſatis. Hæc aũt mẽſura ple
bi poſt exactos reges aſſignata eſt. Quæ nã ergo tantæ ubertatis cauſa erat. ipſorũ tunc manibus ĩpera-
torũ colebãtur agri (ut fas eſt credere) gaudẽte terra uomere laureato: & triũphali aratore. Siue illi eadẽ
cura ſemina tractabant: qua bella: eademque diligentia arua diſponebant: qua caſtra: ſiue honeſtis ma-

nibus oĩa lætius ꝑueniunt:quoniã & curioſius fiunt. Serentẽ inuenerunt dati honores Serranũ:unde co
gnomen. Aranti quattuor ſua iugera in uaticano:quæ prata quinta appellant̃ Cincinato uiator attulit di
ctaturam:& quidẽ (ut tradit Norbanus) nudo plenoq; pulueris etiãnum ore. Cui uiator uela corpus in
quit:ut proferã ſenatus populiq; romani mandata. Tales tum ẽt uiatores erant:quibus idipſum nomen
inditum eſt:ſubinde ex agris ſenatũ ducesq; accerſentibus. At nunc eadẽ illa uincti pedes: dãnatæ man9
inſcripti uultus exercent. Non tamen ſurda tellure:quæ parens appellat̃:coliq; dicit̃ & ipſa:honore hinc
aſſumpto:ut nunc imutata ea:& indigne ferente credat̃ id fieri. Sed nos miramur ergaſtuloꝝ nõ eadem
emolumenta eſſe quæ fuerunt imperatoꝝ. Igit̃ de cultura agri præcipere principale fuit & apud exteros
Siquidẽ & reges fecere Hiero. philometer. Attalus: Archelaus:& duces Xonophon:& penus etiã Ma-
go. Cui quidẽ tñ honorẽ ſenatus noſter attribuit carthagine capta:ut cũ regulis africæ bibliothecas do-
naret:unius eius duodetriginta uolumina cenſeret in latinã linguã transferẽda cũ. M. Cato præcepta cõ
didiſſet:peritiſq; linguæ punicæ dandum negocium in quo præceſſit oĩs uir tum clariſſimæ familiæ. D.
Syllanus ſapientiæ cõpoſitiſſimæ. quos ſequeremur prætexuimus in hoc uolumine nõ ingrate noĩando
M. Varronẽ qui octogeſimũprimũ uitæ annum agens de ea re prodendum putauit.

Ratio de agricultura. Cap. iiii.

Pud romanos multo ſerior uitiũ cultura eſſe cœpit. Primoq;:ut neceſſe erat arua tantũ colue
a re. Quoꝝ nobis rõ nunc tractabitur nõ uulgari modo:uerũ ut adhuc fecimus & uetuſtis:&
poſtea inuentis oĩ cura perquiſitis:cãq; reꝝ & ratiõe ſimul eruta. Dicemus & ſydera ſyderũq;
ipſoꝝ terreſtria ſigna dabimus indubitata. Quãdoquidẽ qui adhuc ea diligentius tractauere: quibuſuis
oratoribus potius q̃ agricolis ſcripſiſſe poſſunt uideri. Ac primũ oĩum oraculis maiore ex parte agemus
quæ non in alio uitæ genere plura certioraue ſunt. Cur enim nõ uideantur oracula a certiſſimo die: ma-
ximeq; ueridico uſu profecta. Principium autem a Catone ſumemus.

Laus agricolaꝝ:& quæ obſeruanda in agro parando. Cap. v.

Ortiſſimi uiri & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignunt̃:minimeq; male cogitantes. Prædiũ
f ne cupide emas. In re ruſtica operi ne parcas. In agro emendo minime. Quod male emptum
eſt ſemp pœnitet. Agrũ paraturos ante oĩa intueri oportet aquaꝝ uim:aut uicinum. Singula
magnas interpretationes habent:nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius æſtimari iubet. quo pa-
cto uiuant. In bono eſt ĩquit religiõe bene utenti. Attilius regulus ille punico bello bis cõſul aiebat: neq;
fœcundiſſimis locis inſalubrẽ agrum parandũ:neq; effœtis ſaluberrimũ. Salubritas loci non ſemp inco-
larũ colore detegit̃:quoniã aſſueti in peſtilẽtibus durant. Præterea ſunt quædã partibus anni ſalubria.
Nihil autẽ ſalutare eſt niſi quod toto anno ſalubre. Malus eſt ager cũ quo dñs luctat̃. Cato inter prima
ſpectari iubet:nõ ſolũ ſua uirtute ualeat qua dictũ eſt poſitõe. Vt operarioꝝ copia prope ſit. Oppidũq;
ualidũ. Vt nauigiorum euectus uel itineꝝ. Vt bene edificatus:& cultus. In quo falli pleroſq; uideo. Se-
gnitiẽ. n. prioris domini pro emptore eſſe arbitrant̃. Nihil eſt dãnoſius deſerto agro. Itaq; Cato. De bo
no dño melius emi:nec temere contẽnendã alienã diſciplinã:agroq; ut hoĩ:quãuis quæſtuoſus ſit: ſi ta-
men & ſumptuoſus:non multũ ſupereſſe. Ille in agro quæſtuoſiſſimã iudicat uitem non fruſtra:quoniã
ante oĩa de impenſæ ratione cauit. Proxime hortos irriguos:nec id falſo:ſi & ſub oppido ſint. Et prata: q̃
antiqui parata dixere. Idemq; Cato interrogatus quis eſſet certiſſimus quæſtus reſpondit. Si bene paſcat
Qui proximus ſi arat bene:ſumma oĩum in hoc ſpectando fuit:ut fructus is maxime probaretur:qui q̃
minimo ĩpendio conſtaturus eſſet. Hoc ex locoꝝ occaſione aliter alibi decernitur. Eodemq; pertinet q̃
agricolam uendacem oportere eſſe dixit. Fundum in adoleſcentia conſerendum ſine contatione: ædifi-
candum non niſi conſito agro. Tunc quoq; contanter:optimũq; eſt (ut uulgo dixere) aliena inſania frui
ſed ita ut uillarum tutela non ſit oneri. Eum tamen qui bene habitet ſæpius uẽtitare in agrum. Frontẽq;
domini plus prodeſſe q̃ occipitium non mentiuntur.

De uillaꝝ poſitione:& præcepta antiquorum de agro colendo. Cap. vi.

Odus hic probat̃:ut neq; fundus uillã quęrat:neq; uilla fundum. Non ut fecerint iuxta diuer
m ſum eadẽ ætate exẽplis. L. Lucullus. Q. Scæuolla: cũ uilla ſcæuolæ fundus careret: uilla Lu-
culli agro. Quo in genere cẽſoria caſtigatio erat: minus arare q̃ uerrere. Nec hoc ſine arte qua
dam eſt. Nouiſſimus uillam ĩ miſinenſi poſuit. C. Marius. vii. conſul:ſed peritia caſtramentãdi:ſicut cõ
paratus ei in cæteris etiã Sylla fœlix. Quos cæcos fuiſſe dicere conuenit. Neq; iuxta paludes ponendam
eſſe:neq; aduerſo amne. Quãq̃ Homerus oĩno e flumine ſemper ante lucanas auras inſalubres ueriſſi-
me tradit. Spectare in æſtuoſis locis ſeptemtrionẽ debet. meridiẽ in frigidis. In temperatis exortũ æqui-
noctialem. Agri ipſius bonitas quibus argumentis iudicanda ſit:quãq̃ de terræ optimo genere differen
tes abũde dixiſſe poſſumus uideri:etiãnum tñ traditas notas ſubſignabimus. Catonis maxime uerbis.
Ebulum:uel prunus ſilueſtris:uel rubus:bulbus minutus:trifolium:hærba pratenſis:quercus ſilueſtris
pyrus:maluſq; frumentarii ſoli notæ. Item nigra terra & cinerei coloris. Omnis creta coquit niſi perma
cra. Sabulum

era. Sabulum etiã niſi id per tenue eſt: & uulgo cãpeſtribus magis q̃ cliuoſis reſpondent eadem. Modũ
agri in primis ſeruandum antiqui putauere. Quippe ita cenſebant. Satius eſſe minus ſerere: & melius ara
re. Qua in ſententia & Virgilium fuiſſe uideo. Verũq; confitentibus latifundia prodidere italiã. Iam ue-
ro & prouincias ſex & ſemiſſem domini africæ poſſidebant: cũ interfecit eos Nero princeps. Nõ frauda-
bo magnitudine hac quoq; ſua. Cn. Pompeiũ qui nunquã agrũ mercatus eſt contermినũ. Agro empto
domũ uendendã inclemẽter atq; nõ ex utilitate publici ſtatus mago cenſuit. Hoc exordio præceptã pan-
dere ingreſſus ut tñ appareat aſſiduitatẽ deſideratã ab eo. De hinc peritia uillicoꝝ in cura habẽda ẽ. Mul
taq; de iis Cato præcepit. Nobis ſatis dixiſſe: q̃ proximũ domino corde eſſe debere: & tamẽ ſibimetipſi nõ
uideri. Coli rura ergaſtulis peſſimũ eſt: ut quicquid agitur a deſperantibus: Temerariũ uideat᷑ unã uocẽ
antiquorum poſuiſſe: & fortaſſis incredibile penitus æſtimẽt. Nihil minus expedire q̃ agrum optime co
lere. L. Tarius Rufus infima natalium humilitate conſulatum militari induſtria meritus antiquæ alias
parſimoniæ circiter mille ſextertium liberalitate Diui Auguſti cõgeſtum uſq; ad detractionẽ hæredis ex Siclum
hauſit agros in piceno coemedẽdo Colendoq;: In gloria. Internitionẽ ergo famẽq; cenſemus? Immo her
cule iudico modũ rerũ oĩum utiliſſimũ. Bene colere neceſſarium eſt. Optime damnoſum. Preter q̃ ſobo
le ſua: colono aut paſcendis. Alioquin domio aliquas meſſes colligere nõ expedit: ſi cõputetur impendiũ Ve
operæ: Nec temere oliuam nec quaſdam terras diligenter colere: ut ficuti in ſicilia tradũt itaq; decipi ad-
uenas. Quo nam igitur modo utiliſſime colunt᷑ agri? ex oraculo ſcilicet: malis bonis. Sed defendi æquũ
eſt abauos: qui præceptis ſuis ꝓſpexere uitæ. Nam cum dicerent malis intelligere uoluere uiliſſimos. Sũ
mum ꝓuidentiæ illorum fuit: ut q̃ minimũ eſſet ĩpendi. Præcipiebant enim iſta: qui triũphali denes ar-
genti libras in ſupellectile crimini dabant: qui mortuo uillico relinquere uictorias & reuerti ĩ ſua rura po
ſtulabant: quorum prædia colenda ſuſcipiebat reſpubli. exercituſq; ducebant ſenatu illis uillicante. Inde
illa reliqua oracula. Nequam agricolam eſſe quiſq; emeret quod præſtare ei fundus poſſet. Malum pa-
trẽfamilias quiſquis interdiu faceret quod noctu poſſet: niſi in tẽpeſtate cæli. Peiorem qui pro feſtis die-
bus ageret quod feriatis deberet. Peſſimus qui ſereno die ſub tecto potius operaret᷑ q̃ ĩ agro. Nequeo mi
hi temperare: quo minus unum exemplum antiquitatis afferam. Ex quo intelligi poſſit apud populum
etiam de culturis agendi morem fuiſſe: qualiter defendi ſoliti ſint illi uiri. C. Furius Creſinus e ſeruitute li
beratus cum in paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet q̃ ex ampliſſimis uicinitas.
In inuidia magna erat: ceu fruges alienas pelliceret ueneficiis. Quãobrem a Sp. Albino curuli die dicta
m tuens damnationẽ cum ĩ ſuffragium tribus oporteret ire: ĩſtrumentum ruſticum omnem ĩ forum at
tulit: & adduxit filiam ualidã: atq; (ut ait Piſo) bene curatã ac ueſtitam: ferramẽta egregie facta: graues
ligones: uomeres ponderoſos: boues ſaturos. Poſtea dixit. Veneficia mea q̃rites hæc ſunt nec poſſum uo
bis oſtendere: aut ĩ forum adducere lucubrationes uigiliaſq; & ſudores. Oĩum ſententiis abſolutus itaq;
eſt. Profecto opera nõ ĩpenſa cultura conſtat. Et ideo maiores fertiliſſimũ ĩ agro oculum domini eſſe di-
xerunt. Reliqua præcepta reddent᷑ ſuis locis: quæ ꝓpria ſingulorum generũ erunt. Interim coĩa quæ ſuc
currunt nõ omittemus. Et ĩ primis Catonis humaniſſimũ & utiliſſimũ. Id agendum ut diligant uicini.
Cauſas reddit ille: quas exiſtimamus nulli eſſe dubias. Inter prima idem cauet: ne familiæ malæ ſint. Ni
hil ſero faciendum in agricultura oẽs cenſent. Iterũq; ſuo quæq; tẽpore facienda. Et tertio præcepto præ-
termiſſa fruſtra reuocari. De terra carioſa execratio.. Catonis abunde indicata eſt. Quãq̃ prædicere non
ceſſat is. Quicq̃d per aſellum fieri põt utiliſſime conſtat. Filix biennio morit᷑: ſi frondẽ agere non patiaris
Id efficaciſſime contingit germinãtis ramis baculo decuſſis. Succus enim ex ipſa defluens necat radices.
Aiunt & circa ſolſtitium auulſas nõ renaſci: nec harundine ſectas: aut exaratas uomeri harundine ĩpoſi-
ta. Similiter & harundinẽ exarari ſilice uomeri ĩpoſita præcipiunt. Iuncoſus ager uerti pala debet. At in
ſaxoſo bidentibus. Frutera igni optime tollunt᷑. Humidiorem agrum foſſione concidi atq; ſiccari utiliſſi
mum eſt. Foſſas autem retuſis locis apertas relinqui. In ſolutiore terra ſepibus firmari Imbricibus ac ſu Cretoſis
pinis lateribus procũbere: quaſdam occecari: & in alias dirigi maiores patentioreſq; ſi ſit occaſio ſilice uel
glarea ſterni. Ora utrinq; lapidibus ſtatuminari: & alio ſuperintegi. Siluæ extirpandæ ratiõem Democri
tus prodidit: lupini flore in ſucco cicutæ uno die macerato ſparſiſq; radicibus.

De frugum generibus & natura. Cap. vii.

T quoniã præparatus eſt ager: natura nunc ĩdicabitur frugũ. Sunt aũt duo prima earũ gene-
e ra. Frumenta: ut triticũ ordeũ. Et legumina: ut faba & cicer. Differẽtia uero notior: q̃ ut ĩdicari
deceat. Frumenti ipſius totidem genera per tpa ſatu diuiſa. Hyberna quæ circa uergiliarum
occaſum terra per hyemem nutriuntur: ut triticũ: far: ordeum. Aeſtiua quæ æſtate ante uergiliarũ exor-
tum ſeruntur: ut milium: paticũ: ſiſama: horminũ: irio italiæ duntaxat ritu. Alioqn in græcia & aſia oĩa
uergiliarum occaſu ſeruntur. Quædam aũt utroq; tempore ĩ Italia. Ex his quædã & tertio ueris ſcilicet.
Aliqui uerna: milium: panicum: lentẽ: cicer: halicã appellant. Sementica aũt triticum: hordeum: fabam:
napum: rapam. Et ĩ tritici genere pars aliqua pabuli eſt quadrupedum cauſa ſati: ut farrago. Et in legu-
ſ

minibus ut uitia. Ac cōis quadrupedum hominumq; uſui lupinus. Legumina omnia ſingulas habent ra
dices præter fabā: eaſq; ſurculoſas: qa non in multa diuiduntur. Altiſſimas autē cicer. Frumenta multis
radicantur fibris ſine ramis. Erumpit a primo ſatu hordeum die ſeptimo. Legumina quarto: uel cum tar
diſſime ſeptimo. Faba a.xv.ad.xx. Legumina in ægypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani ī radi
cem exit: alterum in hærbam: quæ & prior floret. Radicem craſſior pars grani fundit: tenuior florē. Cæ-
teris ſeminibus eadē pars & radicē & florem. Frumenta hyeme ī hærba ſunt: uerno tpe faſtigantur in ſti
pulam: quæ ſunt hyberni generis. At milium & panicum in culmē geniculatum & cōcauum. Siſama ue
ro in ferulaceum. Omnium ſatorum fructus aut ſpicis continetur: ut tritici ordei muniturq; uallo ari-
ſtarum quadruplici: aut īcluditur ſiliquis: ut leguminum: aut uaſculis: ut ſiſamæ: ac papaueris. Milium
ac panicum tantum pro īdiuiſo & paruis auibus expoſita ſunt: īdefenſa quippe membranis continentur.
pannicum a panniculis dictum: cacumine languido nutante: paulatim extenuato culmo: pene in ſurcu-
Lōgiſſimo pedali lum prædenſis aceruatur granis: cum longiſſima pedali obſimili comæ granum complexæ: quæ fimbria
to capillo curuatur. Sunt & pānico genera. Mammoſo: epano: paruis racemato paniculis: & cacumine
gemino. Quin & colore diſtinguitur: candido: nigro: ruffo: etiam purpureo. Panis multifarie & e milio
fit: e panico. rarius. Sed nullum frumento ponderoſius: aut quod coquendo magis creſcat. Lx. enim pō-
do panis e modio reducunt: modiumq; pultis ex tribus ſextariis madidis. Milium intra hos decem an-
nos ex īdia in italiam inuectum eſt: nigrum colore: amplum grano: harūdineum culmo. Adoleſcit ad pe
des altitudine ſeptem prægrandibus culmis. Lobas uocant. omnium frugum fertiliſſimum. Ex uno gra
no terni ſextarii gignuntur. Seri debet ī humidis. Frumenta quædam in genu tertio ſpicam īcipiunt con-
cipere. Quædam in quarto: ſed etiamnum occultam. Genicula autem ſunt tritico quaterna. Farri ſena.
Hordeo octaua. Sed non ante ſupra dictum geniculorum numerū conceptus eſt ſpicæ. Qui ut ſpē ſui
fecerit: quatuor aut quinque tardiſſime diebus florere īcipiunt. Totidemq; aut paulo pluribus deflore-
ſcunt. Hordea uero cum tardiſſime ſeptem. Varro quater nouenis diebus fruges abſolui tradit: & men-
ſe nono meti. Fabæ ī folia exeunt: ac deīde caulem emittunt nullis diſtinctum īternodiis. Reliqua legu-
mina ſurculoſa ſunt. Ex iis ramoſa cicer: eruum: lens. Quorundam caules ſparguntur ī terram: ſi non ha
beant adminiculum: ut piſorum. Quod ſi non habuere deteriora fiunt. Leguminum unicaulis faba ſola
Vnus & lupinis. Cæteris ramoſus: prætenui ſurculo. Omnibus uero fiſtuloſus. Folium quædam a radi
ce mittunt: quædam a cacumine. Frumentum uero & hordeum uitiaq; & quicquid in ſtipula eſt ī cacu-
mine unum folium habet. Sed hordeo ſcabra ſunt: cæteris læuia. Multiplicia cōtra fabæ: ciceri: piſo. Fru-
mentis folium harundinaceum. Fabæ rotundum: & magnæ leguminum parti. Longiora eruiliæ & piſo.
Faſiolis uenoſa. Siſamæ & irioni ſanguinea. Cadunt folia lupino tantum: & papaueri. Legumia diutius
florent: & ex iis eruum ac cicer. Sed diutiſſime faba. xl. diebus. Non autem ſingulis ſcapi tādiu: quoniam
alio deſinente alius īcipit. Nec tota ſeges ſicut frumenti pariter. Siliquantur uero omnia diuerſis diebus:
& ab ima primum parte paulatim flore ſubeunte. Frumenta cum defloruere craſſeſcunt: maturanturq;
cum plurimum diebus. xl. perficiuntur. Item faba. Pauciſſimis cicer. Id enim a ſemente diebus. xl. perfici
tur. Milium & panicum & ſiſama & omnia æſtiua. xl. diebus maturantur a flore. Magna terræ cælique
differentia. In ægypto enim hordeum ſexto a ſaxo a ſatu menſe. Frumenta ſeptimo metuntur. In hellade
hordeum. In peloponneſo octauo & frumenta etiamnum tardius. Grana ī ſtipula crinito textu ſpicant.
In faba leguminibuſq; alternis lateribus ſiliquantur. Fortiora hyeme frumenta legumīaq; ī cibo. Tunicę
frumento plures. Hordeum maxīe nudum: & halica: ſed præcipue auena. Calamus altior frumento q̄
hordeo. Ariſta mordacior hordeo. ī area exteruntur triticum & ſiligo & hordeum. Sic & ſeruntur pura:
qualiter molluntur: quia toſta non ſunt. E diuerſo far: milium: panicum purgari niſi toſta non poſſunt.
Itaq; hæc cum ſuis folliculis ſeruntur cruda. Et far ī uaginulis ſuis ſeruant ad ſatus: atq; non torrent. Le-
uiſſimum ex iis hordeū raro excedit. xv. libras: & faba. xxii. Ponderoſius far: magiſq; etiānum triticum.
Far in ægypto olyra conficit͛. Tertiū genus ſpicæ hoc ibi eſt. Galliæ quoq; ſuū genus farris dedere: quod
illic brance uocāt: apud nos ſandalam nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt: q, fere quaternis libris plus
redddit panis q̄ far aliud. Populū romanū farre tm̄ e frumēto. ccc. annis uſum Verri9 tradidit. Tritici ge
nera plura quæ facere gentes. italico nullum equidē cōparauerim cādore ac pondere: quo maxīe decerni-
tur. Montanis mō cōparet͛ italiæ agris externum. ī quo principatū tenuit boetia: deīde ſicilia: mox afri-
ca. Tertiū pondus erat thracio ſyrioq;: deīde ægyptio: athletaq; cū decreto: quorū capacitas iumētis ſimi
lis: quē diximus ordinē fecerat. Græcia & ponticū laudauit: quod ī italiam nō peruenit. Ex oī eodem ge-
nere grani prætulit oreūtium & tragū digaes: & ſelinuntiū argumento craſſiſſimi calami. itaq; pingui ſo
lo hæc genera aſſignabat. Leuiſſimū & maxime inane ſeu tenuiſſimi calami in humidis ſeri iubebat: quo-
niam multo egeret alimento. Hæ fuere ſententiæ Alexandro magno regnante: cum clariſſima fuit græ-
cia atq; in toto terrarū orbe potentiſſima: ita tamē: ut ante mortē eius annis fere centū quadragintaq;
Sophocles poeta in fabula Triptolemo frumentū italicū ante cūcta laudauerit ad uerbū tranſlata ſnia
Et fortunatam

Et fortunatam italiam frumento caneſcere candido.
Quæ laus peculiaris hodie italico eſt. Quo magis admiror poſteros græcorum nullam mentionẽ huius fe
ciſſe frumenti. Nunc ex iis generibus quæ romam iuehuntur leuiſſimum eſt gallicum atq; e cheronneſo
aduectum: quippe non excedunt in modium uicenas libras: ſi quis granum ipſum ponderet. Adiicit ſar
dium ſex libras: alexſandrinum & trientes. Hoc eſt & ſicli pondus. Bœoticum totã libram addit: africũ
& dodrantes. In tranſpadana Italia ſcio uicenas quinas libras farris modios pendere: Circa cluſium & ſe
nas. Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere pane militari: tertia portio ad grani pondus accedat. Sicut
optimum eſſe frumentũ: quod impactũ congium aquæ capiat. Quibuſdã generibus per ſe põdus: ſicut
balearico: modio tritici panis pondo. xxx. reddit. Quibuſdã in permixtis: ut cyprio & alexandrino. xx.
prope libras nõ excedentibus. Cyprium fuſcum eſt: panẽ nigrũ facit. itaq; miſcetur alexandrinum candi-
dum: redduntq;. xxv. pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua ſubigi: quod pleriq; maritimis ĩ lo-
cis faciunt occaſione lucrandi ſalis uiliſſimũ. Non alia de cauſa oportuniora morbis corpora exiſtunt.
Galliæ & hiſpaniæ frumento in potum reſoluto quibus diximus generibus ſpuma ita cõcreta pro fermẽ
to utuntur. Qua de cauſa leuior illis q̃ cæteris panis eſt. Differentia eſt & calami. Craſſior quippe melio
ris eſt generis. Plurimis tunicis thracium triticum ueſtitur ob nimia frigora illi plagæ exquiſitum. Eadẽ
cauſa & trimeſtria inuenit detinẽtibus terras niuibus: quod tertio fere ſatum menſe ut in reliquo orbe me
titur. Totis hoc alpibus notum & hyemalibus prouinciis. Nullum hoc frumẽto lætius. Vnicalamũ præ
terea: nec uſq; capax: ſeriturq; nõ niſi tenui terra. Eſt & bimeſtre circa thracium ſinum: quod. xl. die quo ſa
tum eſt matureſcit: mirumq; nulli frumento plus eſſe ponderis: & furfuribus carere. Vtitur eo & ſicilia:
& achaia: montoſis utraq; partibus. Euboea quoq; circa cariſtum. In tãtum fallitur Columella: qui ne tri
meſtris quidem proprium genus exiſtimauerit eſſe cum ſit antiquiſſimum. Græci trimenon uocãt. Tra-
dunt in bactris grana tantæ magnitudinis fieri: ut ſingula ſpicas noſtras æquent. Primũ ex omnibus fru
mentis ſeritur hordeum. Dabimus & dies ſerendi cuiq; generi natura ſingulorum expoſita. Hordeum ĩ-
dis ſatiuũ & ſilueſtre: ex quo panis apud eos præcipuus. Italici quidem maxime oriza gaudẽt: ex qua pti
ſanam conficiunt: quam relinqui mortales ex hordeo. Orizæ quidem folia carnoſa: porro ſimilia: ſed la-
tiora. Altitudo cubitalis: flos purpureus: radix gẽmeæ rotunditatis. Antiquiſſimũ in cibis hordeũ: ſicut
athenienſium ritu. Menandro auctore apparet & gladiatorum cognomine. qui hordearii uocabantur.
Polentam quoq; græci non aliunde præferunt. Pluribus fit hæc modis. Græci perfuſum aqua hordeum
ſiccant nocte una: ac poſtero die frigunt: deinde mollis frangunt. Sunt qui uehementius toſtum rurſus
exigua aqua aſpergant: ſiccentq; priuſquã molant. Alii uero uirentibus ſpicis decuſſum hordeum recens
purgant: madidumq; in pila tundunt: atq; ĩ corbibus eluunt: ac ſiccatum ſole rurſus tundunt: & purga-
tum molunt. Quocũq; aũt genere præparato uicenis hordei libris: ternas ſeminis lini: & coriãdri ſelibras
ſaliſq; acetabulo: torrentes ante oĩa miſcent in mola. Qui diutius uolunt ſeruare cũ polline ac furfuribus
ſuis cõdunt nouis fictilibus. Italia ſine perfuſione toſtum ĩ ſubtilem formã molit: iiſdem additis: atq; ẽt
milio. Panẽ ex hordeo antiquis uſitatum uita dãnauit: quadrupedumq; tradidit refectibus. Ptiſanæ inde
uſus ualidiſſimus ſaluberrimuſq; tantopere probaẽ. Vnum laudibus eius uolumẽ dicauit Hippocrates
clariſſimus medicinæ ſciẽtiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua uticenſi. In ægypto uero ea eſt: quæ fit ex hordeo
cui ſunt bini anguli. In bœotia & africa genus: ex quo fiat: hordei glabrum appellat Turranius. Idẽ oly-
ram & oryzã eandẽ eſſe exiſtimat. Ptiſanæ conficiendæ uulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemĩe tra
gum fit in cãpania tantum & ægypto. Amylum uero ex oĩ tritico ac ſiligine. Sed optimum ex trimeſtri.
Inuentio eius chio inſulæ debetur: & hodie laudatiſſimũ inde eſt: appellatum ab eo q; ſine mola fiat. Pro
ximũ trimeſtri: quod eſt minime ponderoſo tritico. Madeſcit dulci aqua ĩ ligneis uaſis: ita utitegatur: qn
quies in die mutata. Melius ſi & ĩ nocte: ita ut miſceatur pariter emolitum: priuſq; q̃ aceſcat: Linteo aut
ſportis ſiccatũ tegulæ ĩfunditur illitæ fermento: atq; ita in ſole denſatur. Poſt chium maxime laudaẽ cre-
ticum: mox ægyptium. Probaẽ aũt leuitate & læuore: atq; ut recẽs ſit. Iam & Catonis dictu. Apud nos
hordei farina ad medendũ utunẽ. Mirũq; in uſu iumentorum ignibus durato: ac poſtea emollito: offiſque
humana manu dimiſſis in aluum maiores uires toroſq; corporis fieri. Spicæ quædam binos ordines ha-
bent: quædã plures uſq; ad ſenos. Grano ipſi aliquot differentiæ: longius: leuiuſq;: aut breuius: aut rotũ-
dius: candidius: nigrius: uel cui purpura eſt. Vltimo ad polentam contra tempeſtates candido maxima
ſirmitas. Hordeũ frugũ oĩum molliſſimũ eſt: ſeri non ualet niſi in ſicca & ſoluta terra: ac niſi læta. Palea
ex optimis. Stramentis uero eius nullum cõparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitoſũ:
quia tollitur anteq̃ triticum occupet rubigo. ita ſapientes agricolæ triticum cibariis tantum ſerunt. Hor
deum ſarculo ſeri dicunt: propterea celeberrimæ reddit. fertiliſſimumq;. Quod in hiſpania & charthagie
aprili menſe collectum eſt: hoc ſeritur eodem menſe in celtiberia: eadẽq; anno bis naſcitur. Rapitur oẽ a
prima ſtatim maturitate feſtinantius q̃ cætera. Fragili enim ſtipula & tenuiſſima palea granum continẽ
Meliorem etiam polentam fieri tradunt ſi non exacta maturitate tollatur.

ſ ii

Non omnia frumẽti genera ubiq; naſci: & de reliquis in oriẽte generibus. Dap.viii

f Rumenti genera non eadem ubiq;: neq; ubi eadẽ ſunt iiſdẽ noĩbus. Vulgatiſſima far: quod adoreum ueteres appellauere: ſiligo: triticum. Hæc plurimis terris cõia. Arica galliarum ꝓpria: copioſa & italiæ eſt. In egypto autẽ ac ſyria ciliciaq; & aſia ac græciæ parte peculiares zea: olyra: typhe. Aegyptus ſimilaginẽ conficit e tritico ſuo nequaq̃ italicæ parem. Qui zea utuntur nõ habent far. Eſt & hæc italiæ incampania maxime ſememq; appellat̃. Hoc debet nomen res præclara ut mox docebimus. Propter quã Homerus Zedoros arura dixit. Nõ ut arbitrantur aliqui: quoniã uitã donaret. Amylum quoq; ex ea fit priore craſſius. Hæc ſola differentia eſt. Ex omni genere duriſſimum far: & cõtra hyemes firmiſſimum. Patitur frigidiſſimos locos: & minus ſubactos: uel æſtuoſos ſitienteſq;: primus antiquis latio cibus: magno argumento in adoreæ donis ſicuti diximus. pulte aũt non pane longo tempore uixiſſe romanos manifeſtum. Quoniam ĩde & pulmentaria hodieq; dicuntur. Et Ennius antiquiſſimus uates obſidionis famem deſcribens offam eripuiſſe plorãtibus liberis patres cõmemorat. Et hodie ſacra priſca atq; natalium pulte fritilla conficiuntur. uideturq; tã puls ignota græciæ fuiſſe q̃ italiæ polẽta. Tritici ſemine auidius nullũ eſt: nec quo plus alimenti trahat. Siliginẽ dixerim proprie tritici delicias: cãdor eſt: & ſine uirtute & ſine pondere: conueniens hũidis tractibus: quales italiæ ſunt & galliæ comatæ. Sed & tranſalpes ĩ allobrogum tantum aruenorumq; agro pertinax. In cæteris ibi partibus biennio in triticũ tranſit. Remedium ut grauiſſima quæq; grana eius ſerantur.

De piſtoriis: & molitura: & farina. Cap.ix.

Siligine lautiſſimus panis. piſtrinarũq; opera laudatiſſima. Præcedit in italia: ſi cãpana piſis na-

e tæ miſceatur. Rufior illa: at piſana candidior: põderoſior uero cretacea. Iuſtum eſt e grano cãpanæ quã uocant caſtratã: e modio redire ſextarios quattuor ſiliginis. Vel e gregali ſine caſtratura ſextarios quinq;. Præterea floris ſemodiũ. Et cibarii quod ſecundariũ uocant ſextarios quatuor. Furfuris ſextarios totidẽ. E piſana aũt ſiliginis ſextarios qnq;. Cætera paria ſunt. Cluſina aretinaq; etiãnum ſextarios ſiliginis aſſũmunt: in reliquis pares. Si uero pollinẽ facere libeat. xvi. pondo panis redeũt. Et cibarii tria. Furfurũ ſemodiũ. Molæ diſcrimine hoc cõſtat. Nãq; ſicca molunt̃ plus farinæ reddunt. Quæ falſa aqua ſparſa candidiorẽ medullã: uerũ plus retinent in furſure. Farinã a farre dictam noĩe ipſo apparet. Siligineæ farinæ modius gallicæ. xxii. libras panis reddit. Italicæ duabus tribus ue amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunq; genere.

De ſimilagine & ſiligine & de aliis generibus & de piſtura. Cap.x.

Imilago ex tritico fit laudatiſſima. Ex africo iuſtũ eſt e modiis redire ſemodios: & pollinis ſex

f tarios quinq;. Ita. n. appellãt in tritico: quod florẽ in ſiligine. Hoc arariæ officinæ chartariæque utunt̃. Præterea ſecundarii ſextarios quattuor. Furfurumq; tantũdem. Panes uero e modio ſimilaginis. cxxii. E floris modio. cxvii. Precium huic annona media in modio farinæ. xl. aſſes. Similagini caſtratæ octonis aſſibus amplius. Siligini caſtratæ duplũ. Eſt & alia diſtinctio. Similago. l. pollin autẽ xvii. pondo panis reddere uiſa tritici. xxx. cum triente: & ſecundarii panis quinas ſelibras: totidẽ cibarii: & furfuꝝ ſextarios ſex. Siligo nunq̃ matureſcit pariter: nec ulla ſegetũ minus dilatiorẽ patitur ꝓp teneritatẽ. Iiſq; maturuere ꝑmus granũ dimittẽtibus: ſed minus q̃ cetera frumenta in ſtipula periclitat̃: quoniã ſemp rectã habet ſpicã: nec rorẽ continet: qui rubiginẽ faciat. Ex africa dulciſſimus panis: ipſa ſpiſſior q̃ far: & maior ſpica eadẽ & ponderoſior. Raro modius grani nõ. xvi. libras ĩplet. Exteritur in græcia difficulter. ob id iumentis dari ab Homero dicta. Hæc. n. eſt quã uocat olyram. Eadẽ in ægypto facilis fertiliſq; far ſine ariſta eſt. Item ſiligo excepta ea quæ laconica appellat̃. Adiiciũtur iis genera: bromos: ſiligo exceptitia: & tragos externa oĩa ab oriente inuecta orizæ ſimilia. Tiphe & ipſa eiuſdẽ generis: ex qua fit ĩ

Zea nostro orbe oriza. Apud græcos eſt & iſia. Tradunq; team ac tiphen cum ſint degeneres redire ad frumẽtum: ſi piſtæ ſerantur: nec protinus: ſed tertio anno. Tritico nihil eſt fertilius. Hoc enim natura ei tribuit quoniam eo maxime alat hominem. Vtpote cum e modio ſi ſit aptum ſolum: quale in bizãtio africæ cãpo centeni quinquageni modii reddantur. Miſit ex eo loco Diuo auguſto procurator eius ex uno grano uix credibile dictu quadringenta paucis minus germina. Extantq; de ea re epiſtolæ. Miſit & Neroni ſimiliter. cccxl. ſtipulas ex uno grano. Cum centeſimo quidẽ & leontini ſiciliæ cãpi fundunt. Aliiq;: & toto betica: & in primis ægyptus. Fertiliſſima tritici genera ramoſum: aut quod centigranum uocant. Inuentus eſt iam & ſcapus unus centum fabis onuſtus. Aeſtiua frumenta diximus ſiſamam: milium: panicum. Siſama ab indis uenit: ex ea & oleum conficiunt. Color eius candidus. Huic ſimile eſt in aſia græciaq; eriſimũ: idẽq; erat: niſi pinguius eſſet: quod apud nos uocãt irionẽ: medicaminibus annumerãdum potiuſq; frugibus. Eiuſdẽ naturæ & horminũ a græcis dictũ: ſed cymino ſimile: ſeriturq; cum ſiſama hoc & irione. Nullũ aĩal ueſcit̃ uirentibus. Piſtura non oĩum facilis. Quippe & hetruria ſpicam farris toſti piſente pilo præferrato fiſtula ferrata: & ſtella intus denticulata: ut niſi intenti piſant: concidantur grana ferroq; frangantur. Maior pars italiæ ruido utitur pilo: rotis etiã: quas aqua uerſet obiter: & molat. De

ipſa ratione

ipſa ratione piſendi Magonis proponetur ſentẽtia. Triticum ante perfundi aqua multa iubet: poſtea euel
li. deinde ſole ſiccatum pila repeti. Simili modo hordeũ. Huius ſextarios. xx. ſpargi duob9 ſextariis aquæ
Lentẽ torrere prius: deĩde cum furfuribus leuiter piſi. Aut additos in ſextarios. xx. lateris crudi fruſto: &
harenæ ſemodio. Eruiliam iiſdem modis quibus lentẽ. Siſamã in calida maceratam exporrigi. Deinde cõ
fricari: frigidæ ĩmergi: ut paleæ fluctuent: iterũq; exporrigi in ſole ſuper lintea. Quod niſi feſtinato pera-
gatur: lurido colore muceſcere. Et ipſa aũt quæ eualuãtur uariã piſturaꝝ rationem habent. Acus uocat̃
cum per ſe piſitur. Spica tantũ aurificum ad uſus. Si uero in area teritũr cũ ſtipula: palea: ut maiore in
terrarũ parte ad pabula iumentoꝝ. Milii & panici & ſiſamæ appludã uocant purgamẽta: alibi aliis noĩ-
bus. Milio cãpania gaudet præcipue: pultẽq; candidã ex eo facit. Fit & panis prędulcis. Sarmataꝝ quoq;
gentes hac maxime pulte aluntur: & cruda etiam farina equino lacte: uel ſanguine e cruris uenis admix-
to. Aethiopes non aliam frugem q̃ milii hordeiq; nouere. Panico & galliæ quædam præcipue aquitania
utitur. Sed circũpadana italia addita faba: ſine qua nihil conficiunt. Ponticæ gentes nullum panico præ-
ferunt cibum. Cætero æſtiua frumenta riguis magis etiam q̃ hymbribus gaudent. Milium & panicum
aquis minime: cum in folia exeunt. Vetant ea inter uites arboreſq; frugiferas ſeri: terram emacrari hoc ſa-
tu exiſtimantes.

De fermentis & panis faciendi ratio & genera: & quando primum piſtores Romæ & de cribris: &
alica. Cap. xi.

Ilii præcipuus ad fermẽta uſus e muſto ſubacti ĩ annuũ tempus. Simile fit ex tritici ipſius fur-
m furibus minutis & optimis e muſto albo triduo maturato ſubactis: ac ſole ſiccatis. Inde paſtil
los ĩ pane faciendo dilutos: cũ ſimilagine ſeminis feruefaciunt: atq; ita farinæ miſcent: ſic opti-
mum panẽ fieri arbitrãtes. Græci ĩ binos ſemodios farinæ ſatis eſſe beſſes fermenti cõſtituere. Et hæc qui
dẽ genera uindemiis tantum fiunt. Quo libeat uero tpe ex aqua hordeoq; bilibres offæ feruẽti foco: uel fi
ctili patina torrent̃ cinere & carbone: uſq; dũ rubeant. Poſtea operiũtur ĩ uaſis donec aceſcãt: hinc fermẽ
tum diluitur. Cũ fieret aũt panis hordeaceus eruilæ aut cicerulæ farinæ ipſæ admixtione fermentabãtur.
Iuſtumq; erat duæ libræ in qnq; ſemodios. Nunc fermentũ fit ex ipſa farina quæ ſubigitur prius q̃ adda-
tur ſal ad pultis modum decocta: & relicta donec aceſcat. Vulgo uero nec ſufferuere faciunt: ſed tãtum
pridie aſſeruata materia utunt̃. Palãq; natura eſt acore fermẽtari: ſicut & ualidiora eẽ corpora quæ fermẽ
tato pane aluntur. Quippe cum apud ueteres ponderoſiſſimo cuiq; præcipue tritico ſalubritas perhibita
ſit. Panis ipſius uaria genera proſequi ſuperuacuum uidet̃. Alias ab obſoniis appellari ut oſtrearii. Alias
a delitiis ut artolagani. Alias a feſtinatione ut ſpeuſici. Necnon a coquendi ratione ut furnacei uel artop- Artoptici
teſii: aut ĩ clibanis cocti non pridem etiã e parthis aduecto: quem alii aquaticũ uocant: quoniã aqua tra-
hitur a tenui & ſpongioſa inanitate: alii pthicum. Sũma laus ſiliginis bonitate & cribri tenuitate conſtat.
Quidã ex ouis aut lacte ſubigunt. Butyro uero gentes etiam pacatæ ad opis piſtorii genera tranſeũte cu
ra. Durat ſua piceno ĩ panis ĩuentione gratia ex alicæ materia cũ nouẽ diebus macerata: decimo ad ſpeciẽ
tracta: & ſubacta uuæ paſſæ ſucco eſt. Ibi poſtea in furnis ollis indita: quæ rumpantur ibi torrent. Neq;
eſt ex eo cibus niſi madefacto: quod fit lacte maxime mulſo. Piſtores romæ non fuerunt ad perſicũ uſq;
bellũ: annis ab urbe condita ſuper qngentos octoginta. Ipſi panes faciebant quirites: mulierũq; id opus
erat: ſicut etiam nunc ĩ plurimis gentiũ. Artopteſiam Plautus appellat ĩ fabula: quam aulul̃ariam ſcrip- Artopiam
ſit. Magna ob id cõcertatione eruditoꝝ: an is uerſus poetæ ſit illius: certũq; ſit Attei Capitonis ſententia. Plautus.
Toſtum panẽ lautioribus coquere ſolitos: piſtoreſq; tantũ eos qui far piſebant noĩatos. Nec cocos uero
habebant in ſeruitiis: eoſq; ex macello conducebant. Cribroꝝ genera galliæ ſetis equoꝝ ĩuenere: hiſpaniæ
lino excuſſiora & pollinaria: ægyptus e papyro atq; iunco. Sed ĩter hæc dicatur prima & alicæ ratio: præ
ſtantiſſimæ ſaluberrimæq;: quæ palma frugum ĩdubitanter italiã contingit. Fit ſine dubio & in ægypto:
ſed admodum ſpernenda. In Italia uero pluribus locis: ſicut ueronenſi piſanoq; agro. In campania tamẽ
laudatiſſimus campus eſt: montibus ſubiacet nimboſis totis quidẽ. xl. mil. paſ. planicie. Gratia terræ ei9
(ut protinus ſoli natura dicatur) puluerea ſumma: ĩferior bibula: & punicis fiſtulãs uice. Montiũ quoq;
culpa in bonum cedit. Crebros enim hymbres percolat atq; tranſmittit: nec dilui aut madere uoluit ꝑ-
pter facilitatem culturæ. Eadẽ acceptum humorẽ nullis fontibus reddit: ſed temperat: & concoquens in
tra ſe uice ſuſi continet. Seritur toto anno: punico ſemel: bis farre. Et tamẽ uere ſegetes quæ ĩterquieuere
fundunt roſam odoratiorem ſatiua: adeo terra nõ ceſſat parere. Vnde uulgo dictũ plus apud campanos
unguenti: q̃ apud cæteros olei fieri. Quantũ autẽ uniuerſas terras campus circũcampanus antecedit: tã-
tum ipſum pars eius: quæ laboriæ uocãtur: quẽ phlegræũ græci appellant. Finiunt̃ laboriæ uia ab utroq;
latere conſulari: quæ a puteolis: & quæ a cumis capuã ducit. Alia fit e zea quam ſemen appellauimus.
Tundit̃ granũ eius in pila lignea. Nam lapidis duritia cõteritur. Nobilius ut notũ ẽ pilo uinctoꝝ pena
li opa. Primori ineſt pixis ferrea excuſis inde tunicis. Iteꝝ iiſdem armamentis nudata cõciditur medulla.
Ita fiunt alicæ tria genera: minimum: ac ſecũdarium: grandiſſimum uero aphercma appellãt. Nondũ ha

bene candorẽ ſuũ quo præcellunt. Iam tamen alexandrinæ præferũtur. Poſtea mirũ dictu admiſcet̃ creta
quæ tranſit in corpus: colorẽq; & teneritatẽ affert. Inuenit̃ hæc īter puteolos & neapolim ī colle leucogeo
appellato. Extatq; Diui Auguſti decretũ quo anno ad uicena milia neapolitanis pro eo numerari iuſſit̃e
fiſco ſuo coloniã deducẽs capuã. Adiecitq; cãm afferendi: quoniã negaſſent cãpani alicã cõfici ſine eo me
tallo poſſe. In eodẽ repitur & ſulphur. Emicantq; fontes araxi oculorum claritati: & uulnerũ medicinæ:
dentiũq; firmitati. Alica adulterina fit maxĩe e zea quæ in africa degenerat. Latiores eius ſpicæ nigrioreſq;
& breui ſtipula. piſunt cum harena: & ſic quoq; difficulter cõterunt utriculos: fitq; dimidia modii menſu
ra. Poſteaq; gypſi pars quarta inſpargit̃: atq; ut cohæſerit farinario cribro ſubcernunt. Quæ in eo reman
ſit exceptitia appellatur: & grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit: arctiore cernitur: & ſecundaria uocatur.
Item cribraria: quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo: & tantũ harenas tranſmittente.
Alia rõ ubiq; adulterandi. Ex tritico candidiſſima atq; grandiſſima eligũt grana: & ſemicocta in ollis: po
ſtea arefaciunt ſole ad initium: rurſuſq; leuiter aſperſa molis frangunt. Ex zea pulchrius q̃ ex tritico fit gra
num q̃uis id alicæ uitium ſit. Candorẽ aũt ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

De leguminibus. Cap. xii.

Equitur natura leguminũ: inter quæ maximus honos fabæ. Quippe ex qua tentatus ſit ẽt pa-
ſ nis. Lomentũ appellat̃ farina ea: aggrauaturq; põdus illa & oĩ legumine. Iam uero & pabulo
uenalis. Fabæ multiplex uſus: oĩum quadrupedũ generi præcipue hoĩ. Frumento etiã miſcet̃
apud pleraſq; gẽtes: & maxime panico ſolida: ac delicatius fracta. Quin & priſco ritu fabacia ſuæ religio
nis diis in ſacra eſt: præualens pulmentarii cibo & hebetare ſenſus exiſtimata: inſomnia quoq; facere. Ob
hoc pythagorica ſententia dãnata. Vel (ut alii tradidere) quoniã mortuo℞ aĩæ ſunt in ea. Qua de cauſa
parentãdo utiq; aſſumnit̃. Varro & ob hæc flaminẽ ea nõ ueſci tradit: quoniã & in flore eius litteræ lu-
gubres reperiant̃. In eadẽ peculiaris religio. Nãq; fabã utiq; e frugibus referre mos eſt auſpicii cã: quæ iõ
Refrina referina appellatur. Et auctionibus eã adhiberi lucroſum putant. Sola certa frugum etiam exeſa repletur
creſcente luna. Aqua marina alia ue ſalſa non percoquit̃. Seritur ante uergilia℞ occaſum leguminum pri
ma: ut antecedat hyemẽ. Virgilius per uer eã ſeri iubet circũpadanæ italiæ ritu. Sed maior pars malũt fa
balia maturæ ſationis: q̃ trimeſtrem fructrum eius. Nanq; ſiliquæ cauleſq; gratiſſimi ſunt pabulo pecori
Aquas in flore maxime cõcupiſcit: cum uero defloruit: exiguas deſiderat. Solum in quo ſata eſt lætificat
ſtercoris uice. Ideo circa macedoniam theſſaliãq; cũ florere incepit uertunt arua. Naſcit̃ & ſua ſponte ple
riſq; in locis: ſicut ſeptentrionalis occeani inſulis: quas ob id noſtri fabarias appellãt. Item in mauritania
ſilueſtris paſſim: ſed prædura: & quæ percoqui non poſſit. Naſcitur & in ægypto ſpinoſo caule. Qua de
Oculis cauſa crocodilli aculeos timentes refugiunt. Longitudo ſcapo quattuor cubitorum eſt. Ampliſſima craſ
Digiti nec ſitudo. Octona genicula habet: moli calamo. Simile caput papaueri: colore roſeo. In eo fabæ non ſupra
tricenas. Folia ampla. Fructus ipſe amarus & odore: ſed radix per quã lauta incola℞ cibis cruda: & oĩno
decocta. Harundinum radicibus ſimilis. Naſcitur & in ſyria ciliciaq; & in thorone chalcidis lacu. Ex le-
guminibus aũt nouẽbri ſeruntur lens: & in græcia piſa. Lens amat ſolum tenue magis q̃ pingue: cælum
utiq; ſiccum. Duo genera eius in ægypto: alte℞ rotundius nigriuſq;: alterum ſua figura. Vnde uario uſu
tranſlatũ eſt in lenticulas nomẽ. Inuenio apud auctores æquanimitatẽ fieri ueſcentibus ea. Piſum in apri
cis ſeri debet: frigorũ impatientiſſimũ. Ideo in italia & in auſteriore cælo non niſi uerno tempore terra fa-
cili ac ſoluta. Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine: ideo ſolum urit. Nec niſi madefactũ pridie ſeri de-
bet. Differentiæ plures: magnitudine: figura: colore: ſapore. Eſt enim arietino capiti ſimile: unde ita appel
latur. Album nigrũq; eſt & colũbinum: quod alii uenerium uocant: candidũ: rotundũ: leue. Arietino mi
nus: quod religio puigiliis adhibet. Eſt & cicercula minuti ciceris: inæqualis angulos habẽs ueluti piſum
Dulciſſimum aũt id quod eruo ſimillimũ: firmiuſq; ꝗ nigrum & ruffum q̃ quod albũ. Siliquæ rotundę
ciceri: cæteriſq; leguminũ longæ: & ad figuram ſeminis latæ. Piſo cilindraciæ. Faſiolorum cum ipſis mã-
duntur granis. Serere eos qua uelis terra licet ab idibus octobris in Calen. nouẽbris. Legumina cum ma
tureſcere cœperint rapienda ſunt: quoniã cito exiliunt: latentq; cum decidere ſicut & lupinum.

De rapis & napis amiterinis. Cap. xiii.

Vã q̃ prius dixiſſe conueniat de rapis: in trãſcurſu eas attigere noſtri: paulo diligentius græci:
q & ipſi tamẽ inter hortenſia. Si iuſtus ordo fiat a frumento protinus aut certe faba dicendis.
Quãdo alii præſtãtior uſus ab iis nõ eſt: ante oĩa nãq; cũctis aĩalibus naſcũtur: nec in nouiſſi-
mis. Satiant ruris alitũ quoq; genera: magiſq; ſi decoquãtur aqua. Quadrupedes & fronde ea℞ gaudẽt.
Et hoĩ non minore rapaciorum ſuis horis gratia q̃ cimarum. Flaccidorum quoq; & in horreis enecatorũ
uel maiore q̃ uirentium. Ipſa uero durant & in ſua terra ſeruata. Et poſt a paſſo pene ad alium prouentũ
famemq; ſentiri prohibent. A uino atq; meſſe tertius hic tranſpadanis fructus. Terram non moroſe di-
git: pene ubi nihil aliud ſeri poſſit. Nebulis & pruinis ac frigore ultro aluntur amplitudine mirabili. Vi-
di. xl. libras excedẽtia. In cibis quidẽ noſtris pluribus modis cõmendãtur: durãtq; ad alia ſinapis acrimo
nia domita:

nia domita:etiã coloribus picta:præter ſuũ ſemen:ſex aliis:purpureo quoq;:neq; aliud in cibis tingui de
cet.Genera eoꝝ græci duo prima fecere:maſculinũ fœminũq; & ea ſerẽdi mõ ex eodẽ ſemine.Denſiore.n.
ſatu maſculeſcere:itẽ in terra difficili.Semen præſtantius quo ſubtilius.Species uero oĩum tres.Aut.n.
in latitudinem fundi:aut in rotunditatẽ globari.Tertiã ſpeciem ſilueſtrem appellauere:in longitudinem
radice ꝓcurrente:raphani ſimilitudine & folio anguloſo ſcabroq;:ſucco acri.Qui circa meſſem exceptus
oculos purgat:mederurq; caligini admixto lacte mulieꝝ.Frigore dulciora fieri exiſtimant̃ & grandiora.
Tẽpore in folia exeunt.Palma in nurſino agro naſcẽtibus.Taxatio in libras ſeſtertii ſinguli:& in penuria
bini.Proxima in algido natis.Napi uero amiternini quoꝝ eadẽ fere natura gaudent æque frigidis.Serun
tur & ante Calen.martias in iugero ſextarii quattuor.Diligentiores quinto ſulco napum ſeri iubent:rapã
quarto utroq; ſtercorato.rapam latiorem fieri ſi palca iacente uel cũ palea ſeminetur. Serere nudum uo
lunt præcantẽ ſibi & uicinis ſerere ſe.Satus utriq; generi iuſtus inter duorum numinũ dies feſtos Neptũ
ni atq; uulcani.Feruntq; ſubtili obſeruatione quota luna ꝓcedente hyeme nix prima ceciderit:ſi totidem
numinũ die intra prædictum tp̃is ſpatium ſerant̃ mire ꝓuenire.Serunt̃ & uere in calidis atq; humidis.

De lupino. Cap.xiiii.

Vpino eſt uſus proximus:cũ ſit & hoĩ & quadrupedũ generi ungulas habenti cõis. Remediũ
l eius ne metentes fugiant exiliẽdo:ut ab hymbre tollant̃.Nec ullius quæ ſerunt̃ natura aſſen
ſu terræ mirabilior eſt.Primũ oĩum cũ ſole quotidie circũagitur:horaſq; agricolis etiã nubilo
demonſtrat.Ter præterea floret.Terrã amat:terraq; operiri non uult.Et unũ hoc ſerit̃ nõ arato: ubi fue
rit maxime ſabuloſa:& ſicca:atque ẽt harenoſa.Coli utiq; nõ uult.Tellurem adeo amat:ut quãuis frute
to ſolo coniectũ inter folia uepreſq;:ad terrã tamen radice ꝓueniat.Pingueſcere hoc ſatu arua uineaſq; di
ximus.Itaq; adeo nõ eget fimo:ut optimi uicem repreſentet.Nihil aliud nullo impendio cõſtat: ut quod
ne ſerendi quidẽ gratia opus ſit afferre protinus ſeritur ex aruo.Ac ne ſpargi quidẽ poſtulat decidens ſpõ
te.Primũq; oĩum ſeritur:nouiſſimũ tollit̃.Vtrunq; ſeptẽbri fere menſe:quia ſi nõ anteceſſerit hyemẽ fri
goribus obnoxium eſt.impune præterea iacet:uel derelictum etiã:ſi nõ ꝓtinus ſecuti obruant hymbres:
ab oĩbus aĩalibus amaritudine ſua tutum.Plerunq; tamen leui ſulco integunt. Ex denſiore terra rubricã
maxime amat.Ad hanc alendam poſt tertium florem uerti debet:in ſabulo poſt ſecundum.Cretoſa tan
tum limoſaq; odit:& in iis nõ prouenit. Maceratum calida aqua homini in cibo eſt.Nam bouem unum
modii ſinguli ſatiant:ualidumq; præſtant.Quando etiã impoſitum puerorum uentribus pro remedio
eſt.Condi in fumo maxime conuenit:quoniã in humido uermiculi umbilicum eius in ſterilitatẽ caſtrãt.
Si depaſtum ſit in fronde:inarari protinus ſolum opus eſt.

De uitia & eruo. Cap.xv.

Tt uitia pingueſcunt arua:nec ipſa agricolis operoſa:uno ſulco ſata:nõ ſarritur:nõ ſtercorat̃:
e nec aliudq̃ deoccat̃.Sationis eius tria tp̃a.Circa occaſum arcturi:ut decembri menſe paſcat.
Tunc optime ſeritur ĩ ſemen. Aeque nãq; fert depaſta.Secunda ſatio mẽſe ianuarii eſt:nouiſſi
ma martio:ac tum ad frondem utiliſſima.Siccitatẽ ex oĩbus quæ ſeruntur maxime amat:nõ aſpernat̃ ẽt
umbroſa.Ex ſemine eius ſi lecta matura eſt palea cæteris præfert̃.Vitibus præripit ſuccũ langueſcuntq;
ſi in arbuſtis ſeratur.Nec erui operoſa cura eſt.Hoc amplius q̃ uitia runcat̃:& ipſum medicaminis uim
obtinens.Quippe per eruum Diuũ Auguſtum curatum epiſtolis ipſius memoria extat.Sufficiunt ſin-
gulis boum iugis modii quini ſati.Martio menſe ſatum noxium eſſe bubus aiunt.Item autũno grauedi
noſum.Innoxium autem fieri primo uere ſatum.

De fœno & farragine & de ocyno & medica & cytiſo. Cap.xvi.

T ſilicia hoc eſt fœnũgræcum ſcarificatione ſerit̃:nõ altiore quattuor digytoꝝ ſulco quãtoq;
e peius tractatur:tãto ꝓuenit melius.Rarum dictu:eſſe aliquid cui proſit negligentia.Id autẽ
quod ſecale atq; farrago appellat̃ occari tantũ deſiderat.Secale taurini ſub alpibus aſiã uocãt
deterrimũ:& tantũ ad arcendum famẽ utile.fœcunda ſed gracili ſtipula:nigritia triſte:ſed pondere præ-
cipuum.Admiſcet̃ huic far ut mitiget amaritudinẽ eius:& tamẽ ſic quoq; ingratiſſimũ uentri eſt. Naſci
tur qualicunq; ſolo cum centeſimo grano.Ipſumq; ꝓ letamine eſt.Farrago ex recremẽtis farris ꝓdẽſa ſeri
tur:admixta aliquando & uitia.Eadẽ aliquando in africa fit ex hordeo.Omnia hæc pabularia. Degene-
rantq; ex leguminibus quæ uocat̃ cracca:in tantũ colũbis grata:ut paſtas ea negent illius loci fugitiuas
fieri.Apud antiquos erat pabuli genus:quod Cato ocynum uocat:quo ſiſtebant aluum bubus. Id erat
e pabulis ſegete uiridi deſecta anteq̃ gelaret.Sura Manulius id aliter ĩterpretatur: & tradit fabæ modios
x.uitiæ duos tatundem:& eruilæ in iugero autumno miſceri & ſeri ſolitos. Melius & auena græca: cui
non cadit ſemen admixta.Hoc uocitatum ocynum:boumq; cauſa ſeri ſolitum.Varro appellatum a ce-
leritate proueniendi a græco:quod ocys oceos dicunt.Medica externa etiam græciæ ut a medis aduecta
per bella perſaꝝ quæ Darius ĩtulit.Sed uel in primis dicẽda tanta dos eius:ut cũ uno ſatu amplius q̃ tri
cenis annis duret.Similis eſt trifolio caule:foliiſque geniculata:quicquid in caule aſſurgit in folio cõtrah

tur. Vnum de ea & cytiſo uolumẽ Amphilochus fecit cõfuſum. Solum in quo ſeratur elapidatum pur
gatumq; Subigitur autũno: mox aratum & occatum iterum crate iterũ & tertio: quinis diebus interpo
ſitis et, fimo addito. Poſcit autem ſiccum ſuccoſum uel riguum. Ita præparatum ſeritur menſe maio: ali
as pruinis obnoxia. Opus eſt denſitate ſeminis omnia occupari: internaſcenteſq; hærbas excludi. Id præ
ſtant in iugera modia uicena: ĩmouendum ne adurat: terraq; protinus integi debet. Si ſit humidũ ſolũ:
hærboſum ue uincit̃: & deſciſcit in pratum. Ideo ꝓtinus altitudine unciali hærbis omnibus liberãda eſt
manu potius q̃ ſarculo. Secatur incipiens florere: & quotiens refloruit. Id ſexies euenit per annos: cũ mi
nimum quater. In ſemen matureſcere prohibẽdum eſt: quia pabulum utilius eſt uſq; ad trimatũ. Verno
ſeri debet: liberariq; cæteris hærbis. ad trimatum marris a ſolo radi. Itaq; reliquæ hærbæ intereunt ſine ip
ſius dãno propter altitudinem radicum. Si euicerint hærbæ: remedium unicum eſt aratio: ſæpius uerten
do: donec omnes aliæ radices intereant. Dari non ad ſatietatem debet: ne repellere ſanguinem neceſſe ſit:
& uiridis utilior eſt. Areſcit ſurculoſe: ac poſtremo in puluerem inutilem extenuat̃. De cytiſo cui & ipſi
principatus datur in pabulis affatim diximus inter fructices. Et nunc frugũ oĩum natura peragenda eſt:
cuius in parte de uitiis quoq; dicatur.

De uitiis frugũ & remediis: & quid in quoq; terræ genere debeat ſeri. Cap. xvii.

Rimum oĩum frumenti uitium auena eſt: & hordeum in eã degenerat: ſicut ipſa frumẽti ſit in
p ſtar. Quippe cum germaniæ populi edant eã: neq; alia pulte uiuant. Soli maxĩe cælíq; humo-
re hoc euenit uitium. Sequentem cauſam habet imbecillitas ſeminis: cum diutius retentũ ẽ ter-
ra: prius q̃ erumpat. Eadem eſt rõ ſi carioſum fuit: cũ ſereret̃. Prima autẽ ſtatim eruptione agnoſcitur: ex
quo apparet in radice eſſe cãm. Eſt & aliud ex uicino auenæ uitium: cũ amplitudĩe ĩcohata granum: ſed
nondum matura: priuſq̃ roboretur corpus afflatu noxio caſſum & inane a ſpica euaneſcit quodã arborti
uo. Venti aũt tribus tꝑibus nocent frumento & ordeo. In flore aut protinus cũ defloruere: uel mature-
ſcere incipientibus. Tunc enim exinaniunt grana. Prioribus cauſis naſci prohibent. Nocet & ſol creber e
nube. Naſcunt̃ & uermiculi in radice: cũ ſementem hymbribus ſecutis ĩcluſerit repẽtinus calor humorẽ.
Gignuntur & in grano: cum ſpicæ in pluuiis calor inferueſcit. Eſt & cantharis dictus ſcarabeus paruus
Tuntum frumenta erodens. Omnia ea aĩalia cum cibo deficiunt. Oleum: pix: adeps contraria ſeminibus. Cauen-
dumq; ne contracta eis tunc ſerantur. Himber in hærba utiis quarto. Florentibus autẽ frumẽto & hor-
deo nocet. Leguminibus innocuus: præterq̃ ciceri. Matureſcentia frumẽta hymbre læduntur: & hordeũ
magis: Naſcit̃ & hærba alba panico ſimilis: occupãs arua: pecori quoq; mortifera. Nam loliũ & tribulũ
& calduũ: lappãq; non minus q̃ rubũ: inter frugum morbos potius q̃ inter ipſius terræ peſtem numera
uerim. Cæleſte frugũ uinearumq; malũ nullo minus noxium eſt rubigo. Frequentiſſima hæc in roſcido
tractu: cõuallibuſq; ac pflatũ non habentibus. E diuerſo carent ea uentoſa & excelſa. Inter uitia ſegetum
& luxuria eſt: cum onerata fertilitate ꝓcũbunt. Cõe aũt oĩum ſatoꝶ uitium urica: etiam ciceris cum ſal-
ſilagine eius abluendo hyber dulcius id facit. Eſt hærba quę cicir enecat & eruum circum ligando ſe: uo-
catur orobãche. Triticum ſimili modo era: Hordeum feſtuca quæ uocatur ægilops. Lentem hærba ſe-
curidaca: quã græci a ſimilitudine pelecinon uocant. Et hæ quidem cõplexu necant. Circa philippos aũt
ateramnũ noĩant in pingui ſolo hærbã: qua faba necatur. Terãnũ qua in macro: cũ udam quidã uentus
afflauerit. Eræ granũ minimum eſt in cortice aculeato. Cũ eſt in pane celerrime uertigines facit. Aiuntq;
in aſia & græcia balneatores cum uelint turbã pellere: carbonibus id ſemẽ iniicere. Naſcit̃ & phalãgius i
eruo beſtiola aranei generis: ſi hyems aquoſa ſit. Limaces naſcuntur in uitia: aliquãdo e terra cochleæ mi
nutæ mirũ ĩmodũ erodentes eã. Et morbi quidẽ hi ſunt. Remedia eoꝶ quæcũq; ꝑtinent ad hærbas in ſar
culo: & cũ ſemen iactat̃ cinere. Quæ uero in ſemine & circa radicem conſiſtunt præcedente cura cauent̃.
Vino aũt ſemina pfuſa minus ægrotare exiſtimãt. Virgilius nitro & amurca pfundi iubet fabam: ſic etiã
grandeſcere ꝓmittit. Quidam uero ſi triduo ante ſatum urina & aqua maceret̃: præcipue adoleſcere pu
tant. Ter quidem ſartam modium fractæ e modio ſolidæ reddere. Reliqua ſemina cupreſſi foliis tuſis ſi
miſceant̃: nõ eſſe uermiculis obnoxia: nec ſi interlunio ſerantur. Multi ad milii remedia: rubetam noctu
aruo circũferri iubent priuſq̃ ſarriat̃: defodiq; in medio incluſam uaſe fictili. Ita nec paſſerem nec uermẽ
tabulis ue. nocere: ſed eruendã priuſq̃ metatur. alioqui amaꝶ fieri. Quin & armo talpæ cõtacta ſemina uberiora eſ-
Tabulis ſe. Democritus ſucco hærbæ quæ appellatur aizoõ in tegulis naſcens tabuliſeſſum latine uero ſedum aut
exeſis Digitellum medicata ſeri iubet omnia ſemina. Vulgo uero ſi dulcedo noceat & uermes radicibus inhæ-
reant: remedium eſt amurca pura ac ſine ſale ſpargere: deinde ſarrire. Si in articulum ſeges ire cœperit rũ
care: ne hærbæ uincant. Peſtẽ a milio atq; panico ſturnoꝶ paſeꝶ ue agmina ſcio abigi hærba. cuius nomẽ
eſt ignotum: in quattuor angulis ſegetis defoſſa mirum dictu ut oĩno nulla auis itret. Mures abiguntur
cinere muſtellæ uel fellis diluto & ſemine ſparſo: uel decoctarum aqua. Sed redolet uirus animalium eo
rum etiam iu pane. Ob id felle bubulo ſemina attingi utilius putant. Rubigo quidem maxima ſegetum
peſtis lauri ramis in aruo defixis tranſit in earum folia ex aruis. Luxuria ſegetum caſtigatur dente peco-
ris in hærba

ris in hærba duntaxat:& depaſtæ quidem uel ſæpius nullam in ſpica iniuriam ſentiunt. Retōſarum uero etiam ſemel omnino certum eſt granū longius fieri:ſed inane caſſumq; ac ſatum non naſci. Babylone tamen bis ſecant:tertio depaſcunt. Alioquin folia tantum fierent. Sic quoq; cum quintodecimo fœnore meſſes reddit exilitas ſoli. Verū diligentioribus cum centeſimo quinquageſimo. Neq; eſt cura difficilis. Quinquageſimo cēteſimo Quā diutiſſime aquari gaudent:ut præpinguis & denſa ubertas diluatur. Limum autem non inuehunt euphrates tigriſq;:ſicut in ægypto nilus. Nec terra ipſa hærbas gignit. Vbertatis tamen tātæ ſunt:ut ſequente anno ſponte reſibilis fiat ſeges impreſſis ueſtigio ſeminibus. Quæ tanta ſoli differentia ammonet terræ genera in fruges deſcribere. Igitur Catonis hæc ſententia eſt. In agro craſſo & læto frumentum ſeri. Si uero nebuloſus ſit:Idē raphanum:milium:panicum in frigido & aquoſo prius ſerendum:poſtea in calido. In ſolo autem rubricoſo uel pullo:uel harenoſo ſi non ſit aquoſum lupinum. In cretoſo & rubicoſo & aquoſiore agro adoreum. In ſicco & non hærboſo nec umbroſo triticum. In ſolo ualido fabam. Viciam uero q̄ minime aquoſo hærbidoq;. Siliginem & triticum in aperto loco edito qui ſole q̄ diutiſſime torreatur. Lentem in fruteto & rubicoſo:qui non ſit hærbidus. Hordeum in nouali & in agro quod reſtibile poſſit fieri:trimeſte ubi ſementem maturam facere non poſſit:& cuius craſſitudo ſit reſtibilis. Subtilis & illa ſententia. Serenda eſſe ea in tenuiore terra:quæ non multo indigent ſucco:ut cytiſus & cicer:exceptis leguminibus quæ ueluntur e terra:non ſubſecantur. Vnde & legumina appellata:quia ita leguntur. In pingui autem quæ cibi ſunt maioris:ut olus:triticum:ſiligo:linum. Sic ergo tenue ſolum hordeo dabit̄. Minus enim alimenti radix poſcit. Leuior terra denſiorq; tritico. In loco humili far adoreū potius q̄ triticum ſeret̄. Temperato & triticum & hordeū. Colles robuſtius:ſed minus reddūt triticum. Far & ſiligo & cretoſum & uliginoſum ſolum ſortiuntur.

De ꝓdigiis frugum & arandi diſciplina:& uomerum generibus. Cap. xviii.

Pompei magni bellũ duraſſe annis circiter. cxx. Ciceri tantum nullæ beſtiolæ in horreis innaſcũtur. Sũt
qui urceis cinere ſubſtratis & illitis acetum habentibus leguminũ aceruos ſuperingerant: ita nõ naſci ma
leficia credentes. Alii qui in ſalſamentariis cadis gypſo illinant. Alii qui lentem aceto laſerpitiato reſper-
gant: ſiccatãq; oleo inungant. Sed breuiſſima obſeruatio quod uitiis carere uelis: interlunio legere. Qua
re plurimũ refert: condere quis malit: an uendere. Creſcente enim luna frumenta grandeſcunt.

De uindemia & autumni temporibus. Cap. xxxi.

s Equitur ex diuiſione temporum. Autumnus a fidiculæ occaſu ad æquinoctium: ac deide uer-
giliarum occaſum: initiũq; hyemis iis interuallis ſignificatur. Pridie idus auguſti atticæ equus
oriens. Veſpera ægypto & Cæſari delphinus occidens. xi. Calen. ſeptembris Cæſari & aſſyriæ
ſtella quæ uindemiator appellatur exoriri mane incipit: uindemiæ maturitatem promittens. Eius argu-
mentum erunt acini colore mutati. Aſſyriæ. v. Calen. & ſagitta occidit: & eteſiæ deſinunt. Vindemiator
ægypto non exoritur. Atticæ arcturus matutino: & ſagitta occidit mane. v. idus ſeptembris Cæſari ca-
pella oritur ueſperi. Arcturus uero medis pridie idus uehementiſſimo ſignificatu terra marique per dies
quinq; ratio eius hæc traditur. Si delphino occidente hymbres fuerint: non futuros per arcturum. Si-
gnum orientis eius ſyderis ſeruetur hirundinum abitus: nanq; depræhenſæ intereunt. xvi. Calend. Octo-
bris ægypto ſpica: quam tenet uirgo: exoritur matutino: eteſiæque deſinunt. Hoc idem Cæſari. xiiii. Ca-
len. xiii. aſſyriæ ſignificant & . xi. Calen. Cæſari cõmiſſura piſciũ occidẽs. ipſumq; æqnoctii ſydus. viii. Ca-
len. octobris Deinde conſentiũt (quod eſt rarũ) philippus: Calippus: Doſitheus: Parmeniſtus. Conon:
Criton: Democritus: Euxodus: Ion. iiii. Calen. Octobris capellam matutino exoriri. Et. iii. Calẽ. hædos
vi. nonas octobris atticæ corona exoritur. Mane aſiæ & Cæſari. v. Calend. heniochus occidit matutino.
iii Calen. Cæſari corona exoriri incipit. Et poſtrie occidunt abditi ueſperi. viii. idus octobris Cæſari ful-
gens in corona ſtella oritur. Et. iii. idus uergiliæ ueſperi. Idibus corona tota. vi. Calen. Nouembris ſucu-
læ ueſperi exoriuntur. Pridie calen. Cæſari arcturus occidit: & ſuculæ exoriuntur cum ſolæ. iiii. nonas ar-
cturus occidit ueſperi. v. idus nouembris gladius orionis occidere incipit. Deinde tertio idus uergiliæ oc
cidunt. In his temporum interuallis opera ruſtica: napos: raphanos ſerere quibus diebus diximus. Vul-
gus agreſte & rapam poſt ciconiæ diſceſſum male ſeri putat. Nos omnino poſt uulcanalia & præcocia
cum panico. A fidiculæ autem occaſu uiciam: faſiolos: pabulum. Et hoc ſilente luna ſeri iubent. Et fron-
dis præparande tempus hoc eſt. Vnus frondator quattuor frondarias fiſcinas cõplere in die iuſtum hẽt.
Si decreſcente luna præparetur non putreſcit. Aridã colligi non oportet. Vindemiam antiqui nunquam
exiſtimauere maturam ante æquinoctium. Iam paſſim rapi cerno. Quãobrem & huius tempora notis
argumentiſq; ſignentur. Leges ita ſe habent. Vuam calidã ne legito: hoc eſt in eius ſiccitate. Ac niſi hym
ber interuenerit. Hanc ne legito rorulentam: hoc eſt ſi ros nocturnus fuerit. Nec prius q̃ ſole diſcutiatur
Vindemiare incipito: cum ad palmitem pampinus procumbere cœperit: aut cum exempto acino ex den
ſitate interuallum non compleri apparuerit acinum non augeri. Acino plurimum refert: ſi contingat cre
ſcẽte luna uindemiare. Preſſura una culleos. xx. implere debet: Hic eſt pes iuſtus. Ad totidem culeos &
lacus. xx. iugeribus unum ſufficit torculum. Premuntq; aliqui ſingulis. Vtilius binis: licet magna ſit ua-
Vitibus ſtitas ſingulis. Longitudo in iis refert: non craſſitudo. Spatioſa melius premũt. Antiqui funibus uittiſq;
loreis ea detrahebant: & uectibus. Intra. c. annos: inuenta græcanica: mali rugis per cocleas bullantibus
palis: affixa arbori ſtella: a palis arcas lapidum attollente ſecum arbore: quod maxime probatur. Intra
xxii. hos annos inuentũ paruis prælis: & minori torculari: ædificio breuiore: & malo in medio decreto:
tympana impoſita uinaceis: ſuperne toto pondere urgere: & ſuper præla conſtruere congeriem. Hoc &
poma colligendi tempus & obſeruatio: cum aliquod maturitate non tempeſtate deciderit. Hoc & fæces
exprimendi. Hoc & defrutum coquendi: ſilente luna noctu: aut ſi interdiu plena. Cæteris diebus aut an-
te exortum lunæ: aut poſt occaſum. Nec de nouella uite: aut paluſtri. Nec niſi e matura uua. Nec niſi e
foliis deſpumandum

ſoliis deſpumandũ. Quia ſi ligno contingatur uas aduſtum ac fumoſum fieri putãt. Iuſtum uindemiæ
tempus ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum dies.xliiii. Ab eo die oraculum occurrit: frigidum pica-
ti pro nihilo ducentium. Sed iam & Calen.ianuarii defectu uaſorum uindemiantes uidi piſcinisq; muſta
condi: aut uina effundi priora ut dubia reciperentur. Hoc non tam ſæpe prouentu nimio euenit: q̃ ſegni-
cia inſidiantium caritati ciuili. Sed æqui patriſfamilias modus eſt annonæ: cuiuſq; anni utilitate. Id per
æque lucroſiſſimum. Reliqua de uinis affatim dicta ſunt. Item uindemia facta oliuam eſſe rapiendam:
& quæ ad oleum pertinent: quæq; a uergiliarum occaſu agi debent.

De lunari ratione. Cap.xxxii.

Is quæ ſunt neceſſaria adiicientur de luna uentiſq; & præſagiis: ut ſit tota ſyderalis rõ perfecta
h Nãq; Virgilius etiam in numeros lunæ quædã digerenda putauit: Democriti ſecutus oſten-
tationem. Nos legum uilitas quæ in toto opere: in hac quoq; mouet parte. Omnia quæ cædũ
tur: carpuntur: tondũtur: ĩnocentius decreſcente luna q̃ creſcente fiunt. Stercus niſi decreſcẽte luna ne tã
gito. Maxime aũt inter menſtrua dimidiaq; ſtercorato. Verres: iuuẽcos: arietes: hædos decreſcente luna
caſtrato. Oua luna noua ſupponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena ope
rito. Humidis locis interlunio ſerito: & circa interlunium quatriduo. Ventilari quoq; frumenta: ac legu-
mina: & condi circa extremã lunam iubent. Seminaria cum luna ſupra terrã ſit fieri. Calcari muſta cum
luna ſub terra. Item materies cædi: quæq; alia locis ſuis diximus: neq; facilior eſt obſeruatio: ac iam dicta
a nobis ſecundo uolumine: ſed quod intelligere uel ruſtici poſſint. Quotiens ab occidente ſole cernitur:
prioribuſq; noctis horis lucebit: creſcens erit. Et oculis dimidiata iudicabit̃. Cum uero occidẽte ſole orie
tur ex aduerſo: ita ut pariter aſpiciantur: tunc erit plenilunium. Quotiens ab ortu ſolis orit̃: prioribuſq;
noctis horis detrahet lumen: & ĩ diurnas extendet: decreſcens erit. Iterũq; dimidia. In coitu uero quod ĩ-
terlunium uocant: cum apparere deſierit. Supra terras ãt erit: quãdiu & ſol. Interlunio & prima tota die
ſecunda horæ noctis unius dextante ſicilico: ac deinde tertia uſq; ad quintãdecimã multiplicatis horarũ
iiſdem portiõibus: quintadecima tota ſupra terras noctu erit: eadẽq; ſub terris tota die.'xvi. ad primæ ho
ræ nocturnæ dextantẽ ſicilicũ ſub terra aget: eaſdẽq; portiões horaꝝ per ſingulos dies adiicit uſq; ad iter
lunium. Et quãtum primis partibus noctis detraxerit: quod ſub terris agat: tantũdem nouiſſimis ex die
adiiciet ſuper terram. Alternis autem menſibus.xxx. ĩplebit numeros. Alterius uero detrahet ſingulos.
Hæc erit ratio lunaris.

De uentorum ratione. Cap.xxxiii.

Entoꝝ paulo ſcrupuloſior obſeruatio. Solis ortu quocũq; libeat die: ſtãtibus hora diei ſexta:
a ſic ut ortum eũ a ſiniſtro humero habeant. Contra mediã faciem meridies: a uertice ſeptẽtrio
erit: qui ita limes per agrum currit: cardo appellatur. Circũagi deinde melius eſt: ut umbram
ſuã quiſq; cernat: alioquin poſt hoĩem erit. Ergo permutatis lateribus ut ortus illius diei a dextro hũero
fiat: occaſus a ſiniſtro: tunc erit hora ſexta: cũ minima umbra contra mediũ fiat hoĩem. Per huius mediã
longitudinẽ duci ſarculo ſulcum: uel cinere lineam: uerbi gratia: pedum.xx. cõueniet: mediãq; menſurã:
hoc eſt ĩ.x. pede circũſcribi circulo paruo: qui uocetur umbilicus. Quæ pars fuerit a uertice umbræ: hæc
erit uentus ſeptentrionalis. Illo tibi putator arboꝝ plagæ ne ſpectent: ne ue arbuſta uineæ ue niſi in afri-
ca: cyrenis: ægypto. Illinc flante ne arato: quæq; alia præcepimus. Quæ pars lineæ fuerit a pedibus um-
bræ meridiẽ ſpectans: hæc uentũ auſtrum dabit: quẽ a græcis notum diximus uocari. Illinc flatu uenien
te materiã uineãq; agricola ne tractes. Humidus aut æſtuoſus italiæ eſt. Africæ quidem incẽdia cũ ſere-
nitate affert. In hunc Italiæ palmites ſpectent: ſed non plagæ arborum uitiumue. Hunc oliueti metator:
uergiliaꝝ quatriduo. Hunc caueat inſitor calamis: gẽmiſq; inoculator. De ipſa regionis eius ora præmo
nuiſſe cõueniet. Frondẽ medio die arborator ne cædito. Cũ meridiẽ adeſſe ſenties paſtor: æſtate cõtrahẽ-
te ſe umbra: pecudẽ a ſole in opaca cogito. Cum æſtate paſces in occidentẽ ſpecta ante meridiẽ: poſt me
ridiem in orientẽ. Aliter noxium: ſicut hyeme & uere in rorulentum duceres. Nec contra ſeptentrionem
paueris ſupra dictum. Clodunt ita: lippiunt ue ab afflatu: & aluo cita pereunt. Qui fœminas cõcipi uo
les: in hunc uentum ſpectantes iniri cogito.

De limitatione agrorum. Cap.xxxiiii.

Iximus ut in media linea deſignaret̃ umbilicus. Per hunc medium tranſuerſa currat alia. Hæc
d erit ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem. Et limes qui ita ſecabit agrũ decuma
nus uocabit̃. Ducãtur deinde aliæ duæ lineæ in decuſſis obliquæ: ita ut a ſeptẽtrionis dextera
leuaq; ad auſtri dextrã leuãq; deſcẽdat. Omnes per eundẽ currãt umbilicũ. Omnes inter ſe pares ſint.
Oĩum ĩterualla paria. Quæ ratio ſemel ĩ quoq; agro ineunda erit: uel ſæpius: ſi libeat ita uite ligno faciẽ-
da: regulis paribus in typanum exiguum: ſed circinnatũ adactis. Ratione qua doceo occurrendum inge
niis quoq; imperitorũ eſt. Meridiẽ excuti placet: quoniã ſemꝑ eſt idẽ. Sol aũt quotidie ex alio cæli mo-
mẽto q̃ pridie orit̃. Ne quis forte ad exortũ capienda putet lineã. Ita cæli exacta parte quod fuerit lineæ
caput ſeptẽtrioni proximũ: a parte exortiua ſolſtitialẽ habebit exortũ: hoc eſt lõgiſſimi diei uentũq; aqlo

nem: boreã a græcis dictum: In hunc ponito arbores uiteſq;. Sed hoc flante ne arato. Frugem ne ſerito. Semen ne iacito. Præſtringit enim atq; præcellit hic radices arborum: quas poſiturus afferes. Præmonitus eſto. Alia robuſtis ꝓſunt: alia infantibus. Nec ſum oblitus ĩ hac parte uentum a græcis poni: quẽ cæciam uocant. Sed idẽ Ariſtoteles uir ĩmenſæ ſubtilitatis qui id ipſum fecit rõnem cõuexitatis mundi reddit: quia contrarius aquilo africo flat. Nec tamen cũ toto anno ĩ predictis timet agricola. Mollit ſydera æſtate media: mutatq; nomẽ: & eteſias uocatur. Ergo cum frigidum ſenties. Caueto. Ac quacumq; aquilo prædicitur: tanto perniciosior ſeptẽtrio eſt. In hunc aſiæ: græcie: hiſpaniæ: maritimæ italiæ: campaniæ: apuliæ arbuſta uineæq; ſpectent. Qui mares concipi uoles: in hunc paſcito: ut ſic in eundem ineant. Ex aduerſo aquilonis ab occaſu brumali africus: quẽ græci lyba uocant. In hunc a coitu cum ſe pecus circũegerit: fœminas conceptas eſſe ſcito. Tertia a ſeptẽtrione linea quã per latitudinem umbræ duximus & decumanã uocamus exortũ habebit æquinoctialem: uentumq; ſubſolanum a græcis apeliotem dictum In hunc ſalubribus locis uillæ uineæq; ſpectent. Ipſe leniter pluuius: tamen eſt ſiccior fauonio. Ex aduerſo eius ab æquinoctiali occaſu zephyrus a græcis noĩatur. In hunc ſpectare olíueta Cato iuſſit. Hic uer inchoat: aperitq; terras tenui frigore ſaluber. Hic uites putandi: frugeſq; curandi: arbores ſerendi: poma inſerendi: oleas tractandi ius dabit: afflatuq; nutricum exercebit. Quarta a ſeptẽtrõe linea: eadem auſtro ab exortiua parte proxima: brumalem habebit exortum uentũq; uulturnum: eurũ a græcis dictum: ſicciorem & ipſum tepidioremq;. In hũc apiaria & uineæ Italiæ galliarumq; ſpectare debẽt. Ex aduerſo uulturni flabit chorus: ab occaſu ſolſtitiali & occidentali latere ſeptentrionis: a græcis dictus argeſtes ex frigidiſſimis & ipſe ſicut omnes qui a ſeptentrionis parte ſpirant. Hic & grandines infert cauendus & ipſe nõ ſecus ac ſeptentrio. Vulturnus ſi a ſerena cæli parte cœperit flare non durabit ĩ noctẽ. At ubi ſubſolanus in maiorem partem noctis extenditur: quiſquis erit uentus: ſi feruidus ſentietur: pluribus diebus permanebit. Aquilonem prænuntiat terra ſicceſcens. ſed roreſcens repẽte: auſtrum ĩmiſcet humeſcens in rore occulto.

Mollitur ſydere

## Prognoſtica tempeſtatum. Cap. xxxv.

T enim prædiccta rõne uentoꝝ ne ſæpius eadem dicanť tranſire conuenit ad reliqua tẽpeſtatũ præſagia: quoniã & hoc placuiſſe Virgilio magnopere uideo. Siqdẽ ĩ ipſam meſſem ſepe cõcurrere prœlia uẽtoꝝ dãnoſa ĩperitis refert. Tradunt enim eundẽ Democritum metẽte fratre eius Damaſo ardẽtiſſimo æſtu oraſſe ut reliquę ſegeti parceret: raperetq; deſecta ſub tectũ: paucis mox horis ſæuo imbre uaticinatiõe approbata. Quinimo & harundinẽ non niſi ĩpendente pluuia ſeri iubent: & fruges in ſecuturo hymbre. Quãobrem & hæc breuiter contingemus ſcrutati maxime ꝑtinentia. Primũq; a ſole capiemus præſagia. Purus oriens atq; non feruens ſerenum diem nuntiat. At hybernam pallidus grandinem. Si & occidit pridie ſerenus: & oritur. tanto certior fides ſerenitatis. Cõcauus oriens pluuias prædicit. Itẽ uentos: cum ante exorientem eũ nubes rubeſcunt. Quod ſi & nigræ rubẽtibus ĩteruenerint: & pluuias. Cum orientis atq; occidentis radii rubent: coire pluuias. Si circa occidẽtem rubeſcũt nubes: ſerenitatem futuræ diei ſpondẽt. Si in exortu ſpargentur: partim ad auſtrum: partim ad aquilonẽ: pura circa eum ſerenitas ſit licet: puuiam tamẽ uentoſq; ſignificabunt. Si in ortu aut in occaſu contracti cernẽtur radii hymbrem. Si in occaſu eius bluuet: aut radii in ſe nubẽ trahent: haſperam iu proximum diem ſignificabunt tẽpeſtatem. Cum oriente radii non illuſtres eminebunt: q̃uis circundati nube non ſint: pluuiã portendent. Si ante exortum nubes globabunť: hyemẽ aſperã denuntiabũt. Si ab exortu repellenť: & ad occaſum abibunt: ſerenitatem. Si nubes ſolem circuncludent: quãto minus luminis relinquent: tãto turbidior tẽpeſtas erit. Si uero etiam duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod ſi ĩ exortu fiet ita ut rubeſcant nubes: maxima oſtendetur tẽpeſtas. Si non abibũt: ſed incũbent: a quocũq; uento fuerint: eũ portẽdent. Si a meridie: & hymbrẽ. Si oriens cingeť orbe: ex qua parte is ſe apit: expecteť uentus. Si totus defluxerit: æqualiter ſerenitatem dabit. Si in exortu longe radios per nubes porriget & medius erit inanis: pluuiam ſignificabit. Si ante ortum radii ſe oſtendent: aquam & uentum. Si circa occidentem candidus circulus erit. Notis leuem tampeſtatem. Si nebula: uehementiorem. Si candente ſole: uentum. Si ater circulus fuerit: ex qua regione is eruperit: uẽtum magnũ. Proxima ſunt iure lunæ præſagia. Quartã eam maxime obſeruat ægyptus. Si ſplendẽs exorta puro nitore fulſerit: ſerenitatẽ. Si rubicũda: uẽtos. Si nigra pluuias portẽdere crediť. In quita cornua eius obtuſa pluuiã. Erecta & ĩfeſta uẽtos ſemp ſignificãt. Quarta tamen maxime. Cornu eius ſeptẽtrionale acuminatũ atq; rigidum illum præſagit uentum. Inferius auſtrũ. Vtraq; recta nocta uentoſam. Si quartũ orbis rutilus cinget: uẽtos & hymbres præmonebit. Apud Varronẽ ita eſt. Si quarto die luna erit directa: magnam tempeſtatẽ in mari præſagiet: niſi ſi coronam circa ſe habebit: & eam ſinceram: quoniam illo mõ nõ ante plenã lunam hyemandum oſtẽdit Si plenilunio per dimidium pura erit: dies ſerenos ſignificabit. Si rutila: uentos. Nigreſcẽs hymbres. Si caligo orbis nubem incluſerit: uentos qua ſe ruperint. S gemini orbes cinxerint maiorem tempeſtatem. Et magis ſi tres erunt: aut nigri: aut interrupti atq; diſtracti. Naſcens luna ſi cornu ſuperiore obatro ſurget: pluuias decreſcens dabit. ſi inferiore ante plenilunium. ſi in media nigricia illa fuerit hymbrem in plenilunio.

nilunio. Si plena circa ſe habebit orbem. ex qua parte is maxime ſplendebit: ex ea uentum oſtendet. ſi in ortum cornua craſſiora fuerint: horridam tempeſtatem. ſi ante quartam non apparuerit uento fauonio flãte: hyemalis toto menſe erit. Si .xvi. uehemẽtius flãmea apparuerit: aſperas tẽpeſtates præſagiet. Sũt & ipſius lunæ octo articuli. quotiens in angulos ſolis incipit: pleriſq; inter eos tãtum obſeruentibus præſagia eius: hoc eſt .iii. vii. xi. xv. xix. xxiii. xxvii. & interlunium. Tertio loco ſtellarum obſeruationem eſſe oportet. Diſcurrere eæ uidentur interdum: uentiq; protinus ſequuntur. In quarum parte ita præſagauere. Cælum cum æqualiter totum erit ſplendidum articulus temporum quos propoſuimus: autũnũ ſerenũ præſagabunt & frigidum. Si uer & æſtas non ſine riguo aliquo tranſierint: autunnum ſerenum & dẽſum minuſq; uentoſum facient. Autunni ſerenitas uentoſam hyemem facit. Cum repente ſtellarum fulgor obumbratur: uti neq; nubilo neq; caligine fluitans: graues denuntiantur tempeſtates. Si uolitare plures ſtellæ uidebuntur: quo feruntur albeſcentes uentos ex iis partibus nuntiant. At ſi circa puræ ſtabunt: certos. ſi id in partibus pluribus fiet: inconſtantes uentos effundent. ſi ſtellarum errantium aliquam orbes incluſerint: hymbres. ſunt in ſigno cancri quæ ſtellæ paruæ aſelli appellatæ. exiguum inter illas ſpatiũ obtinente nubecula: quam præſepia appellant. Hæc cum cælo ſereno apparere deſierit: atrox hyems ſequitur. ſi alteram earum aquiloniam caligo abſtulerit: auſter ſæuit. ſi auſtrinam: aquilo. Arquus cũ ſunt duplices: pluuias nuntiant. A pluuiis ſerenitatem non perinde certam. Circuli noui circa ſydera aliqua: pluuiam. Cum æſtate uehementius tonuerit q̃ fulſerit: uentos ea parte denuntiat. E contra ſi minus tonuerit: hymbrem. Cum ſereno cælo fulget: pluuiæ erunt & tonitura: & hyemabit. Atrociſſime autem cũ ex omnibus quattuor partibus cæli fulgurabit. Cum ab aquilone tantum in poſterum diem aquam portendit. Cum a ſeptentrione uentum. Cum ab auſtro uel choro aut fauonio nocte ſerena fulgurauerit: uẽtum & hymbrem ex iiſdem regionibus demonſtrabit. Tonitrua matutina uentum ſignificant: hymbrẽ meridiana. Nubes cum ſereno cælo fuerunt: a quacunq; parte id fiet: expectẽtur uenti. ſi eodem loco glo babunt: appropinquãte ſole diſcutientur. Et hoc ſi ab aquilone fiat uentos: ſi ab auſtro: hymbres protendent. ſole occidente ſi ex utraq; parte eius cælum patet tempeſtatem ſignificabunt. Vehementius atræ ab oriẽte in noctẽ aquã minantur. Ab occidente in poſteꝝ diẽ. ſi nubes ut uellera lanæ ſpargẽtur multæ ab oriente aquam in triduum præſagiẽt. Cum in cacuminibus montium nubes conſident: hyemabit. ſi cacumina pura fient: deſſerenabit. Nube grauida candicante quod uocant tempeſtatem albam grando imminebit. Cælo q̃uis ſereno nubecula q̃uis parua uentum procelloſum dabit. Nebulæ e montibus deſcendentes aut cælo cadentes uel inuallibus ſedẽtes ſerenitatem promittunt. Ab his terreni ignes proxime ſignificant. Pallidi namq; murmuranteſq; tempeſtatum nuntii ſentiunt. Pluuiæ etiam ſi in lucernis fungi. Si flexuoſe uolitet flãma: uentum. Et lumina cum præ ſe flammas elidunt: aut uix accenduntur. Item cum in eo pendentes coaceruantur ſintillæ: uel cũ tollentibus ollas carbo adhæreſcit: aut cum contentus ignis e ſe fauillam diſcutit: ſcintillam ue emittit: uel cum cinis in foco concreſcit: & cum carbo uehementer perlucet. Eſt & aquarum ſignificatio. Mare ſi in tranquillo portu a curſu ſtabit: & murmurauerit intra ſe: uentum prædicit. Si idẽtidem: & hyemem & hymbrẽ. Littoris ripæq; ſi reſonabunt tranq̃lla: aſperam tẽpeſtatẽ. Itẽ maris ipſius tranq̃llus ſonitus ſpumæ ue diſperſæ aut aquæ bullantes. Pulmones marini ĩ pelago plurimum dieꝝ hyemem portendunt. Sæpe & ſilentio intumeſcit: flatuq; altius ſolito iam intra ſe eſſe uentos fatetur. Equidem & montiũ ſonitus nemorumq; mugitus prædicũt. Et ſine aura quæ ſentiat folia ludentia. Lanugo populi aut ſpinæ uolitans. Aquiſq; pluma innatans. Atq; etiam in cãpis tẽpeſtatem uenturam præcedens ſuus fragor: & cæli quidem murmur nõ dubiã habet ſignificationẽ. Præſagiũt & aĩalia. Delphini tranquillo mari laſciuientes flatum ex qua ueniunt parte. Itẽ ſpergentes aquam. Item turbantes tranquillitatem. Loligo uolitans. Conchæ adhæreſcentes. Echini affligentes ſeſe: aut harena ſaburrantes tẽpeſtatis ſigna ſunt. Ranæ quoq; ultra ſolitum uocales. Et fulicæ matutio clãgore. Itẽ mergi anateſq; pẽnas roſtro purgantes uentum. Cæteræq; aquaticæ aues cõcurſantes. Grues in mediterranea feſtinantes. Mergi maria aut ſtagna fugientes. Grues ſilẽtio p ſublime uolantes ſerenitatẽ: ſic noctua in hymbre garula: at ſereno tẽpeſtatẽ. Coruiq; ſingultu quodã latrãtes: ſeq; concutiẽtes ſi continuabũt: uẽtos. ſi uero carptim uocem reſorbebunt: uentoſum hymbrẽ. Graculi ſero a pabulis recedentes hyemem. Et albæ aues cum congregabunt. Et cum terreſtres uolucres contra aquam clangores dabunt pfundentes ſeſe: ſed maxime cornix. Hirũdo tam iuxta aquam uolitans ut pẽna ſæpe percutiat. Quæq; in arboribus habitant fugitantes in nidis ſuis. Et anſeres continuo clangore intẽpeſtiui. Ardea ĩ medis harenis triſtis. Nec mi ꝗ aquaticas aut in totum uolucres præſagia aeris ſentire. Pecora exultantia & indecora laſciuia ludentia eãdem ſignificationem habent. Et boues cælum olfactantes: ſeq; lãbentes contra pluuiam. Turpeſque porci alienos ſibi manipulos fœni lacerantes. ſegniterq; & contra induſtriam ſuam formicæ abſconditæ concurſerentes progerentes oua. Item uermes terreni erumpentes. Trifolium quoq; inhorreſcere & folia contra tempeſtãtem ſubrigere certum eſt. Necnon & in conuiuiis menſiſq; noſtris uaſa q bus eſculentum additur. ſudorem repoſitoris linquentia diras tempeſtates prænuntiant.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XIX.

In Quo Lini natura continetur & Mirabilia.

## PROOEMIVM.

Yderum quoq; tempeſtatūq; ratio uel īperitis facili atq; indubitato modo monſtrata eſt. Verum quia intelligentibus non minus conferunt rura deprehendendo cælo q̄ ſyderalis ſciētia. Agro colendo proximam multi hortorum curam fecere. Nobis non protinus tranſire ad iſta tempeſtiuū uidetur. Miramurq; quoſdam ſcientiæ gratia eruditiōis ſuæ gloriam ex his petentes tam multa præteriſſe nulla mentione habita tot rerum ſpōte cura ue prouenientiū: præſertim cum pleriſq; earum pretio uſuq; uitæ maior etiam q̄ frugibus perhibeatᷣ auctoritas. Atq; ut a confeſſis ordiamur utilitatibus: quæq; non ſolum terras omnes: uerum etiam maria repleuere: ſeritur: ac dici neq; iter fruges neq; inter hortenſia poteſt linum. ſed in qua non occurrere uitæ parte? Quod ue miraculū maius? Hærbam eſſe quæ admoueat ægyptum italiæ: in tantum ut Galerius a freto ſiciliæ Alexandriam ſeptima die peruenerit: Babillus ſexta: ambo præfecti. Aeſtate uero ꝓxima Valerius Marianus ex prætoriis ſenatoribus a puteolis nono die leniſſimo flatu. Hærbā eſſe quæ gadis Herculis colūnas ſeptimo die hoſtiam afferat: & citeriorē hiſpaniam quarto prouintiā narbonenſem tertio: africā altero. Quod etiam moliſſimo flatu contingit. C. Flacco legato Vibii Criſpi proconſulis. Audax uita: ſceleꝝ plena: aliquid ſeri: ut uentos procellaſq; recipiat. Et parum eſſe fluctibus ſolis uehi. Iam uero nec uela ſatis eē maiora nauigiis. Sed quāuis amplitudini antēnaꝝ ſingulæ arbores ſufficiant: ſuper eas tamē addi uelorum alia uela. Præterq; alia in proris & alia in puppibus pandi: ac tot modis prouocari mortē. Deniq; tam paruo ſemine naſci quod orbē terraꝝ ultro citroq; portet: tam gracili auena: tam non alte a terra tolli: neq; id uiribus ſuis necti: ſed paſſum tuſumq; & in molliciē lanæ coactū iniuria naturæ: ac ſūma audacia: & quo peruenire nulla execratio ſufficit contra inuentorē dictū ſuo loco a nobis: cui ſatis non fuit hoīem in terra mori: niſi periret & inſepultus. At nos priore libro hymbres & flatus cauendos frugum cā uictuſq; præmonebamus. Ecce ſeritᷣ hominis manu: metitur eiuſdē hoīs ingenio quod uentos in mari optet. Præterea ut ſciamus fauiſſe pœnas nihil gignitur facilius. Vt ſentiamus nolente id fieri natura: urit agrum: deterioremq; ipſum facit.

De lini ſatione: & generibus eius: & quomodo perficiatur: & de mappis & lino non ardente: & quando primum in theatris uela. Cap. i.

Eritur ſabuloſis locis maxime: unoque ſulco: nec magis feſtinat aliud. Vere ſatum æſtate uellitur: & hanc quoq; terræ iniuriā facit. Ignoſcat tamen aliquis ægypto ſerenti: ut arabiæ idieq; merces apportet. Ita ne & galliæ cenſentᷣ hoc reditu? Monteſq; mari oppoſitos eē non eſt ſatis & a latere occeani obſtare ipſum quod uocant inane. Cadurci: caleti: ruteni: biturigēs: ultimiq; hoīum exiſtimati morini: imo uero galliæ uniuerſæ uela texunt. Iam quidē & tranſrhenani hoſtes. Nec pulchriorē aliam ueſtem eorum fœminæ nouere. Qua ammonitione ſuccurrit quod. M. Varro tradit in ſerranorū familia gentiliū eſſe fœminas linea ueſte non uti. In germania āt defoſſi & ſub terra id opus agūt. Similiter in Italia ratione alia. Nam inter padum ticinumq; ānes: ſubiacent abiterna. In europa lino palma ſecunda. In uicino enim halionis capeſſunt retouina. Et in æmilia uia fauentina candore. Halionis ſemper crudis fauentina præferuntur. Retouinis tenuitas ſumma denſitaſq;. Candor æque ut fauentinis: ſed lanugo nulla. Quod apud apud alios gratiam: apud alios offenſionem habet. Neruoſitas filo æqualior

Araneis pene q̄ coroneis: tinnituſq; cum dente libeat experiri. Ideo duplex q̄ cæteris precium & hiſpania citerior habet ſplendorem lini præcipuum torrentis: in quo pollitur natura: qui adluit terraconem. Et tenuitas mira ibi primum carbaſis repertis. Nam dudum ex eadem hiſpania zoelicum uenit in italiam plagis utiliſſimum. Ciuitas ea gallaciæ & occeano propinqua. Eſt ſua gloria & cumano ī campania ad piſcium & alitum capturā. Eadem & plagis materia. Neq;.n. minores cunctis animalibus inſidias: q̄ nobiſmetipſis lino tendimus. ſed cumanæ plagæ concidunt apros: & hæ caſſes ue aſperi ferri aciem conuincunt. Vidimuſq; iam tantæ tenuitatis: ut annulum hominis cum epidromibus tranſirent: uno portante multitudinem qua ſaltus cingerentur. Nec id maxime mirum: ſed ſingula earum ſtamina centeno quinquageno filo conſtare. ſicut paulo ante Iulio Lupo qui in præfectura ægypti obiit. Mirētur hoc ignorātes in ægyptii quondā regis quē Amaſyn uocant thorace: in rhodiorum inſula oſtendi in tēplo Mineruæ. ccclxv. filis ſingula fila conſtare. Quod exemplum per ſe expertum nuper romæ prodidit Mutianus ter conſul paruaſq; iam reliquias eius ſupereſſe hac experientium iniuria. italia ex pelignis etiānum linis honorē habet: ſed fullonum tantum in uſu. Nullum eſt candidius lanæ ue ſimilius: ſicut in culcitris præcipuā gloriam cadurci optinent. Galliarum hoc ad tomenta pariter inuentum. Italiæ quidem mos etiam nunc du

Tenicum tat in appellatione ſtramenti. Aegypto lino minimū firmitatis: plurimū lucri. Quattuor ibi genera. Tanicum. ac peluſiacum: buticum: tentiriticum: cum regionum nominibus in quibus naſcuntur. Superior

pars ægypti

pars ægypti in arabia uergens gignit fruticem quem aliqui goſſipion uocant. Plures xylon : & ideo lina i
de facta xylina. Paruulus eſt: ſimilẽq; barbatæ nucis defert fructum. Cuius inexteriore bõbice lanugo ne
tur. Nec ulla ſunt eis in candore mollicia ue pferenda. Veſtes ide ſacerdotibus ægypti gratiſſimæ. Quar
tum genus orthominum appellant. Fit e paluſtri uelut harũdine dũtaxat pãnicula eius. Aſia egeniſta fa Ortholinõ
cit lina ad retia præcipua: in piſcãdo durantia frutice madefacto. x. diebus Aethiopes indiq; e malis. Ara
bes cucurbitis in arboribus ut diximus de geniſtis. Apud nos maturitas eius duobus argumẽtis itelligi
tur: itumeſcente ſemine: aut colore flaueſcẽte. Tunc euulſum & in faſciculos manuales colligatũ ſiccatur
in ſole pendens conuerſis ſuperne radicibus uno die: mox quinq; aliis in contrariũ inter ſe uerſis faſcium
cacuminibus ut ſemen in mediũ cadat. Inter medicamina huic uis: & in quodã ruſtico ac prædulci italiæ
tranſpadanæ cibo: ſed iam pridem ſacrorum tantum gratia. Deinde poſt meſſem triticeã uirgæ ipſæ mer
guntur in aquam ſolibus tepefactam: pondere aliquo depreſſæ. Nulli enim leuitas maior. Maceratas in
dicio eſt mẽbrana laxatior. Iterũq; uniuerſæ: ut prius ſole ſiccantur. Mox arefactæ in ſaxo tundũtur ſtup
pario malleo. Quod pximũ cortici fuit ſtuppa appellat: deterioris lini: lucernaq; fere luminibus aptior.
Et ipſa tamen pectitur ferreis ahenis: donec omnis membrana decorticetur. Medullæ numeroſior diſtin Hamis
ctio candore: mollicia. Linumq; nere & uiris decorum eſt: Cortices quoq; decuſſi clibanis & furnis præ-
bent uſum. Ars depectendi digerendiq; iuſtum eſt e quinquagenis faſcium libris quinas denas carmina-
ri. Iterum deinde in filo politur illiſum crebro in ſilice ex aqua. Textumq; rurſus tunditur clauis : ſemper
iniuria melius. Inuentum iam eſt etiam quod ignibus nõ abſumeret. Viuum id uocant: ardenteſq; in fo-
cis conuiuiorum ex eo uidimus mappas ſordibus exuſtis ſplendeſcentes igni magis q̃ poſſent aquis. Re
gum inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo ſeparant cinere. Naſcit in deſertis aduſtiſq; ſole i
diæ: ubi non cadunt hymbres: inter diras ſerpentes: aſſueſcitq; uiuere ardendo. Rarum inuentu : difficile
textu propter breuitatem. Ruffus de cætero colos ſplendeſcit igni. Cum inuentum eſt æquat precia ex-
cellentium margaritarum. Vocatur autem a græcis aſueſtinum ex argumẽto naturæ. Anaxilaus auctor
eſt: lintheo eo circundatam arborem ſurdis ictibus & qui non exaudiantur cædi. Ergo huic lino principa
tus in toto orbe. Proximus byſſino: mulierum maxime deliciis circa elim in achaia genito: quaternis de-
nariis ſtipula eius permutata quondam ut auri. Repertaq; lintheorum lanugo e uillis nauium maritima
rum maxime in magno uſu medicinæ eſt: & cinis ſpodii uim habet. Eſt & inter papauera genus quoddã:
quo candorem linthea præcipuum trahunt. Tentatum eſt tingi linum quoq;: & ueſtium inſaniam acci-
pere in Alexandri magni primum claſſibus indo amne nauigantis: cum duces eius ac præfecti in certami
ne quodam uariaſſent inſignia nauium. Stupuerũtq; littora flatu uerſicoloria implẽte. Velo purpuro ad
accium cum. M. Antonio Cleopatra uenit: eodemq; effugit. Hoc fuit imperatoriæ nauis inſigne. Poſtea
in theatris tantum umbram fecere. Quod primus omnium inuenit. Q. Catulus cum capitolium dedi-
caret. Carbaſina deinde uela primus in theatro duxiſſe traditur Lentulus Spinter appollinaribus ludis.
Mox Cæſar dictator totum forum romanum intexit. Viamq; ſacram ab domo ſua ac cliuum uſque in Ad cliuũ
capitolium: quod munere ipſo gladiatorio mirabilius uiſum tradunt. Deinde & ſine ludis Marcellus uſq; capito
Octauia ſorore Auguſti genitus in ædilitate ſua auunculo. xi. Conſule Calen. Auguſti uelis forum um- linum.
brauit: ut ſalubrius litigantes conſiſterent. Quantum mutatis moribus Catonis Cenſorii qui ſternen-
dum quoq; forum muricibus cenſuerat. Vela nuper colore cæli ſtellata per rudẽtes terræ etiam in amphi
theatris principis Neronis rubent in cauis ædium & muſcum ac ſolem defendunt. Cætero manſit cãdori
pertinax gratia. Honor etiam & troiano bello. Cur enim non & prœliis interſit: ut naufragiis? Thoraci-
bus lineis paucos tamen pugnaſſe teſtis eſt Homerus. Hinc fuiſſe & nauium armamenta apud eundem
interpretati ſunt eruditiores quoniam cum ſparta dixit ſignificauerit ſata.

De ſparti natura: & quando primum uſus eius: & quomodo perficiatur: & quæ ſine radice naſcan-
tur: & uiuant. Cap. ii.

ſ Parti quidem uſus multa poſt ſæcula cœptus eſt. Nec ante pœnoq; arma quæ primum hiſpa
niæ intulerunt. Hærba & hæc ſponte naſcens: & quæ non queat ſeri: iuncuſq; proprie aridi ſoli
unj terræ dato uitio. Namq; id malum telluris eſt: nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. In africa
exiguum & inutile gignitur. chartaginenſis hiſpaniæ citerioris portio. Nec hæc tota : ſed quatinus parit
montes quoq; ſparto operit. Hinc ſtrata ruſticis eorum: hinc ignes faceſq;. Hinc calceamina & paſtorum
ueſtis: animalibus noxium præterquã cacuminum teneritate. Ad reliquos uſus laborioſe euellit. Ocrea
tis cruribus manibuſq; tectis manicis conuolutum oſſeis ligneis ue conamentis. Nunc iam in hyemem
uix. Faciliime tamen ab idibus maiis in iunias hoc maturitatis tempus. Vulſum faſcibus i aceruo aduna
tum biduo tertio reſolutum Sparguntur in ſole ſiccaturque: & rurſus in faſcibus redit ſub tecta. Poſtea
maceratur aqua marina optime ſed & dulci ſi marina deſit. Siccatumq; ſole iterum rigatur: ſi repente ur
geat: deſiderium: perfuſum calida in folio: ac ſiccatum ſtans compendium operæ fatetur. Hoc autem
tonditur : ut fiat utile præcipue in aquis: mariq; inuictum. In ſicco præferunt & canabi funes. Et ſpartũ

alitur etiam demeſſum:ueluti natalium ſit impenſa. Eſt quidem eius natura interpolis. Rurſuſq; q̄ libe-
at uetuſtum nouo miſcetur. Verūtamen complectetur animo:qui uolet miraculum æſtimare: quanto
ſit in uſu omnibus terris nauiū armamentis:machinis ædificationum:aliiſq; deſideriis uitæ. Ad hos om-
nes uſus quæ ſufficiant. minus. xxx. paſſuum ī latitudinem. A littore carthaginis nouæ minuſq; in longi-
tudine eſſe reperiētur. Longius enim uehi impendia prohibent. Iunco græcos ad funes uſus nomini creda
mus: quo hærbam eam appellant. Poſtea Palmarum foliis phyllyraq; manifeſtum eſt. Et inde tranſla-
tum a pœnis ſparti uſum per q̄ ſimile eſt ueri. Theopraſtus auctor eſt eſſe bulbi genus circa ripas amni
um naſcens: cuius inter ſummum corticem eāq; partem qua ueſcuntur eſſe laneam naturam: ex qua ma
palia ueſteſq; quondam conficiebantur. Sed neq; regionem in qua id fiat: neq; quicq̄ diligentius: præterq̄
eriophoron id appellari in exemplaribus quæ equidem inuenerim tradit. Neq; omnino ullam mentio-
nem habet bulbi generum circa ripas amnium naſcentis: cuius inter ſummum corticem carnẽq; partem
qua ueſcuntur ſemper habet ſpartum. Cuncta cura magna perſecutus, cccexc. annis āte nos: ut alio iam
loco diximus. Quo apparet poſt id temporis ſpatium ī uſum ueniſſe ſpartum. Et quoniam a miraculis
mirum cœpimus: ſequemur eorum ordinem: in quibus uel maximū eſt aliquid naſci: aut uiuere ſine ulla
radice. Tubera uocantur hæc undiq; terra circundata: nulliſq; fibris nixa aut ſaltē capillamentis: nec utiq;
extuberante loco in quo gignuntur: aut rimam agente. Neq; ipſa terræ cohærent. Cortice etiam includū
tur: ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere: neq; aliud q̄ terræ callum. Siccis hæc fere & ſabuloſis locis
fruteto ſiſq; naſcuntur. Excedunt: ſæpe magnitudinem mali cotonei: etiam librali pondere. Duo corū ge
nera: harenoſa dentibus inimica: & altera ſincera. Diſtinguntur & colore ruſo nigroq;: & intus candido.
Laudatiſſima quæ africæ creſcunt. An ne uitium id terræ? Neq; enim aliud intelligi poteſt: malum ne id
ea protinus globetur magnitudine qua futurum eſt. Et uiuat ne: an non: haud facile arbitror intelligi
poſſe. Putreſcendi enim ratio cōmunis eſt iis cum ligno. Lartio licinio prætorio uiro iura reddēte ī hiſpa
niā carthagine paucis his ānis ſcimus accidiſſe mordenti tuber: ut deprehenſus īde denarius primos den
tes inflecteret. Quo manifeſtum erit terræ naturam ī ſe globari. Quod certum eſt ex iis quæ naſcuntur:
& ſeri non poſſunt.

De miſy: & tuberibus: de fungis pezicis: laſerpitio: & magyderi & rubia & radicula. Cap. iii.

Seránum s Imile eſt quod in cyrenaica ꝓuincia uocāt miſy præcipuū ſuauitate: odore: ac ſapore: ſed car-
noſius. Et quod ī thracia ceraunıū. De tuberibus hæc tradūtur peculiariter. Cum fuerit hym
bres autūnales ac tonitrua crebra: tunc naſci: & maxime e tonitribus: nec ultra annū durare: te
nerrima aūt uerno eſſe. Quibuſdā locis acceptantur riguis & feruntur ſicut mytilenis. Negant naſci niſi
exundatione fluminum inuecto ſemine ab Tiaris. Eſt autem his locus in quo plurima naſcuntur. Aliæ
nobiliſſima circa lampſacum & alopeconeſum: græciæ uero circa elin. Sunt & in fungorum genere a græ
cis dicti pezicæ: qui ſine radice aut pediculo naſcūtur. Ab his proximum dicetur auctoritate clariſſimū
laſerpitium: quod græci ſilphion uocant: ī cyrenaica ꝓuincia repertum: cuius ſuccum uocāt laſer magni
ficum in uſu medicamentiſq;: & ad pondus argenti denarii penſum. Multis iam annis in ea terra non īue
nitur: qm̄ publicani qui paſcua conducunt: maius ita lucrum ſentientes depopulant̄ pecorum pabulo.
Vnus autem caulis noſtra repertus memoria Neroni principi miſſus eſt. Si quando incidit pecus ī ſpem
naſcentis: hoc deprehēditur ſigno: oue cum comederit dormiente protinus: capra ſternutante. Diuq; iā
non aliud ad nos inuehitur: q̄ quod in perſide aut media & armenia naſcit̄ laſer: multo īfra cyrenaicum.
Id quoq; adulteratum gūmi: aut ſacopenio: aut faba fracta. Quo minus omittendum uidetur. C. Vale-
rio. M. Herennio. coss. cyrenis aduecta romam publice laſerpitii pōdo. xxx. Cæſarem uero dictatorem
initio belli ciuilis inter aurum argentumq; protuliſſe ex ærario laſerpitii pōdo. cxi. Id apud auctores græ
ciæ euidentiſſimos inuenimus. Natum hymbre piceo repente madefacta tellure circa heſperidum hor-
tos ſyrtinq; maiorem. vii. annis ante oppidum cyrenarū quod conditū eſt urbis noſtræ anno. cxliii. Vim
autē illā per quattuor ſtadiorum ſpatium in africa ualuiſſe. In ea laſerpitium gigni ſolitum rem feram ac cō
tumacem: & ſi coleretur in deſerta fugientē. Radice multa craſſaq;: caule ferulaceo: haud ſimili craſſitu-
dine. Huius folia maſpetum uocabāt: apio maxime ſimilia. Semen erat foliaceum. Foliū ipſum uero de
ciduum. Veſci pecora ſolita: primoq; purgari: mox pingueſcere: carne mirabilē in modū iucunda. Poſt
folia amiſſa caule ipſo & hoīes ueſcebantur decocto: aſſo: elixoq;. Eorum quoq; corpora. xl. primis diebus
purgante a uitiis. Ex iis oībus ſuccus duobus modis capiebatur: e radice: atq; caule. Et hæc duo erant no
mina rhizias atque caulias. Vilior ille ac putreſcens radice: cortex niger: & ad mercis adulteria. Succum
ipſum in uaſa coniectum admixto furfure ſubinde concutiendo ad maturitatem perducebant: ni ita feciſ
ſent putreſcentem. Argumentum erat maturitatis color: ſiccitaſque ſudore finito. Alii tradunt laſerpi-
tii radicem fuiſſe maiorem cubitali: tuberque in ea ſuper terram. Hoc inciſo profluere ſolitum ſuccum
ſeu lactis ſuperiato caule: quē magydarin uocarunt. Folia aurei coloris pro ſemine fuiſſe: cadentia a ca
nis ortu: auſtro flante. Ex iis laſerpitium naſci ſolitum annuo ſpatio & radice & caule cōſumētibus ſeſe.

Hoc & circunfodi

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 293 sur 536

Hoc & circũfodi ſolitum prodidere. Nec purgari pecora: ſed ægra ſanari: aut protinus mori: quod ĩ paucis accidere. Perſico Silphio prior opinio cõgruit. Alterum genus eſt quod magydaris uocatur tenerius & minus uehemens: ſine ſucco. Quod circa ſiriam naſcit᷑: non prouenıens in cyrenaica regione. Gignitur & in pnaſo monte copioſius: quibuſdam laſerpiciũ uocantibus: perq; omnia adulreratur rei ſaluberrimæ utiliſſimæq; auctoritas. Ratio. ſinceri prima in colore modice ruſo: & cũ frangitur: candido intus. Mox tranſlucente: gutta aquæ ſaliuaq; liqueſcit. Vſus in multis medicaminibus. Sunt etiamnum duo genera non niſi ſordido nota uulgo: cum quæſtu nullo polleant. In primis rubia tinguendis lanis & coriis neceſſaria. Laudantiſſima italica: & maxime ſuburbana: & omnes pene prouintiæ ſcatent ea. Sponte prouenit: ſeriturq; ſimilitudine eruiliæ. Verum ſpinoſus ei caulis & geniculatus hic eſt quinis circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubrum eſt. Quot in medicina uſus habet ſuo dicemus loco. At quæ uocatur radicula lauandis demum lanis ſuccũ habet: mirũ quantũ conferens candore: molliciaq;. Aeque naſcit᷑ ſatiua ubiq;: ſed ſponte præcipua in aſia ſyriaq; ſaxoſis & aſperis locis. Trans euphratem tamen laudatiſſima caule ferulaceo tenui: & ipſis cibis indigenarum expetito: & tingenti quicquid ſit: cum quo decoquatur folio oleæ. Struthion græci uocant: floret æſtate: grata aſpectu: uerũ ſine odore ſpinoſa & caule lanuginoſo. Semen ei nullum: radix magna: quæ conciditur ad quem dictum eſt uſum.

De hortorum cura: & digeſtio terræ naſcentium præter fruges & frutices. Cap. iiii.

a B his ſupereſt reuerti ad hortorum curã: & ſuapte natura memorandã. Et quoniã antiquitas nihil prius mirata eſt: q̃ & heſperidum hortos: ac regum Adonis & Alcinoi. Itẽq; penſiles: ſine illos Semiramis ſine aſſyriæ rex Cyrus fecerit: de quorum ope alio uolumine dicemus. Romani quidẽ reges ipſi coluere. Quippe etiã Superbus Tarquinus nũtium illum ſæuũ atq; ſanguinariũ remiſit ex horto. In. xii. tabulis legũ noſtrarũ nuſq̃ noĩatur uilla: ſemper in ſignificatione ea hortus. In horti uero hæredium. Quam rem comitata eſt & religio quædã: hortoſq; & fores tantum cõtra inuidẽtium faſcinationes dicari uidemus. In remedio ſaturnica ſigna quãq̃ hortos tutelæ Veneris aſſignante Plauto. Iã quidem hortorũ nomine in ipſa urbe delicias: agros: uillaſq; poſſidẽt. Primus hoc ĩſtituit athenis Epicurus hortorum magiſter. Vſq; ad eum moris non fuerat ĩ oppidis haberi rura. Romæ quidẽ p ſe hortus ager pauperis erat. Ex horto plebri macellum q̃to inocẽtiore uictu. Mergi enim credo in pfunda ſatius ẽ. & oſtrearum genera naufragio exquiri. Aues ultra phaſidẽ amnẽ peti: & fabuloſo quidẽ terrore tutas: immo ſic precioſiores. Alias in numida atq; æthiopia ĩ ſepulchris aucupari: aut pugnari cum feris mãdi ab eo cupientem quod mandat alius. At hercule q̃ uilla hæc q̃ parata uoluptati ſatietatiq;: niſi eadem quæ ubiq; indignatio occureret: Ferẽdum ſane fuerit exquiſita naſci poma: alia ſapore: alia magnitudine: alia monſtro: pauperibus interdicta. Inueterari uina ſacciſq; caſtrari. Nec cuiq̃ adeo longam eſſe uitam: ut non ante ſe genita poter. E frugibus quoq; quoddam alimẽtum excogitaſſe luxuriam: ac medullam tãtum earum: ſuperq; piſtrinarũ operibus & cælaturis uiuere alios pane procerũ: alios uulgi: tot generibus uſq; ad infimam plebem deſcendente aĩa. Et iam ne in hærbis diſcrimen inuentum eſt: Oluſq; differentiã facere in cibo: etiam uno eſſe uenali: Et in his aliqua quoq; ſibi naſci tribus negant. Caule in tantum ſignato: ut pauperis mẽſa nõ capiat. Silueſtres fecerat natura horridos: ut quiſq; demeteret paſſim. Ecce altiles ſpectantur aſparagi. Et rauenna ternis libris rependit. Heu prodigia uentris: mirum eſſet non licere carduis pecori ueſci: non licet plebei. Aquæ quoq; ſeparantur. Et ipſa naturæ elementa ui pecuniæ diſcreta ſunt. Hi niues: illi glaciem potant: pœnaſq; montiũ in uoluptatem gulæ uertunt. Seruatur algor æſtibus: excogitaturq; ut alienis mẽſibus nix algeat. Decoquunt alias quas mox & illas hyemant. Nihil itaq; homini ſic q̃uo rerum naturæ placet. Etiam ne hærba aliqua diuitiis tantum paſcitur. Nemo ſacros auẽtinoſq; montes & iratæ plebis ſeceſſus circũſpexerit: Mons enim certe æquabit quos pecunia ſuperauerit. Itaq; hercule nullum macelli uectigal maius fuit romæ clamore plebis incuſantis apud omnes pricipes: donec remiſſum eſt portorium mercis huius: cõpertumq; nõ aliter quæſtuoſius cenſum haberi aut tutius: ac minore fortunæ iure: cũ credatur penſio ea pauperũ. Is in ſolo ſponſor eſt: & ſub die redditus: ſuperficieſq; cælo quocũq; gaudens. Hortorũ Cato prædicat caules. Hinc primum agricolæ exiſtimabãtur priſci: & ſic ſtatim faciebant iudicium: nunquæ eſſet in domo materfamilias. Etenim hæc cura fœminæ dicebatur: ubi ĩtelligens eſſet hortus. Quippe e carnario aut macello uiuendũ eſt. Nec caules ut nũc maxime probabant: dãnantes pulmentaria quæ egerent alio pulmẽtario. Id erat oleo parcere. Nã carnis deſideria etiam erant in exprobratione. Horti maxime placebant quia non egent igni: parcerentq; ligno. Expedita res & parata ſemper. unde & acetaria appellabantur. Facilia cõcoqui: nec oneraturo ſenſum cibo: & quæ minime accenderent ad deſiderium panis. Pars eorum ad cõdimenta pertinens fatetur domi uerſuram fieri ſolitam. Atq; non indicum piper quæſitum: quæq; tranſmaria petimus. Iam quoq; in feneſtris ſuis plebs urbana ĩ imagine hortorum quottidiana oculis rura præbebant: anteq̃ præfigi pſpectus omnis coegit multitudinis ĩnumeræ ſæua latrocinatio. Quãobrem ſit aliq̃s & his honos: ne uetuſtas auctoritatẽ rebus uilitas adimat. Cum præſertim etiã cognomina procerũ inde nata uideamus. Lactucinoſq; in

ualeria familia nõ puduiſſe appellari: & contingat aliqua gratia operi curæq; noſtræ. Virgilio quoq; confeſſo q̃ ſit difficile uerboꝝ honorẽ tam paruis perhibere. Hortos uillæ iungẽdos nõ eſt dubium. riguoſq; maxime habendos: ſi contingat profluo amne. Si minus: e puteo pertica organis ue pneumaticis tollendo: nõ hauſtu rigando. Solũ proſcindendũ a fauonio: in autũnum præparandum eſt poſt .xiiii. dies: iterãdumq; ante brumã. Octo iugeꝝ opis palari iuſtum eſt. Fimũ tres pedes alte cũ terra miſceri. Areis diſtigui: eaſq; reſupinis puluinoꝝ toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis: qua detur acceſſus hoĩ: ſcatebriſq; decurſus. In hortis naſcentiũ alia bulbo cõmendãtur: alia capite: alia caule: alia folio: alia utroq;: alia ſemine alia cortice: alia cute aut carthilagine: alia carne: alia tunicis carnoſis. Alioꝝ fructus in terra eſt: alioꝝ: & extra: alioꝝ nõ niſi extra. Quædã iacent creſcũtq; ut cucurbitæ & cucumis. Eadẽ & pendẽt q̃q̃ grauiora multo ẽt iis quæ in arboribus gignũt. Sed cucumis carthilagie. Cortex huic uni maturitate trãſit ĩ lignũ Terra condunt raphani: napiq; & rapa: atq; alio modo inulæ: cicer: paſtinacæ. Quædã uocauimus ferulacea ut anetum: maluas. Nãq; tradunt auctores in arabia maluas ſeptimo menſe arboreſcere: baculorũ uſum præbere ex templo. Sed & arbor eſt malua in mauritania lixi oppidi æſtuario: ubi heſperidum horti fuiſſe prodũtur .cc. paſſibus ab oceano iuxta delubrum. Herculis antiquius gaditano ut ferunt. Ipſa altitudinis pedes .xx. craſſitudinis quã circũplecti nemo poſſit. In ſimili genere habebitur & canabis. Necnon & carnoſa aliqua appellabimus: ut ſpongias in humore pratorum enaſcentes.

Natura & genera & hiſtoria naſcentium in hortis rerum. Cap. v.

Vngorum enim callum in ligni arborumque natura diximus: & alio genere tuberum paulo
f ante. Carthilaginei generis extraq; terrã eſt cucumis: mira uoluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe non die contigit ei penſiles eorum hortos promouentibus in ſoles rotis olitoribus. Rurſuſq; hybernis diebus intra ſpecularium munimenta reuocãtibus. Quin & lacte mulſo ſemine eorum biduo macerato: apud antiquos græciæ auctores ſcriptum eſt ſeri oportere ut dulciores fiant. Creſcunt qua coguntur forma. In italia uirides & q̃ minimi. ĩ prouintiis q̃ maximi & citrini aut nigri Placent copioſiſſimi africæ: grandiſſimi Mœſiæ. Aſt cum magnitudine exceſſere pepones uocantur. Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterum diẽ: nec perfici queunt. in cibis non in ſalubres: tamẽ plurimum natant. Oleum odere mire. Nec minus aquas diligunt. Defecti quoq; ad eas modice diſtantes adrepunt. Contra oleum refugiunt. Aut ſi quid obeſt: uel ſi pendeant: curuantur. Idq; uel una nocte deprehendit. Si uas cum aqua ſubiiciatur a quattuor digytorum interuallo deſcendẽtibus ante poſterum diem. At ſi oleum eodem modo ſit in hamos curuatis. Iidem in fiſtula flore dimiſſo mira longitudine creſcunt. Ecce cum maxime noua forma eorum ĩ campania prouenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox ſemine ex illo genus factum: melopeponas uocant. Non pendent hi: ſed humi rotundãtur. Mirum in his præter figuram: coloremq; & odorem: q; maturitatẽ adepti q̃q̃ nõ pendentes ſtatim a pediculo recedunt. Columella tradit ſuum cõmentum ut toto anno cõtingant. Fruticem rubi q̃ uaſtiſſimum in apricum locũ transferre: & recidere duũ digytoꝝ relicta ſtirpe circa æquinoctium uernum. ita ĩ medulla rubi ſemine cucumeris ĩſito terra minuta fimoq; circũaggeratas reſiſtere frigori radices. cucumerorum græci tria genera fecere. Laconicum: ſcitalicum: boeoticũ. Ex iis tantũ laconicum aqua gaudere. Sunt qui hærba quæ uocatur culix noĩe tria ſemen eorum maceratum ſeri iubeant: ut ſine ſemine naſcantur. Similis & cucurbitis natura dũtaxat in naſcendo. Aeque hyemẽ odere. Amant rigua ac fimũ. Seruntur ambo ſemine in terra ſexquipedali: foſſura inter æquinoctium uernũ & ſolſtitium. Parilibus tamẽ aptiſſime: Aliqui malunt ex Calen. martii cucurbitas: & nonis cucumeres: & per quinquatros ſerere ſimili
Parietum modo reptantibus flagellis ſcandentes per arteſum aſpera in tectum uſque natura ſublimitatis auida. Vires ſine adminiculo ſtandi non ſunt: uelocitas pernix: leui umbra cameras ac pergulas operiẽtes. Inde hæc duo prima genera. Camerariũ & plebeium: quod humi credit. in priore mire tenui pediculo librat pondus immobile auræ. Cucurbita quoq; omni modo faſtigat uagis maxime uitilibus: coniecta in eas poſtq̃ defloruit: creſcit qua cogitur forma. Plerunq; & draconis intorti figura. Libertate uero penſili conceſſa: iam uiſa eſt nouẽ pedũ lõgitudinis. Particulatim cucumis floret: ſibi ipſe ſupfloreſcẽtes: & ſicciores locos patitur: candida lanugine obductus: magiſq; cũ creſcit. Cucurbitaꝝ numeroſior uſus. Et primus caulis in cibo. Atq; ex eo in totũ natura diuerſa. Nuper in balnearum uſum uenere urceoꝝ uice. iam pridem uero etiã cadoꝝ ad uina condenda. Cortex uiridi tener. Deraditur nihilominus cibis. Cibos ſalubres ac leues pluribus modis exiſtimant: qui perfici humano uentre nõ queant: ſed non intumeſcant. Semina quæ proxima collo fuerint proceras pariunt. item ab imis: ſed nõ cõparandas ſupradictis: quæ in medio rotundas: quæ lateribus craſſas breuioreſq;. Siccãtur in umbra: & cum libeat ſerere in aqua macerantur. Cibis quo longiores tenuioreſq; eo gratiores. Et ob id ſalubriores quæ pendẽdo creuere: minimũq; ſeminis tales habent: duricia eius in cibis gratiã terminante. Eas quæ ſemini ſeruant ante hyemẽ præcidi non eſt mos. Poſtea fumo ſiccantur condendis hortenſiorum ſeminibus ruſticæ ſuppellectili. Inuenta eſt ratio qua cibis quoq; ſeruarentur. Eodemq; modo cucumis uſque ad alios pene prouentus: & id quidem iniuria fit.

Muria ſit. Sed & ſcrobe opaco in loco harena ſubſtrato fœnoq; ſicco opertos: ac deinde terra uirides ſer-
uari tradunt. ſunt & ſiluestres in utroq; genere & oĩbus fere hortẽſibus. Sed & his medica tantũ natura ẽ
Quãobrem differentur in ſua uolumina. Reliqua chartilaginum naturæ terra occultant̃ oĩa. In quibus
de rapis abunde dixiſſe poteramus uideri: niſi medici maſculini ſexus facerent in his rotunda. Latiora ue
ro & concaua fœmini: præſtantiora ſuauitate: & ad condiendæ faciliora: quæ ſæpius ſata tranſeunt ĩ ma-
rem. Iidem naporum quinq; genera fecere. Corinthiũ cleonæum: liothaſium boeticum: & quod per ſe ui
ride dixerunt. Ex iis in amplitudinem adoleſcit corinthium nuda fere radice. Solum enim hoc genus ſu-
perne tendit: non ut cætera in terram. Liothaſium quidam thracium appellant: frigorum patientiſſimũ.
Ab eo boeoticum dulce eſt: rotunditate etiam breui notabile. Neq; ut cleonæum prælongũ in totũ qui-
dẽ. Quoꝝ tenuiora folia: ipſi quoq; dulciores. Quorũ ſcabra & anguloſa & horrida amariores. Eſt præ
terea genus ſiluestre: cuius folia ſunt erucæ ſimilia. Palma romæ amiterninis datur: inde nurſiis: tertia no
ſtratibus. Cætera de ſatu eorum in rapis dicta ſunt. Cortice & chartilagine conſtant raphani. Multiſq; eo
rum cortex craſſior etiã q̃ quibuſdã arborum. Amaritudo plurima illi eſt: & pro craſſitudĩe corticis. Cæ
tera quoq; aliquando lignoſa. Et uis mira colligendi ſpiritum: laxandiq; ructum. Ob id cibus illiberalis
utiq; ſi proxime olus mandat̃. ſi uero cum oliuis drupis rarior ructus fit: minuſq; fœtibus. Aegypto mi
re celebratur propter olei fertilitatem: quod de ſemine eius faciunt. Hoc maxime cupiunt ſerere: ſi liceat:
quoniam & quæſtus plus q̃ e frumento & minus tributi eſt: nullumq; copioſius oleum. Genera raphani
græci fecere tria foliorum differentia: criſpi: atq; lenis: & tertium ſiluestre. Atq; huic læuia quidem folia:
ſed breuiora ac rotunda: copioſaq;: atq; fruticoſa. ſapor autem aſper: & medicamenti inſtar ad eliciendas
aluos: Et in prioribus tamen differentia ſeminis eſt: quoniam aliqua admodum exiguum ferunt. Hæc ui
tia non cadunt niſi in criſpa folia. Noſtri alia fecere genera. Algidenſe a loco longum atq; tranſlucidum.
Alterum rapi figura: quod uocant ſyriacum: ſuauiſſimum fere ac tenerrimum: hyemiſq; patiens. Præci-
puum tamen eſt quod e ſyria non pridem aduectum apparet: quoniam apud auctores non reperitur. id
autem tota hyeme durat. Etiamnum unum ſiluestre græci cheriam uocant: pontici armon: alii leucẽ no
ſtri: armoratiam fronde copioſius q̃ corpore. in omnibus autem probandis maxime ſpectantur caules:
in initio enim rotundiores craſſioreſq; ac lõgis canalibus. Folia ipſa triſtiora: & angulis horrida. ſeri uult
raphanus terra ſoluta: humida. Fimum odit: palea contentus. Frigore adeo gaudet: ut in germania infã-
tium puerorum magnitudinem æquet. Seritur poſt idus febru. ut uernus ſit. iterumq; circa uulcanalia
quæ ſatio melior. Multi & martio & aprili ſerunt & ſeptembri. Incipiente incremento confert alterna fo-
lia circũobruere: ipſos uero accumulare. Nam qui extra terram emerſerit durus fit atq; fungoſus. Ariſto
machus detrahi folia per hyemem iubet: & ne lacunæ ſtagnent accumulare. Ita ĩ æſtate grãdeſcere. Qui
dam prodidere ſi palo adacto cauerna palea inſternatur in ſex digytorum altitudine deinde ſemẽ fimũq;
& terra congeratur ad magnitudinẽ ſcrobis creſcere. Præcipue tamẽ ſalſis alunt̃. Itaq; etiã talibus aquis
irrigantur. Et in egypto nitro ſparguntur: ubi ſunt ſuauitate præcipui. In totum quoq; ſalſugine amaritu
do eorum eximitur: fiuntq; coctis ſimiles. Namq; & cocti dulceſcunt: & in naporum uicem tranſeunt.
Crudos medici ſuadẽt: ad colligenda acria uiſcerꝝ dãdos cum ſale ieiunis eſſe: atq; ita uomitionibus præ
parant meatum. Tradunt & præcordiis neceſſarium hunc ſuccum: quando phthiſin cordi intus inhæren
tem non alio potuiſſe depelli cõpertum ſit in ægypto regibus corpora mortuorũ ad ſcrutãdos morbos
inſecantibus. Atq; ut eſt græca uanitas: fert̃ in tẽplo Appollinis delphis adeo cæteris cibis prælatus rap
hanus: ut ex auro dicaretur raphanus: beta ex argento: rapum e plũbo. Scires non ibi genitum Manniũ
Curiũ ĩperatorẽ: quẽ in hoſpitio ligatis aurũ repudiaturo afferentibus rapũ torrentem in foco inuentum
annales noſtri ꝓdidere. Scripſit & Morchion græcus de raphano unum uolumẽ. Vtiliſſimi ĩ cibis hyber
no tempore exiſtimantur. Iidemq; dẽtibus ſemper inimici: quoniã atterant. Ebora certe poliũt. Odium
iis cum uite maximum: refugitq; iuxta ſatos. Lignoſiora ſunt reliqua in chartilaginũ genere a nobis poſi
ta. Mirũq; oĩbus uehementiã ſaporis ineſſe. Ex iis paſtinacæ unum genus agreſte ſponte ꝓuenit: ſtaphy
linos græce dicitur. Alterꝝ ſerit̃ radice uel ſemine primo uere uel autũno. Vt Hygino placet februario: au
guſto: ſeptẽbri: octobri: ſolo q̃ altiſſime rofoſſo. Annicula utilis eſſe incipit: bima utilior: gracilior autũ
no: patiniſq; maxime. Et ſic quoq; uirus illi intractabile eſt. Hibiſcum a paſtinaca gracilitate diſtat: Dan
natum cibis: ſed medicinæ utile. Eſt & quartum genus in eadem ſimilitudine paſtinacæ: quã noſtri galli
cã uocant: græci uero daucon. Cuius genera etiam quattuor fecere: inter medica dicendũ Siſer & ipſum
Tyberius princeps nobilitauit flagitans oĩbus annis a germania Gelduba appellatur caſtellum rheno
ĩpoſitum: ubi generoſitas præcipua. Ex quo apparet frigidis locis cõuenire. Ineſt lõgitudine neruus: qui
in decoctis extrahit̃: amaritudinis tamen magna parte relicta: quæ mulſo in cibis tẽperata etiam in gra-
tiam uertitur. Neruus idem & paſtinacæ maiori dũtaxat anniculæ. Siſer his ſeritur menſibus: februario:
martio: aprili: auguſto: ſeptẽbri: octobri. Breuior his ẽ: ſed toroſior amariorq;. Inula per ſe ſtomacho ini
miciſſima. Eadẽ dulcibus mixtis ſaluberrima. Plurimis modis auſteritate uicta gratiã inuenit. Nãq; & in

poſſinem tundit̃ arida:liquidoq; dulci tẽperatur:& decocta poſtea aut aſſeruata uel macerata pluribus
modis.& tunc mixta defruto:aut ſubacta melle:uuiſq; paſſis:aut pinguibus cariotis.Alio rurſus modo
cotoneis:malis:uel ſorbis:aut prunis.Aliquãdo pipere aut thymo uariata defectus præcipue ſtomachi
excitat.Illuſtrata maxime Iuliæ Auguſtæ quotidiano cibo.Supuacuũ eius ſemẽ: qm̃ oculis ex radice ex
ciſis ut harundo ſeritur.Et hæc aũt ſeritur & ſiſer & paſtinaca utroq; tpe uere & autũno magnis ſeminũ i
teruallis.Nulla ue minus q̃ ternoꝝ pedũ:quoniã ſpatioſe fruticat.Siſer ãt transferre melius.Proxima hiſ
bulborum natura:quos Cato in primis ſerendos præcipit:celebranſq; megaricos . Verum nobiliſſima ẽ
ſcylla:q̃q̃ medicamini nata acetoq; exacuendo.Nec ulli amplitudo maior:ſicut nec uis aſperior.Duo ge
nera medicæ.Maſculus albis foliis.fœmina nigris.Et tertium genus eſt cibis gratum. Epimenidium uo
catur anguſtius folio:ac minus aſpero.Seminis plurimum omnibus.Celerius tamen ꝓueniunt ſatæ bul
bis circa latera natis.Et ut creſcant:folia quæ ſunt in his ampla:deflexa circa obruuntur.Ita ſuccum oẽm
in ſe trahunt capita.Sponte naſcuntur copioſiſſime in balearibus ebuſoq; inſulis,: ac per hiſpanias. Vnũ
deiis uolumen condit Pythagoras philoſophus:colligens medicas uires:quas proximo reddemus libro
Reliqua bulborum genera differunt colore:magnitudine:ſuauitate.Quippe cũ quidam crudi mandan
tur:ut in cherõneſo taurica.Poſt hos in africa nati maxĩe laudantur.¦Mox apuli:Genera græci hæc fecere
Bulbinen:ſitaniõ:pithyon:acrocorion.egylops:iſorynchiõ.In hoc mirum imas eius radices creſcere hye
me.Verno aũt cum apparuerit uiola:minui ac contrahi:tum deĩde bulbum pingueſcere. Eſt iter genera
quod in ægypto aron uocant:ſcyllæ proximum amplitudine:foliis lapati:caule recto: duum cubitorũ
baculi craſſitudine:radice mollioris naturæ:quæ edatur & cruda.Effodiuntur bulbi ante uer.At deterio
res illico fiunt ſi finduntur.Signum maturitatis folia inareſcentia ab imo.Vetuſtiores improbant.Item
paruos & longos.Contra rubicundis rotundioribuſq; laus & grandiſſimis.Amaritudo pleriſq; in uerti-
ce eſt.Media eorum dulcia.Bulbus nõ naſci niſi ex ſemine priores tradiderunt.Sed & in preneſtinis cam
pis ſponte naſcuntur:ac ſine modo etiam in remorum aruis.

De hortenſium hærbarum radicibus:foliis:floribus:coloribus. Cap.vi.

h Ortenſibus oĩbus fere ſingulæ radices:ut raphano:betæ:apio:maluæ. Ampliſſima autem la
pato:ut quæ deſcendat ad tria cubita.Silueſtri miores tumidæ.Effoſſa quoq; diu uiuit.Qui-
buſdã tamen capillatæ:ut apio:maluæ.Quibuſdã furculoſæ:ut ocimo.Aliis carnoſæ: ut be-
tæ:aut magis etiãnum croco.Aliquibus ex cortice & carne conſtant:ut raphano & rapis.Quorundã ge
niculæ ſunt:ut graminis.Quæ rectã nõ habent radicẽ ſtatim plurimis nituntur capillamẽtis:ut atriplex
& blitum.Scylla ãt & bulbi & cepe & allium nõ niſi in rectum radicãtur.Sponte naſcentium quædã nu
meroſiora ſunt radice q̃ folio:ut Aſpalax:perdicium:crocũ.Florent uero cũ fraxino ſerpillum: ambroto
num:napi:raphani:menta:ruta:& cætera quidem defloreſcunt cum cœpere.Ocimum aũt particulatim
& ab imo incipit. Qua de cauſa diutiſſime floret.Hoc & in heliotropio hærba euenit.Flos aliis cãdidus
aliis luteus:aliis purpureus.Folia cadunt a cacuminibus origano:inulæ:& aliquando rutæ iniuria læſæ.
Maxime concaua ſunt cepe.getio.Allium cepaſq; inter deos iureiurando habet ægyptus. Cepe genera
Gnidia apud græcos ſarda:ſamothracia:halſidena:ſetania.Item ſchiſta:Aſcalonia ab oppido iudææ nominata.
Theoph. Oĩbus etiã odor lachrymoſus & præcipue cypriis minime gnidiis.Omnibus corpus totum pinguitu-
dinis eaꝝ carthilagine.E cũctis ſetania minima:excepta tuſculana.ſed dulcis ſchiſta ãt & aſcalonia cõdũ-
tur.Schiſtam hyeme cum coma ſua relinquunt.Vere folia detrahũt:& alia ſubnaſcunt̃ iiſdem diuiſuris
unde & nomen.Hoc exemplo reliquis quoq; generibus detrahi iubent:ut in capita creſcant potiuſquã in
Semẽ the. ſemetipſa.Aſcaloniaꝝ propria natura.Etenim uelut ſteriles ſunt ab radice:& ob id ſemine ſeri illas nõ de
poni iuſſere græci..Præterea ſerius circa uer cũ germinant transferri.Ita craſſeſcere.Et tũc properare præ
teriti tpis penſitatione.Feſtinandum aũt in his eſt:quoniã natura celeriter putreſcunt.Si deponãtur:cau
ſementant lem amittunt:& ſemen:ipſæq; euaneſcunt.Eſt & coloꝝ differentia.Samo enim & ſardibus candidiſſimę
Theo. proueniunt.Sunt in honore & creticæ:de quibus dubitãt an eædem ſint:quæ aſcaloniæ: quoniã ſatis ca-
pita craſſeſcunt:depoſitis caules & ſemina.Diſtant ſaporẽ tantum dulci.Apud nos duo prima genera.
Vnũ condimentarium:quod illi getion:noſtri pallacanam uocant.ſeritur menſibus martio:aprili:maio
Alterum capitatum æque ab æquinoctio autumni uel fauonio.Genera eius auſteritatis ordine africana:
gallica:tuſculana:amiternina.Optima autem quæ rotundiſſima.Item ruffa acrior q̃ candida:ſicca q̃ ui-
ridis:& cruda q̃ cocta:ſicca q̃ condita.ſeritur amiternina frigidis & humidis locis:& ſola allii modo capi
te:reliquæ ſemine.Proximaq; æſtate nullum ſemen emittunt:ſed caput tantum quod inareſcit.Sequenti
autem anno permutata ratione ſemen gignit̃.Caput ipſum corrũpitur . Ergo omnibus annis ſeparatim
ſemen cepe cauſa ſeritur.Sepatim cepe ſeminis.ſeruãtur autem optime in paleis.Getium pene ſine capite
eſt:ceruicis tantum longæ:& ideo totum in fronde:ſæpiuſq; reſecat̃ ut porrum. Ideo & illud ſerunt non
deponunt. Cætero cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent:extirpatis radicibus hærbarum.In iugera denas libras.
Intermiſceri ſatureiam:quoniam melius ꝓueniat.Runcari præterea:& ſarriri:ſi nõ ſæpius:quater. Aſca
lomiam menſe

Ioniam menſe februario ſerunt noſtri. Semen cœpaꝝ nigreſcere incipiens anteq̄ marceſcat metunt. Et de
porro in hanc cognationē dici conuenit: præſertim cum ſectiuo nuper auctoritatē dederit princeps Ne-
ro uocis gratia ex oleo æſtatis menſium oībus diebus. Nihilq; aliud ac ne pane quidē ueſcēdo. Seritur ſe-
mine ab æquinoctio autūno ſi ſectiuū facere libuerit denſius. In eadē area ſecatur donec deficiat: ſtercora
turq; ſemp ſi nutriū in capita anteq̄ ſecetur: cū increuerit: in aliā areā tranſferaſ: ſūmis foliis leniter reciſis
ante medullam & capitibus retractis tunicis ue extremis: Antiqui ſilice uel tegula ſubiecta capita dilata
bant. Hoc item de bulbis. Nunc ſarculo leuiter conuelluntſ radices ut delumbatæ alant. neq; diſtrahant.
Inſigne q; cum fimo lætoq; ſolo: gaudeat: rigua odit: & tamen proprietate quadā ſoli conſtat. Laudatiſ-
ſimus in ægypto: mox orchiæ atq; aritiæ. Sectiui duo genera. Hoc hærbaceū folio inciſuris eius euidenti
bus: quo utunſ medicamentarii. Alterum genus ſuauidioris foli rotundioriſq; inciſuris leuioribus. Fa-
ma eſt Melam equeſtris ordinis reum ex procuratione a Tyberio principe acceſitum in ſumma deſpe-
ratione ſucco porri ad trium denariorum argenteorum pondus hauſto confeſtim expiraſſe ſine cruciatu
Ampliorem modū negant noxium eſſe. Allium ad multa ruris præcipue medicamenta prodeſſe credit
Tenuiſſimis & quæ ſeparantur in uniuerſum uelatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis:
& iis ſeparatim ueſtitis. Aſperi ſaporis: & quo plures nuclei fuere: hoc eſt aſperius. Tedium huic quoque
halitu: ut cepis: nullum tamen coctis. Generum differentia in tempore. Præcox matureſcit. lx. diebus: tū
in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere græci appellauere allium cyprium: alii antiſcordon: præ- aphroſcor
cipue africæ celebratum inter pulmentaria ruris grandius allio trito ī oleo & aceto mirum quantum icre don
ſcat ſpuma. Quidam & alliū ulpicū in plano ſeri uetant: caſtellatimq; grumulis imponi diſtantibus iter
ſe pedes ternos. Inter grana quattuor digyti intereſſe debent: ſimul atq; tria folia eruperint ſarriri. Grāde
ſcunt quo ſæpius ſarriuntur. Matureſcentium caules depreſſi in terram obruūtur. ita cauetur ne in frōdē
luxurient. In frigidis utilius uere ſeri q̄ autumno. Cæterum ut odore careant omnia hæc iubentur ſeri cū
luna ſub terra ſit: colligi cum in coitu. Sine iis Menander e græcis auctor eſt: allium edētibus ſi radicem
betæ in pruna toſtā ſupederint: odorem extingui. Sunt qui & allium & ulpicon inter compitalia ac ſa- Opalia
turnalia ſeri aptiſſime putent. Alliū & ſemine ꝓuenit ſed tarde. Prio enim anno porri craſſitudine capite
efficitur: ſequenti diuiditur: tertio conſumatur. Pulchriuſq; exiſtimatur tale. A quibuſdam in ſemen exi-
re uetatur. Sed intorqueri caulis ſationis gratia: uti caput ualidius fiat. Quod ſi diutius allium cepeq; ī-
ueterari libeat: aqua ſalſa tepida capita intingenda ſunt. Ita diuturniora fient: melioraq; uſui: ſed in ſatu
ſterilia. Alii contenti ſunt primo ſuper prunas ſuſpendiſſe: abundeq; ita profici arbitrantur: ne germinēt.
Quod facere allium cepamq; extra terram quoq; certum eſt: & cauliculo acto euaneſcere. Aliqui & alli-
um palea optime ſeruari putant. Allium eſt in aruis ſponte naſcens: alum hoc uocant: quod aduerſus ī-
probitatem alitum depaſcentium ſemina coctum ne renaſci poſſit: abiicitur: ſtatimq; quæ deuorauere
aues ſtupentes manu capiuntur: & ſi paulum cōmorauere reſopitæ. Eſt & ſilueſtre quod urſinū uocant
odore molli: capite pretenui: foliis grandibus.

Quoto die quæq; hærbæ naſcuntur ſatæ: & quomodo quæq; formantur: uel digerantur: & quorū ſin
gula genera: & quorum plura. Cap. vii.

i N hortoſatoꝝ celerrime naſcuntur ocimū: blitū: napus: eruca tertio enim die erumpunt. ane-
tum quarto: lactuca q̄nto: raphanus: ſexto: cucumis & cucurbitæ ſeptimo: prior cucumis: na
ſturtium ac ſinapi quito: beta æſtate ſexto: hyeme decimo: atriplex octauo: cepe. xix. aut. xx.
getium. x. aut. xii. Contumacius coriandrum. Cunila quidē & origanū poſt. xxx. diem. Omnium diffici-
lime apium. lx. enim die cum celerrime: l. maiore ex parte emergit. Aliquid & ſeminū ætas confert: quo-
niā recētiora maturius gignuntur. In porro: getio: cucumere: cucurbita. Ex uetere aūt celerius ꝓueniunt
apium: beta: cardamū: cunila: origanum: coriandrū. Mirum in betæ ſemine nō enim tota eo anno gigni-
tur: ſed aliq̄d ſequente: aliquid tertio. Itaq; ex copia ſeminis modice naſciſ. Quædā anno tantū ſuo pa-
riunt: quædā ſæpius: ſicut apiū: porrū: getium. Hæc. n. ſemel ſata pluribus annis reſtibili fertilitate ꝓue
niunt. Semina plurimis rotunda: aliq̄bus oblonga: paucis foliacea & lata: ut atriplici. Quibuſdā angu-
ſta & canaliculata: ut cumino. Differunt & colore nigro candidoq; itē duricie. Surculacea ī folliculo ſūt
raphano: ſinapi: rapo. Nudum ſemen apii: coriandri: aneti: fœniculi: cumini. Cortice obducta bliti: betæ:
atriplicis: ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil ocimo fœcundius. Cum maledictis ac probris ſerendum
præcipiūt lætius ꝓueniet. Satum etiā paſciſ terra adacta cuminū: & qui ſerunt præcanſ ne exeat. Quæ ī
cortice ſunt difficillime matureſcunt: maximeq; ocinum: & gyt. Siccanſ oīa ac ſunt fœcunda. Vtiq; me-
liora naſcuntur aceruatim ſato ſemine: q̄ ſparſo. Ita certe porrum & allium ſerunt in laciniis colligatum. inareſcūt.
Apium etiam paxillo cauerna facta ac fimo ingeſto. Naſcuntur autē oīa aut ſemine aut auulſione. Quę Theoph.
dā ſemine & ſurculo: ut ruta: origanū. Ocimū præcidunt enim & hoc cū peruenit ad palmæ altitudinē.
Quædā & radice & ſemine: ut cepa: alliū: bulbi: & ſi quoꝝ radicē minimi floꝝ relinquunt. Eorum uero
quæ a radice naſcuntur radix diuturna & fruticoſa eſt: ut bulbi: gethii: ſcyllæ. Fruticāt alia & nō capite: ut Annuifero rum

apium:& beta.Caule reciſo fere quidem oīa regerminãt:exceptis quæ nõ ſcabrum caulē habēt. Eſt ī uſu
uero ocimū:raphanus:lactuca.Hanc etiā ſuauiorem putant a regerminatiōe.Raphanus utiq; iucūdior
detractis foliis anteq̄ decauleſcat.Hoc & in rapis.Nā & eadē direptis foliis cooperta terra creſcunt:du-
rãtq; ī æſtate.Singula genera ſunt ocimo:lapato:blito:naſturtio:erucæ.atriplici:coriandro aneto.Hæc
enim ubiq; eadem ſunt:neq; aliud alio melius uſq̄.Rutam furtiuam tantum prouenire fertilius putant:
ſicut apes furtiuas peſſime. Naſcunt̄ etiam nū ſata mentaſtrum:nepeta:intubū:pulegium.Contra plu
ra genera ſunt eorum quæ diximus:dicemuſq; in primis de apio.

Natura & genera & hyſtoriæ ad cōdimenta in orto ſatarum rerū.xxxvi. Cap.viii.

D enim quod ſponte ī humidis naſcitur helioſelinum uocatur uno folio:nec hirſutū. Rurſus ī
i ſiccis hippoſelinū:pluribus foliis:ſimile heleoſelino.Tertium eſt oreoſelinum cicutæ foliis:ra
dice tenui:ſemine aneti:minutiore tamen.Eſt aūt ſatiuis differentia in folio denſo criſpo:aut ra
riore & leuiore.Item caule tenuiore ac craſſiore.Et caulis aliorum candidus eſt:aliorum purpureus:alio
rum uarius.Lactucæ græci tria fecere genera.Vnum lati caulis: adeo ut hoſtiola olitoria ex iis factitan
ꝓdiderint.Folium his paulo maius hærbaceo & anguſtiſſimū:ut alibi cōſumpto:īcremēto alteꝝ rotūdi
caulis. Tertium ſeſſile:quod laconiō uocant.Alii coloris & temporis ſatus genera diſcreuere. Eſſe enim
nigras:quarum ſemen menſe ianuario ſeratur:albas quaꝝ martio:rubentes quarum aprili. At oium ea
rum plantas binos menſes differri.Diligentiores plura genera faciunt:purpureas :criſpas:cappadocas:
græcas.Longiora his folia cauleſq; lati.Præterea longi & anguſti ītubis ſimiles.Peſſimum autem genus
cum exprobratione amaritudinis appellauere picrida.Eſt etiamnū alia diſtinctio atræ:quæ meconis uo
catur a copia lactis ſoporiferi:quāq; oēs ſomnū parere credantur.Apud antiquos italiæ hoc ſolū genus
earum fuit & ideo lactucæ nomen adeptæ.Purpuream maximæ radicis cecilianam uocant. Rotundam
uero ac minimæ radicis:latis foliis aſtylida.Quidam q; eunuchion:quoniam hæc maxīe refraget̄ uene-
ri.Eſt quidem natura oibus refrigeratrix:& ideo æſtate gratæ a ſtomacho faſtidium auferūt:cibiq; appe

Cum prio res eam ob religionē ac omē ca uerent.

tētiā faciunt.Diuus certe Auguſtus lactuca cōſeruatus in ægritudine fertur prudentia Muſæ medici: cū
priores eā ob religionem minime cōmanducarent :in tantum recepta cōmēdatione:ut ſeruari etiā in alie
nos menſes eas oxymelite repertū ſit.Sanguinem quoq; augere credūtur.Eſt etiānum quæ uocat̄ capri
na lactuca:de qua dicemus inter medicas.Et ecce cum maxime cœpit irrepere ſatiuis admodum ꝓbata:
quæ cilicia uocatur:folio cappadociæ niſi criſpum latiuſq; eſſet. Nec ex eodem genere poſſunt dici neq;
ex alio intubi hyemis īpatientiores:uiruſq; præferētes:ſed caule non minus grati. Seruntur uerno plātæ
eorum:ultimo uere transferuntur.Eſt & eraticum intubum:quod in ægypto ciccorium uocant.De quo
plura alias.Inuentum omnes thyrſos uel folia lactucaꝝ ꝓrogare urceis conditos ac recentes in patinis
coquere.Serunt̄ lactucæ anno toto lætis & irriguis ſtercoratiſq; binis menſibus inter ſemen plātamq; &
maturitatē.Legittimum tamē a bruma ſemen iacere:plantam in fauonio transferre.Aut ſemen fauonio:
plātam æquinoctio uerno.Albæ maxime hyemē tolerāt.Humore oīa hortēſia gaudent & ſtercore:præ
cipue lactucæ:& magis intubi.Seri etiam radices illitas fimo intereſt:& repleri ablaqueatas humo.Qui
dā & aliter amplitudinem augent:reciſis cum ad ſemipedē excreuerint. fimoq; ſuillo recenti illis.Cādorē
uero putāt cōtingere iis dūtaxat: quæ ſunt ſeminis albi:ſi harena de littore a prīo incremēto congerat̄ in
medias:atq; in creſcentia folia cōtra ipſas religentur.Beta hortēſiorum leuiſſima eſt. Eius quoq; a colore
duo genera græci faciunt:nigrā:& candidam:quā præferunt:pciſſimi ſeminis:appellātq; ſiculum:cādo
ris ſane diſcrimine præferentes ut lactucā.Noſtri betæ genera faciunt uernum & autumnale: a tempori
bus ſatiuis:quāq̄ & iunio ſeratur.Transferunt̄ autem in planta hæ quoq;:& oblini fimo radices ſuas lo-
cumq; ſimiliter madidum amant.Vſus iis & cum lente ac faba.Idēq; qo leris & præcipuus : ut lenitas
excitet̄ acrimonia ſinapis.Medici innocentiorē q̄ olus eſſe iudicauere.Quāobrem appoſitas non nemi-
ni:deguſtare etiam religio eſt:utq; ualidis potius ī cibo ſint.Gemina iis natura & oleris & capite ipſo exi
liētis Bulbi.Spēs ſumma in latitudine.Ea cōtingit ut in lactucis:cum cœperint colorē trahere impoſito
leui pondere.Neq; alii hortēſioꝝ latitudo maior. In binos pedes aliquādo ſe pandunt : multum & ſoli
natura cōferente eis.Et in circelenſi agro ampliſſimæ ꝓueniunt.Sunt q betas punico malo florente op-
time ſeri exiſtiment:transferri autem cum quinq; folioꝝ eſſe cœpint.Mira differentia ſi uera eſt:candidis
ſolui aluos:modice nigris inhiberi.Et cū braſſica corrumpat̄ ī dolio uini ſapor:odore betæ foliis demer
ſis reſtitui.Olus cauleſq; quibus nunc principatus hortoꝝ:apud græcos ī honore fuiſſe nō reperio . Sed
Cato braſſicæ miras canit laudes quas in medendi loco reddemus . Genera eius facit tria. Vnā extentis
foliis:caule magno.Alteram criſpo folio:quā apianā uocat.Tertiam minutis caulibus lenē tenerā mini
meq; ꝓbat.Braſſica toto anno ſeritur qm̄ & toto ſecat̄ . Vtiliſſime tamen ab æquinoctio autūni. Tranſ-
fert̄ cū qnq; folioꝝ ē.Cimas a prīa ſectione pſtat ꝓxio uere.Hic ē qdā ipſoꝝ cauliū delicatior teneriorq;
cauliculus Apitii luxuria . Et p eū Druſo Cæſari faſtiditus nō ſine caſtigatiōe Tiberii prīs.Poſt cimā ex
eadē braſſica cōtingūt ęſtiui autūnales cauliculi:mox hyberni:iterūq; cimę:nullo æque genere multifero
donec ſua fertilitate

donec ſua fertilitate conſumatᷣ. Tertia circa ſolſtitiū: ex qua ſi humidior locus eſt æſtate ſiccior autūno
plantatᷣ. Humor fimuſq; ſi defuere: maior ſaporis gratia eſt. Si abūdauere lætior fertilitas. Fimū aſininū
maxīe cōuenit. Eſt hæc quoq; res īter opera ganeæ. Quapp nō pigebit uerboſius perſequi. Præcipuus fit
caulis ſapore ac magnitudine: Primū oīum ſi in repaſtinato feras: dein ſi terrā fugientes cauliculos feces:
a terraq; proceritate luxurioſa attollētes ſe exaggerando aliā accumules ita: ne plus q̄ cacumen emineat.
Tritianū hoc genus uocatᷣ: bis computabili īpendio tedioq;. Cætera genera cōplura ſunt. Cumanū ſeſſile
folio capite patulū: aricinū altitudine nō excelſius: folio numeroſius q̄ tenuius. Hoc utiliſſimū exiſtimatᷣ
quia ſub oībus fere foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeianū procerius caule ab radice tenui: in-
tra folia craſſeſcit. Rariora hæc anguſtioraq;: ſed teneritas in dote fit. Frigora nō tollerat. Quibus ēt alū-
tur brutiani: prægrādes foliis: caule tenues: ſapore acuti. Sabellico uſq; in admirationē criſpa ſunt folia:
quoꝝ craſſitudo caulē ipſum extenuat: ſed dulciſſimi perhibētur ex oībus. Nup ſubiere lacuturres ex cō
ualle aricina: ubi quondā fuit lacus turriſq;: quæ remanet: capite prægrādes: folio īnumeri. Alii in orbem
porrecti. Alii in latitudinē toroſi. Nec plus ullis capitis poſt tricianū: cui pedale aliquādo cōſpicitᷣ. Et ci-
ma nullis ſerior. Cuicūq; aūt generi pruinæ plurimū ſuauitatis cōferunt: Et niſi obliquo uulnere defenda
tur medulla plurimū nocet. Semini deſtinati nō ſecc ātur. Eſt etiā ſua gratia nōnunq̄ plātæ habitu excellē
tibus. Halmyridia uocāt: quoniā niſi ī maritimis nō ꝑueniunt. Nauigatione quoq; longinqua uiridibus
adſeruatis. Statim deſecta ita ne humū attingāt: in cados olei q̄q̄ proxime ſiccatos obturatoſq; conduntᷣ
oī ſpiritu excluſo. Sunt qui plantā in transferendo alga ſubdita pediculo nitro ue trito: quod tribus digi-
tis capiatur: celeriores ad maturitatē fieri putent. Sunt qui ſemen trifolii nitrūq; ſimul tritū aſpergāt fo-
liis. Nitrum etiā in coquendo uiriditatē cuſtodit. Aut apiciana coctura oleo ac ſale priuſq̄ coquātur ma-
ceratis. Eſt inter hærbas genus inſerendi præciſis germinibus caulis: & in medullā ſemine ex aliis addito.
Hoc & in cucumere ſiluestri. Necnon olus quoq; ſiluestre eſt trium foliorum. Diui Iulii carminibus prę
cipue iocis militaribus celebratum. Alternis quippe uerſibus exprobrauere lapſana ſe uixiſſe apud dyra-
chium præmiorum parſimoniam cauillantes. Eſt autem id cima ſiluestris. Omnium hortenſiorum lau-
datiſſima cura aſparagis. De origine eorum ī ſiluestribus curis abunde dictum: & quomodo eos iuberet
Cato in harundinetis ſeri. Eſt & aliud genus incultius aſparago mitius corruda paſſim etiā in mōtib⁹ na
ſcens: refertis ſuperioris germaniæ cāpis: non inſcito Tyberii Cæſaris dicto hærbā ibi quandā naſci ſimil
limam aſparago. Nam quod in neſide campaniæ īſula ſponte naſcitur longe optimū exiſtimatᷣ. Horten
ſium feritᷣ ſpōgiis. Eſt enim plurimæ radicis: altiſſimeq; germinat. Viret thyrſo primū emicāte. Qui cau
lem educens tpe ipſo quo faſtigatus eſt in toros ſtringitur. Poteſt & ſemine ſeri. Nihil diligentius cōpre-
hendit Cato. Nouiſſimūq; libri eſt: ut appareat repentinā ac nouitiam uiro curam fuiſſe. Locū ſubigi iu-
bet humidum aut craſſum. Semipedali undiq; interuallo ſeri: ne calcetᷣ. Præterea ad lineā grana bina aut
terna paxillo dimitti. Videlicet ſemine tum tantū ſerebantᷣ. Id fieri ſecundū æquinoctium uernū. Sterco
re ſatiari. Crebro purgari. Caueri ne cū hærbis euellantᷣ aſparagi. Primo anno ſtramento ab hyeme prote
gi. Vere aperiri: ſarriri: rūcari. Tertio incēdi uerno. Quo maturius incenſus eſt: hoc melius ꝑuenit. Itaq;
harundinetis maxime cōuenit quæ feſtināt incendi. Sarriri iubet idē non anteq̄ aſparagus natus fuerit: ne
in ſarriēdo radices uexentᷣ. Ex eo uelli aſparagum ab radice. Nam ſi defringatᷣ: ſtirpeſcere: & intermori.
Velli donec ī ſemē eat. Id aūt matureſcere ad uer: īcendiq;: ac rurſus cū aparuerint aſparagi ſarriri ac ſter
corari. Ac poſt annos nouem cum iam uetus ſit: digeri ſubacto ſolo ſtercoratoq;. Tum ſpongiis ſeri ſin
gulorum pedum īteruallo. Quin & ouillo fimo noīatim uti: quoniā aliud hærbaſceret: nec quicq̄ poſtea
tentatum utilius apparuit: niſi q, circa idus februarii defoſſo ſemine aceruatis paruulis ſcrobibus ſerunt:
plurimūq; maceratum fimo. Dein nexis inter ſe radicibus ſpōgias factas poſt æquinoctium autumni di
ſponūt pedalibus interuallis: fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius iis ſolū q̄ rauēnatium.
Hortoꝝ indicauimus corrūdam. Hunc ītelligimus ſiluestrē aſparagū: quē græci ormīnū aut myacan-
thon uocant aliis ue nominibus. Inuenio naſci & arietis cornibus tuſis atq; defoſſis. Poterāt uideri dicta
oīa quæ ī precio ſunt: niſi reſtaret res maximi quæſtus non ſine pudore dicenda. Certum eſt quippe car-
duos apud carthaginem magnā cordubāq; præcipue ſeſtertia ſena milia e paruis iis reddere: quoniā por
tenta quoq; terraꝝ in ganeā uertimus: Etiā ea quæ refugiunt quadrupedes conſciæ. Carduos ergo duo-
bus modis ſerunt autumno planta & ſemine ante nonas martias. Plantæq; quæ ex eo diſponentur ante
idus nouembris aut in locis frigidis circa fauonium. Stercorātur etiam ſi diis placet: laetiuſq; prouentiunt
conduntur q; aceto melle diluto laſſeris addita radice & cumini: ne quis dies ſine carduo ſit: cætera ī trāſ
curſu dici poſſunt. Ocimū parilibus optime ſeri ferunt. Quidā & autūno: iubētq; cū hyeme ſeratᷣ: aceto
ſemē perfundi. Eruca quoq; & naſturtiū uel æſtate uel hyeme facillime naſcuntᷣ. Eruca præcipue frigoꝝ
contēptrix diuerſæ eſt q̄ lactuca naturæ. Cōcitatrix ueneris. Icirco iūgitur illi fere in cibis: ut nimio frigo
ri par feruor īmixtus temperamentū æquet. Naſturtiū nomē accepit a nariū tormento. Et inde uigoris
ſignificatio ꝓuerbio id uocabulū uſurpauit ueluti torporē citantis. In arabia miræ amplitudinis dicitur

gigni. Ruta quoq; ſeritur fauonio & ab æquinoctio autũni: odit hyemẽ & humorem ac fimum. Apricis
gaudet & ſiccis: terra q̃ maxie lateritia. Cinere uult nutriri. Hic & ſemini miſcet̃: ut careat erucis. Aucto
ritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Inuenio muſtũ rutatũ populo datũ a Cornelio Cethego in
cõſulatu collega. Q. Flamini comitiis pactis. Amicitia eſt ei & cũ fico in tantum ut nuſq̃ lætior proueni-
at q̃ ſub hac arbore. Seritur & ſurculo melius in pforatã fabã: inditoq; ſucco nutrit cõprehẽdendo ſurcu-
lum. Seritur & a ſeipſa. Nãq; incuruato cacumine alicuius rami cũ attingerit terram ſtatim radicat̃. Ea
dem & in occino natura: niſi ꝗ difficilius creſcit. Sed durata runcatur nõ ſine difficultate ꝓuenientibus
ulceribus. ni munitis manibus id fiat: oleoue defenſis. Conciduntur autẽ & eius folia: ſeruanturq; faſcicu
lis. Ab æquinoctio uerno ſeritur apium ſemine paulum in pila pulſato. Criſpius ſic putant fieri. aut ſi ſa-
tum calcetur cylindro pedibuſue. Proprium ei ꝗ colorem mutat. Honos ipſi in achaia coronare uicto-
res ſacri certaminis nemeæ. Eodem tempore ſeritur menta planta: uel ſi nondum germinat: ſpongia: mi
nus hæc humido gaudet. Aeſtate uiret. Hyeme flaueſcit. Genus eius ſilueſtre mentaſtrum eſt. Et hoc ꝓ
pagatur ut uitis: uel ſi inuerſi rami ſerantur. Mentæ nomen ſuauitas odoris apud græcos mutauit: cum
alioquin mintha uocaretur. Vnde ueteres noſtri nomen declinauerunt. Grato mentamenſas odore per-
currit in ruſticis dapibus Semel ſata diutina ætate durat. Congruit pulegio cuius natura in carnariis re-
floreſcens ſæpius dicta eſt. Hæc quoq; ſeruantur ſimili genere: mentam dico pulegiumq; & nepitam. Cõ
dimentoꝝ tamen omniumq; faſtidiis cyminũ amiciſſimũ. Naſcitur in ſumma tellure uix hærens: & in
ſublime tendens. In putribus & calidis maxime locis medio ſerendum uere. Alterum eius genus ſilue-
ſtre: quod ruſticum uocant: alii thebaicum: ſi tritum ex aqua potetur: in dolore ſtomachi prodeſt. In
carpentania noſtri orbis maxime laudatur. Alioquin æthiopico africoq; palma eſt. Quidam huic ægy
ptiũ præferunt. Sed præcipue oluſatrum miræ naturæ eſt. Hippoſelinum græci uocant: alii ſmyrnium.
E lachryma caudicis ſui naſcitur. Seritur & radice. Succũ eius qui colligunt murræ ſaporem habere di
cunt. Auctorq; eſt Theophraſtus murra ſata natum. Hipposelinum ueteres præceperant in locis incul
tis lapidoſis iuxta maceriam ſeri. Nunc & repaſtinato ſeritur: & a fauonio poſt æquinoctium autũnum
Quippe cum capparis quoq; ſeratur ſiccis maxime: area in defoſſu cauata: ripiſq; undiq; circunſtructis
lapide. alias euagatur per agros: & cogit ſolum ſterileſcere. Floret æſtate. Viret uſq; ad uergiliarum occa
ſum. Sabuloſis familiariſſimum. Vitia eius quod trans maria naſcitur diximus inter peregrinos fructi-
ces. Peregrinum & careum gentis ſuæ nomine appellatum culinis principale. In quacunq; terra ſeri uult
ratione eadem qua oluſatrum. Laudatiſſimum tamen in caria: proximum phrygia. Liguſticum ſilue-
ſtre eſt. In liguriæ ſuæ montibus ſeritur. Vbiq; ſuauius ſatiuum: ſed ſine uiribus. Panacem aliqui uocant.
Crateias apud græcos cunilam bubulam eo noie appellat. Cæteri fere cunizamidem: cunilaginẽ. Thym
brã uero quæ ſit cunila. Hec apud nos habet uocabulum & aliud ſatureia dicta in condimẽtario genere.
Seritur mẽſe februario: origano æmula. Nuſq̃ utrũq; addit̃: quippe ſimilis effectus. Sed cunilæ ægypti
um origanum tantũ præfertur. Peregrinum fuit & lepidium. Serit̃ a fauonio. Dein cũ fruticauerit: iuxta
terrã præciditur. Tunc runcat̃: ſtercoraturq;. Per biẽniũ hæc. Poſtea iiſdem fruticibus utunt̃: ſi non ſæui
tia hyemis ĩgrauat: quãdo impatientiſſimum eſt frigoꝝ. Exit & ĩ cubitalẽ altitudinem: foliis laurinis ſed
mollibus. Vſuſq; eius nõ ſine lacte. Gith piſtrinis: aniſum & anetũ culinis & medicis naſcuntur. Sagape
num & ipſum in hortis quidem: ſed medicinæ tantum. Sunt quædam comitantia alioꝝ ſatus: ut papa-
uer: nãq; cum braſſica ſerit̃. Ac portulaca & eruca cum lactuca. Papaueris ſatiui tria genera. Cãdidum
cuius ſemẽ toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ in
ſpergitur adfuſo ouo inhærens. Vbi inferiorem cruſtã apio: gytq; ceriali ſapore cõdiũt. Alteꝝ genus pa-
paueris nigrũ: cuius ſcapo inciſo lacteus ſuccus exprimit̃. Tertium genus rhœam uocãt græci: id noſtri
erraticũ. Spõte quidem: ſed ĩ aruis: cũ hordeo maxie naſcitur: erucæ ſimile: cubitali altitudie: flore ruffo
& ꝓtinus deciduo: unde & nomẽ a græcis accepit. De reliquis generibus papaueris ſponte naſcentis do-
cebimus in medicinæ loco. Fuiſſe autẽ in honore apud romanos ſemper ĩdicio eſt Tarquinius Supbus
qui legatis a filio miſſis decutiendo papauera in horto altiſſima ſanguinarium illud reſponſum. hac facti
amba ge reddidit. Rurſus alio comitatu æquinoctio autũni ſeruntur coriandrũ: anetũ: atriplex: maluæ.
lapati: cerepolõ: quod pæderota græci uocant. & acerrimũ ſapore: ignei effectus ac ſaluberrimũ corpori
Sinapi nulla cultura: melius tamẽ plãta relata. Quin e diuerſo uix eſt ſato ſemel eo liberare locum: quo
niam ſemen cadens protinus uiret. Vſus eius etiam pro pulmentario ĩ patellis decocto citra ĩtellectum
acrimoniæ. Coquunt̃ & folia ſicut reliquoꝝ oleꝝ. Sunt autẽ trium geneꝝ. Vnum gracile: alterum rapi
foliis ſimile: tertium erucæ. Semen optimum ægytium. Athenĩẽſes napi appellauerunt: alii tapſi: alii ſa-
urion. Serpylo & ſiſimbrio montes pleriq; ſcatent: ſicut thracia. Aut aquæ deferũt ex iis auulſos ramos
ſeruntq;. Item ſicyone ex ſuis montibus: & athenis: & hymeto. Simili modo & ſiſimbrium ſerunt. Læ-
tiſſimum naſcitur in puteorum parietibus & circa piſcinas & ſtagna.

De fœniculo & canabe. Cap. ix.

reliqua ſunt

Eliqua ſunt ferulacei generis ceu fœniculum: anguibus (ut diximus) gratiſſimũ ad condienda
r plurima cũ inaruerit. Eiq; perquã ſimilis tapſia: de qua diximus inter externos frutices. Deĩde utiliſſima funibus canabis ſeritur a fauonio. Quo denſior eſt eo tenerior. Semen eius cum ẽ maturum ab æquinoctio autũni defringitur: & ſole aut uento aut fumo ſiccatur. Ipſa canabis uellit̃ poſt uindemiam: ac lucubrationibus decorticata purgatur. Optima alabandica: plagarum præcipue uſibus. Tria ibi eius genera. Improbatur cortici proximum aut medullæ. Laudatiſſimum eſt e medio: quæ meſa uocatur. Secunda milaſea. Quod ad proceritatem quidem attinet: roſea agri ſabini arborum altitudinem æquat. Ferulæ duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in italia cibus eſt. Conditur quippe duratq; in urceis uel anni ſpatio. Duo ea genera. Caules & racemi. Corymbiam hanc uocant: corymboſq; quos condiunt.

De morbis hortoꝝ: & remedia circa formicas & rucas & culices. Cap. x.

Orbos hortẽſia quoq; ſentiũt: ſicut reliqua terræ ſata. Nãq; & ocimũ ſe necat: degeneratq; rite
m in ſerpillũ: & ſiſymbrium in calaminthani. Et ex ſemine braſſicæ ueteris rapæ fiunt atq; inuicẽ Mentam
enecatur cyminũ ab imo dorſo niſi repurgetur. Eſt autem unicaule: radice bulbo ſimili: nõ niſi in ſolo gracili naſcens. Alias priuatim cymini morbus ſcabies. Et ocimum ſub canis ortu paleſcit. Oĩa uero acceſſu mulieris menſtrualis ſlaueſcũt. Beſtiolaꝝ quoq; genera innaſcũtur. Napis culices: raphano: erucæ: & uermiculi. Itẽ lactucis & oleri. Vtriſq; hoc amplius limaces & cocleæ. Porro uero priuatim animalia: quæ facillime ſtercore iniecto capiuntur condentia in id ſe. Ferro quoq; nõ expedire tangi rutam: cunilam: mentam: ocimum: auctor eſt Sabinus Tyro in libro cepuricon. quem Mœcenati dicauit. Item contra formicas nõ minimũ hortorum exitium: ſi non ſint rigui: remediũ monſtrauit. Limo marino aut cinere obturatis eaꝝ foraminibus. Sed efficaciſſime heliotropio hærba necãtur. Quidã & aquã diluto latere crudo inimicam eis putãt. Naporum medicinæ ſunt: ſiliquas una ſeri: ſicut olerum cicer. Arcet enim erucas. Quæ ſi omiſſo iam natæ ſint: remedium abſinthii ſuccus decocti inſperſus & ſedi: quã aizoũ uocant. Genus hoc hærbæ diximus. Semen olerum ſi ſucco eius madefactum ſerat̃: olera nulli animalium obnoxia futura tradunt. In totum uero nec erucas ſi palo ĩponãtur in hortis oſſa capitis ex equino genere fœminæ dũtaxat. Auerſus erucas & cancrũ fluuitialẽ in medio horto ſuſpenſum auxiliari narrant. Sũt qui ſanguineis uirgis tangant ea: quæ nolunt his obnoxia eſſe. Infeſtãt & culices hortos riguos præcipue ſi ſunt arbuſculæ aliquæ. Hi galbano accenſo fugantur.

Quæ magis ſint fortia uel minus: & quibus ſalſæ aque proſint. Cap. xi.

Am quod ad permutationem ſeminũ attinet: quibuſdã ex iis firmitas maior eſt: ut coriandro
n betæ: porro: naſturtio: ſinapi: erucæ: cunilæ: & fere acribus. Infirmiora ãt ſunt atriplici: ocimo: cucurbitæ: cucumi: & æſtiua oĩa hybernis magis durant: minime autẽ getium. Sed ex iis quæ ſunt fortiſſima nullum ultra quadrimatũ utile eſt dũtaxat ſerendo. Cunilis & ultra tẽpeſtiua ſunt. Peculiaris medicina raphano: betæ: rutæ: cunilæ: in ſalſis aquis quæ plurimũ ſuauitati & fertilitati cõferũt. Cæteris dulciũ aquaꝝ rigua pſunt. Vtiliſſimę ex iis quæ frigidiſſimæ: & que potu ſuauiſſimæ. Minus utiles e ſtagno & quas ~~ſilices~~ inducunt: quoniam hærbarum ſemina inuehunt. Præcipuæ tamen hymbres alũt. Elices
Nam & beſtiolæ innaſcentes necantur.

Ratio rigandorum hortorum: & quæ tranſlata meliora fiant: & de ſuccis hortenſiorum & ſaporibus. Cap. xii.

Is horæ rigandi matutina atq; ueſpera: ne inferueſcat aqua ſole. Ocimo tantum & meridiana
h etiam. Satum celerrime erumpere putant inter initia feruenti aqua aſperſum. Omnia autem tranſlata meliora grandioraq; fiunt: maxime porri: napiq;. in tranſlatione & medicina eſt: deſi nuntq; ſentire iniurias: ut getiũ: porrum: raphani: apium: lactucæ: rapa: cucumis. Oĩa autẽ ſilueſtria fere ſunt & foliis minora & caulib9: ſucco acriora: ſicut cunila: origanũ: ruta. Solũmodo ex oĩbus lapatum ſilueſtre melius. Hoc inſatiuũ rumex uocatur: naſciturq; fortiſſimum. Traditur ſemel ſatum durare: nec unq̃ uitiari terra maxime iuxta aquã. Vſus eius cum ptiſana tantum in cibis leuiorem gratioremq; ſaporem præſtat. Silueſtre ad multa medicamẽta utile eſt. Adeoq; nihil omiſit cura ut carmine quoq; cõprehenſum repperĩrim: in fabis caprini fimi ſingulis cauatis: ſi porri: erucæ: lactucæ: apii: intubi: naſturtii ſemina incluſa ſerant̃: mire puenire. Quæ ſunt ſilueſtria eadẽ in ſatiuis ſicciora itelligunt̃ & acutiora. Nãq; & ſuccoꝝ ſaporũq; dicenda differẽtia eſt: uel maior in iis q̃ pomis. Sunt aũt acres cunilæ: origani: naſturtii: ſinapis. Amari abſinthii: centaureæ. Aquatiles cucumeris: cucurbitæ: lactucæ. Acuti tm̃ cunilæ. Acuti & odorati apii: aneti: fœniculi. Salſus tantum e ſaporibus nõ naſcitur: alioqn extra inſidit pulueris modo: & circulis tantũ aquæ ut intelligatur uana ceu plerũq; uitæ perſuaſio. Panax piperis ſaporem reddit: magis etiã ſiliquaſtrum: ob id piperitidis noĩe accepto. Libanotis odorem thuris: murra myrrhæ. De panace abunde dictum eſt. Libanotis locis putridis & macris ac roſcidis ſerit̃ ſemine. Radicem habet oluſatri: nihil a thure differentẽ. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidã eã nomine alio roſ-

u

marinum appellāt. Et ſmyrnium olus ſeritur iiſdē locis: Myrrāq; radicem reſipit. Eadem & ſiliquaſtro
ſatio. Reliqua a cæteris & odore & ſapore differunt: ut anetum. Tantaq; eſt diuerſitas atq; uis: ut nō ſo-
lum aliud alio mutetur: ſed etiā in totū auferatur. Apio eximi incoctis obſoniis aceto: in eodem cellario
in ſaccis odorem uino grauem. Et hactenus hortenſia dicta ſint ciboꝝ gratia dūtaxat. Maximum qui-
dem opus in iiſdem naturæ reſtat: quoniā prouentus tantum adhuc ſummaſq; quaſdam tractauimus.
Vera autē cū uſq; natura non niſi medico effectu prænoſci pōt: opus ingens occultumq; diuinitatis: &
quo nullum reperiri poſſit maius. Ne ſingulis id rebus contexeremus. iuſta fecit ratio: cum ad alios me
dendi deſideria pertinerent: longius utriuſq; dilationibus futuris ſi miſcuiſſemus. Nunc ſuis quæq; par-
tibus conſtabunt: poteruntq; a uolentibus iungi.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XX.

### PROOEMIVM.

m Aximum hinc opus naturæ ordiemur & cibos ſuos homini narrabimus: fateriq;
cogemus ignota eſſe per quæ uiuat. Nemo id paruum ac modicum exiſtimaue-
rit nominū uilitate deceptus. Pax ſecum in his aut bellū naturæ dicetur: odia ami
citiæq; rerum ſurdaꝝ ac ſenſu carentium. Et quo magis miremur oīa ea hoīum
cauſa: quod græci ſympathiam appellauere: quibus cuncta conſtant: ignes aquis
reſtinguentibus: aquam ſole deuorante: luna pariente: altero alterius iniuria deficiente ſydere. Atq; ut a
ſublimioribus recedamus: ferrum ad ſe trahente magnete lapide: & allio rurſus abigente a ſeſe. Adaman
tem opum gaudium infragilem omni cætera ui inuictum ſanguine hircino rumpente. Quæq; alia ī ſuis
dicemus locis paria uel maiora mira. Tantum uenia ſit a minimis: ſed a ſalutaribus ordiemur. Primūq;
ab hortenſibus.

De cucumere ſilueſtri & elaterio. Cap. i.

Vcumim ſilueſtrem eſſe diximus multo infra magnitudinem ſatiui. Ex eo fit medicamentū
c quod uocatur elaterium ſucco expreſſo e ſemine. Cuius cauſa niſi maturius incidatur: ſemen
exilit oculorum etiā periculo. Seruatur autem decerptus una nocte. poſtero die inciditꝰ harū-
dine. Semen quoq; cinere conſpgitur ad coercendam ſucci habundātiam. Qui expreſſus ſuſcipitur aqua
cæleſti: atq; ſubſidet. Deinde in ſole cogitur in paſtillos ad magnos mortalium uſus. Obſcuritates & ui
tia oculorum ſanat: genarūq; ulcera. Tradunt hoc ſucco tactis radicibus uitium non attingi uuas ab aui
bus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur. Succoq; dentium dolori medetur. Arida cum reſi-
na impetiginem & ſcabiem quam pſoram & lichenas uocant. Parotidas & panos ſanat. Et cicatricibꝰ co
lorem reddit. Et foliorum ſuccus auribus ſurdis cum aceto inſtilatur. Elaterium tempeſtiuum eſt autū
Bimatu no. Nec ullum ex medicamentis longiore æuo durat. Incipit a trimatu. Siquis recentiore uti uelit: paſtil
los in nouo fictili igne lento in aceto domet. Idq; melius quo uetuſtius erit. Quem iam ducentis annis
ſeruatum eſſe auctor eſt Theophraſtus. Et uſq; ab quinquageſimum lucernarum lumina extinguit.
Hoc enim ueri experimētum eſt: ſi admotum priuſq̄ extinguat ſintillare ſurſum ac deorſum cogat. Pal
lidum ac leue hærbaceo: ac ſcabro melius: ac leniter amarum. Putant conceptus ad alligando ſemine ad
iuuari: ſi terram non attigerit. Partus uero ſi in arietis lana alligatum in ſcientis lumbis fuerit: ita ut pro-
tinus ab ea eximatur: & rapiatur extra domum ipſam. Cucumim qui magnificant: naſci præcipuum in
arabia: mox cyrenis. Alii in arcadia tradunt ſimilem heliotropo. Cuius iter folia & ramos prouenire ma
gnitudine nucis iuglandis ſemen eſſe autem ad ſpeciem ſcorpionis cauda reflexa: ſed candidā. Aliqui eti
am ab eo ſcorpionum cucumim uocant: efficaciſſimum contra ſcorpionum ictus: & ſemine & elaterio.
et ad purgandum uterum aluoſq;. Modus portione uirium ab dimidio obolo ad ſolitū. Copioſius ne-
cat: Sic & contra phthiriaſin bibitur et hydropiſes: illitum Anginas & arterias cum melle & oleo uetere
ſanat.

De anguino cucumere: ſiue erratico: & de ſatiuo: & de pepone. Cap. ii.

Vlti hunc eſſe apud nos qui anguinus uocatur: ab aliis erraticus arbitrantur. Quo decocto
m ſparſa mures de eius medicina non attingunt. Idem podagris cum articulorum morbis deco
ctum in aceto illinunt præſentaneo remedio. Lumborum uero dolori ſemine ſole ſiccato de-
in trito. xxx. denariorum pōdere in hemina dato aquæ. Sanat & humores ſubitos illitum cum lacte mu
lierum. Purgat eas elaterium. Sed grauidis abortum facit. Suſpirioſis prodeſt. Morbo uero regio in na-
res coniectum. Lentigines & maculas e facie tollit in ſole illitum. Multi eadem omnia ſatiuis attribuūt.
Magnum etiam in eis momenti. Namq; & eorum ſemen quantum tres digiti apprehenderit cum cumi
no tritum potumq; in uino tuſſientibus auxiliatur. Sed & phreneticis in lacte mulieris. Et dyſentericis
acetabuli menſura. Purulenta autem expuentibus cum cumino pari pondere. et iocineris uitiis in aqua
mulſa. Vrinam mouet ex uino dulci. et in rhenum dolore dyſteribus ſimul cum cumino infunditur. Pe
pones qui uocantur refrigerant maxime in cibo: & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum
aut doloribus imponitur. Radix ſanat ulcera concreta in modum faui: quem cerion uocant. Eadem con

tra uomitiones

tra uomitiones ſiccatur in farina tuſa datur quattuor obolis in aqua mulſa: ita ut qui biberit quingentos
poſtea paſſus ambulet. Hæc farina & in ſmegmata adiicitur. Cortex quoq; uomitionẽ mouet: faciẽ pur-
gat. Hoc & folia cuiuſcunq; ſatiui illita. Eadem cum melle epinyctidas ſanant. Cum uino canis morſus.
Item millepedem ſepa græci uocãt: oblungam: piloſis pedibus: pecori præcipue nociuam. Morſum tu-
mor iſequitur: & putreſcit locus ipſe. Cucumis odore defectum animi coctos de raſo cortice ex oleo ace
to & melle iucundiores eſſe certum eſt.

De cucurbita ſilueſtri & rapo. Cap. iii.

Vcurbita ſilueſtris quoq; inuenitur ſomphos a græcis appellata inanis unde & nomen: digyta
c li craſſitudine: nõ niſi in ſaxoſis naſcens. Huius cõmanducatæ ſuccus ſtomacho admodum ꝓ
deſt. Colocinthis uocatur alia ipſa plena: ſed minor q̃ ſatiua. Vtilior pallida: qñ eius ſunt me-
dicinæ. Hærbacea arefacta per ſe inanit aluum. Infuſa quoq; clyſteribus inteſtinorum oĩum uitiis mede
tur & renum: & lumborũ: & paralyſi eiecto ſemine. Aqua mulſa in ea decoquitur ad dimidias: ſic tuſſiẽ-
ti infunditur obolis quattuor. Prodeſt & ſtomacho farinæ aridæ pilulis cum decocto melle ſumptis. In
morbo uero regio utiliter ſemina eius inſumunt & ꝓtinus aqua mulſa. Carnes eius cum abſinthio & ſa-
le dentiũ dolorẽ tollunt. Succus uero cum aceto calefactus mobiles ſiſtit. Itẽ ſpinæ & lumboꝝ ac coxaꝝ
dolores: cũ oleo ſi infricet. Præterea mirum dictu. Semina eius ſi fuerint pari numero ad alligata febrib9
ſanare dicuntur: quas græci perhiodicas uocant. Satiuæ quoq; raſæ ſuccus tepefactus auribus medetur.
Caro eius interior ſine ſemine clauis dedũ & ſuppurationibus: quæ græci uocant apoſtemata. Decoctæ
aũt uniuerſæ ſuccus dẽtium motus ſtabilit. Dolores inhibet. Vinum cum ea ferue factum oculoꝝ etiã ĩ-
petus. Folia eius cum recentibus cupreſſi contuſa & impoſita. Ipſa quoq; toſta in argilla ac trita cum adi
pe anſeris uulneribus medetur. Necnon ramentis corticis recentes podagras refrigerat: & ardores capi-
tis: & maxime infantium. Et ignes ſacros de ſtrigmentis uelis impoſitis uel ſeminibus. Succus ex ſtrig-
mentis illitus cum roſaceo & aceto febrium ardores refrigerat. Aridæ cinis impoſitus mire combuſta ſa-
nat. Chryſippus medicus damnabat eas in cibis. Sed omnium confeſſu ſtomacho utiliſſimæ iudicantur
& interaneorum ueſicarumq; exulcerationibus. Eſt & rapo uis medica. Perniones feruens impoſitum ſa
nat. Item frigus pellit e pedibus aqua decoctus. Et ius feruens podagris etiam frigidis medetur. Et cru-
dum tuſum cum ſale cuicunq; uitio pedum. Semen illitum & potum in uino contra ſerpentes & toxica
ſalutare eſſe proditur. A multis uero antidoti uim habere in uino & oleo. Democritus in totum eum ab
dicauit in cibis propter inflationes. Diocles magnis laudibus extulit: etiam uenerem ſtimulari ab eo pro
feſſus. Item Dionyſius. Magiſq; ſi eruca condiretur. Toſta quoq; articulorum dolori cum adipe prodeſt
Silueſtre rapum in aruis maxime naſcitur: fruticoſum: ſemine candido: duplo maiore q̃ papaueris. Hoc
ad albicãdam cutem in facie totoq; corpore utuntur mixta urina pari mẽſura. Nam (ut ſupra diximus)
erui: hordei: tritici: & lupini radix ad omnia inutilis.

De naporum differentiis: & raphano ſilueſtri: & raphano ſatiuo: & paſtinaca. Cap. iiii.

Apoꝝ duas differentias & in medicina græci ſeruant. Anguloſis folioꝝ caulibus florentis &
n quod bunion uocant: purgatiõibus fœminaꝝ & ueſicæ & urinæ utile decoctum potũ ex aqua
mulſa: uel ſucci dragma. Semen dyſentericis toſtũ tritum in aqua calida e cyathis quattuor.
Sed urinã inhibet: ſi non lini ſemen una bibat. Alterũ genus buniãda appellant: & raphano, & rapo ſimi
le. Seminis ꝑclari contra uenena: ob id & antidotis utuntur illo. Raphanũ & ſilueſtre eſſe diximus. Lau
datiſſimum in arcadia: q̃q̃ & alibi naſcitur: utilior urinæ dũtaxat eiiciendæ. Cætero bilem detrahit. Præte
rea cortices in uino. Præterea quæ circa eos dicta ſunt ſtomachũ purgant. pituitam extenuant: urinã con
citant. Eſt æſtiuoſus in italia & armoraciã uocant ſatiuam. Satiui uero decocti mane poti ad ternos cia- Et ſatiui
thos cõminuunt & eiiciunt calculos. Idem in poſca decocti contra ſerpentium morſus illinuntur. Ad tuſ uſus
ſim etiã mane ieiunis raphanus prodeſt cũ melle. Semen coꝝ toſtum ipſumq; cõmanducandũ ad lago- Lagonop-
roponõ. In aqua foliis eius decoctis bibere uel ſuccum ipſius cyathis binis. Cõtra phlegmoni ipſos illini non
re tuſos utile. Inchoãtibus uero recentẽ corticem cũ melle: Veternoſis aũt q̃ acerrimos mãdere. Semẽq;
toſtum dein contritum cũ melle ſuſpiroſiſq;. Iidẽ & cõtra uenena ꝓſunt. Cæteꝝ ceraſtis ſcorpionibus ad-
uerſãt uel ipſo ſemĩe infectis manibus impune tractabilibus. Impoſito raphano ſcorpionibus moriunt
Salutares & cõtra fungoꝝ aut hyoſcyami uenena æque ut Nicander tradit. Et cõtra uiſcum quoq; dari
Apollodori duo iubent ſcyllæus & tarentinus. ſcyllæus ſemen ex aqua tritũ: tarentinus ſuccum. Lyenẽ
itẽ extenuant. Iocineri proſunt: & lũboꝝ doloribus. Hydropicis quoq; ex aceto aut ſinapi ſumpti & le-
thargicis. Praxagoras & ileoſis dandos cenſet. Pliſtonices & colicis. Inteſtinoꝝ ulcera ſanant. At purulen
ta præcordioꝝ ſi cum melle edant. Quidã ad hæc coquere eos in luto illitos malunt. ſic & fœminas pur
gari. Ex aceto & melle ſumpti inteſtinoꝝ animalia detrahunt. Itẽ ad tertias decocto coꝝ poto cum uino
entherocelis ꝓſunt. ſanguinem quoq; inutilem ſic extrahunt. Medius ad hæc & ſanguinẽ excreãtibus co
ctos dari iubet. Et puerperis ad lactis copiã augẽdam. Hippocrates capillos mulierũ defluos fricari ra-

phanis:& ſuper umbilicum īponi contra tormenta uuluæ. Reducunt & cicatricem ad colorem. Semen
quoq; ex aqua īpoſitum ſiſtit ulcera. quæ phagedenas uocant. Democritus uenerē hoc cibo ſtimulari pu
tat. Ob id fortaſſis uoci nocere aliqui tradiderunt. Folia quæ in oblongis tantū naſcūtur excitare oculoꝝ
aciem dicunt. Vbi uero acrior raphani medicina admota ſit:hyſopum dari protinus imperant. Hæc an
thipathia eſt. Et aurium grauitati ſuccum raphani inſtillant. Nam uomituris ſummo cibo eē eos utiliſſi
mum eſt. Paſtinacæ ſimile hibiſcum:quod molochen agrian uocant:& aliqui pliſtolochiam. Vlceribus
cis maſcula a noſtris cunilago uocatur: odoris fœdi: radicis lignoſæ: folio aſpero. Vires eius uehemẽtiſſi
mas ĩ oĩbus iis generibus earum tradũt. Manipulo quoq; eius abiecto oẽs etiam a tota domo blattas cõ

uenire ad eam

uenire ad eam. priuatim aduerſus ſcorpiones ex poſca pollere. Tribus foliis ex oleo peruncto hoīe fugari ſerpentes. econtrario quæ mollis uocat᷑. piloſioribus foliis ac ramis & aculeatis. Trita mellis odorē habet digytis tactu eius cohærentibus. Altera thuris quā libanotidē appellamus. Medetur utraq; cōtra ſerpentes ex uino uel aceto. Pulices etiam contritæ cū aqua ſparſæ necant. Satiua quoq; ſuos uſus hēt. Succus eius cū roſaceo auriculas iuuat. Ipſa ad ictus bibitur. Fit & ex ea mōtana ſerpillo ſimilis efficax cōtra ſerpentes. Vrinam mouet. purgat & a partu mulieres. Cōcoctionē mire adiuuat: & ad cibos auiditatem Vtraq; uel in cruditate ieiunis in potiōe aſpera. Luxatis quoq; utilis. Cōtra ueſparum & ſimiles ictus ex farina hordeacea & poſca utiliſſima. Libanotidis alia genera ſuis dicentur locis.

De piperiti & origano: & oniti: praſio: & tragorigano: & heraclio: & lepidio: & de gith: ſiue melanthio: & aniſo. Cap. xvii.

P Iperitis quam & ſiliquaſtrū appellauimus contra morbos comitiales bibitur Caſtore taliter demonſtrante. Caule rubro & longo: denſis geniculis: foliis lauri ſemine albo: tenui: guſtu piperis. Vtilis gingiuis: dentibus: oris ſuauitati: et ructibus. Origanum quod ī ſapore cunilā æmulat᷑ (ut diximus) plura genera in medicina habet: & onitin uel praſion appellant: non diſſimile hyſopo. ormehin Priuatim eius uſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua: & cruditates. Contra araneos ſcorpiōeſq; in uino albo. Luxata & īcuſſa in aceto & oleo & lana. Tragoriganō ſimilis eſt ſerpillo ſiluestri. Vrinā ciet Tumores diſcutit cōtra uiſcum potum uiperæq; ictum efficaſſimum: ſtomachoq; acida ructāti & præcordiis. Tuſſientibus quoq; cum melle datur: & pleureticis: & peripneumonicis. Heraclium quoq; tria genera habet nigrius latioribus foliis glutinoſum. Alterum exilioribus mollibuſq; ſanſuco nō diſſimile: quod aliq praſion uocare malunt. Tertiū eſt inter hæc mediū: minus q̄ cætera efficax. Optimum aūt creticū. Nā & iucunde olet. Proximum ſmyrneū. Deinde heracleoticū ad potum utilius: quod othimin uocant. Cōis autē uſus ſerpentes fugare. Percuſſis eſui dare decoctū. Potu urinā ciere. Ruptis cōuulſis mederi cum panacis radice. Hidropicis cum fico aut cum hyſopo acetabuli menſuris decoctū ad ſextā. Itē ſcabiē: pruriginem pſoras in deſceſſione balnearum. Succus auribus īfundit᷑ cum lacte mulieris. Tōſillis quoq; & uuis medet᷑. Capitis ulceribus Venena opii & gypſi extiguit decoctū: ſi cū cinere & uino bibat᷑. Aluū mollit acetabuli menſura. Sugillatis illinit᷑. Itē dentiū dolori: q̄bus etiā & candorē facit cum melle et nitro. Sanguinem narium ſiſtit. Ad parotidas decoquit᷑ cū hordeacea farina. Ad arterias aſperas cum galla & melle terit᷑. Ad lyenē folia cū melle et ſale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctū cū aceto & ſale ſumptū paulatim. Regio morbo tritū cū oleo ī nares funditur. Laſſi perungunt᷑ ex eo. ita ut ne uēter attingat᷑. Epinyctidas cum pice ſanat. Furunculos apit cum fico trita. Strumas cum oleo & aceto & farina hordeacea. Lateris dolores cum ficco illitum. Fluctiōes ſanguinis in genitalibus tuſum ex aceto illitum. Reliquas purgationum a partu. Lepidium inter urentia intelligitur. Sic & in facie cutē emendat exulcerando: ut tamen cæra & roſaceo facile ſanetur. Sic lepras & pſoras tollit ſemper facile: & cicatricū ulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat: cōpeſcere dolorem. Gith ex græcis alii melāthion: alii melaſpmon uocant. Optimum q̄ excitatiſſimi odoris: & q̄ nigerrimū. Medet᷑ ſerpentium plagis & ſcorpionū. Illini ex aceto & melle reperio. Incenſoq; ſerpētes fugari. Bibitur drachma una contra araneos. Diſtilationē nariū deſcutit tuſum in liteolo olfatum. Capitis dolores illitū ex aceto & infuſum naribus. Cū Irino occulorum epiphoras & tumores. Dentium dolores coctū cum aceto. Vlcera oris tritum aut cōmaducatū: Itē lepras & lentigines ex aceto. Difficultates ſpirandi addito uino potum. Duritias tumoreſq; ueteres & ſuppurationes illitū. Lac mulierum auget continuis diebus ſumptū. Colligitur ſuccus eius ut hyoſcyami. Similiter largius uenenum eſt quod miremur. cū ſemen gratiſſime panes ēt cōdiat. Oculos quoq; purgat. Vrinā & mēſura ciet. Quinimo lintheolo illigatis tantū granis. xxx. ſecūdas trahi reperio. Aiunt & clauis in pedibus mederi tritum ī urina. Culices ſuffitu necare. itē muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiōes ex uino bibit᷑ a pythagora īter pauca laudatum ſiue crudū ſiue decoctum itē uiride aridūue oībus quæ cōdiuntur: quæq; intinguntur deſideratū. Panis ēt cruſtis inferioribus ſubditum. Saccis quoq; additur. Cum amaris nucibus uina cōmendat. Quin ipſum oris halitum iucundiorē facit. Fetorēq; tollit manducatum matutinis cum ſmyrneo & melle exiguo. Mox uino collutum uultū iuniorē præſtat. inſomnia leuat ſuſpenſum in puluino ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborū præſtat: quādo id quoq; inter artificia deliciæ fecere: ex quo labor deſiit cibos poſcere. Ob has cauſas quidam anicetum id uocauere. Laudatiſſimum eſt creticum. Proximum ægyptium. Hoc liguſtici uicem præſtat in cōdimentis. Dolores capitis leuigat ſuffitum naribus. Epiphoris oculoꝝ radicē eius tuſam īponit Iollas. ipſum cum croco pari modo & uino: & per ſe tritum cum polenta ad magnas fluctiones: extrahendaq; ſiqua in oculis inciderint. Narium quoq; cardines conſumit illitum ex aqua: Sedat anginas cum melle & hyſopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtum: cum melle ſumptum melius. Cum acetabulo aniſi nuces amaras. l. purgatas tere in melle ad tuſſim. Facillime uero aniſi drachmæ tres: papaueris duæ miſcentur melle ad fabæ magnitudinem: & ternis

diebus ſumũtur.Præcipuum autem eſt ad ructus:ideo inflationibus ſtomachi & inteſtinorum tormini-
bus & cœliacis medetur.Singultus & olfactum decoctum potumq; inhibet.Foliis decoctis digerit cru-
ditates ſuccus decocti.ipſum cum apio olfatum ſtertunamẽta inhibet.Potũ ſomnum cõcitat. Calculos
pellit.Vomitiones cohibet:& præcordiorum tumoꝝ & pectoꝝ uitiis.Neruis quoq; quibus ſuccinctum
eſt corpus utiliſſimum.Prodeſt eius & capitis doloribus inſtilari ſuccum cũ oleo decocti.Non alius uti
lius uentri & inteſtinis putant.ideo dyſentericis & tenaſmis datur toſtũ. Aliqui addunt & opiũ pilulis
ĩ die ternis lupini magnitudĩe & ĩ uini cyatho dilutis.Dieuches & ad lũboꝝ dolores ſucco uſus eſt.Semẽ
hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta.Verum & radicem ad renes.Dalion hærbarius parturiẽ
tibus ex eo cataplaſma ĩpoſuit cum opio.Itẽ uuluaꝝ dolori.Deditq; bibendum cum aneto parturiẽtib9
Phreneticis quoq; illinunt recens cũ polenta.Sic & infantibus comitiale uitium aut contractiones ſentiẽ
tibus.Pythagoras quidem non corripi uitio comitiali in manu habentes.Ideoq; quãplurimũ domi ſeren
dum.Parere quoq; facilius olfactantes.Et ſtatim a partu dandum potui polenta aſperſa.Soſimenes con
tra oẽs duricias ex aceto uſus eſt.Eo & contra laſſitudines in oleo decoquens addito nitro. Semine eius
poto laſſitudinis auxiliũ uiatoribus ſpoſpõdit.Heraclides ad inflationes ſtomachi ſemen tribus digytis
cũ caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit.Similiter ad uentris aut inteſtinoꝝ inflationes.Et orthopnoi-
cis quod ternis digytis prehẽderit ſeminis:tantũdem hyoſcyami cũ lacte aſinino.Multi uomituris aceta
bula eius & folia lauri decẽ trita in aqua bibenda ĩter cœnã ſuadent.Strangulationes uuluæ ſi manducet
& linatur calidũ:uel ſi bibatur cũ caſtoreo in aceto & melle ſedat.Vertigines a partu cũ ſemine cucume-
ris & lini pari mẽſura trinũ digytorum uini albi tribus cyathis diſcutit.Cleopolemus ad quartanas triniſ
digytis ſeminis aniſi & fœniculi uſus eſt in aceto & mellis cyatho uno.Lenit articulares morbos cũ ama
ris nucibus illitum.Sunt & qui aſpidũ uenenis aduerſari naturã eius putent.Vrinã ciet.Sitim cohibet.
Venerem ſtimulat.Cum uino ſudorem leniter præſtat. Veſtes quoq; a tineis defendit. Efficacius ſemp
recens & quo nigrius.Stomaco tamen inutile eſt præterq̃ inflato.

De aneto ſagapenio:& de papauere albo & nigro:& qũo ſucc9 herbaꝝ colligẽdus ẽ:& de opio. ca.xviii.

Netum quoq; ructus mouet:& tormina ſedat.Aluum ſiſtit. Epiphoris radices illinuntur ex
a aqua uel uel uino.Singultus cohibet ſemen feruens olfatum.Sumptum ex aqua ſedat crudi-
tates.Cinis eius uuam in faucibus leuat.Oculos & genituram hebetat.ſacopeniũ quod apud
nos gignitur in totum tranſmarino alienatur.Illud enim ammoniaci lachrymæ ſimile ſagapenion uoca-
tur.Prodeſt laterum & pectoris doloribus:conuulſis:tuſſibus ueteribus:excreationibuſq;: præcordioꝝ
tumoribus.Sanat & uertigines:tremulos:opiſtothonicos:lyenes:lumbos:perfrictiones.Datur & olfa-
ctandum ex aceto in ſtrangulatu uuluæ Cæteris & potu datur:& cũ oleo ĩfricatur.Prodeſt & cõtra ma
la medicamenta.Papaueris ſatiui diximus genera:& ſponte naſcentis alia promiſimus.Sed ſatiui albi ca-
lix ipſe teritur & bibitur ſomni cauſa.Semen elephantiis medetur.E nigro papauere ſapor gignitur ſca-
po inciſo:ut Diagoras ſuadet cum turgeſcit:ut Iollas cum defloreſcit hora diei ſereni:hoc eſt cum ros in
eo exaruerit.Incidi iubent ſub capite & calice.Nec in alio genere ipſum inciditur caput.Succus & hic: &
hærbæ cuiuſq; lana excipitur.Aut ſi exiguus eſt:ungue pollicis aut lactucis:& poſtero die magis quod
inaruit.Papaueris uero largus denſatur:& in paſtillos tritus in umbram ſiccatur non ui ſaporifera mo-
do:uerum ſi copioſior hauriatur:etiam mortifera per ſomnum:opion uocant.Sic ſcimus interemptum
Licinii Cecinnæ prætorii uiri patrem in hiſpania baiulicum quoniam ualitudo impatibilis odium uitæ fe
ciſſet.Item pleroſq; alios.Qua de cauſa magna concertatio extitit Diagoras & eraſiſtratus in totum dã-
Andreas nauere:ut mortiferum infundi uetantes.Præterea quoniam uiſui noceret.Addidit Andron: ideo nõ pro
tinus excæcari eo:quoniam adulteratur elexandriæ.Sed poſtea uſus eius non improbatus eſt medicamẽ
to nobili:quod diacodion uocant.Semine quoq; eius trito in paſtillos e lacte utuntur ad ſomnum.Item
ad capitis dolores cum roſaceo.Cum his aurium dolori inſtillatum.Podagris illinitur cum lacte mulie
rum:Sic & foliis ipſis utuntur ad ſacros ignes.Item uulnera cum aceto.Ego tñ dãnauerim collyriis ad-
di.Multoq; magis quas uocãt lexipyretas & quaſq; pepticas cœliacas. Nigrũ tñ ĩ cœliacis uino daẽ.Sa
tiuum omne magis rotundat capita.At ſilueſtri longum ac puſillum:& ad omnes effectus ualentius.
Decoquitur & bibitur contra uigilias:eademq; aqua fouent ora.Optimis in ſiccis:& ubi raro pluit. Cũ
capita ipſa & folia decoquuntur:ſuccus meconium uocatur:multum opio ignauior.Experimẽtum opii
eſt primum odore.Sincerum enim perpeti non mos eſt.Dein in lucernis:ut pura luceat flamma: aut ex
tinctum demum oleat.Quæ in fucato non eueniunt.Accenditur quoq; difficilius:& crebro extinguitur
poſtulas Eſt ſinceri experimentum & in aqua quia nebula innatat.Fictum in poſca coit.ſed maxime mirum æſti-
uo ſole deprehẽdi.ſincerum enim ſudat:& ſe diluit:donec ſucco recenti ſimile fiat.Mneſides optime ſer-
uari putat hyoſciami ſemine adiecto.Alii in faba.

De empractico & ceratico:& glaucio ſiue paralio:& heraclio:
ſiue aphro:& de diacodio. Cap.xix.

inter ſatiua

Nter ſatiua eſt et ſilueſtria medium genus:quod niſi in aruis eſſet:ſpõte naſceretur. Rhiam uo
i cauimus & erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. Aliũ exina
niunt capita quinq; decocta. In uini tribus heminis pota ſomnum faciũt. ſilueſtrium unum ge
nus ceraticum uocant:nigrum:cubitali:altitudine:radice craſſa:& corticoſa:caliculo iflexo ut cornicula. Ceratitin
Folia minora et tenuiora q̃ cæteris ſilueſtribus:ſemen exile. Tempeſtiuum eſt meſſibus. Aluum purgat
dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cum oleo argẽmas iumentorum ſanant. Radix acetabuli men-
ſura cocta in duobus ſextariis ad dimidias datur ad lumborum uitia et iocineris. Carbunculis medẽtur
ex melle folia. Quidam hoc genus glaution uocant alii paralion. Naſcitur enim in afflatu maris:aut ni-
troſo loco. Alterũ eſt in ſilueſtribus generibus heraclion:uocatur ab aliis aphron. Foliis ſi procul intuea
ris ſpeciem paſſerum præſentãtibus:radice in ſumma terræ cute:ſemine ſpumeo. Ex hoc lina ſplẽdorem
trahunt æſtate. Tunditur in pila comitialibus morbis acetabuli menſura ſeminis in uino albo:uomitio-
nes enim facit. Medicamento quod diacodion & aſteriace uocatur utiliſſimum. Fit aũt huius papaueris
aut cuiuſcunq; ſilueſtris capitibus.cxx. in aquæ cæleſtis ſextariis tribus biduo maceratis:i eademq; deco
ctis:deinde ſiccatis:iterũq; cum melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drach
mas ſenas croci:hypociſtidis:turis:acaciæ & paſſi cretici ſextarium. Hac oſtentatiõe ſimplex quidem &
antiqua illa ſalubritas papauere & melle conſtat.

De titymalo & archelio:& portulaca ſiue peplio:& coriandro & de atriplici. Cap.xx.

Ertium genus eſt titymalon:mecona uocant:alii archalion:folio leui:albo: capite magnitudĩs
t fabæ. Colligitur uua florẽte. Siccatur in umbra. Semen potum purgat alluum dimidio aceta-
lo in mulſo. Cuiuſcunq; autem papaueris caput uiride uel ſiccum illitum epiphoras oculorum
lenit. Opium ex uino meraculo ſi protinus det᷑ ſcorpionũ ictibus reſiſtit. Aliqui hoc tãtũ nigro tribuũt:
ſi capita eius uel folia terãtur. Eſt & portulaca quã peplion uocant:non multum ſatiua efficacior. Cuius
memorabiles uſus traduntur. Sagittarum uenena & ſerpẽtium hemorroidum & præſigrũ reſtringi: p ci præſterũ
bo ſumpta et plagis impoſita extrahit. Item hyoſcyamo poto e paſſoq; expreſſo ſucco. Cum ipſa nõ eſt:
ſemen eius ſimili effectu pdeſt. Reſiſtit et aquarum uitiis:capitis dolori:ulceribuſq; in uino tuſa et ipo-
ſita. Reliqua ulcera cõmanducata cum melle ſanat. Sic et infantium cerebro imponitur: umbilicoq; pro
ciduo. In epiphoris uero omnium fronte temporibuſq; cum polẽta. Sed ipſis oculis e lacte et melle. Ea
dem ſi procident pdeſt oculis: foliis tritis cum corticibus fabæ. Puſtulis cum polenta et ſale & aceto ac
cara. Et ulcera oris tumoremq; gingiuarum cõmanducata cruda ſedat. Item dentium dolores. Tonſilla
rum ulcera ſuccus decoctæ. Quidam adiecere paulum murræ. Nam et mobiles dentes ſtabilit commã
ducata. Cruditates ſedat:uocemq; firmat:et ſitim arcet Ceruicis dolores cum galla & lini ſemie pari mẽ
ſura ſedat. Mammarum uita cum melle aut cimolia creta. Salutaris & ſuſpirioſis ſemine cum melle ha
uſtro. Stomachum i acetariis ſumpta corroborat. Ardentibus febribus iponitur cũ polenta. Et alias mã
ducata refrigerat etiam inteſtina. Vomitiões ſiſtit. Dyſenteriæ & uomicis datur ex aceto uel bibitur cum
cumino. Tenaſmis autem cocta & comitialibus cibo uel potu pdeſt. Purgationibus mulierum aceta-
buli menſura in ſapa. Podagris calidis cum ſale illita & ſacro igni. Succus eius potus renes iuuat ac ueſi-
cas. Ventris animalia pellit. Ad uulnerum dolores ex oleo cum polẽta iponitur. Neruoq; duricias emol
lit. Metrodorus q epitomen:ton:rhizotomumemon ſcripſit:purgationibus a partu dandã cenſuit. Ve
nerem inhibet:ueneriſq; ſomnia. Prætorii uiri pater eſt hiſpaniæ priceps:quem ſcio pter ipatibiles uuæ
morbos radicem eius filo ſuſpenſam e collo gerere:præterq̃ in balneis:& ita liberatũ incommodo omni.
Quinetiam inueni apud auctores: caput inde litũ diſtillationẽ toto anno nõ ſentire. Oculos tamẽ hebe
tare putatur. Coriandrũ inter ſilueſtria non inuenitur. Precipuũ tamẽ eſſe conſtat ſtati ægyptiũ. Valet
contra ſerpentiũ genus unũ:quod amphiſbenas uocant. potũ impoſitũq;. Sanat & alia uulnera. Epiycti
das puſtulas tritum. Sic & oẽs tumores collectioneſq; cum melle aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tri
tum. Seminis grana tria in tertianis deuorari iubent aliqui ante acceſſiõem. Vel plura illini fronti. Sunt
qui & ante ſolis ortum ceruicialibus ſubiici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerãdos ardores uiridi.
Vlcera quoq; quæ ſerpunt ſanat cũ melle uel uua paſſa. Itẽ teſtes:ambuſta: carbunculos:aures cũ lacte
mulieris:epiphoras oculorum:uẽtris & inteſtinorum fluctiones. Semẽ ex aqua potum bibit᷑ i choleris
cum ruta. Pellit aĩalia interaneorum cum mali punici ſucco & oleo ſemẽ potum. Xenocrates tradit rem
miram:ſi uera eſt. Menſtrua contineri uno die:ſi unum granũ biberint fœminæ:biduo ſi duo:& totidẽ
diebus quot grana ſumpſerint. M. Varro coriandro ſubtrito cum aceto carnẽ icorruptã æſtatæ ſeruari
putat. A triplex & ſilueſtre eſt & ſatiuũ accuſatum a Pythagora tanq̃ faceret hydropicos morboſq; regi
os & pallorem. Coquit᷑ difficillime:ac ne in hortis quidem iuxta id naſci qcq̃ niſi lãguidũ culpauit. Ad-
didere Dionyſius & Diocles plurios gigni ex eo morbos. Nec niſi mutata ſæpius aqua coquendũ. Sto
macho contrariũ eſſe. Lentigines & pabulas gignere. Miror quare difficulter in italia id naſci tradiderit
Solon Smyrneus. Hippocrates uuluaq; uitiis id infundi cũ beta. Lycus neapolitanus cõtra cãtharidas

bibendum dedit. Panos furunculos incipientes: duricias oẽs uel cocto uel crudo utiliter illini putãt. Item ignẽ ſacrũ cum melle aceto nitroq; ſimiliter podagris. Vngues ſcabros detrahere dicit̃ ſine ulcere. Sunt qui in morbo regio dent ſemẽ eius cũ melle. Arterias & tonſillas nitro addito perfricẽt. Aluũ moueant. Cocto aut per ſe aut cũ malua aut lenticula cõcitãtes uomitiones. Silueſtri capillos tingunt: & ad ſupradicta utuntur medicina.

De malua malope: & althea: & lapatio: & oxylapato: & hydrolapato: & hippolapato: & bubalapato. Cap. xxi.

Contrario ĩ magnis laudibus malua eſt utraq; & ſatiua & ſilueſtris. Duo genera eaꝝ amplitu-
e dine folii diſcernũtur. Maiorẽ græci malopen uocãt in ſatiuis. Alterã ab emolliẽdo uẽtre dictã putant malachẽ. E ſilueſtribus cui grãde foliũ & radices albæ althea uocat̃ ab excellentia effectus a quibuſdã ariſtalthea. Omne foliũ in quo ferunt̃ pinguius faciunt. Huic contra oẽs aculeatos ictuſ efficatior uis: præcipue ſcorpionũ: ueſpaꝝ: ſimiliumq;: & muris aranei. Quin & trita cũ oleo qualibet earum peruncti ante uel habentes eas nõ feriunt̃. Folium ĩpoſitum ſcorpionibus torporẽ affert. Valent & contra uenena. Aculeos oĩs extrahunt illitæ crudæ aut cũ aneto potæ. Decoctæ uero cũ radice ſua leporis marini uenena reſtringunt. Et ut quidam dicunt ſi uomat̃. De eiſdẽ mira & alia traduntur. Sed maxime ſi quotidie quis ſucci ex qualibet eaꝝ ſorbeat cyathum dimidiũ oĩbus morbis cariturꝰ. Vlcera manãtia in capite ſanant. in urina putrefactæ lichenas. Et ulcera oris cum melle. Radix decocta furfures capitiſ & dentium mobilitates. Eius quæ unum caulem habet radice circa dentem qui doleat perunge: donec deſinat dolor. Eadem ſtrumas & parotidas panoſq; addita hoĩs ſaliua purgat citra uulnus. Semen ĩ uino nigro potum a pituita & nauſeis liberat. Radix mammarum uitiis occurrit ad alligata in luna nigra. Tuſſim in lacte cocta & ſorbitionis modo ſumpta quinis diebus emendat. Stomacho ĩutiles ſex. Niger dicit. Olympiades thebanus abortiuas eſſe cum adipe anſeris. Aliqui purgari fœminas foliis earum manus plenæ menſura in oleo & uino ſumptis. Vtiq; cõſtat parturientes foliis ſubſtratis celerius ſolui. Protinus a partu reuocanda: ne uulua ſequatur. Dat & ſuccum bibendum parturientibus ieiuniis in uino decocta hemina. Quin & ſemẽ tritũ adalligant brachio genitale non continentium. Adeoq; ex ueneri naſcuntur: ut ſemen unicaulis aſperſum cubitali fœminarum auiditates augere ad ĩfinitum Xenocrates tradat. Item tres radices iuxta ad alligatas. Tenaſmo & diſentericis utiliſſime infundi. Item fœdis uitiis: uel ſi foueant̃. Melãcholicis quoq; ſuccus datur cyathis ternis tepidus. Et inſanientibus quaternis. Decoctę comitialibus heminæ ſucci. Hic & calculoſis & inflatione & torminibus aut opiſtotonico laborãtibus tepidus illinitur. Et ſacris ignibus & ambuſtis decocta in oleum folia imponuntur. Et ad uulnerum impetus cruda cũ pane. ſuccus decoctæ neruis: ꝓdeſt & ueſicæ: & ĩteſtinoꝝ roſionibꝰ. Vuluas & cibo & ĩfuſione mollit in oleo. ſuccus decoctæ pori meatus ſuaues facit. Artheæ in oĩbus ſupradictis efficacior radix: præcipue conuulſis ruptiſq;. Cocta in aqua aluũ ſiſtit. Ex uino albo ſtrumas & parotidas & mãmarum inflãmationes: & panos in uino folia decocta & illita tollunt. Eadẽ arida in lacte decocta q̃libet perniciosæ tuſſi citiſſime medentur. Hippocrates uulneratis ſitientibuſq; defectu ſanguinis radicis decoctę succũ bibendum dedit. Et eã uulneribus cũ melle & reſina. Itẽ cõuulſis: luxatis: tumentibus: & muſculis neruis articulis ĩpoſuit. Et aſmaticis ac dyſentericis in uino bibẽdum dedit. Mirum aquã radice ea addita addẽſari ſub diuo: atq; elacteſcere. Efficacior aũt quo recentior. Nec lapatiũ diſſimiles effectus habet. Eſt aũt ſilueſtre: quod alii oxalidẽ appellant: ſatiuo proximum: foliis aquoſis: colore betæ candidæ: radice minima. Noſtri uero rumicẽ: alii lapatium cantherinum ad ſtrumas cũ axungia efficaciſſimum. Eſt & alteꝝ genus fere oxylapaton uocant. Satiuo idem ſimilius: & acutiora habet folia ac rubriora: nõ niſi ĩ paluſtribus naſcens. Sunt qui hydrolapaton tradunt in aqua natũ. Eſt & aliud hippolapaton maius ſatiuo: candidiuſq; ac ſpiſſius. Silueſtria ſcorpionum ictibus medent̃: & ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta ſi colletur ſuccus dentibus auxiliat̃. Si uero bibatur morbo regio. ſemen ſtomachi inextricabilia uitia ſanat. Hippolapati radices priuatim ungues ſcabroſos detrahunt. Dyſentericos ſemen duabus drachmis in uino potum biberat. Oxylapati ſemen lotũ in aqua cæleſti ſanguinẽ ꝓdeſt reiicientibus. Adiecta acacia lentis magnitudine prodeſt. Præſtantiſſimos paſtillos faciunt ex foliis & radice addito nitro & iu-
Ceria re exiguo. In uſu aceto diluunt. Sed ſatiuum in epiphoris oculoꝝ illinunt frõtibus. Radice meliceria & lepras curãt. In uino uero decocta ſtrumas & potidas & calculos. Poto uino & lienes. Cœliacos æque & dyſentericos & tenaſmos. Ex eademq; oĩa efficatius. ius lapati & ructus facit: & urinã ciet: & caliginem oculorum diſcutit. Item pruritum corporis in ſolia balnearum additum: aut prius ipſum illitũ ſine oleo. Firmat & cõmanducata radix dentes. Eadem decocta cum uino ſiſtit aluum. Folia ſoluunt adiecto ſale. Adiecit Solon neq; ut omittamus bulapaton: radicis tantum altitudine differens eſt: & erga dyſentericos efficacis effectus potum ex uino.

De ſinapis tribus generibus: & marrubio: & ſerpillo: & ſiſymbrio: ſiue thymbræo: & de lini ſemine: & blito. Cap. xxii.

f Inapis cuius in ſatiuis tria genera diximus: Pythagoras principatum habere ex iis quorũ ſublime uis ferat̃

lime uis feratur iudicauit:quoniã nõ aliud magis in nares & cerebrũ penetret. Ad ſerbentiũ ictus & ſcor-
pionum tritũ cũ aceto illinitur. Fungoꝝ uenena diſcutit. Cõtra pituitã tenetur in ore donec liqueſcat: aut
gargarizat cum aqua mulſa. Ad dẽtium dolorem manditur. Ad uuam gargarizat cum aceto & melle:
Stomacho utiliſſimum contra omnia uitia pulmonibuſq;. Excreatiões faciles facit in cibo ſumptũ. Dat
& ſuſpirioſis. Item comitialibus tepidum cũ ſucco cucumerũ. Senſus atq; ſternutamenta capitis purgat:
Aluum mollit. Mẽſtrua & urinam ciet. Et hydropicis imponitur. Cum fico & cumio tuſum ternis parti
bus comitiali morbo: Et uuluaꝝ conuerſionẽ ſuffitum excitat odore aceto mixto. Itẽ lethargicos. Adii-
citur tordylion. Eſt autẽ id ſemen ex ſili. Et ſi uehementior ſomnus letargicos premat: cruribus aut eti
am capiti illinitur cũ fico & aceto. Veteres dolores thoracis: lumborum: coxendicũ humerum & in qua Lienum
cunq; parte corporis ex alto uitia extrahenda ſunt: illitum cauſtica ui emendat puſtulas faciendo. At in
magna duricia ſine fico ĩpoſitũ: uel ſi uehementior urigo timeatur per duplices pãnos. Vtunt ad alope
tias cum rubrica. pſoras: lepras: phthiriaſes: lithannicos: opiſtothonicos. Inungunt quoq; ſcabras genas
aut caligantes oculos cum melle. Succuſq; tribus modis exprimitur in fictili: caleſcitq; in eo in ſole mo-
dice. Exit & e cauliculo ſuccus lacteus: qui ita cum induruit: dentium dolori medetur. Semẽ ac radix cũ
immaduere: muſto conteruntur. Manuſq; plenæ menſura ſorbent ad firmandas fauces: ſtomacum: ocu
los: caput: ſenſuſq; oẽs. Mulierum etiam laſſitudies ſaluberrimo genere medicinæ. Calculos quoq; diſcu
tit potũ ex aceto. Illinunt & liuoribus ſugillatiſq; cum melle & adipe anſerino aut cæra cypria. Fit & ole
um ex ſemine madefacto in oleo expreſſoq;: quo utuntur ad neruoꝝ rigores: lumboꝝq; & coxẽdicũ pfri
ctiones. Sinapis naturã effectuſq; eoſdẽ habere traditur adarca inter ſiluas tacta in cortice calamoꝝ ſub
ipſa coma naſcens. Marrubiũ pleriq; inter primas hærbas commendauere: quẽ græci praſion uocant: alii
lnoſtrophon: non nulli philopeda. aut philocares: notius q̃ ut indicandum ſit. Huius folia ſemenq; con philopha-
trita proſunt contra ſerpentes: pectoꝝ & lateris dolores: tuſſim ueterẽ. Et iis qui ſanguinẽ eiciũt eximie res
utile: ſcapis eius cũ panico aqua decoctis: ut aſperitas ſuccis mitiget. Imponit ſtrumis cũ adipe. Sũt q
uiridis ſemen quantũ duobus digytis capiant cũ farris pugillo decoctũ addito exiguo olei & ſalis ſorbe
re ieiunos ad tuſſim iubeant. Alii nihil compant. In eadem cã marrubii & fœniculi ſuccis ad ſextarios ter
nos expreſſis decoctiſq; ad ſextarios duos: cum addito mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos:
ſi coclearii menſura in die ſorbeatur in aquæ cyatho. Et uirilium uitiis tuſum cum melle mire prodeſt. Li
chenas purgat ex aceto. Ruptis cõuulſis ſpaſmatum neruis ſalutare. Potum aluum ſoluit cum ſale & ace
to. Itẽ mẽſtrua & ſecũdas mulierum. Arida farina cum melle ad tuſſim ſiccã efficaciſſima ẽ. Itẽ ad cãcre
nas & pterygia. Succus uero articulis enaribus morbo regio: minuẽdæq; bili cum melle ꝑdeſt. Item cõ
tra uenena inter pauca potẽs. Ipſa hærba ſtomachum & excreationes pectoris purgat. Cum iride & mel
le urinam ciet. Cauenda tamen exulceratæ ueſicæ & renum uitiis. Dicitur ſuccus claritatem oculoꝝ adiu
uare. Caſtor marrubii duo genera tradit. Nigrum: & quod magis ꝓbat candidũ. In ouum inane ſuccũ
adiicit his: ipſumq; ouũ infundit melle æquis portionibus tepefactum: uomicas rumpere: purgare: perſa
nare ꝓmittẽs. Illitis etiam uulneribus a cane factis tuſa cũ axungia ueteri. Serpillũ a ſerpendo putant di
ctum. Quod in ſilueſtri euenit: in petris maxime. Satiuũ nõ ſerpit: ſed ad palmi altitudinẽ increſcit. Pin-
guius uoluntariũ & cãdidioribus foliis & ramis: aduerſus ſerpentes efficax maxie cenchrin & ſcolopen-
dras terreſtres ac marinas. Et ſcorpiões decoctis in uino ramis foliiſq;. Fugat & odore: cominus ſi urat.
Et contra marinoꝝ uenena præcipue ualet. Capitis doloribus decoctum ĩ aceto illinit tpibus ac fronticũ
roſaceo. Item phreneticis: lethargicis: contra tormina: & urinæ difficultatẽ: anginas: uomitiones drach-
mis quattuor datur. Ex aqua bibitur & ad iocinerum dolores. Folia obolis quattuor dant ad lyenem ex
aceto. Ad cruẽtas excreatiões terit ĩ cyathis duobus aceti & mellis. Siſymbriũ ſilueſtre a qbuſdã thym-
bræũ appellatam: pedali nõ amplius altitudine: quod in riguis naſcit ſimile naſturtio eſt. Vtrũq; efficax
aduerſus aculeata aĩalia: ut ſunt crabrones & ſimilia. Quod ĩ ſicco ortũ odoratum eſt. inſeritur coronis
anguſtiore folio. Sedãt utraq; capitis dolorẽ. Itẽ epiphoras: ut Pilinus tradit. Alii panẽ addunt. Alii per
ſe decoquunt in uino. Sanat & epinyctidas: cutiſq; uitia infacie mulierũ intra quartũ diẽ noctibus impo
ſitũ diebuſq; detractũ. Vomitiones: ſigultus: tormia: ſtomachi diſſolutiões cohibet ſiue ĩ cibo ſumptũ:
ſiue ĩ ſucco potũ. Nõ edendũ grauidis: niſi mortuo cõceptu. Quippe etiam ĩpoſitũ eiicit. Mouet urinã
cum uino potum. Silueſtre & calculos. Quos uigilare opus ſit excitat infuſum capiti cum aceto. Lini ſe
men cum aliis quidem in uſu eſt. Et per ſe mulierum cutis uitia emendat in facie. Oculoꝝ aciẽ ſucco ad
iuuat Epiphoras cum thure & aqua aut cum myrrha. Cum uino ſedat potidas. Cũ melle aut adipe aut
cæra ſtomachi ſolutiones inſperſum polentæ modo. Anginas in aqua & oleo decoctum: & cum aniſo il
litum. Torretur ut aluum ſiſtat. Cœliacis & dyſentericis ĩponitur ex aceto. Ad iocineris dolores eſtur cũ
uua paſſa. Et ad phthiſin utiliſſime. Semine fiunt & eligmata. Muſculoꝝ: neruorum: atriculoꝝ: ceruicũ
duricias. Cerebri mẽbranas mitigat farina ſeminis nitro aut ſale aut cinere additis. Eadem cum fico itẽ
concoquit ac maturat. Cum redice uero cucumeris ſilueſtris extrahit quæcunq; corpori inhærent. Sic &

x

fracta oſſa. ſerpere ulcus in uino decocta ꝓhibet. Eruptiones pituitæ cum melle emendat. Vngues ſcabros cum pari modo naſturtii. & teſtium uitia & ramices cum reſina & murra: & cãcrenas ex aqua. Stomachi dolores cum fœnogræco ſextariis utriſq; decoctis in aqua mulſa. Inteſtinoꝝ & thoracis pernicioſa uitia clyſtere in oleo & melle. Blitum ines uidet̃ ac ſine ſapore aut acrimonia ulla. Vnde conuitium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile eſt. Ventrẽ adeo turbat: ut cholerã faciat aliquibus. Dicitur tamen aduerſus ſcorpiones potum e uino ꝓdeſſe: & clauibus pedũ illini. Itẽ lyenis & tẽporum dolori ex oleo. Hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

De meu. & fœniculo: & hippomaratro uel myrſeneo: & canabi: & de furula: & carduis. Ca. xxiii.

bicubitali

Eu in italia nõ niſi a medicis ſerit̃: & iis admodũ paucis. Duo genera eius. Nobilius athamanticum uocãt̃ illi ab athamãte inuentũ. Hi quoniã laudatiſſimũ in athamante reperiat̃: foliis aniſo ſimile: & caule aliquando bipedali: radicibus multis & obnigris: quibuſdã altiſſimis. Minus rufum q̃ illud alterũ. Ciet urinã in aqua potum radice trita uel decocta. Inflationes ſtomachi mire diſcutit. item tormina & ueſicæ uitia Vuluarumq;: articulis cũ melle. Infantibus cũ apio illitum imo uẽtri urinas mouet. Fœniculum nobilitauere ſerpentes: guſtatu ut diximus ſenectã exuendo: oculorumq; aciem ſucco eius reficiendo. Vnde ĩtellectum eſt hoĩem quoq; caliginẽ præcipue eo releuari. Colligitur hoc caule turgeſcente. In ſole ſiccatur. inungitur in melle. Vbique hoc eſt. Laudatiſſimum tamen in hiberia e lachrymis fit & ex ſemine recenti. Fit etiã e radicibus prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc genere ſilueſtre: quod alii hippomarathron: alii myrſeneum uocant: foliis maioribus: guſtu acriore: ꝓcerius. brachiali craſſitudine: radice candida. Naſcitur in calidis: ſed ſaxoſis: Diocles & aliud hippomarathrí genus tradit: longo & anguſto folio: ſemine coriandri. Medicinæ in ſatiuo ad ſcrorpionum ictus & ſerpentium ſemine in uino poto. Succus & auribus inſtillatur: uermiculoſq; in his necat. Id ipſum condimentis prope oĩbus inſeritur. Oxyporis etiam aptiſſime. Quin & cruſtis ſubditur panis. Semen ſtomachum diſſolutum aſtringit uel in febribus ſumptum. Nauſeam ex aqua tritum ſedat. Pulmõibus & iocineribus laudatiſſimum. Ventrẽ ſiſtit cũ modice ſumitur. Vrinam excitat. & tormina mitigat totum decoctum: Lactiſq; defectu potum mãmas replet. Radix cum ptiſana ſumpta renes purgat ſiue decocto ſucco: ſiue ſemine ſumpto. Prodeſt & hydropicis radix ex uino cocta. itẽ conuulſis illinũtur folia tumoribus. Ardentes ex aceto calculos ueſicæ pellunt. Genituræ abundantiam quoquomõ hauſtum facit. Verendis amiciſſimum: ſiue ad fouendum radice cum uino cocta: ſiue contrita in oleo illitum. Multi tumoribus & ſugillatis cum cæra illinunt. et radice in ſucco uel cum melle contra canis morſum utuntur. et contra multipedem ex uino. Hippomarathron ad oĩa uehementius. Calculos præcipue pellit. Prodeſt ueſicæ cum uino leui: & fœminarum menſtruis. efficacius in eo ſemen q̃ radix. Modus in utroq; quod duobus digytis trito additur in potionem. Petriclius q ophiaca ſcripſit & Micon qui rhizitomumena aduerſus ſerpẽtes nihil hippomarathro efficacius putauere. Sane & Nicander non in nouiſſimis poſuit. Canabis in ſiluis primum nata eſt: nigriore folio & aſperiore. Semẽ eius extinguere genituram uirorum dicit̃. Succus ex eo uermiculos aurium & quodcũq; intrauerit eiicit: ſed cum dolore capitis. Tantaq; uis ei eſt: ut aquæ infuſa coagulare eam dicat̃. Et ideo iumentoꝝ aluo ſuccurrit pota in aqua. Radix cõtractos articulos emollit in aqua cocta. Itẽ podagras & ſimiles impetus. Ambuſtis cruda illinitur: ſed ſæpius mutatur: priuſq̃ areſcat. Ferula ſemen ſimile aneto habet. Quæ ab imo caule diuiditur a cacumine fœmina putatur. Caules eduntur decocti. Cõmendanturq; muſto ac melle. Stomacho utiles. Sin plures ſumpti: capitis dolores faciunt. Radix denarii pondere in uini cyathis duobus bibitur aduerſus ſerpentes. Et ipſa radix imponitur. Sic & torminibus medet̃. Ex oleo aũt & aceto contra ſudores ĩmodicos uel in febribus ꝓficit. Succus ferulæ aluum ſiſtit fabæ magnitudine deuoratuſq;. E uiridi ferula muſculus utilis eſt ad oĩa ea uitia. Ad ſanguinem ſiſtendum decem grana ſeminis bibunt̃ in uino trita uel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta: ſexta: ſeptima ligulæ menſura. Natura ferularum murenis infeſtiſſima eſt. Tactæ ſiquidem ea moriunt̃. Caſtor radicis ſuccum & oculorum claritati conferre multum putauit. & de carduorum ſatu inter hortenſia diximus. Quapropter & medicinã ex iis non differamus. Silueſtrium genera ſunt duo. Vnum fructicoſius a terra ſtatim. Alterũ unicaule craſſius. Vtriq; folia pauca: ſpinoſa: muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos celeriter caneſcentem: & abeuntem cum aura. Scolimon græci uocant. Hic antequã floreat contuſus atq; expreſſus illito ſucco alopecias replet. Radix cuiuſq; ex aqua decocta potatoribus ſitim facere narratur. Stomachũ corroborat. & uuluis ſi credimus etiam conferre aliquid traditur: ut mares gignantur. Ita enim Cherias atheníenſis ſcripſit: & Glaucias qui circa carduos diligentiſſimus uidetur. Manducatus carduus hic odorem commendat oris.

Confectio tyriacæ compoſitio medicaminis Antiochi. Cap. xxiiii.

Ed ante diſceſſum ab hortenſibus unam cõpoſitionem ex iis clariſſimam ſubtexemus aduerſus uenenata animalia: ĩciſam lapide uerſibus in limine ædis Aeſculapii, Serpilli duũ denariorum pondus.

tum pondus. Opoponacis & milii tantũdem ſingulorũ. Trifolii pondus denarii. Anethi & fœniculi ſemi
nis & aniſi & amii & apii denariorũ ſenum ex ſingulis generibus: erui farinæ duodecim. Hæc tuſa cribra
taq; uino quantũ poſſit excellẽti digerunt̃ in paſtillos: uictoriati pondere. Ex iis ſinguli dant̃ ex uini mix
ti cyathis ternis. Hæc thiriaca magnus rex Anthiochus aduerſus omnia uenena uſus traditur.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXI.

### PROOEMIVM.

De natura florum & coronamentorum. De mira florum uarietate. Cap. i.

N hortis ſeri & coronamenta iuſſit Cato inenarrabili florum maxime ſubtilitate
quando nulli poteſt facilius eſſe loqui q̄ rerum naturæ pingere: laſciuienti præſer
i tim & in magno gaudio fertilitatis tam uarie ludenti. Quippe reliqua uſus ali-
mentiq; gratia genuit. Ideoq; ſæcula annoſq; tribuit iis. Flores uero odoreſque de
die in diem gignit. Magna ut palam eſt admonitione hominum: quæ ſpectatiſſi
me floreant celerrime marceſcere. Sed ne pictura quidem ſufficiente imagini colorum reddendæ: mixtu
ramq; uarietati ſiue alterni atque multiplices inter ſe nectantur: ſiue priuatis generum funiculis in orbẽ:
in obliquum in ambitum: quædam coronæ per coronas currunt.

De ſtrophiolo ſerto: & qui primum flores miſcere cœperit: & quando primum corolla inuenta uel
appellata & quare. Cap. ii.

Enuioribus utebantur antiqui: ſtrophia appellantes: unde nata ſtrophiola. Quin & uocabu-
t lum ipſum tarde inde cõmunicatum eſt inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum
nomen uindicantibus. Cum uero a floribus fierent ſerta a ſerendo ſeruiæ appellabant̃. Quod
apud græcos quoq; non adeo antiquitus placuit. Arborum enim ramis coronari in ſacris certaminibus
mos erat primum. Poſtea uariari cœptum mixtura uerſicolores. Florumq; inuicem odores coloreſq; ac
cendere ſicyonii ex ingenio Pauſiæ pictoris atq; Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi cũ opera eius
pictura imitaretur: & illa prouocans uariaret: eſſetq; certamen artis ac naturæ. Quales etiam nunc ex-
tant artificis illius tabellæ: atque in primis appellata ſtephanoplocos qua pinxit ipſam. Idq; factum eſt
poſt olympiadem centeſimam. Sic coronis e floribus receptis paulo mox ſubire quæ uocantur ægyptię
ac deinde hybernæ: tum cum terra flores negat: ramento e cornibus tincto. Paulatimq; & romæ ſubre-
pſit appellatio corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis: poſtquã e lamina
ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Quis primum coronam foliis aureis & argenteis dedit & de honore coronarum apud antiquos: &
de Scipionis honore: & de pactilibus coronis: & Cleopatræ reginæ facta. Cap. iii.

Raſſus diues primus argẽto auroq; folia imitatus ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerũt quoq;
c & lemniſci: quos adiici ipſarum coronarum honos erat propter hetruſcas quibus iungi niſi au
rei non debebant. Puri diu fuere ii. Celare eos primum inſtituit. P. Claudius Pulcher: bratthe
aſq; etiam phyliræ dedit. Semper tamen auctoritas uel ludicro quæſitarum fuit. Nãq; ad certamina ĩ cir
cum per ludos & ipſi deſcendebant: & ſeruos ſuos quoſq; mittebant. Inde illa. xii. tabularum lex. Qui co
ronam parit. Ipſe pecuniamue eius. Virtutis ergo arguitur: quam ſerui equiue meruiſſent. Pecuniam par
tam lege dicit nemo dubitauit. Quis ergo honos? ut ipſi mortuo parentibuſq; eius dũ intus poſitus eſſet
foris ue ferretur: ſine fraude eſſet impoſita. Alias in uſu promiſcuo ne ludicræ quidem erant: ingẽſq; & iis
ſeueritas. L. Fuluius argentarius bello punico ſecundo cum corona roſacea interdiu e pergula ſua in forũ
proſpexiſſe dictus: ex auctoritate ſenatus in carcerem adductus non ante finem belli emiſſus eſt. P. Mu-
tianus cum demptam Marſyæ coronam e floribus capiti ſuo impoſuiſſet: atq; ob id duci eum in uincu-
la triumuiri iuſſiſſent: appellauit Tri. Pleb. nec interceſſere illi aliter q̄ athenis: ubi comeſſabundi iuuenes
ante meridiem conuentus ſapientium quoq; doctrinæ frequentabant. Apud nos exemplum licentiæ hu-
ius non eſt aliud q̄ filia Diui Auguſti. Cuius luxuria noctibus coronatum Marſiam litteræ illius deſcri-
bunt. Florum quidem populus ro. honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur: pro-
pter ſimilitudinem Suarii cuiuſdam negociatoris. Ob id erat in tribunatu plebei admodum gratus: di-
gnuſq; africanorum familia. Nec ei fuit in bonis funeris impenſa. Aſſes ergo contulit populus: ac funus
elocauit: quaq; parte ferebatur: flores e proſpectu omni ſparſit. Et iam tunc coronæ deorum honos erãt
Et larium publicorum priuatorumq; & ſepulchrorum & manium. Sũmaq; auctoritas pactili coronæ.
Sutiles ſaliorum ſacris inuenimus & ſolẽnes cœnis. Tranſiere deinde ad roſaria. Eoq; luxuria proceſſit:
ut non eſſet gratia niſi mero folio. Sutilibus mox petitis ab india aut ultra indos. Laudatiſſimum quidẽ
habet̃ e nardi folio eas dari aut ueſte ſerica uerſicolores unguentis madidas. Hunc habet nouiſſime exi-
tum luxuria fœminarum. Et apud græcos quidem de coronis priuatim ſcripſere. Mneſteus atq; Callima
chus medici: quæ nocerent capiti: qm̃ & in hoc eſt aliqua ualitudinis portio. In potu atq; hylaritate præci-
pue odorum ui ſurripiẽtes fallaciter ſolertiam. Namq; ſcelerata Cleopatra apparatu belli acciaci gratifica



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 320 sur 536

tionem ipſius reginæ Antonio timēte: nec niſi prægustatos cibos ſumente: ferē ab ore eius luſiſſe extre-
mis coronæ floribus ueneno illitis. Ipſaq; capiti impoſita. Mox ꝓcedente hylaritate iuitauit Antoniū ut
coronas biberent. Quis iſtas timeret īſidias? Ergo cōcerpta in ſcyphum incipiēti haurire oppoſita manu
en ego ſum inquit illa care Antoni: quā tu noua prægustantiū diligētia caues: adeo mihi ſi poſſim ſine te
uiuere occaſio & rō adeſt. Inde eductā e cuſtodia bibere iuſſit: illico expirantē. De coronis extra ſupradi-
ctos ſcripſit Theophraſtus apud græcos. Ex noſtris aūt inſcripſere aliqui libros anthologicon. Flores ue
ro perſecutus eſt nemo: q̄ equidē inueniā. Nec nos nunc. ſ. coronas nectemus. Id enim friuolum eſt. Sed
de floribus quæ uidebunt digna memorabimus. Pauciſſima genera noſtri coronamentorum inter hortē
ſia nouere: ac pene uiolas roſaſq; tantum.

De roſa in coronis: & de generibus eius: & ubi ſeratur. Cap. iiii.

Oſa naſcitur ſpina uerius q̄ frutice: in rubo quoq; ꝓueniens. Illic ēt iucundi odoris q̄uis angu
r ſti. Germinat oīs primo incluſa granato cortice. Quo mox intumeſcēte & i uirides alabaſtros
faſtigato paulatim rubeſcens dehiſcit: ac ſeſe pādit in calicis medio ſui ſtātis complexa luteos
apices. Vſus eius in coronis prope nimius eſt. Oleo macerat. idq; iam a troianis tꝑibus Homero teſte.
Præterea in unguēta trāſit ut diximus. Per ſe medicas artes præbet. Emplaſtris atq; colyriis iponit mor-
daci ſubtilitate. Menſaꝝ etiā delitiis inungēdis minime noxia. Contra genera eius noſtri fecere celeberriā:
preneſtinam & campanā. Addidere alii mileſiam: cuius ſit ardentiſſimus colos non excedentis duodena
folia. Proximā ei trachiniā: minus rubentē. Mox alabandicā uiliorē: albicantibus foliis. Vtiliſſimam ue-
Sed minu ro pluribus uel minutiſſimā ſpinoſam. Differūt enim multitudine folioꝝ: aſperitate: leuore: colore: odo
tiſſimis ſpi re. Pauciſſima quina folia ac deinde numeroſiora. Cum ſit genus eius quam centifoliā uocant: quæ eſt in
onıam uel cāpania italiæ græciæ uero circa philippos. Sed ibi non ſuæ terræ prouentu. Pāgeus nāq; mons in uicino
ſpermoniā fere eſt numeroſis foliis ac paruis. Vnde accolæ transferentes cōſerunt. Ipſaq; plantatione proficiunt. Nō
autem talis odoratiſſima eſt. Nec cui latiſſimū maximūq; folium. Breuiterq; indicium eſt odoris ſcabri-
cia corticis. Cepio Tiberii Cæſaris principatu negauit centifoliā in coronis addi præterq̄ extremos uelut
ad cardines: nec odore nec ſpecie probabilē. Eſt & quæ græca appellatur a noſtris a græcis lychnis: nō ni
ſi in hūidis locis proueniens: nec unq̄ excedens qnq; folia: uiolæ magnitudine: odore nullo. eſt & alia græ
cula appellata: conuolutis folioꝝ paniculis: nec dehiſcens niſi manu coacta: ſemperq; naſcenti ſimilis: la-
Moſcéton tiſſimis foliis. Alia funditur e caule maluaceo: folia oleacea habens. Muſceton uocant. Atq; inter has me
dia magnitudine autumnalis: quam coroneolam uocant omnes: ſine odore præter coroneolam in rubo
natam tot modis adulteratur. Et alias uera quoq; plurimum ſolo præualet. Cyrenis odoratiſſima eſt.
Ideoq; ibi unguentum pulcherrimum. Carthagine hiſpaniæ hyeme quoq; tota præcox. Refert & cæli tē-
peries. Quibuſdam enim annis minus odorata prouenit. præterea locis omnis ſiccis q̄ humidis odora-
Raris tior. Seri nec pinguibus uult: nec argilloſis locis: nec riguis contenta ruribus. Proprieq; ruderatum agrū
amat. Præcox campana. Sera mileſia. Nouiſſime tamen deſinit preneſtina. Fodiuntur altius q̄ fruges: le
uius q̄ uites. Tardiſſime ꝓueniunt ſemine: quod in ipſo cortice ſub ē ipſo flore opertum lanugine. Ob id
potius caule conciſo inſeruntur & ocellis radicis: ut harundo. Vnum genus inſeritur pallidæ ſpinoſæ lō-
giſſimis uirgis quinque foliæ: quæ e græcula altera eſt. Omni autem reciſione atq; uſtione ꝑficit. Tranſla
tione quoq; ut uitis optime ociſſimeq; ꝓuenit. Surculis quaternum digytorum longitudine aut amplio
re poſt uergiliaꝝ occaſum ſata. Dein per fauonium tranſlata: pedalibus interuallis: crebroq; circūfoſſa.
Qui præcocē faciunt pedali circa radicē ſcrobe aqua calida infundūt: germinare incipiēte calice.

De lilio tria genera: & ratiōe ea inſerendi. Cap. v.

Ilium roſæ nobilitate proximum eſt: & quadam cognatione unguenti oleiq;: quod liliō appel
l latur. Et impoſitum etiam maxime roſas decet medio ꝓuentu earum incipiens. Nec ullis flo-
rum excelſitas maior. Interdum cubitorum trium. Languido ſemper collo: & nō ſufficiēte ca-
pitis oneri. Candor eius eximius. Foliis foris ſtriatis: & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxanti-
bus effigie calathi. Reſupinis per ambitum labris. Tenuiq; filo & ſemine ſtantibus in medio crocis. Ita
odor colorq; duplex. ut alius calicis: alius ſtaminis: differentia anguſta. In unguenti uero oleiq; uſu fo-
lia nō ſpernuntur. Eſt flos nō diſſimilis illi in hærba quam cōuoluulum uocant: naſcens per frutera: nul-
lo odore: nec crocis intus: candorem tantum referens: ac ueluti rudimentum naturæ lilia facere cōdiſcen
tis. Alba lilia iiſdem omnibus modis ſeruntur: quibus roſa. Et hoc amplius lachryma ſua: ut hippoſeli-
num. Nihilq; eſt fœcundius. Vna radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos. Eſt & rubens lilium: qd
græci crinon uocant. Alii florem eius cynorhodō. Laudatiſſimum in anthiochia & laodicea ſyriæ: mox
in phaſelide. Quartum locum optinet in italia naſcens. Sunt & purpurea lilia: aliquando gemino caule
carnoſiore tantum radice: maioriſq; bulbi: ſed unius. Narciſum uocant huius alterum genus flore candi
do: calice purpureo. Differentia a liliis ē & hæc q; narciſis folia in radice ſunt probatiſſimis in lyciæ mon
tibus. Tertio generi cætera eadem. Calix hærbaceus: omnes ſerotini. Poſt arcturum enim florēt: ac per
æquinoctium

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 321 sur 536

æquinoctium autumnum. Inuenta eſt in hiis & ratio inſerendi monſtrificis hominum ingeniis. Colligũ
tur namq; menſe iulio ſcapi areſcentes: liliaq; ſuſpenduntur in fumo. Dein nudantibus ſe nodulis in fæce
nigri uini uel græci menſe martio macerantur: ut colorem accipiant: atque ita in ſcrobiculis ſeruantur he
minis fæcis circunfuſis. Sic fiunt purpurea lilia mirumq; ita tingi aliquid ut naſcatur infectum.

De uiolis & de calta: & de baccare: & combreto. Cap. vi.

u Iolis honos proximus. Earum plura genera. Purpureæ: luteæ: albæ: plantis omnes ut olus ſa-
tæ. Ex iis uero quæ ſponte apricis & macris locis proueniunt purpureæ latiore folio ſtatim Opacis
ab radice carnoſo exeunt: ſolæq; græco nomine a cæteris diſcernuntur: appellatæ ia: ut ab iis:
Ianthina ueſtis. Sed ſatiuis maxima auctoritas luteis. Genera iis tuſculana & quæ marina appellatur.
Folio aliquanto latiore: ſed minus odorato. In totum uero ſine odore: minutoq; folio calathiana munuſ
autumni: cæteris ueris. Proxima ei calta eſt concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam
quinq; folia non excedententem. eadem odore ſuperatur. Eſt enim grauis calta. Non leuior ei quam ſco
pam regiam appellant: quãquã folia eius oleant: non flores. Baccar quoq; radicis tantum odoratæ eſt: a
quibuſdam nardum ruſticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri ſolita apud antiquos Ariſtopha-
nes priſce comœdiæ poeta teſtis eſt. Vnde quidam errore falſo barbaricam eam appellabant. Odor eſt
ei cinnamomo proximis. Gracili ſolo nec humido prouenit. Simillimum ei combretum appellatur fo-
liorum exilitate uſq; in fila extenuata: & procerius q̃ baccar. Nec hæc ſunt tãtum: ſed eorum quoq; error
corrigendus eſt: qui baccar ruſticum nardum appellauere. Eſt enim alia hærba ſic cognominata. quam
græci aſaron uocant: cuius ſpeciem figuramq; diximus in nardi generibus. Quinimo aſaron inuenio uo
citari: quoniam in coronas non addatur. Crocum ſilueſtre optimum ſerere in italia minime expedit: ad
ſcrupula uſq; ad ſingula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo. Satiuum latius maiuſq; & nitidius:
ſed multo leuius degenerans. Sec nec ubiq; fœcundum etiam cyrenis: ubi ſemper flores laudatiſſimi. Pri
ma nobilitas cilicio croco: & ibi corico monte. Dein lycio monte olympo. Mox centuripino ſiciliæ. Ali-
qui phlegræo ſecundum locum dedere. Adulterarur nihil æque. Probatio ſinceri impoſita manu crepat
ueluti fragile. Humidum enim: quod euenit adulteratione: ſedet. Altera probatio ſi manu ꝓlata ad ora
leniter faciem oculoſque mordeat. et per ſe genus ſatiui blandiſſimum uulgo: cum ſit medio candidum
dialeucon uocant. Contra cyrenaico uitium: quod omni croco nigrius eſt: & celerrime marceſcit. Opti-
mum ubicunq; quod pinguiſſimum & breuibus capillis: Peſſimum uero eſt quod ſitum redolet. Mutia
nus auctor eſt in lycia anno ſeptimo: aut octauo tranſferri in locum ſubactum: atque ita degenerans
renouari. Vſus eius in coronis nuſquam. Hærba enim eſt folio anguſto pene in capillamenti modum.
Sed uino mire cõgruit: præcipue dulci tritum & ad theatra replenda. Floret uergiliarum occaſu paucis
diebus folioq; florem expellit. Viret bruma & colligitur. Siccatur umbra melius etiam hyberna. Carno
ſa & illi radix: uiuaciorq; q̃ cæteris. Gaudet calcari: & atteri pede: pereũdoq; melius prouenit. Ideo iuxta
ſemitas ac fontes lætiſſimum.

De floribus antiquis: & de odoramentorum diuerſitate: ſaliunca: & polio. Cap. vii.

t Roianis tpibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus tris laudat: lotõ: crocõ: hya-
cinthũ. Oium aũt odoramentoꝝ atq; adeo hærbaꝝ differẽtia eſt in colore: & odore: & ſucco.
Odorato ſapor uero ulli nõ amarus. e cõtrario dulcia raro odorata. Itaque & uina odoratiora
muſtis. Silueſtria magis oia ſatiuis. Quorundã odor ſuauior e longinquo: ꝓprius eſt admotus hebeta
tur ut uiolæ. Roſa recens a longinquo olet: ſicca ꝓpius. Omnis aut uerno tempore acrior: & matutinis.
Quicqd ad meridianas horas diei uergit hebetaṫ. Nouella quoq; uetuſtis minus odorata. Acerrim9 ta
men odor omnium æſtate media. Roſa & crocum odoratiora cum ſerenis diebus leguntur: & omnia in
calidis magis q̃ in frigidis. In ægypto tamen minie odorati flores: qa nebuloſus roſcidus & aer eſt a nilo
flumine. Quorundam ſuauitati grauitas ineſt. Quædam cum uirent nõ olent ꝓpter humorem nimiũ:
ut buceros quod eſt fœnogræcum. Acutus odor nõ oium ſine ſucco ẽ: ut uiolæ: roſæ: croco. Quæ uero
ex acutis ſucco carent: eorum oium odor grauis: ut in lilio utriuſq; generis. Ambrotonum & amaracus
acres habent odores. Quorundã flos tantũ iucundus: reliquæ partes ignauæ. ut uiolæ ac roſæ. Hortẽſiũ
odoratiſſima quæ ſicca: ut ruta: menta: apiũ: & quæ in ſiccis naſcũtur. Quædã uetuſtate odoratiora: ut
cotonea: eadẽq; decerpta q̃ in ſuis radicibus. Quædã nõ. niſi defracta: aut ex attritu olent. Alia nõ niſi de
tracto cortice. Quædam uero nõ niſi uſta: ſicut thura myrrhæq;. Fores triti oẽs amariores q̃ intacti. Ali
qua arida diutius odorẽ cõtinẽt ut melilotos. Quædã locũ ipſum odoratiorẽ faciũt: ut iris. quin & arbo
rẽ totã cuiuſcũq; radices attingũt. Heſpis noctu magis olet: inde noie inuẽto. Aialiũ nullũ odoratũ: niſi
de pantheris qcq̃ dictũ eſt ſi credimus. Illa quoq; nõ omittẽda differẽtia: odoramentoꝝ multa nihil per
tinere ad coronamenta: ut irin: atq; ſaliuncã: q̃q̃ nobiliſſimi ſit odoris utraq;. Sed iris radice tantum cõ-
mendatur unguentis aut medicinæ naſcens. Laudatiſſima in illyrico. Et ibi quoq; nõ maritimis ſed in ſil
ueſtribus drilonis & narone. Proxima in macedonia. Laudatiſſima hæc & candicans. Et ex illis tertium

loeũ habet africana ampliſſima inter oẽs:guſtuq; amariſſima.Illyrica quoq; duoꝝ geneꝝ eſt. Raphani-
tis a ſimilitudine:quæ & melior.Rhizothomos ſub ruſa.Optima quæ ſternutamẽta tactu mouet. Cau
lẽ habet cubitalẽ:& rectũ.Floret diuerſi coloris ſpecie:ſicut arquus celeſtis unde & nomẽ.Nõ ĩprobatur
& piſidica.Et foſſuri tribus ante menſibus mulſa aqua circũfuſã hoc ueluti placamento terræ blandiunť
circũſcriptã mucrone gladioue triplici:& cũ legerint eã protinus in cælũ attollunt.Natura eſt feruens.
Tractataq; puſtulas ambuſti modo facit.Præcipitur ante oĩa ut caſti legant.Terredines nõ ſicca mõ:ue
rum & in terra celerrime ſentit.Optimũ antea irinũ leucade & elide ferebať.Iãpridẽ.n.& ſeritur. Nunc e
pãphilia.Sed cilicũ maxime laudať:atq; e ſeptẽtrionibus.Saliunca folioſa quidem eſt:ſed breuis:& quæ
necti nõ poſſit.Radici numeroſæ coheret.Hærba uerius q̃ flos:denſa ueluti manu preſſa breuiterq; ce-
Soliditatiſ ſpes ſui generis.Pãnonia hanc gignit & norica:alpiumq; aprica urbiũ eporredia:tantæ ſuauitatis ut me-
tallũ eſſe cœperit.Veſtibus interponi eã gratiſſimũ.Sic & apud græcos polion hærbã ĩclytam Muſei &
Heſiodi laudibus:ad oĩa utilẽ prædicantiũ: Supq; cætera ad famã etiã dignitatis.Prorſuſq; mirã:ſi mo-
do ut tradunt:folia eius mane candida:meridie purpurea:ſole occidente cerulea aſpiciunť . Duo genera
eius campeſtre maius.Silueſtre quod minus eſt.Quidã teuthriõ uocant.Folia canis hoĩs ſimilia: a radi
ce ꝓtinus nunq̃ palmo altiora.Et de odoratis floribus ſatis dictũ: ĩ qbus unguẽta uiciſſe naturã gaudẽt.

De ueſtium æmulatione cum floribus & amaranto & chryſocome ſiue chryſiti. Cap.viii.

Vxuria ueſtibus quoq; ꝓuocauit eos flores:qui colore cõmendantur. Hos animaduerto tres
l eſſe principales.Vnum in cocco qui in roſis micat.Gratius nihil traditur aſpectu:& in purpu
ras tyrias dibaphaſq; ac laconicas.Alium amethyſton:qui uiola:& ipſe in purpureum: quẽq;
Ianthinum appellauimus.Genera enim tractamus in ſpecies multas ſeſe ſpergentia. Tertius eſt qui pro
prie cõchilii intelligitur multis modis.Vnus in heliotropio & in aliquo ex iis plerunq; ſaturatior. Alius
in malua ad purpuram inclinans.Alius in uiola ſerotina conchyliorum uegetiſſima.Paria nunc compo
nuntur:& natura atq; luxuria depugnante.Lutei uideo honorem antiquiſſimum in nuptialibus flãmeis
totum fœminis conceſſum.Et fortaſſis ideo non numerari inter principales:hoc eſt cões maribus ac fœ-
minis:quoniam ſocietas principatum dedit.Amarantho nõ dubie uincimur.Eſt autẽ ſpica purpurea ue-
rius q̃ flos aliquis:& ipſe ſine odore.Mirumq; in eo.gaudere decerpi:& lætius renaſci.Prouenit auguſto
menſe.Durat in autumnum.Alexandrino palma:qui decerptus aſſeruatur.Mirumq; poſtq̃ defecere cũ
cti flores madefactus aqua reuiuiſcit:& hybernas coronas facit.Summa eius natura in noĩe eſt appella-
to,quoniã non marceſcit.In noĩe eſt & cyani colos.Item holochryſi.Omnes aũt hi flores non fuere ĩ uſu
Alexandri magni ætate:quoniã proximi a morte eius auctores ſiluere de illis.Quo manifeſtum eſt po-
ſtea placuiſſe.A græcis tamen repertos quis dubitet:ʻnõ aliter italia uſurpante noĩa illorum . At Hercu-
les ptilio ipſa nomẽ impoſuit autumnali circaq; uepres naſcenti.Et tantum colore cõmendatur qui eſt ro
ſæ ſilueſtri.Folia parua quina.Mirũq; in eo flore inflecti cacumen & nõ niſi intorto folia naſci paruo cali
ce ac uerſicolori luteum ſemen includente.Luteus & bdellio paſtillicantibus quinquageniſquinis barbu-
lis coronatur.Pratenſes hi flores:ac ſine uſu:& ideo pleriq; ſine noĩbus.Quin & his ipſis alia alii uocabu
la ĩponunt.Chryſocome ſiue chryſitis nõ habet latinam appellationẽ.Palmi altitudine eſt : comantibus
fulgore auri corimbis:radice nigra ex auſtero dulci.In petroſis opaciſq; naſcens.

De honore coronarum:& cyclamino & meliloto & trifolio tria genera eius. Cap.ix.

T fere peractis colorum celeberrimus tranſeat ratio ad eas coronas quæ uarietate ſola placẽt.
e Duo earum genera quãdo aliæ floræ conſtant: aliæ folio.Florem eſſe dixerim geniſtas . Nãq;
& iis decerpitur luteus.Itẽ rhododendrõ.Itẽ zizipha:quæ & cappadocia uocãtur.Iſq; odora-
tus ſimiliſq; oleaꝝ floribus.in uepribus naſciť cyclaminũ:de quo plura alias.Flos eius coloſſinus in co-
ronas admittiť.Folias milacis & hederæ in coronamẽtum ſe dedere. Coronæq; eaꝝ optinẽt principatũ.
De quibus in fruticũ loco abunde diximus.Sunt & alia genera noĩbus græcis indicãda:quia noſtris ma
iore ex parte nomẽ dare iis defuit cura.Et pleraq; eoꝝ in exteris terris naſcunť nobis tamẽ cõſectata: qñ
Irygnon de natura ſermo nõ de italia eſt.Ergo in coronamenta folio uenere melothron:ſpireõ : triganõ:cneoron:
quod caſiã Higinus uocat.Et quod cunilaginẽ:coniza:meliſophyllon:quod apiaſtrũ:meliloton:quod
ſertulã cãpanam uocãt.Eſt enim in cãpania italiæ laudatiſſima:a gręcis in ſunio:mox calcidica & cretica
ubicunq; uero aſperis & ſilueſtribus nata.Coronas ex hac antiquitus factitas indicio eſt nomen ſertulæ:
quod occupauit.Odor eius croco uicinus eſt & flos:ipſa cana.Placet maxime foliis breuiſſimis atq; pin
guiſſimis.Folio coronat & trifoliũ.Tria eius genera.Minyantes uocant græci.Alii aſphaltion maiore fo
lio quo utũtur coronarii.Alterum acuto oxytriphillon.Tertium ex omnibus minutiſſimum. Inter hæc
neruoſi cauliculi quibuſdam:ut marathro:hippomarathro:myophono.Vtuntur e ferulis & corymbis:
& hederæ flore purpureo.Eſt & in alio genere earum ſilueſtribus roſis ſimilis. Et in iis quoq; colos tan-
tum delectat.Odor autem abeſt.Et cneori duo genera nigri atque candidi.Hoc & odoratum.Ramoſa
ambo.Florent poſt æquinoctium autumni.

De origano

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 323 sur 536

De origano & thymo & melle attico:& conyza:& Iouis flore:& helenio: & ambrotono:
& leucantemo. Cap.x.

Otidē & origano in coronamentis ſpēs. Alterius.n. nullū ſemen.id aūt cui odor eſt creticum
t uocať. Totidē & thymi:candidū ac nigricans. Floret aūt circa ſolſtitia:cū & apes decerpūt. et
auguriū mellis eſt. Prouentū.n. ſperant apiarii large florēre eo. Læditur hymbribus amititq;
florem. Semen thymi nō pōt deprehendi:cū origani perq̄ minutū nō tamen fallat. Sed qd intereſt id oc-
cultaſſe naturā? In flore ipſo intelligiť: ſatoq; eo naſcitur. Quid nō tētauere hoies? Mellis attici i toto or- Interlegiť
be ſumma laus exiſtimať. Ergo tranſlatū eſt ex attica thymū:& uix flore(uti docemus)ſatum. Sed alia
rō naturæ obſtitit:nō durante attico thymo:niſi in afflatu maris ſeratur. Erat qdē hæc opinio antiqua in
oī thymo. Ideoq; nō naſci in arcadia. Tunc oleā nō putabant gigni:niſi intra trecenta ſtadia a mari. Thy
mis quidē nūc etiā lapideos campos in prouincia narbonēſi refertos ſcimus. Hoc pene ſolo redditu e lō-
ginquis regionibus pecudū milibus cōuenientibus ut thymo ueſcantur. Et conizæ duo genera in corona
mentis:mas & fœmina. Differētia in folio. Tenuius fœminæ & conſtrictius anguſtiuſq;. Imbricatū ma-
ris & ramoſius. Flos quoq; magis ſplēdet eius. Serotinus utriq; poſt arcturū. Mas odore grauior. Fœmi
na acrior. Et ideo cōtra beſtiaꝝ morſus aptior. Folia fœminæ mellis odorem habent. Maſculæ radix a q
buſdā libanotis appellatur: de qua diximus. Et tantū folio coronāt Iouis flos:amaracus : hemerocalles
ambrotonum:helenium:ſiſymbriū:ſerpillum. Oīa ſurculoſa roſæ modo. Colore tantūmodo placet Io-
uis flos. Odor abeſt ſicut & illi qui græce phlox uocatur. et ramis aūt & folio odorata ſunt excepta ſer-
pillo. Helenium e lachrymis Helenæ dicitur natum. Et ideo in helena inſula laudatiſſimū. eſt aūt frutex
humi ſe ſpergens dodrātalibus ramulis:folio ſimili ſerpillo. Abrotonum iucūdi odoris eſt & grauis. Flo
ret æſtate. Flos aurei coloris. Vacuū ſponte ꝓuenit. Cacumine ſuo ſe ꝓpagat. Seritur aūt ſemine melius
q̄ radice aut ſurculo. Semine quoq; non ſine negocio plantaria transferūtur. Sic & adonium. Vtrūq; æſta
te. Alſioſa enim admodū ſunt:& ſole nimio læduntť. Sed ubi cōualuere ritu uitis fruticāt. Ambrotono
ſimile odore leucanthemum eſt flore albo folioſum.

De amaraco uel ſanſuco:& nyctegreto:& meliloto:& uiola alba:& codiamino & de ſilueſtribus bul
bis:& heliochryſo:& lychnis:& de herbis citra mare. Cap.xi.

Maracū Diocles medicus & ſicula gens appellauere quod ægyptus & ſyria ſanſucum. Seriť amarantū
a utroq; genere & ſemine & ramo:uiuacius p̄dictis & odore melius. Copioſum amaraco æque
q̄ ambrotono ſemen. Sed ambrotono radix una:& alte deſcendens:cæteris in ſummo terræ le
uiter hærens. Reliquorum ſatio autumno fere incipiente:necnō & uere quibuſdā locis quæ umbra gau-
dent & aqua ac fimo. Nyctegreton inter pauca miratus eſt Democritus:coloris ignei:foliis ſpinæ: nec a
terra ſe attollentem:præcipuāq; in gedroſia narrat. Eruitur poſt æquinoctium uernum radicitus. Sicca-
turq; ad lunam.xxx.dies:ita lucens noctibus. Magos parthorumq; reges uti hac hærba ad uota ſuſcipiē
da. Eandem uocari chenamychon:quoniam anſeres a primo conſpectu eius expaueſcant. Ab aliis nycti-
lopa:quoniam e longinquo noctibus fulgeat. Melilotos ubiq; naſcitur. Laudatiſſimū tamen in attica.
Vbicunq; uero recens:nec candicans:& croco q̄ ſimillima. Quāquā in italia odoratior & candida. Florū
prima uer nunciantium uiola alba. Tepidioribus uero locis etiam hyeme emycat. Poſtea quæ appellať
& purpurea. Proxie flāmea:quæ & flox uocať: ſilueſtris dūtaxat. Codiaminon bis anno: uere & autūno. phlogion
Aeſtates hyemeſq; fugit. Seriores ſupradictis aliquādo narciſus:& lilium trans maria. Et in italia quidē
ut diximus per roſam. Nam in græcia tardius etiamnum anemone. Eſt autem hæc ſilueſtrium bulborū
flos:aliaq; q̄ quæ dicetur in medicinis. Sequitur oenanthe:melanion:ex ſilueſtribus helichryſos. Deinde
alterum genus anemones quæ limonia uocatur. poſt hanc gladiolus comitatus hyacinthis. Nouiſſima
roſa. Eadem prima deficit:excepta ſatiua: Cæterum hyacinthus maxime durat:& uiola alba: & oenāthe
Sed hæc ita ſi deuulſa crebro prohibeatur in ſeminibus. Naſcitur locis tepidis. Odor idem ei qui germi-
nantibus uuis. Atq; inde nomen. Hyacinthum comitatur fabula duplex: luctum præferens eius : quem
Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi: ita diſcurrētibus uenis ut græcarum litterarum figura ea le-
gatur inſcripta. Helichryſos florem habet auro ſimilem:folium tenue:cauliculum quoq; gracilem : ſed
durum. Hoc coronare ſe magi' ſi & unguenta ſummantur ex auro : quod apyron uocant : ad gratiam
quoq; & uitæ gloriam pertinere arbitrantur. et uerni quidem flores hi ſunt. Succedūt illis æſtiui lychnis:
& Iouis flos & alterum genus lilii. Item tiphyon & amaracus: quem phrygium cognoīant: ſed maxime Iphyon
ſpectabilis pothos. Duo genera huius. Vnum cui flos hyacinthi eſt. Alterum candidius qui fere naſciť
ad tumulos quonia m fortius durat. et iris æſtate ꝟrens. Abeunt & hi marceſcuntq;. Alii ruſus ſubeūt
autumno. Tertium genus lilii:& crocus:& oriſin in utroq; genere:unum hebes:alterum odoratum: pri
mis omnia hymbribus emicantia. Coronarii quidem & ſpinæ flore utuntur. Quippe cū ſpinæ albæ cau
liculi inter oblectamenta gulæ quoq; condiantur. Hic eſt trans maria ordo florum. In italia uiolis ſucce
dit roſa. Huic interuenit lilium. Roſam cyanus excipit. Cyanum amarāthus. Nam uincaperuinca ſem-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 324 sur 536

per uiret ī modum lineæ foliis geniculatim circūdata. Topiaria hærba inopiam tamen floꝶ aliquādo ſupplet. Hæcq; a græcis chamedaphne uocatur. Vita longiſſima uiolæ albæ eſt trimatu. Ab eo tpe degenerat. Roſa & quinquēnium perfert nō reciſa nec aduſta. Illo.n.mō iuueneſcit. Diximus & terram referre plurimū. Nam in ægypto ſine odore hæc omnia. Tantūq; myrtis odor præcipuus. Alicubi etiam binis menſibus antecedit geminatio omnium. Roſaria a fauonio foſſa oportet eſſe: iterūq; ſolſtitio. Et id agendum ut intra id tempus purgata & pura ſint.

De cura apum: pabulo & morbis earum: & remediis. Cap .xii.

[u] Erum hortis coronamentiſq; maxime aluearia & apes cōueniunt: res præcipui quæſtus cōpendiq; cum fauit. Harum ergo cā oportet ſerere thymum: apiaſtrū: roſam: uiolas: lilium: cytiſum: fabā: eruilium: cunilā: papauer: conizā: caſiam: melilotum: meliſſophyllū: cerinthen. Eſt aūt cerinthe folio candido: incuruo cubitalis: capite cōcauo: mellis ſuccum habente. Hoꝶ florum auidiſſimæ ſunt atq; etiā ſinapis: quod miremur cum oliuæ florē ab iis nō attingi conſtet: Ideoq; hanc arborem procul eſſe melius ſit: cum aliquas q̄ proxime ſeri cōueniat: quæ & euolātium examina iuitent nec lōgius abire patiātur. Cornum quoq; arborem caueri oportet. Nam flore eius deguſtato aluo concita moriuntur. Remediū ſorbam contuſam e melle præbere iis uel urinam hoīum: uel boum: aut grana punici mali amineo uino conſperſa. Et geniſtas circūſeri aluearíis gratiſſimum. Mirum eſt dignumq; memoratu de alimentis quod cōperi. Hoſtilia uicus abluitur pado. Huius inquilini pabulo circa deficiente imponunt nauibus aluearia: noctibuſq; ad quina milia paſſuum contrario amne naues ſubeunt. Egreſſæ luce apes paſtæq; ad naues quottidie remeant: mutātes locum donec pondere ipſo preſſis nauibus plena aluearia intelligantur: reuectiſq; eximuntur mella.

De uenenato melle: & de remediis mellis uenenati: & mellis inſani. Cap.xiii.

[e] T in hiſpania mulis ꝓuehunt ſimili de cā. Tantūq; pabulū refert: ut mella quoq; uenenata fiant. Heracliæ in ponto quibuſdam annis pernicioſiſſima exiſtunt: ab iiſdem apibus facta. Nec dixere auctores e quibus floribus ea fierent. Nos tamen trademus quæ cōperimus. Hærba eſt alba. Vexatio quidem iumentorum eſt: ſed præcipue caprarum appellata ægolethron. Huius flore concipiunt noxii in uirus aquoſo uere marceſcente. Ita fit ut nō oībus annis ſentiatur hoc malum. Venenati ſigna ſunt q; oīno nō denſatur: q; color magis rutilus eſt: odor alienus ſternutamenta ꝓtinus mouens: quod ponderoſius innoxio. Qui edere abiiciunt ſe humi refrigerationē quærentes. Nam & ſudore diffluunt. Remedia ſunt multa: quæ ſuis locis dicemus. Sed quoniam ſtatim repræſentari aliqua in tantis inſidiis oportet: mulſum uetus e melle optimo & ruta: ſalſamenta etiā ſi reiiciantur ſumpta crebro. Certum eſt id malum per excrementa ad canes etiā peruenire: ſimiliterq; torqueri eos. Mulſum tamen ex eo inue

Sale dioſc, teratū īnocuum eſſe cōſtat. Et fœminarum cutē nullo melius emendari cū coſto: ſugillata & aloe. Aliud genus in eodē ponti ſitu uiget ex annona mellis: quod ab inſania quā gignit mænomenō uocant. Id exiſtimatur cōtrahi flore rhododendri: quo ſcatent ſiluæ. Genſq; ea cū cæram in tributa romanis præſtet: mel quoniam exitiale eſt nō uendit. Et in perſide & in mauritania cæſarienſis getulia cōtermina maſyllis uenenati faui gignūtur. Quidāq; a parte: quo nihil eē facilius pōt: niſi q; liuore deprehendūtur. Quid ſibi uoluiſſe naturā iis arbitremur inſidiis? ut ab iiſdem apibus: nec oībus annis fierent: aut nō totis fauis. Parū enim erat genuiſſe rem in qua uenenum facillime daretur. etiam ne hoc ipſa in melle tot animalibus dedit? Quid ſibi uoluit? niſi ut cautiorē minuſq; auidum faceret hoīem. Non enim ipſi melli ſed apibus iā cuſpides dederat & quidem uenenatas. Remedium aduerſus has utiq; nō differendo. Ergo maluæ ſucco aut foliorum hederæ perungi ſalutare eſt. Vel percuſſos eas bibere. Mirum tamen eſt uenena portantes ore fingenteſq; ipſas nō mori. Niſi q; illa domina rerum omnium hanc dedit repugnantiā apibus. Sicut contra ſerpentes pſyllis: marſiſq; inter homines.

De melle quod muſcæ non attingunt: & aluearíis: & cura eorum ſi famem ſentiunt apes: & quomodo cæra fiat. Cap.xiiii.

[a] Liud in creta miraculum mellis. Mons eſt carina nouem milia paſſuū ābitu. Intra quod ſpatiū muſcæ non reperiuntur. Natumq; ibi mel nuſq̄ attingunt. Hoc experimento ſingulare medicamētis eligitur. Aluearia orientem æquinoctialem ſpectare conuenit: aquilonem euitēt. Nec fauoniū minus. Aluearia optima cortice. Secunda ferula. Tertia uimine. Multi ea & ſpeculari lapide fecere: ut operantes intus ſpectarent. Circūlini aluearia fimo bubulo utiliſſimum. Operculū: a tergo eſſe ambulatoriū: ut ꝓperatos intus ſit ꝓſper. Si magnus ſit uterus alueariis ꝓuētus aūt ſterilis: ne operādi deſperatiōe curā abiiciant: id paulatim reduci oportet fallente operis incremēto. Aluearia hyeme ſtramēto opiri crebro ſuffiri: maxime fimo bubulo. Cognatum hoc iis: & innaſcētes beſtiolas necat: araneos: papiliones: teredines: apeſq; ipſas excitat. Et araneoꝶ quidem exitiū facilius eſt. Papilionum maior peſtis. Tollitur uero cum matureſcit malua noctu interlunio cælo ſereno accenſis lucernis ante alueos. In eam flāmā ſeſe īgerūt. Si cibus de eſſe ſentiat. apibus uuas paſſas ſiccas ue ficoſq; tuſas ad fores eaꝶ poſuiſſe cōueniet. Item

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 325 sur 536

ueniet. Item lanas tractas madentes paſſo: aut defruto: aut aqua mulſa. Gallinaꝝ etiam crudas carnes.
Quibuſdā etiam æſtatibus iidem cibi præſtandi: cum ſiccitas continua floꝝ alimenta negat. Alueoꝝ cū
mel eximit̄ illini oportet exitus meliſophyllo aut geniſta tritis: aut medios alba uite præcingere: ne apes
diffugiant. Vaſa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt. Hac decocta fieri ſaluberrimū acetū. Cæra
fit ex expreſſis fauis. ſed ante purificatis aqua: ac triduo ī tenebris ſiccatis: quarto die liquatis igni in nouo
fictili aqua fauos tegente: tunc ſporta collatis. Rurſus in eadem olla coquitur cæra cum eadem aqua: ex
cipiturq; alia frigida: uaſis melle circunlitis. Optima quæ punica uocatur. Proxima q̄ maxime fulua odo
riſq; mellei pura: Natione autem pontica. Quam conſtare equidem miror inter uenenata mella. Denide
cretica. Plurimum enim ex ꝓpoli habet: de qua diximus in natura apū. Poſt has corſica: quoniā ex buxo
fit & habere aliquantā uim medicaminis putat̄. Punica fit hoc mō. Ventilat̄ ſub diuo ſæpius cæra fulua.
Deinde feruet ī aqua marina ex alto petita addito nitro. Inde lingulis eligunt florem: id eſt candidiſſima
quæq; transfunduntq; in uas: quod exiguum marinæ habeat frigidæ. Et rurſus marina decoqunt ſepara-
tim: dehinc uas ipſum refrigerant. Et cum hæc ter fecere: iuncea crate ſub diuo ſiccant ſole: lunaq;. Hoc
enim candorē facit: ſi ſic ſiccatur Et ne liquefaciant protegunt tenui lintheo. Candidiſſima uero fit poſt
inſolationem etiamnum recocta. Punica medicinis utiliſſima. Nigreſſit cæra addito chartarum cinere.
Sicut anchuſa admixta rubet. Varioſq; in colores pigmentis trahitur ad reddendas ſimilitudines & ī nu
meros mortalium uſus: parietumq; etiam & arborum tutelam. Cætera de melle apibuſq; in natura eaꝝ
dicta ſunt. Et ortorum quidem omnis fere ratio peracta eſt.

De hærbis ſponte naſcentibus & aculeatis. Cap. xv.

Equūtur hærbæ ſpōte naſcentes: quibus plæreq; gentium utuntur in cibis. Maximeq; ægyptus
ſ frugum fertilliſſima. Sed ut ſola iis carere poſſit: tanta eſt ciborū ex hærbis abundātia. In italia
pauciſſimas nouimus: fraga: tānū: ruſcum: batin marinam: batin hortēſianā: quā aliqui aſpagū
gallicum uocāt. Præter has paſtinacā pratenſem: lupū ſalictarium: eaq; uerius oblectamēta q̄ cibos. In
ægypto nobiliſſima eſt colocaſia: quam cyamon uocant aliqui. Hanc a nilo metunt: caule cum coctus ē
harenoſo in mādendo. Thyrſo aūt qui inter folia emicat: ſpectabilis foliis latiſſimis etiā ſi arbores com- Araneoſo
parent̄: ad ſimilitudinē eorum: quæ perſona in noſtris amnibus uocamus. Adeoq; nili ſui dotibus gau- Perſonatię
dent: ut īplexis collocaſſiæ foliis ī uariā ſpeciem uaſoꝝ potare gratiſſimū habeāt. Seritur iam hæc ī italia uel pſola-
et in ægypto. Proxima auctoritas cicorio eſt: quā diximus ītubum erraticū. Naſcitur poſt uergilias. Flo tæ
ret particulatim. Radix ei lenta: quare etiā ad uincula utunt̄ illa. Anthaliū longius a flumine naſcit̄ me- Haud lon
ſpili magnitudine & rotunditate: ſine nucleo: ſine cortice: folio cyperi. Mandūt igni patū. Mandūt & oe- gi9. theop.
tum: cui pauca folia minimaq; ueꝝ radix magna. Arachidna quidē & aracos cū habeāt radices ramoſas Aracoides
ac multiplices: nec foliū nec hærbā ullā: aut quicq̄ aliud ſupra terrā habēt. Reliqua uulgariū ī cibo apud
eos hærbaꝝ noīa: andriala: hypocheris: & caucalis anthriſcū: ſcandix: come ab aliis tragopogō foliis cro- Chondryl
co ſimillimis: parthenium ſtrychnum: corcorus. Et æquinoctio naſcentes aphace: acinos: quam epipe- la
tron uocant: quæ nunquā floret. At e cōtrario aphace ſubinde marceſcente flore emittit aliū tota hyeme
totoq; uere uſq; in æſtatē. Multas præterea ignobiles habent. Sed maxie celebrāt cnicō italiæ ignotā: ipis
aūt oleo nō cibo gratā. Hoc faciūt ex ſemine eius. Differētia pria ſilueſtris & ſatiuæ. Silueſtriū duæ ſpēs.
Vna mitior eſt ſimili caule tm̄ rigido. Itaq; & colu. antiquæ mulieres utebātur. Ex his quā quidā atracty-
lida uocant. Semē eius candidū: & grāde: amarū. Altera irſutior toroſiore caule: & qui pene humi ſerpat
minuto ſemine. Aculeataꝝ hæc eſt generis: qm̄ diſtinguēda ſunt & genera. Ergo quædā hærbaꝝ ſpinoſa
ſunt: quædā ſine ſpinis. Spinoſaꝝ multæ ſpēs. In totū ſpina eſt aſparagus ſcorpio: nullū enim foliū hēt.
Quædā ſpinoſa foliata: ut carduus eryngion: glycyrrhizon: & urtica. Iis. n. omnibus foliis ineſt aculeata
mordacitas. Aliqua & ſecundū ſpinā habent foliū: ut tribulus: & ononis. Quædam in folio habent & in
caule ut phleos: quod aliqui ſtoeben appellauere. Hypophies ſpinis geniculatū. Tributa ꝓprietas quod Hippo-
& fructum ſpinoſum habet. Ex oībus iis generibus urtica maxime noſcitur: acetabulis in flore purpureā phyes
lanuginem fundētibus ſæpe altior quinis cubitis. Plures eius differentiæ. Silueſtris quam fœminam uo-
cant mitior. Et in ſilueſtri quæ dicitur cania acrior. Caule quoq; mordaci fimbriatis foliis. Quæ uero etiā
odorē fundit herculanea uocatur. Semen oībus copioſum: nigrum. Mirum ſine ullis ſpinarum aculeis la
nuginem ipſam eſſe noxiam: & tactu tantū leui prurituū puſtulaſq; confeſtim aduſto ſimiles exiſtere. No
tum eſt & remediū olei. Sed mordacitas non ꝓtinus cum ipſa hærba gignitur: nec niſi ſolibus roborata.
Incipiens quidē ipſa naſci uere nō ingrato: multis etiā religioſo in cibo eſt ad pellendos totius anni mor-
bos. Silueſtrium quoq; radix oēm carnem teneriorem facit ſimul cocta. Quæ innoxia eſt morſu carens
aononium uocatur. De ſcorpione dicemus inter medicas. Lamium

De carduo: & helxine: & tribulo: & anchuſa. Cap. xvi.

c Arduus & folio & caule ſpinoſas lanugines habet. Itē acorna: leucacāthos: chalceos: Cnidos:
polycāthos: onopyxos: helxine: ſcolimos. Chameleō in foliis nō habet aculeos. Eſt & illa diffe Ixine

Caulem ra rentia q; quædam in iis multicaulia ramoſaq; ſunt:ut carduus. Vno autem caule nec ramoſum cnidos.
moſum Quædã cacumine tantũ ſpinoſa ſunt:ut eringiũ. Quædã æſtate florent:ut tetralix & helxine. Scolimus
quoq; floret ſero & diu Acorna colore tantũ rufo diſtiguit̃:& pinguiore ſucco. Idẽ erat atractylis quoq;
niſi candidior eſſet:& niſi ſanguineum ſuccum funderet. Qua de cauſa phonos uocatur a qbuſdã:odore
etiam grauis:ſero matureſcẽte ſemine:nec ante autũnũ:q̃q̃ id de oĩbus ſpinoſis dici poſſit. Verũ omnia
hæc & ſemine & radice naſci poſſunt. Scolimos carduorum generis ab iis diſtat:q; radix eius ueſcẽdo eſt
decocta. Mirum q; ſine interuallo tota æſtate aliud floret in eo genere:aliud cõcipit:aliud parturit. Acu
lei areſcente folio deſinunt pungere ixine rara uiſu eſt:neq; in omnibus terris eſt:radice folioſa:ex qua me
dia ueluti malum extuberat. Contectum ſua frõde. Huius uertex ſummus lachrimam continet iucundi
ſaporis acanthicen maſticem appellatam. Et cactos quoq; ĩ ſicilia tantũ naſcitur ſuæ proprietatis & ipſa.
Cuius in terra ſerpunt caules e radice emiſſi lato folio & ſpinoſo:caule ſq; uocant cactos. Nec faſtidiunt
in cibis inueteratos quoq;. Vunm caulem rectum habent:quem uocant pternica:eiuſdem ſuauitatis:ſed
uetuſtatis impatientem. Semen ei lanuginis:quem pappon uocant:quo detracto ex cortice teneritas ſi-
milis cerebro palmæ eſt:uocant aſcaliam. Tribulus non niſi in paluſtribus naſcitur. Dira res alibi. Iuxta
nilum & ſtrymonẽ amnes excipitur in cibis. Inclinatus ĩ uadum:folio ad effigiẽ ulmi:pediculo lõgo. At
in reliquo orbe genera duo uni Cicerculæ folia alteri aculeata. Hic & ſerius floret. Magiſq; ſepta obſidet
uillarum. Semen ei rotõdius:nigrum in ſiliqua. Alteri harenaceum. Spinoſoꝝ etiãnũ aliquid genus ouo
nis. In ramis.n.ſpinas habet appoſito folio rutæ ſimili:toto caule foliatum in modum coronæ:ſequitur
a frugibus:aratro inimicum:uinaxq; præcipue. Aculeatarum caules aliquarum per terram ſerpũt:ut eius
quã coronopon uocãt. Et ex diuerſo ſtans anchuſa inficiẽdo ligno cæriſq; radice apta. Eſt autẽ mitior iis
anthemis:& phylanthes:anemone:& aphace:caule foliato eſt:& crepis & apate. Differentia foliorum &
hic quæ in arboribus breuitate pediculi ac longitudine:anguſtiis ipſis foliorum:amplitudine:angulis:i
ciſuris:odore:flore. Diuturnior hic quibuſdam per partes florentibus ut in ocimo. Heliotropio:aphace:
onocichle.

Differentia hærbaꝝ per folia:& quæ hærbæ toto anno floreant:
& haſtula regia:& piſtana:& de gladiolo. Cap.xvii.

m Vltis inter hæc æterna folia:ſicut quibuſdã arboꝝ. In primiſq; heliotropio:adianto. Aliud rur-
Conops ſus ſpicataꝝ genus:ex quo eſt Cynops:alopecuros:ſtelephuros:quã quidã ortygia uocãt. Alii
plantaginẽ:de qua infra dicemus inter medicas. thryallis ex iis. Alopecuros ſpicã habet,mollẽ & lanugi-
nem denſam:nõ diſſimilẽ uulpiũ caudis:unde ei & nomen. Proxima eſt ei & ſelepyros:niſi q; illa particu
latim floret. Cicorion & ſimilia circa terram folia habẽt germinãtes ab radice poſt uergilias. Perditia quã
& æoliæ gentes & ægyptii edunt:nomen dedit auis id maxime eruens. Craſſas plurimaſq; habet radices.
Item ornithogale caule tenero:candido:ſemipedali radice bulboſa:molli tribus aut quattuor agnatis.
Coquitur in pulte. Mirum loton hærbam & ægilopa nõ niſi poſt annum e ſemine ſuo naſci. Mira & an-
themidis natura:q; a ſummo flore incipit:cum cæteræ omnes quæ particulatim florent:ab ima ſui parte
incipiant. Notabile & in lappa quæ adhæreſcit:quoniam in ipſa flos naſcitur. non euidens: ſed intus oc-
cultus:& intra ſe germinat:uelut animalia quæ in ſe pariunt. Item circa opuntem opuntia eſt hærba etiã
homini dulcis. Mirũq; e folio eius radicẽ fieri ac ſemina naſci. Iaſſione unum folium habet: ſed ita ĩplica-
Apate tum:ut plura uideãtur. Chondrylla amara eſt:& acri in radice ſucco. Amara & aphace:& quæ picris no
minatur:& ipſa toto anno florens:nomen ei amaritudo ĩpoſuit. Notabilis & ſcyllæ crociq; natura: quæ
cum oẽs hærbæ folium primũ emittant:moxq; in caulẽ rotundent̃:in iis caulis prior intelligit̃ q̃ folium.
Et in croco quidẽ flos impellitur caule. In ſcylla uero caulis exit:deinde flos ex eo emergit. Eadẽq; ter flo
ret(ut diximus)tria tp̃a ſationũ oſtendens. Bulboꝝ generi quidã adnumerant: & cypiri hoc eſt gladioli
radicem. Dulcis ea eſt:& quæ decocta panẽ etiam gratiorem faciat:ponderoſioreq; ſimul ſubacta. Simi
lis eſt & quæ theſion uocat̃:guſtu aſpera. Cæteræ eiuſdẽ generis folio differunt. Aſphodelus oblõgũ &
anguſtum habet. Scylla latũ & tractabile. Gladiolo ſimile nomini. Aſphodelus mandit̃ & ſemine toſto
& bulbo. Sed hoc in cinere toſto:dein ſale & oleo addito. Præterea tuſo cum ficis præcipua uoluptate ut
uidetur Heſiodo. Traditur & ante portas uillaꝝ ſatum remedio eſſe contra ueneficoꝝ noxã. Aſphodeli
mẽtionẽ & Homerus fecit. Radix eius napis modicis ſimilis eſt. Neq; alia numeroſior:octoginta ſimul
aceruatis ſæpe bulbis. Theophraſtus & fere græci principeſque Pythagoras caulem eius cubitalẽ & ſæpe
duum cubitoꝝ foliis porri ſilueſtris anthericon uocauere. Radicẽ uero id eſt bulbos aſphodelon: noſtri
illud albucũ uocant & aſphodelum haſtulã regiã. Ea eſt & caulis acinoſi. Eius do genera faciũt. Albuco
eſt ſcapus cubitalis:& amplius:purus:leuis. De quo Mago præcipit exitu menſis martii & initio aprilis
cum floruerit:nondum ſemine eius intumeſcente demetendum:findendoſq; ſcapos: & quarto die in ſo-
lem proferendos. Ita ſiccatis manipulos faciendos. Itẽ piſtanam dicit a græcis uocari quam iter uluas ſa
gittam appellamus. Hanc ab idibus maii uſq; ad finem octobris menſis decorticari: atq; leui ſole ſiccari
iubet. Idem & gladiolum alterum quem cypiron uocant:& ipſum paluſtrem iulio menſe ſecari iubet ad
radicem tertioq;

radicem:tertioq; die in ſole ſiccari:donec candidus fiat. Quotidie autem ante ſolem occidentem in tectũ
referri:quoniam paluſtribus defectis nocturni rores noceant.

De iunco genera ſex:& de cypero:& de medicamentis eaꝝ & de cypiro:& odorato iunco. Ca.xviii.

Imilia præcipit de iunco quẽ mariſcon appellant:ad texendas tegetes:& ipſum iunio mẽſe exi
ſ mi ante iulium medium præcipiẽs.Cætera deſiccãdo eadẽ quæ de ulua ſuo loco diximus.Al-
terũ genus iuncoꝝ facit:quod marinũ & a græcis oxyſchoenõ uocari inuenio. Tria genera ei9
acuti:ſterilis:quẽ marem oxyn græci uocãt:reliqua fœmenini ferentis ſemen nigrũ:quẽ melancranin uo
cant.Craſſior hic & fruticoſior.Magiſq; etiãnum tertius qui uocatur holoſchoenos . Ex iis melancranis
ſine aliis generibus naſcitur.Oxys autẽ & holoſchoenos eodẽ ceſpite. Vtiliſſimus ad uitilia holoſchenoſ
quia mollis & carnoſus eſt.Fert fructũ uuarum cohærentiũ mõ.Naſcitur autem is quem marem appel Ouorum
lamus ex ſemetipſo:cacumine in terram defixo.Melancranis autem ſuo ſemine.Alioquin oĩum radices
omnibus annis intermoriũtur.Vſus ad naſſas marinas:uitilium nexus:elegantium lucernarum lumĩa
præcipua medullæ amplitudine.Iuxta maritimas alpes tanta ut inciſo uentre ĩpleant pene unciarum la-
titudinẽm.In ægypto uero cribrorum lõgitudinẽ nõ alias utiliorem.Quidã etiãnum unũ geous faciunt
Iunci trianguli cyperon uocãt.Multi enim nõ diſcernunt a cypiro uicinitate nomĩs. Nos diſtinguemus
utrũq;.Cypirus eſt gladiolus ut diximus radice bulboſa:laudatiſſimus in inſulis creta:dein naxo: & po
ſtea phœnice.Cretico candor odorq; uicinus nardo:naxio acrior:phœnicio exiguum ſpirãs nullus ægy-
ptio.Nam & ibi naſcitur.Diſcutit duritias corpoꝝ.Iam enim remedia dicemus:quoniã & florum odo-
rumq; generi eſt magnus uſus in medicina.Quod ad cypiron attinet:Apollodorum quidẽ ſequimur:q
negabat bibendũ q̃q̃ ꝓfeſſus efficaciſſimum eſſe aduerſus calculoſos.Eo fœtas fœminas quidem abort9
facere nõ dubitat.Mirumq; tradit barbaros ſuffitum huius hærbæ excipiẽtes ore lyenes cum ſumere.Et
nõ egredi domibus niſi ab hoc ſuffitu.Vegetiores enim firmioreſq; ſic etiam fieri.Intertriginũ & alarum
uitiis perfrictionibuſq; cum oleo illitum nõ dubie mederi.Cyperos iuncus eſt qualiter diximus angulo-
ſus iuxta terram candidus:cacumine niger:pinguiſq;.Folia ima porraceisexiliora:in cacumine minuta:
inter quæ eſt ſemen.Radix oliuæ nigræ ſimilis:quã cum oblõga eſt cyperida uocant magni in medicina
uſus.Laus cypero prima hãmoniaco:ſecunda rhodio:tertia thracio:nouiſſima ægyptio : quæ & cõfun-
dit intellectum:quoniam & cypiros ibi naſcitur.Sed cyperos duriſſima uixq; ſpirans . Cæteris odor eſt
ipſam nardum imitans.Eſt & per ſe indica hærba:quæ cyperis uocatur:gingiberis effigie: cõmanducata
croci uim reddit.Cypero uis in medicina pſilothri.Illinitur pterigiis:ulceribuſq; genitalium:& quæ ĩ hu
more ſunt omnibus:ſicut oris ulceribus.Radix aduerſus ſerpentium ictus & ſcorpionum præſertim re
medio eſt.Vuluas aperit pota.Largiori tanta uis:expellit eas:urinã ciet & calculos:ob id utiliſſima hy-
dropicis.Illinitur & ulceribus quæ ſerpunt:ſed iis præcipua quæ in ſtomacho ſunt ex uino uel aceto illita
Iunci radix in tribus heminis aquæ decocta ad tertias tuſſi medetur.Semen toſtum & in aqua potum ſi
ſtit aluum:& fœminarum menſes:capitiſq; dolores facit.At qui uocatur holoſchœnos eius quæ ꝓxima
ſunt radicis cõmanducantur aduerſus araneorum morſus.Inuenio etiamnum unum iunci genus: quod
tropicen uocant. Huius ſemie ſomnum allici.Sed modum ſeruãdum ne ſopor fiat. Ob id & odorati iũ Euripicen
ci medicinæ dicent̃:quoniã & ĩ ſyria cœle(ut ſuo loco rettulimus)naſcit̃.Laudatiſſimus ex nabathea iũ-
cus cognoĩe theucitis.Proximus babylonius.Peſſimus ex africa ac ſine odore.Eſt autẽ rotundus uino-
ſæ mordacitatis ad linguam.Sincerus in cõfricando odorẽ roſæ emittit rubentibus fragmentis. Diſcutit
inflationes.Ob id ſtomacho utilis:bileq; & ſanguinẽ reiicientibus.Singultus ſedat.Ructus mouet.Vri
nã ciet.Veſicæ medet̃.Ad muliebres uſus decoquit̃.Opiſtothonicis cum reſina arida imponit̃. Excalfa
ctoria & roſa uteros aſtringit:refrigerat.Vſus eius diuiditur in folia & flores.Capita folioꝝ parteſq; cã-
didæ ungues uocãtur.In flore aũt aliud eſt ſemen.aliud capillus in capite:aliud cortex:aliud calix.Foliũ
ſiccatur:aut tribus modis exprimitur.Per ſe cum ungues nõ detrahuntur:ibi.n.humoris plurimũ . Aut
cũ detractis unguibus reliqua pars aut oleo aut uino macerat̃ in ſole uaſis uitreis . Quidã & ſalẽ admi-
ſcent:& anchuſam nõnulli:aut aſphaltũ:aut iuncũ odoratũ:quia talis maxime ꝓdeſt uuluæ ac dyſente-
ricis.Exprimũtur eadẽ folia detractis unguibus trita per lintheum ſpiſſum in æreum uas:leuiq; igni ſuc-
cus coquitur:donec fiat craſſitudo mellis.ad hoc eligi oportet odoratiſſima quæq; folia.

Ex roſa medicinæ:& de lilio & de narciſo & ex uiola:& de baccare:& cõbreto:& aſaro. Cap.xix.

Inum qũo fieret ex roſa diximus inter genera uini : Vſus ſucci ad aures : oris ulcera gingiuas:
u tõſillas gargarizatus.Stomachum:uuluas:ſedis uitia:capitis dolores.In febre per ſe uel cum
aceto ſõnos:nauſeas.Folia uruntur in calliblepharum.E ſiccis fœmina aſpergunt̃. Epiphoras
quoq; aridis leniunt.Flos ſomnum facit.Inhibet fluctiões md mulieꝝ maxime albas in poſca potus.Et ſan-
guinis excreatiões.Stomachi quoq; dolores quantũ in uini cyatis trib9.Semen iis optimum crócinum:
nec anniculo uetuſtius & in umbra ſiccatur.Nigrum inutile.Dẽtium dolori illinitur.Vrinam ciet.Sto-
macho imponitur.Item igni ſacro nõ ueteri.Naribus ſubductum caput purgat. Capita pota uẽtrem & Subditũ

ſanguinem ſiſtũt. Vngues roſæ eppihoris ſalubres ſunt. Vlcera enim oculorum roſa ſordeſcũt: prætereq̃ i
initiis epiphoræ ita ut arida cũ pane interponatᷓ. Folia quidẽ uitiis ſtomachi: roſionibus & uitiis uentris
& inteſtinorum: & præcordiis utiliſſima uel illita. Cibo quoq; lapati modo condiunᷓ. Cauendus quoq; in
iis ſitus celeriter inſidẽs. Et aridis & expreſſis aliquis uſus. Diapaſmata inde fiunt ad ſudores coercendos:
ita ut a balneis inareſcant corpora: dein frigida abluantur. Silueſtris cum adipe urſino alopecias mirifi
ce emendat. Lilii radices multis modis florem ſuum nobilitauere. Contra ſerpentium ictus ex uino po-
tæ: & contra fungorũ uenena. Propter clauos pedum in uino decoquũᷓ: triduoq; non ſoluunᷓ. Cũ adipe
aut oleo decoctæ pilos quoq; aduſtis reddunt. E mulſo potæ inutilem ſanguinẽ cum aluo trahunt. Ly-
eniq; & ruptis uulſis ꝓſunt. Et mẽſtrui fœminarum in uino decoctæ. Impoſitæq; cum melle neruis præ
ciſis medentur. Contra lichenas & lepras & furfures in facie emendant. Erugant corpora. Folia i aceto co
cta uulneribus imponuntur. Epiphoris teſtium in melle cum hyoſcyamo & farina tritici. Semen illini-
tur igni ſacro. Flos & folia ulcerum uetuſtati. Succus qui flore expreſſus eſt: ab aliis mel uocatur: ab aliis
ſyrium ad emolliendas uuluas: ſudoreſq; feciendos: & ſuppurationes coquendas. Narciſi duo genera in
uſu medici recipiunt. Vnum purpureo flore: & alterũ hærbaceum. Hunc ſtomacho iutilem: & ideo uo
mitorium: aluos quoq; ſoluentem: neruis inimicum: caput grauantẽ. Et a narce narciſum dictũ non a fa
buloſo puero. Vtriuſq; radix mulſei ſaporis eſt. Ambuſtis prodeſt cum exiguo melle. Sic & uulneribus
& luxatis. Panis uero cum melle & auenæ farina. Sic & infixa corpori extrahit in polẽta tritus: oleoq; cõ
tuſus. Medetur & lapide percuſſis. Purgat uulnera permixtus farinæ. Nigras uitiligines emaculat. Ex
hoc flore fit narciſinũ oleum ad emolliendas duricias. Cal facienda quæ alſerint. Auribus eſt utiliſſimus:
ſed capitis dolores facit. Violæ ſilueſtres ſunt & ſatiuæ. Purpureæ refrigerant. Contra inflammationes
illinuntur ſtomacho ardenti. Imponuntur & capiti in fronte. Oculorum priuatim epiphoris: & ſede pro
cidente uulua ue. Et contra ſuppurationes. Crapulã & grauedines capitis impoſitis coronis olfatuue di-
ſcutiũt. Anginas ex aqua potæ. Id quod purpureũ eſt ex iis comitialibus medetur: maxime pueris i aqua
potum. Semen uiolæ ſcorpionibus aduerſatur. Contra flos albæ ſuppurata aperit. Ipſa diſcutit. Et alba
autem & lutea extenuant menſtrua. Vrinam ciunt. Minor uis eſt recentibus. Ideoq; aridis poſt annum
utendum. Lutea dimidio cyatho in aquæ tribus menſes trahit. Radices eius cum aceto illitæ ſedant ly-
enem. Item podagram. Oculorum inflationes cum myrrha & croco. Folia cum melle purgant capitis
ulcera. Cum cæra rimas ſedis. Et quæ in humidis ſunt. Ex aceto uero collectiones ſanant. Baccar in me
dicinæ uſu eſt. Aliqui ex noſtris perpenſam uocant. Auxiliatur contra ſerpentes. Capitis dolores feruo-
reſq;. Item epiphoras. Mammis tumentibus a partu & ægilopiis. Incipientibus ignibuſq; ſacris. Odor
ſomnum gignit. Radicem decoctam bibere ſpaſticis euerſis conuulſis ſuſpirioſis ſalutare eſt. In tuſſi ue-
tere radices eius tres quattuorue decoquũtur ad tertias partes. Hæcq; potio mulieres ex abortu purgat.
Laterum compunctiones tollit & ueſicæ calculos. Tondiᷓ cũ diapaſmate. Veſtibus odoris gratia inſe-
ritur. Combretum quod ſimile eiᵈ diximus tritum cum axũgia uulnera mire ſanat. Aſarum iocinerꝫ uitiis
ſalutare eſſe traditur: uncia ſumptum in hemina mulſi mixti. Aluum purgat hellebori modo. Hidropi
cis prodeſt & præcordiis uuluiſq; ac morbo regio. In muſtum ſi addatur facit uinum urinis ciendis. Effo
ditur cum folia emittit. Siccatur in umbra. Situm celerrime ſentit.

De nardo gallico: & de croco medicinæ: & croco magmate: & ſaliũca: & ſiri & holochryſo
& chryſocome & meliloto. Cap. xx.

T quoniam quidam ut diximus nardum ruſticum noïauere radicẽ baccaris: cõtexemus & gal-
e lici nardi remedia i hũc locum dilata cum diſputaremus de pegrinis arboribus. Ergo aduerſus
ſerpentes duabus drachmis in uino ſuccurrit. Inflationibus coli uel ex aqua uel ex uino. Itẽ ioci
neris & renum ſuffuſiſq; felle. Et hydropicis p ſe uel cum abſinthio. Siſtit purgationes mulierum. impe
tus uero eius quã phun eodem loco appellauimus. Radix datur potui trita uel decocta ad ſtrangulatio
nes uel pectoris dolores uel laterum. Menſes quoq; cit. Bibitur cum uino. Crocũ cum melle non ſoluiᷓ:
nulloq; dulci. Facillime autem uino aut aqua. Vtiliſſimum in medicina. Adſeruaᷓ cornea pyxide. Di-
ſcutit iſlãmatiões oẽs quidẽ. Sed oculoꝝ maxime ex ouo illitus. Vuluaꝝ quoq; ſtrãgulatus. Stomachi
exulcerationes: pectoris: & renum: iocinorum pulmonum: ueſicæq; peculiariter inflãmationi eaꝝ uehe
menter utile. item thuſſi & pleureticis. Tollit & pruritus. Vrinam cit. Qui crocum prius biberint crapu
lã non ſentient. Ebrietati eo reſtitunt. Coronæ quoq; ex eo mulcent ebrietatẽ. Sõnũ facit. Caput leuiter
mouet. Venerem ſtimulat. Flos eius igni ſacro illinitur cũ creta cimolia. ipſum plurimis medicaminib9
miſceᷓ. Collyrio uni nomẽ dedit. Ex eo quoq; expreſſo unguẽto crocino: quod crocomagma appellant.
Habet ſuas utilitates cõtra ſuffuſiões oculoꝝ. Vrinas magis excalfacit q̃ crocũ ipſũ. Optimũ quod gu-
ſtatum ſaliuã denteſq; inficit. iris rufa melior q̃ candida. infantibus eã circunligari. ſalutare eſt. Dẽtiẽtib9
præcipua eſt & tuſſientibus: tinearũue uitio laborãtibus inſtillari. Cæteri effectus eius non multũ a mel
le differunt. Vlcera purgat capitis præcipue. Suppurationes ueteres. Aluũ ſoluit duabus drachmis cum
melle, Tuſſim

melle. Tuſſim: tormina: inflationes pota: Lienes ex aceto. Cõtra ſerpentium & araneorum morſus ex po
ſca ualet. Contra ſcorpiones duaꝝ drachmarũ pondere in pane uel aqua ſumit̃. Contra canũ moſus ex
oleo ĩponitur. Et contra perfrictiões. Sic & neruorum doloribus. Lumbis uero & coxẽdicibus cũ reſina
illinitur. Vis ei cõcalfactoria. Naribus ſubducta ſternutamẽta mouet: caputq; purgat. Dolori capitis co
toneis malis aut ſtruteis illinit̃. Crapulas quoq; orthopnoeas diſcutit. Vomitões cit duobus obolis ſum
pta. Oſſa fracta extrahit impoſita cũ melle. Ad paronychias farina eius utuntur. Cum uino ad clauos
uel uerucas. Triduoq; non ſoluitur. Halitus oris cõmanducata abolet: alarumq; uitia. Succo duricias
oẽs emollit. Somnum conciliat. Sed genituras cõſumit. Sedis rimas & condilomata. Omniaq; in corpo
re excreſentia ſanat. Sũt q ſilueſtrẽ xyrin uocẽt. Strũas hæc uel pãos uel ĩguina diſcutit. Præcipitur ut ſi-
niſtra manu lecta ad hos uſus ſeruetur: colligenteſq; dicãt cuius homĩs utiq; cauſa eximant. Scelus hær
bariorum aperitur in hac mentione: partem eius ſeruantium: & quarũdam aliarum hærbarum ſicuti plã
taginis ſubſtituentium ſi parum mercedis tulliſſe ſeſe arbitrantur. Rurſuſq; ut plus operis acquirant par
tem eam quam ſeruauere eodem loco infodiunt. Credo ut uitia quæ ſanauerint faciãt rebellare. Saliuncæ
radix in uino decocta ſiſtit uomitiones. Corroborat ſtomachum. Polio Muſeus & Heſiodus perungi iu
bent dignationis gratia. Gloriæq; auidos polium tractare colere. Polium contra ſerpentes ſubſternit̃ uel
portatur. Medici in uino decoquunt recens uel aridum: illinuntq; uel ſpleneticis propinãt ex aceto. Mor
bo regio in uino. Et hydropicis incipientibus in uino decoctum. Vulneribus quoq; ſic illinunt. Secun-
das mulierum partuſq; emortuos repellit. Itẽ dolores corporis. Veſicas ſanit. Et epiphoris illinitur. Nec
magis alia hærba conuenit medicamento quod alexipharmacon uocant. Stomacho tamen inutile eſſe.
Caputq; eo impleri: & abortum fieri poto. Aliqui negant. Ad religionem addunt ubi inuentum ſit: pro-
tinus ad alligandum contra oculorum ſuffuſionem. Cauendumq; ne terram attigat. Hi & folia eius thy
mo ſimilia tradunt: niſi q molliora ſunt: & lanatiore canicie. Cum ruta ſilueſtri & ſi teratur ex aqua cæle
ſti aſpidas mitigare dicitur. At nõ ſecus atque ciamus aſtringit & coibet uulnera: prohibetq; ſerpere. Ho Cyrmus
lochryſos medetur ſtranguriæ in uino pota: & oculorum epiphoris illita. Cum fecæ uero uini cremata
in polenta lichenas emendat. Chryſocomes radix calfacit & ſtringit. Datur potui ad iocinerum uitia.
Item pulmonem. Vuluæ dolores in aqua mulſa decocta. Ciet menſtrua. Et ſi cruda detur: hydropi-
corum aquam ſiſtit. Melliſſophyllo ſiue melitena ſi perungantur aluearia non fugient apes. Nullo enĩ
magis gaudent flore. Copia iſtius examina facillime continentur. Item præſentiſſimum eſt contra ictus
earum: ueſparumque & araneorum. Item ſcorpionum. item contra uuluarum ſtrangulationes addito
nitro. Contra tormina e uino. Folia eius ſtrumis illinuntur: & ſedis uitiis cum ſale decocta. Succus fœ-
minas purgat: & inflationes diſcutit: & ulcera ſanat. Articularios morbos ſedat. Caniſque morſus. Pro-
deſt dyſentericis ueteribus: & cœliacis: & ortopnoicis: lyenibus: ulceribus thoracis. Caligines oculorum
ſucco cum melle inungi eximium habetur. Melilotos quoq; oculis medetur cum lacte: aut cum lini ſemi
ne. Maxillarum quoq; dolores lenit. Et capitis cum roſaceo. Item aurium e paſſo. Quæq; in manibus in
tumeſcunt uel erumpunt. Stomachi dolores in uino decocta uel cruda tritaq;. Idem effectus eſt ad uul-
uas. Teſtes uero & ſedem prociduam: quæque ibi ſunt uitia: recens ex aqua decocta uel ex paſſo. Adie-
cto roſaceo illinunt̃ ad carcinomata. Deferueſcit in uino dulci. Peculiariter & contra melicertidas efficax.

De trifolio & thymo & hemorocalle: & de helenio:
& ambrotono. Cap. xxi.

Rifolium ſcio credi præualere contra ſerpentium ictus & ſcorpionum ex uino aut poſca ſemi
t nis granis uiginti potis. Vel foliis: & tota hærba decocta. Serpenteſq; nunquã in trifolio aſpi-
ci. Præterea celebratis auctoribus cõtra omnia uenena pro antidoto ſufficere. xxv. grana eius:
quod minyanthes ex eo appellauimus tradi. Multa alia præterea in remediis eius aſcribi. Sed me contra
ſententias eorum grauiſſimi uiri auctoritas mouet. Sophocles enim poeta uenenatum id dicit. Simus
quoq; medicus decocti aut contriti ſuccum infuſum corpori eaſdem uredines facere quaſi percuſſis a ſer-
pente ĩponatur. Ergo nõ aliter utendum eo q̃ cõtra uenena cõſuerunt. Fortaſſis enim & iis uenenis inter ſe Superfluit uerbum i- ponatur
contraria ſit natura: ſicut multis aliis. Item animaduerto ſemen eius cuius minima ſint folia utile eſſe ad
cuſtodiendã mulierũ cutis gratiam in facie illitum. Thymum colligi oportet in flore: & in umbra ſiccari
Duo autem ſunt genera eius. Candidũ: radice lignoſa: in collibus naſcens: quod & præfert̃. Alterum ni-
grius floriſq; nigri. Vtraq; oculoꝝ claritati multum conferre exiſtimant̃. Et in cibo & in medicamentis.
Item diutinæ tuſſi eligmate faciles excreationes facere cũ aceto & ſale. Sanguinẽ concreſcere nõ patitur e et legmate
melle. Longas faucium diſtillationes extra illita cũ ſinapi extenuare. Item ſtomachi & uentris uitia. Modi
ce tamen utendum eſt. Cõdylomata excalfacit: quãuis ſiſtunt aluum: quæ ſi exulcerata ſit denarii pon-
dus in ſextariũ aceti & mellis addi oportet. Itẽ ſi lateralis dolor ſit: aut inter ſcapulas aut ĩ thorace. Præ-
cordiis medent̃ ex aceto cum melle. Quæ potio datur & in alienatione mentis ac melãcholicis. Datur &
comitialib9: quos correptos olfatus excitat thymi. Aiũt & dormire eos oportere ĩ molli thymo. Prodeſt

& ortopnoicis & anhelationi. Mulierũq; menſibus retardatis. Vel ſi emortui ſint ĩ utero partus decoctũ
in aqua ad tertias. Viris uero contra inflationes cũ melle & aceto. Et ſi uenter turgeat. Teſteſue aut ueſi-
cæ dolor exigat. E uino tumores & ĩpetus tollit ĩpoſitum. Item cum aceto callũ & uerucas. Coxendici-
bus ĩponitur cũ uino articularibus morbis triũ obolorũ pondere ĩ tribus cyathis aceti & mellis. Et in fa-
ſtidio tritum cũ ſale. Hemorocalles pallidũ e uiridi & molle foliũ habet: radicẽ odoratã atq; bulboſam.
Quæ cũ melle ĩpoſita uentri aquam pellit: & ſanguinẽ etiã inutilem. Folia ephiphoris oculorũ: mãma-
rumq; poſt partũ doloribus illinunt. Heleniũ ab Helenæ lacrymis diximus natum. Fauere creditur for-
mæ. Cutem mulierũ in facie reliquoq; corpore nutrire incorruptã. Præterea putant uſu eius quandã da-
tam gratiã iis: uenerẽq; conciliari. Attribuunt & hylaritatis effectum eidẽ potæ ĩ uino eumq; quẽ habue-
rit Nepenthes illud prædicatũ ab Homero. q; ea triſtitia oĩs aboleatur. Eſt aũt ſucci prædulcis. Prodeſt
& ortopnoicis. Traditio radicis eius in aqua prodeſt ieiunis. Eſt autem candidus intus & dulcis. Bibitur
& contra ſerpentium ictus ex uino. Mures quoq; contrita dicitur necare. Abrotanum duorum traditur
generum. Campeſtre ac montanum. Hoc fœminam: illud marem intelligi uolumus. Amaritudo abſin-
thii in utroq;. Siculum laudatiſſimum. dein gallaticum. Vſus eſt & foliis. Sed maior ſemine ad calfacien-
dum. Ideo neruis utile: tuſſi: ortopnoicis: conuulſis: ruptis: lumſis: urinæ anguſtiis. Datur bibendũ ma-
nualibus faſciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibitur. Datur & ſemen tuſum in
aqua drachmæ pondere. Prodeſt & uuluæ. Coquitur panis cum farina hordeacea: & oculorum inflam-
mationibus illinitur. Cotoneo malo concocto ſerpentes fugat. Contra ictus earum bibitur cum uino: il-
liniturq;. Efficaciſſimum contra ea quorum ueneno tremores & frigus accidunt: ut ſcorpionum & pha-
langiorum: & contra uenena alia pota. Prodeſt & quoquomodo algentibus. et ad extrahenda ea quæ in-
hærent corporibus. Pellit & interaneorum mala. Ramo eius ſi ſubiiciatur puluino uenerem ſtimulari
aiunt. Efficaciſſimãq; eſſe hærbã contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeatur.

### Ex leucanthemo & ſanſuco medicinæ. Cap. xxii.

Eucanthemum ſuſpirioſis medetur duabus partibus aceti permixtum. Sanſucũ ſiue amara-
l cum in cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum. Scorpionibus aduerſatur ex aceto & ſale illi-
tum. Menſtruis quoq; multũ cõfert ĩpoſitum. Minor eſt eidẽ poto uis. Cohibet & oculorum
epiphoras cũ polenta. Succus decocti tormina diſcutit. et urinis & hydropicis utile. Mouet & nariũ ſter-
nutamenta. Fit ex eo oleum quod ſanſucinũ uocatur aut amaracinum ad excalfaciendos emolliendoſq;
neruos: & uuluas calefacit. Et folia ſugillatis cum melle & luxatis cum cæra proſunt.

### De anemona medicinæ. Cap. xxiii.

Nemonas coronarias tantũ diximus. Nunc reddemus & medicas. Sunt qui phernion uocẽt.
a Duo eius genera. Silueſtris prima. Altera in cultis naſcens. Vtraq; ſabuloſis. Huiuſq; plures
ſpecies. Aut enim phœniceum florẽ habet: quæ & copioſiſſima eſt: aut purpureũ: aut lacteũ.
Harũ triũ folia apio ſimilia. Nec temere ſemipedalẽ altitudinẽ excedunt: cacumine aſparagi. Flos nunq̃
ſe aperit: niſi uẽto ſpirãte: unde & nomẽ accepit. Silueſtri amplitudo maior: latioribuſq; foliis: flore phœ-
niceo. Hanc errore ducti argemonẽ putãt multi. Alii rurſus papauer: quod rhyan appellauimus. Sed di-
ſtinctio magna: q; utraq; hæc poſtea floret. Nec aut ſuccũ illarũ anemonæ reddunt: aut calices habẽt: nec
niſi aſparagi cacumen. Proſunt anemonæ capitis: doloribus: & inflãmationibus: uuluis mulierum lacti
quoq;. Et menſtrua cient cũ priſana ſumptæ: aut uellere appoſitæ. Radix cõmanducata pituitam trahit.
Dentes ſanat. Decocta oculorum epiphoras. Magi multũ quidẽ iis tribuere. Quãprimũ aſpiciatur eo
anno tolli iubentes: diciq; colligi eas tertianis & quartanis remedio. Poſtea alligari florẽ panno roſeo: & ĩ
umbra aſſeruari: ita cum opus ſit alligari. Quæ ex iis phœniceum florem habet: radice contrita: cuicũq;
aĩalium impoſita ulcerum facit ſtipticam uim. Et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

### Ex oenathe medicinæ. Cap. xxiiii.

Enanthe hærba naſcitur in petris: folio paſtinacæ: radice magna: numeroſa. Caulis eius & fo-
o lia cum melle ac uino nigro pota facillitatẽ pariendi præſtant: ſecũdaſq; purgãt. Tuſſim e mel-
le tollunt. Vrinam cient. Radix e ueſicæ uitiis medetur.

### De heliochryſo medicinæ. Cap. xxv.

Eliochryſum quod alii chryſanthemon uocant ramulos habet candidos: folia ſubalbida: am-
h brotono ſimilia: ad ſolis repercuſſum aureæ lucis in orbẽ ueluti corimbis dependentibus: qui
nunq̃ marceſcunt. Qua de cauſa deos coronant illo. Quod diligentiſſime obſeruauit Ptole-
mæus rex ægypti. Naſcitur in frutetis. Ciet urinas e uino pota: & menſes. Duricias & inflammationes di-
ſcutit. Ambuſtis cum melle imponitur. Contra ſerpentium ictus & lumborum uitia bibitur. Sanguinẽ
concretum uentris ac ueſicæ abſumit cum mulſo. Folia eius trium obolorum pondere ſiſtunt profluuia
mulierum in uino albo. Veſtes tuetur odore non inelegant.

### Ex hyacintho medicinæ. Cap. xxvi.

hiacinthus

Yacinthus in gallia eximie prouenit. Hoc ibi loco hiſginū tingit. Radix eſt bulbacea mangoni pro cocco
h cis uenalitiis pulchre nota. Quæ in uino dulci illita pubertatē cohercet: & non patitur erūpere.
Torminibus & araneoꝝ morſibus reſiſtit. Vrinā īpellit. Contra ſerpētes & ſcorpiões morbūq;
regium ſemen eius cum ambrotono datur lychnis quoq; flāmea illa aduerſus ſerpētes: ſcorpiões: crabro-
nes: ſimiliaq; bibitur e uino ſemine trito. Siueſtris eadem ſtomacho inutilis. Aluum ſoluit. Ad detrahē-
dam bilem efficaciſſima duabus drachmis. Scorpionibus adeo cōtraria ut oīno uiſa ea torpeſcant. Radi
cem eius aſiani boliten uocant. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur.

Ex uincaperuinca medicinæ. Cap. xxvii.

T uincaperuinca ſiue camedaphne arida tuſa hydropicis datur in aqua cocleari mēſura. Celer
c rimeq; reddunt aquā. Eadē decocta ī cinere ſparſa uino tumores ſiccat. Auribus ſucco medetˀ
Aluinis impoſita multū prodeſſe dicitur. Ruſci radix decocta bibitur alternis diebus in calcu Aluis
loꝝ ualitudine: & toruoſiore urina: uel cruenta. Radicē pridie erui oportet: poſtero mane decoqui. Ex eo
ſextario uini cyathis duobus miſceri. Sunt qui & crudā radicē tritā ex aqua bibant. & in totum ad uirilia
cauliculis eius in uino & aceto tritis nihil utilius putant. Batis quoq; aluū mollit. Illinitur podagricis to-
ſta & contuſa. Acinum & coronaꝝ cauſa & ciborum ægyptii ſerunt. Eademq; erat quæ ocimum niſi hir-
ſutior ramis ac foliis eſſet: & admodum odorata. Ciet menſes & urinas.

Ex colocaſia medicinæ. Cap. xxviii.

c Olocaſia Glaucias aeria corporis leniri putauit: & ſtomachum iuuari.

Ex anthalo medicinæ. Cap. xxix.

Nthali quod ægyptii edunt nullū aliū repperi uſum: eſt & hærba Anthillon quā alii anticel-
a lum uocant duoꝝ generꝝ: foliis & ramis lenticulę ſimilis palmi altitudine: ſabuloſis apricis na
ſcens ſubſalſa guſtanti. Altera chamepithyos ſimilis breuior & hirſutior: purpurei floris: odo
re grauis: in ſaxoſis naſcēs. Prior uulſis aptiſſima & ex roſaceo & lacte īpoſita etiam uulneribus. Bibitur ī
ſtranguria renumq; doloribus tribus drachmis. Altera bibitur in duricia uuluaꝝ & in torminibus & in
comitiali morbo cum melle & aceto quattuor dragmis.

De parthenio medicinæ. Cap. xxx.

Ontra partheniū alii leucathen: alii thānacum uocant. Celſus apud nos perditiū & muralium Amaracū
c Naſcitˀ in hortorum ſepibus: flore albo: odore mali: ſapore amaro. Ad inſedendum decoctū ī Dioſc.
duricia uuluaꝝ: & inflamationibus. Siccatum cum melle & aceto poſitum bilem trahit atrā.
Ob hoc contra uertigines utilis: & calculoſis. Illinitur & ſacro igni. Item ſtrumis cum axungia inuetera
ta. Magi contra tertianas ſiniſtra manu euelli eā iubent: diciq; cuius cauſa uellatur: nec reſpicere. Dein eiꝰ
folium ægri linguæ ſubiicere: ut mox in cyatho aquæ deuoretur.

De ſtrychne medicinæ. Cap. xxxxi.

Rychon quā quidā ſtrychnon ſcripſere: utinam nec coronarii in ægypto uterētur: quos īuuat
t hederæ folioꝝ ſimilitudo in duobus eius generibus: Quoꝝ alterum: cui accini coccinei: gra- Florum
noſi folliculi. Halicacabum uocant & alii callion. Noſtri autem ueſicariam: quoniā ueſicæ &
calculis prodeſt. Frutex eſt ſurculoſus uerius q̄ hærba: folliculis magnis latiſq; & turbinatis: grādi intus
acino: qui matureſcit nouēbri menſe. Tertio folia ſunt ocimi minime diligenter demōſtranda. Remedia
enim non uenena tractamus. Quippe inſaniam facit paruo quoq; ſucco: q̄q̄ & græci auctores in iocum
uertere. Drachmæ enim pondere luxum pudoris gigni dixerunt: ſpecies uanas imagineſq; conſpicuas ob
uerſari demonſtrantes. Duplicatum hunc modum legitimam inſaniam facere. Quicquid uero adiiciatˀ
ponderi repræſentari mortem. Hoc eſt uenenum quod inocentiſſimi auctores ſimpliciter dorycnion ap
pellauere. Ab eo quod cuſpides in præliis tingerentur illo: paſſim naſcente: qui partius ſpectauerant: Ma
nicon cognominare: qui nequiter occultabant erythron: aut naurita: ut nōnulli periſſone cauēdi quidem
cauſa curioſius dicendum. Quin & alterum genus quod halicaccabon uocant: ſoporiferum eſt: atq; etiā
opio uelocius ad mortem: ab aliis morion: ab aliis moly appellatum. Laudatum uero a locro ad fruen-
dum & thymariſto. Quidā etiam carmine minore obliuionem inducentes. Quippe præſentaneū reme-
dium ad dentium mobiles firmandos ſi colluerentur. Halicaccabo uni exceptionem addidere ne diutius
id fieret. Delirationem enim gigni eo. Nec demonſtranda remedia: quorum medicina maioris mali peri
culum afferat. Cōmendatur. n. cibis tertiū: licet præferatur hortenſis ſaporibus. Et nihil ſit corporis ma-
lorum cui nō ſalutare ſit ſtrychnos Xenocrates prædicet. Non tn̄ auxilia coꝝ tanti ſunt: ut uel profutu-
ra nō de iis cōmemorare nefas putem: præſertim tāta copia innoxioꝝ medicaminū. Halicaccabi radicem
bibunt qui ſunt uaticinādi callēres ꝗ furere ad confirmādas ſuperſtitiones aſpici ſe uolunt. Remedio eſt
(id enim libentius rettulerim) aqua copioſa mulſa calida potui data. Nec illud præteribo aſpidum natu
ræ halicaccabū in tantum aduerſam: ut radice eius propius admota ſoporetur: illas ſopore enecās uis ea-
rum. Ergo trita ex oleo percuſſis auxiliatur.

De corcoro. Cap.xxxii.

Orcorum alexandrini cibi hærba eſt conuolutis foliis ad ſimilitudinem mori. Præcordiis ( ut
e ferunt ) utilis alopetiiſq; & lentigini. Boum quoq; ſcabiẽ celerrime ſanari ea inuenio apud Ni-
candrum quidẽ & ſerpentiũ morſus anteq̃ floreat. Nec de cnico ſiue attractyllide uerboſius di
ſputetur Aegyptia hærba eſt: & magnum cõtra uenenata animalia præbet auxilium. Item aduerſus fun
gos. Conſtat a ſcorpione percuſſos q̃diu teneant eam hærbam non ſentire cruciatum.

De perſoluta. Cap.xxxiii.

e T perſolutã ægyptus in hortis ſerit coronaꝝ gratia: Duo genera eius: fœmina ac mas. Vtraq;
ſubdita uenerem inhiberi uirorum maxime tradunt.

De menſuris & ponderibus. Cap.xxxiiii.

e T quoniã in mẽſuris quoq; ac põderibus crebro græcis noĩbus utendũ eſt: interpretationẽ eo-
rum ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica fere.n.attica obſeruatiõe medici utuntur: de
narii argentei habet põdus. Eadẽq; ſex obolos põdere efficit. Obolus decem calcos. Cyathus pendet p ſe
drachmas decẽ. Cum acetabuli menſura dicitur ſignificat heminæ quartam partem: ideſt drachmas . xv.
mna quam noſtri minam uocant pendet drachmas atticas centum.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXII.

## PROOEMIVM.

Ompleſſe poterant miraculum ſui natura: atq; tellus reputãtium uel prioris tm̃
uoluminis dotes: totq; genera hærbaꝝ utilitatibus hominum aut uoluptatibus
e genita. Sed quanto plura reſtant: tãto quoq; mirabiliora inuentu. Illa.n. maiore
parte cibi: aut odoris: decoriſue cõmendatõe ad numeroſa experimẽta duxit. Re
liquoꝝ potentia approbat nihil a rerum natura ſine aliqua occultiore cã gigni.

De gentibus hærbis formæ gratia utentibus. Cap.i.

Quidem & formæ gratia rituſq; perpetui in corporibus ſuis aliquas exteraꝝ gentium uti hær
e bis quibuſdam aduerto animo. Illinunt certe aliis aliæ faciem in populis barbarorum fœminę
Mareſq; etiam apud dacos & ſarmatas corpora ſua inſcribunt . Simile plantagini glaſtum in
gallia uocatur. Quo britanorum coniuges nuruſq; toto corpore oblitæ quibuſdam in ſacris nudæ ince-
dunt & æthiopum colorem imitantes.

Quod hærbis ueſtes inficiantur. Cap.ii.

Am uero infici ueſtes ſcimus admirabili ſucco. Atq; ut ſileamus galatiæ: africæ: luſitaniæ gra-
i nis coccũ imperatoris dicatum paludamentis: tranſalpina gallia hærbis tyrium atq; cõchyliũ
tingit: oĩſq; alios colores. Nec quærit in pfundis murices: ſeſeq; obiiciẽdo dum præripit eſcam
beluis marinis: intacta etiam anchoris ſcrutatur uada: ut iueniat per quod facilius matrona adultero pla
ceat: corruptor inſidietur nuptę. Stans & in ſicco carpit quo frugi mundos exculpat uſu alioquin fulgen
tis. inſtrui poterat luxuria certe inocentius. Nunc propoſitum iſta conſectari: nec omittemus: ut ſubiciẽ
do utiliora luxuriam uilitate circunſcribamus dicturi & alias hærbis tingi lapides parieteſq; . Nec tingen
di nec pingendi tamen ratiõem omiſiſſemus: ſi unquam ea liberalium artium fuiſſet. Interim fortius au-
getur auctoritas quæ quanta debeatur etiam ſurdis: hoc eſt ignobilibus hærbis perhibebitur. Si quidem
auctores imperii romani conditoreſq; imenſum quidam & hinc ſumpſere: quoniam non aliunde ſagmi-
na in remediis publicis fuere: & in ſacris legationibus: q̃ uerbenæ. Certe utroq; nomine idem ſignificatur
Hoc eſt gramen ex arce cum ſua terra euulſum. Hac ſemper & legati cum ad hoſtes clarigatumq; mitte
rentur uſi: ideſt res raptas clare repetitum: unus utiq; Verbenarius uocabatur.

De corona graminea. Cap.iii.

Orona quidẽ nulla fuit graminea nobilior in maieſtate populi terrarum principis præmiiſq;
c gloriæ. Gemmatæ: & aureæ: uallares: murales: roſtratæ: ciuicæ: triumphales poſt hanc fuere.
Suntq; cunctæ magno interuallo: magnaq; differentia . Cæteras omnes ſinguli & duces ipſi
imperatoreſq; militibus aut aliquando collegiis dedere.

De raritate eius. Cap.iiii.

Ecreuit in triumphis ſenatus cura belli ſolutus & populus ocioſus : Gramineam nunquã niſi
d in ſuprema deſperatiõe. Contigitq; nulli niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta. Cæ
teras imperatores dedere. Hanc ſolam miles imperatori . Eadem uocatur obſidionalis : libe-
ratis obſidione abhominandoq; exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo ac uel humillimo
ciue ſeruato præclarus ſacerq; habeẽ. Quid tandẽ exiſtimari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſus exer
citus? Dabatur hæc uiridi e gramine decerpto inde ubi obſeſſos ſeruaſſet aliquis . Nãq; ſummum apud
antiquos ſignum uictoriæ erat hærbam porrigere uictos: hoc eſt terra & altrice ipſa humo & humatio-
ne etiam cedere.

tione etiam cedere. Quem morem etiam nunc durare apud germanos ſcio.

Qui ſoli corona ea donati. Cap.v.

Onatus eſt ea. L. Sicimus Dentatus ſemel: cum ciuicas quattuordecim meruiſſet: depugnaſ-
d ſetq̧. cxx. preliis ſemp uictor. Tanto rarius eſt ſeruatorem unum a ſeruatis donari. Quidam
īperatores & ſepius donati ſunt: ueluti. P. Decius Mus uidelicet Tribunus militū ab exercitu.
Altera ab iis qui in præſidio obſeſſi fuerant: quanta eſſet eius honoris auctoritas cōfeſſus religione ſi qui
dem donatus bouē album Marti īmolauit & centū fuluos: qui ei uirtutis cauſa dati fuerant ſimul ab ob
ſeſſis. Hic Decius poſtea conſul & imperio & collegæ ſe pro uictoria deuouit. Data eſt & a ſenatu popu
loq̧ romano: qua claritate nihil equidem in rebus humanis ſublimius duco. Fabio illi qui rem omnē ro-
manam reſtituit nō pugnando. Nec data cum magiſtrum equitum & exercitum eius ſeruaſſet. Tunc ſa-
tius fuit nomine nouo coronari appellatum patrem ab iis quos ſeruauerat. Sed quo dictum eſt conſen-
ſu honoratus eſt Hannibale ex italia pulſo. Quæ corona adhuc ſola ipſius imperii manibus īpoſita eſt.
Et quod peculiare ei eſt: ſola a tota italia data.

Qui ſolus centurio coronatus. Cap.vi.

Ræter hos contingit eius coronæ honos. M. Calphurnio Flāmæ Tribuno militum in ſicilia.
p Centurioni uero uni ad hoc tempus Cn. Petreio Atinati cimbrico bello. Primum pilum is ca-
peſſens ſub Catulo excluſam ab hoc legionem ſuam hortatus tribunum ſuum dubitātem per
caſtra hoſtium erumpere interfecit: legionēq̧ eduxit. Inuenio apud auctores eundem præter hunc hono-
rem aſtantibus Mario & Catulo cōſulibus prætextatum immolaſſe ad tibicinem foculo poſito. Scripſit
& Sylla dictator ab exercitu ſe quoq̧ donatum apud nolam legatum bello marſico. Idq̧ etiā in uilla ſua
tuſculana: quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit. Quod ſi uerum eſt: hoc execrabiliorem eum dixerim: quan-
doquidem eam capiti ſuo proſcriptione detraxit ipſe tanto paucioribus ciuium ſeruatis: q̄ poſtea occiſis
Addat etiamnum huic gloriæ ſuperbum cognomen fœlicem. Ipſe tamen obſeſſus in toto orbe proſcrip-
tus. Hæc corona Sertorio etiam ceſſit. Aemilianum quoq̧ Scipionem Varro auctor eſt donatum obſi
dionali in africa. Manlio conſule cohortibus ſeruatis totidēq̧ ad ſeruandas eas eductis. Quod & ſtatuæ
eius in foro ſuo Diuus Auguſtus ſcripſit. Ipſum Auguſtum cum Mar. Cicerone filio conſulem idibus
ſeptembribus ſenatus obſidionali donauit. Adeo ciuica non ſatis uidebatur. Nec præterea quemquā hac
inuenimus donatum. Nullæ ergo hærbæ fuere certæ in hoc honore: ſed quæcunq̧ fuerant in periculi ſe-
de quāuis ignobiles ignotæq̧ honorem nobilem faciebant. Quod latere apud nos minus quidem miror
cernens negligi ea quoq̧ quæ ad ualitudinem conſeruandam: cruciatuſq̧ corporis propulſandos: & mor
tem arcendam pertinent. Sed quis non mores iure caſtiget? Addidere uidendi prætia deliciæ luxuſque.
Nūquam fuit cupido uitæ maior: nec minor cura. Aliorum hanc operam eſſe credimus: ac ne manda-
to quidem noſtro alios id agere: medicíſque prouiſum eſſe. Proh bonis ipſi fruimur uoluptatis. Et quo
nihil equidem probroſius duco. Viuimus aliena fiducia. Immo uero pleriſque ultro etiam in riſu ſumus
iſta commentantes atque friuoli operis arguimur. Magna quāquā immenſi laboris ſolatia ſperni cum re
rum natura: quam certe non defuiſſe nobis docebimus: & inuiſis quoq̧ hærbis inſeruiſſe remedia. Quip
pe cum medicinas dederit etiam aculeatis. Hæc enim proxime reſtant ex iis quas priore libro nominaui-
mus: in quibus ipſius prouidentiam naturæ ſatis admirari amplectique non eſt. Dederat & quas dixi-
mus molles: cibiſque gratas. Pinxerat & remedia floribus: uiſuque ipſo animos inuitauerat: etiam deli-
ciis auxilia permiſcens. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas: tactu truces: ut cantum non uocem
ipſius fingentis illas: rationemque reddentis exaudire uideamur: ne ſe depaſcat auida quadrupes: nec pro
caces manus rapiant: nec neglectu ueſtigia obterant: ne inſideas ales infringat. Has muniendo aculeis
telíſque armando remediis ut tuta ac ſalua ſint. Ita hoc quoq̧ quod in iis odimus hominum cauſa exco-
gitatum eſt.

Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. Cap.vii.

T clara in primis aculeataq̧ erynge eſt ſiue erygion contra ſerpentes & uenenata oīa naſcens.
e Aduerſus ictus morſuſq̧ radix eius bibit̄ drachmæ pōdere in uino. Aut ſi plerūq̧ tales iniuri-
as comitatur & febris ex aqua. Illinit̄ plagis peculiariter efficax cōtra chryſodos ac ranas. Oī- Chryſopi-
bus uero cōtra toxica & aconita efficatiorē Heraclides medicus in iure anſeris decoctam arbitrat̄. Apol das. Chry
lodorus aduerſus toxica cū rana decoquit: cæteri in aqua. Ipſa dura: fruticoſa: ſpinoſis foliis: caule genicu ſaſpidas.
lato: cubitali & maiore aliquādo. Alia albicās: alia nigra: radice odorata. Et ſatiua quidē eſt: ſed & ſpōte Cherſaſpi-
naſcitur in aſperis & ſaxoſis & in littoribus maris: durior: nigriorq̧ folio apii. das. Cher-

De hærba quam centumcapita uocant. Cap.viii. ſydros.

X iis candidam noſtri centumcapita uocant Omnes euſdem effectus caule & radice in cibos chelydros.
e græcorum receptis utroq̧ modo ſiue coquere libeat: ſiue cruda ueſci. Portentoſum eſt quod
de ea traditur. Radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre rara inuētu. Et ſi uiris cō-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 334 sur 536

tigerit mas: amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem leſbium dilectum a Sappho. Multæq; circa hanc non magorum ſolum uanitates: ſed etiam pythagoricorum. Sed in medio uſu præter ſupradicta auxiliatur inflationibus: torminibus: cordis uitiis. ſtomacho: iocineri: præcordiis in aqua mulſa. Lieni ĩ poſca. Item ex mulſa renibus: ſtranguriæ: opiſtothonicis: ſpaſmis: lumbis: hydropicis: comitialibus: mulierũ menſibus ſiue ſubſidant: ſiue abundent. uuluarum omnibus uitiis. Extrahit infixa corpori cum melle: ſtrumas parotidas. panos. Recedentes ab oſſibus carnes ſanat cum axungia ſalſa & cerato item fracturas. Crapulam præſumpta arcet: aluum ſiſtit. Aliqui e noſtris ſub ſolſtitio colligi eam iuſſere. Ex aqua cæleſti imponi omnibus ceruicis uitiis. Oculorum quoq; albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

De achano & glycyrrhiza & ſtomatice: Cap. ix.

ſ Vnt qui achanon eryngio aſcribant ſpinoſam breuemq; ac latam hærbam ſpiniſq; latioribus. Hanc impoſitam ſanguinem mire ſiſtere. Alii eryngem falſo eandem putauerunt eſſe & glycyrrhizam: quare ſubiungi eam protinus refert. Et ipſa ſine dubio inter aculeatas eſt: foliis echinatis: pinguibus: tactuq; gummoſis: fructicoſa: binorum cubitorũ altitudine: flore hyacinthi: fructu pilularum platani magnitudinis. Præſtãtiſſima in cicilia: ponto ſecunda: radice dulci. Et hæc tantũ in uſu. Capiturq; ea uergiliarum occaſu: longa ceu uitium: coloris buxei. Meliorq; nigra: quæq; lenta: q̃ quæ fragilis. Vſus in ſubditis decocta ad tertias: cætero ad mellis craſſitudinem: aliquãdo & tuſa. E quo genere & uulneribus ĩponitur & facium uitiis oĩbus. Itẽ uoci utiliſſimo ſucco ſic ut ſpiſſatus eſt: linguæ ſubdito. Item thoraci: iocineri. Hac diximus ſitim famẽq; ſedari. Ob id quidã adipſon appellauere eam: & hydropicis dedere: ne ſitirẽt. Ideo & cõmanducata ſtomatice eſt: & ulceribus oris inſperſa ſæpe & pterigiis. Sanat & ueſicæ ſcabiem: renum dolores: condilomata: ulcera genitalium. Dedere eam quidam potui in quartanis drachmaꝝ duarum pondere & pipere: hemina aquæ. Cõmanducata ſanguinem ſiſtit. Sunt q & calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius: & medicinis. Cap. x.

t Ribuli unum genus in hortis naſcitur: alterũ in fluminibus tãtum. Succus ex iis colligitur ad oculorum medicinas. Eſt enim refrigerantis naturæ: & ideo utilis cõtra inflãmationes collectioneſq;. Vlcera per ſe erumpentia & præcipue in ore cum melle ſanat: item tonſillas. Potus calculos frãgit. Thraces qui ad ſtrymona habitant foliis tribuli equos ſaginant. Ipſi nucleo uiuunt panẽ facientes prædulcem: & qui cõtrahit uentrem. Radix caſte pureq; collecta diſcutit ſtrumas. Semẽ adalligatum uaricum dolores ſedat. Tritum uero & in aquam ſparſum pulices necat.

De ſtoebe & medicinis eius. Cap. xi.

s Toebe quam aliqui phleon uocant: decocta in uino præcipue auribus purulentis medetur. Item oculis ictu cruentatis. Hemorrhoiæ quoq; & dyſenteriæ infuſa.

De hippophye & medicinis eius Cap. xii.

h Ippophyes in ſabuloſis maritimiſq; naſcit̃: ſpinis albis. Hederæ modo racemoſa eſt: candidis & ex parte rubentibus acinis. Radix ſucco madet: qui aut per ſe conditur: aut paſtillis farinæ. Hæc bilem detrahit obolo ponderis ſaluberrime cum mulſo. Eſt altera hippope ſine caule: ſine flore: foliis tantũ minutis. Huius quoq; ſuccus hydropicis mire ꝓdeſt. Debẽt accomodatæ eẽ equoꝝ naturæ: neq; ex aliis cauſis nomẽ accepiſſe. Quippe quædã animaliũ remediis naſcũtur: locupleti diuinitate ad gerẽda præſidia: ut nõ ſit mirari ſatis ingeniũ eius diſponẽtis auxilia in genera: in cãs: in tempora: ut aliis proſit atq; aliis ab horis: dieſq; nullus prope ſine præſidiis reperiatur.

De urtica & medicinis eius. Cap. xiii.

u Rtica quid eſt inuiſius põt? At illa præter oleum quod in ægypto ex ea fieri diximus uel plurimis ſcatet remediis. Semen eius cicutæ contrariũ eſſe Nicãder affirmat. Item fungis in argẽto uiuo. Apollodorus & ſalamãdris cũ iure decoctæ teſtitudinis. Item aduerſari hyoſciamo & ſerpentibus: & ſcorpionibus. Quin illa ipſa amaritudo mordax uuas in ore procidenteſq; uuluas & infantium ſedes tactu reſilire cogit. Lethargicos expergiſcit tactis cruribus: magiſque fronte. Eadem canis morſibus addito ſale medetur. Sanguinem trita naribus ĩdita ſiſtit & magis radice. Carcinomata & ſordida ulcera ſale admixta. Item luxata. Sanat & panos: parotidas: carneſq; ab oſſibus recedentes. Semen potum cum ſapa uuluas ſtrangulantes aperit. Et profluuia narium ſiſtit impoſitũ. Vomitiones in aqua mulſa ſumptum a cœna faciles præſtat duobus obolis. Vno autem in uino poto laſſitudines recreat. Vuluæ uitiis toſtum acetabuli menſura. Potum in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus. Orthopnoicis prodeſt cum melle & thoracem purgat eodem eclegmate. Et lateri medetur cum ſemine lini. Addũt hyſopum & piperis aliquid. Illinitur lyeni. Difficilem uentrem toſtum cibo emollit. Hippocrates uuluam purgari poto eo pronunciat. Dolores leuari toſto acetabuli menſura dulci poto: & impoſito cum ſucco maluæ. Inteſtinorum animalia pellit cum hydromelite & ſale. Defluuia capitis ſemine illito cohoneſtari Articularibus morbis & podagricis plurimi cum oleo uetere: aut folia cum urſino adipe trita imponũt.

Ad eandem

urſino adipe trita imponunt. Ad eadẽ radix tuſa cum aceto nõ minus utilis. Item Iyeni. Et cocta in uino
diſcutit panos cum axungia uetere ſalſa. Eadem pſilothum exiccat. Condidit laudes eius Phanias phiſi-
cus: utiliſſimam cibis coctam cõditãue profeſſus: arteriæ: tuſſi: uentris diſtillationi: ſtomacho: panis pa
rotidis: pernionibus: cum oleo Sudorem: coctã cũ cõculis ciere aluum: cũ ptiſana pectus purgare: mu-
lierũq; menſes cum ſale. Vlcera quæ ſerpunt prohibere. Succus quoq; in uſu eſt. Expreſſus illituſq; fron-
ti ſanguinẽ narium ſiſtit. potus urinam ciet. Calculos rumpit. Vuã gargarizatus reprimit. Semen colli-
gi meſſibus oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad oĩa hæc. Et minores quidem teneræq; efficaces
Sed præcipue ſilueſtris illa & amplius lepras e facie tollit in uino pota. Si quadrupedes fœtum non ad-
mittant: urtica naturam fricandam monſtrat.

## De lamio & medicinis eius. Cap. xiiii.

A nunc quoq; quam lamium inter genera earum appellauimus: mitiſſima & foliis non mor-
e dẽtibus: medet̃ cum mica ſalis contuſis: incuſſiſq;: inuſtis: & ſtrumis: tumoribus: podagris:
uulneribus. Album habet in medio folio: quod ignibus ſacris medetur. Quidã e noſtris tem-
pore diſcreuere genera. Autumnalis urticæ radicem alligatam in tertianis: ita ut ægri nuncupentur: cum
eruitur ea radix: & dicatur quæ & cui & quorum folio eximatur: liberari morbo tradiderunt. Hoc idem
contra quartanas pollere. Idem urticæ radice addito ſale infixa corpori extrahi. Foliis cum axungia ſtru-
mas diſcuti. Vel ſi ſuppurauerint erodi compleriq;.

## De ſcorpione: generibuſq; ac medicinis eius. Cap. xv.

X argumento nomẽ accepit ſcorpius hærba. Semen enim habet ad ſimilitudinem caudæ ſcor
e pionis: folia pauca. Valet & aduerſus aĩal nominis ſui. Eſt & alia eiuſdem nominis effectuſq;
ſine foliis: aſparagi caule: in cacumine aculeum habens: & inde nomen.

## De leucacanthia: ſiue phinio: ſiue iſchada: & medicinis eius. Cap. xvi.

Eucacantha: quam alii phyllon alii iſchiada: alii polyganaton appellant: radice cyperi: quæ cõ
l manducata dentium dolorem ſedat. Itẽ laterum & lumborum: ut Hiceſius tradit ſemine po
to drachmis octo: aut ſucco. Eademq; ruptis conuulſiſq; medetur.

## De helxine: perdicio: parthenio: ſyderite: & medicinis eius. Cap. xvii.

Elxinẽ aliqui perdicium uocant: quoniã perdices ea præcipue ueſcantur. Alii ſyderitẽ: nõnulli
h partheniũ. Folia habet mixtæ ſimilitudinis plantagini & marrubio: cauliculos denſos: leuiter
rubentes. Semina in capitibus lappaceis adhærentia ueſtibus: unde helxinẽ dictã uolunt. Sed
nos qualis uera eſſet helxine diximus priore libro. Hæc aũt inficit lanas: ſanat ignes ſacros: & tumores:
collectioneſq; omnes: & aduſta. Panos ſuccus eius cum pſimithio. Ignes ſacros: tumores: collectioneſq;
& guttura incipientia turgeſcere. Item ueterem tuſſim cyatho hauſto. Et omnia in humido. Sicut tonſil
las & uarices cum roſaceo. Imponitur & podagris cum caprino ſeuo cæraq; cypria. Perdicium ſiue par-
thenium (nam ſyderitis alia eſt) a noſtris hærba urceolaris uocatur: ab aliis aſtericum: folio ſimilis oci-
mo: nigrior tantum: naſcens in tegulis: parietiniſq;. Medetur cum mica ſalis trita iiſdem oĩbus quibus la
mium: & eodem modo. Item uomicæ calefacto ſucco pota. Et contra ulcera rupta: lapſuſq;: & præcipi-
tia: aut uehiculorum euerſiones ſingularis. Vernula carus pericli athenienſium principi cum is in arce tẽ
plum ædificaret: repſiſſetq; ſuper altitudinem faſtigii: & inde cecidiſſet: hac hærba dicitur ſanatus mon-
ſtrata Pericli ſomno a Minerua. Quare parthenium uocari cœpta eſt: aſſignaturq; ei deæ. Hic eſt uernu
la: cuius effigies ex ære fuſa eſt & nobilis ille Splachnoptes.

## De chameleone generibuſq; & medicinis eius. Cap. xviii.

Hameleonẽ aliqui ixion uocant. Duo genera eius. Candidior aſperiora folia habet: ſerpit ĩ ter
c ra echini modo: ſpinas erigens: radice dulci: odore grauiſſimo: quibuſdam in locis uiſcum gi-
gnit album ſub alis foliorum: maxime circa canis ortum. Quo modo thura naſci dicũtur: un
de & ixia appellatur. Hoc ut maſtiche utuntur mulieres. Quare & chameleon uocetur a uarietate folio-
rum euenit. Mutat enim cum terra colores hic niger. illic uiridis: alibi cyaneus: alibi croceus: atq; aliis
coloribus. ex iis candidus hydropicos ſanat ſucco radicis decoctæ. Bibitur drachma in paſſo. Pellit &
interaneoq; animalia acetabuli menſura ſucci eiuſdem in uino auſtero cum origani ſcopis: facit ad diffi-
cultatem urinæ. Hic ſuccus occidit canes ſueſq; in polenta. Addita aqua & oleo contrahit in ſe mures: ac
necat niſi protinus aquam ſorbeant. Radicẽ eius aliqui conciſam ſeruari iubent funiculis pendentem: de
coquuntq; in cibo contra fluxiones: quas græci rheumatiſmos uocãt. Ex nigris aliqui marem dixere: cui
flos purpureus eſſet: & fœminam cui uiolaceus. Vno naſcuntur caule cubitali: craſſitudine digytali. Ra
dicibus earum lichenes curantur cum ſulphure & bitumine una coctis. Cõmanducatis uero dentes mo-
biles aut in aceto decoctis. Succo ſcabiem etiam quadrupedum ſanat. Et ricinos canum: necant. Iuuen-
cas quoque anginæ modo. Quare a quibuſdam ulophonon uocatur & cynozolon propter grauitatem
odoris. Ferũt & hæc uiſcum ulceribus utiliſſimum. Omnium autem generum earum radices ſcorpioni-

bus aduerſantur.

De coronopo:& medicinis eius. Cap.xix.

Oronopus oblonga hærba eſt cum fiſſuris. Seritur interim:quoniam radix cœliacis præclare
e facit in cinere toſta.

De anchuſa & pſeudanchuſa:& medicinis earum. Cap.xx.

T anchuſæ radix in uſu eſt:dygitali craſſitudine..Finditur papyri modo : manuſq; inficit ſan-
e guineo colore:præparat lanas præcioſis coloribus. Sanat ulcera in cærato:præcipue ſenũ : itẽ
aduſta:Liquari nõ põt in aqua:oleo diſſoluitur. Idq; ſinceræ experimentũ eſt:& ad renũ dolo
res drachma eius in uino. Aut ſi febris ſit in decocto balani. Item iocinerũ uitiis:& lyeni: & bile ſuffuſis.
Lepris & lentigini illinitur ex aceto. Folia trita cũ melle & farina luxatis ĩponunt᷑. Et pota drachmis dua
bus in mulſo aluum ſiſtunt. Pulices necare radix in aqua decocta traditur. Eſt & alia ſimilis pſeudanchu
ſa ob id appellata:a quibuſdã uero enchiſa:aut doris: & multis aliis noĩbus : lanuginoſior &minus pin-
guis:tenuioribus foliis:& languidioribus. Radix oleũ nõ fundit:ſed rubentem ſuccum. Et hoc ab anchu
ſe diſcernitur. Contra ſerpentes efficaciſſima potu foliorum uel ſeminis. Folia ictibus ĩponuntur. Virus
ſerpentium fugat. Bibitur & propter ſpinam. Folium eius ſiniſtra decerpi iubent magi: & cuius cauſa ſu
matur dici:tertianiſq; febribus alligari.

De onichilo:anthemi:loto:& lotometra:heliotropio:tricocco:& callitricho. Cap.xxi.

Archibeliõ St alia hærba ꝓprio noĩe onochelos:quam aliqui anchuſam uocãt:alii archelion:alii onoche-
onocleam e lim aliqui rhexiam:multi enchuſam:paruo frutice:flore purpureo:aſperis foliis & ramis:radi
Dioſco. ce meſſibus ſanguinea:cætero nigra. In ſabuloſis naſcẽs:efficax cõtra ſerpentes:maxime uipe-
ras & radice & foliis:æque cibo ac potu. Vires habet meſſibus. Folia trita odorẽ cucumeris reddũt. Dat᷑
in cyathis tribus uulua ꝓcidente. Pellit & tineas cũ hyſopo:& in dolore renũ aut iocineris ex aqua mul-
ſa ſi febris ſit. Sin aliter ex uino bibitur. Lentigini ac lepris radix illinitur. Habẽtes eã a ſerpẽtibus feriri ne
gantur. Eſt & alia huic ſimilis flore rubro:minor:& ipſa ad eoſdẽ uſus. Traduntq; cõmanducata ea ſi in-
ſpuatur mori ſerpentem. Athemis magnis laudibus celebratur ab Aſclepiade. Aliqui leuchãthemida uo
cant. Alii leucanthemũ:alii eranthemon:quoniã uere floreat. Alii chamæmilon:quoniã odorẽ mali ha-
Melanthe beat. Nonnulli melanthion uocant. Genera eius tria flore tantũ diſtant:palmũ nõ excedentia paruiſque
mon floribus:ut rutæ candidis aut melinis aut purpureis. In macro ſolo aut iuxta ſemitas colligit᷑ uere: & in
coronamenta reponitur. Eodem tempore & medici folia tuſa in paſtillos digerunt. Item florem & radi-
cem. Dantur oĩa mixta drachmæ unius pondere cõtra ſerpentiũ ictus. Pellit mortuos partus. Item men
ſtrua in potu:& urinam:calculoſq; inflationes:iocinerum uitia:bilem ſuffuſam:ægilopiã: cõmanduca-
ta ulcerum eruptiones manãtes ſanat. Ex oĩbus iis generibus ad calculos efficaciſſima eſt:quæ florẽ pur
pureum habet:cuius & foliorum & fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hãc proprie quidam Eranthemõ
uocãt. Loton qui arborem putant tantum eſſe uel homero auctore argui poſſunt. Is enim inter hærbas
Argema ſubnaſcentes deorum uoluptati loton primã nominauit. Folia eius cum melle oculorum cicatrices arge
mata:nubeculas diſcutiũt. Eſt & lotometra quæ fit ex loto ſata, ex cuius ſemĩe ſimili milio fiunt panes i
ægypto a paſtoribus:maxime aqua uel lacte ſubacto. Negatur quicquam illo pane ſalubrius eſſe:aut le
uius dum caleat. Refrigeratus difficilius concoquitur:fitq; ponderoſius. Conſtat eos qui illo uiuant nec
dyſenteria:nec tenaſmo:neq; aliis morbis uentris infeſtari. Itaq; inter remedia eorum habetur. Heliotro
pii miraculum ſæpius diximus cum ſole ſe circũagentis:etiam nubilo die:tantum ſyderis amor eſt. No-
ctu uelut deſiderio contrahit cæruleum florem. Genera eius duo. Tricocum:& helioſtrophium. Hoc al
tius:quãquam utrunq; ſemipedalem altitudinem nõ excedat. Ab ima radice ramoſum. Semen in follicu
lo meſſibus colligitur. Naſcitur non niſi in pingui ſolo:cultoq; maxime. Tricoccum ubiq;. Si decoquat᷑
inuenio cibis placere. Et in lacte iucundius aluum molliri. et ſi decocti ſuccus bibatur:efficaciſſime exina
niri. Maioris ſuccus excipitur æſtate:hora ſexta:miſcetur cum uino:ſic firmior. Capitis dolores ſedat ro
ſaceoadmixto. Verucas cum ſale tollit ſuccus e folio. Vnde noſtri uerrucariã hærbã appellauere:aliis co
gnoĩari effectibus digniorẽ. Nãq; & ſerpẽtibus & ſcorpionibus reſiſtit ex uino & aqua mulſa:ut Apollo
phanes & Apollodorus tradunt. Folia infantium diſtillationibus quod ſiriaſin uocãt illita medent᷑. Itẽ
contractionibus etiam ſi id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos ſaluberrimum eſt. Potum id
pellit tineas:& renum harenas. Si cuminum adiiciatur:calculos frãgit. Decoqui cũ radice oportet. Quæ
cum foliis & hircino ſeuo podagris illinitur. Alterum genus quod tricoccum appellauimus:& alio noĩe
ſcorpiuron uocat᷑:foliis nõ ſolũ minorib9 ſedetiã in terrã uergentibus. Semen ei eſt effigie ſcorpionis cau
phalangas dæ:quare ei nomen. Vis ad omnia uenenata & phalangia:& contra ſcorpiones præcipue illita. Non feri-
untur habentes. Et ſi terram ſurculo helioſtrophii circunſcribat aliquis:negant ſcorpionem egredi. Impo
ſita uero hærba aut inde omnino reſperſum protinus mori. Sic ſeminis grana quattuor pota quartanis
prodeſſe dicuntur. Tria uero tertianis. Vel ſi hærba ter circunlata ſubiiciatur capiti. Semẽ & uenerem ſti
mulat. Cum melle panos diſcutit. Et uerrucas hoc utiq; helioſtrophium radicitus extrahit: & excreſcen-
tia in ſedibus

tia in ſedibus. Spinæ quoq; ac lumborum ſanguinem corruptum trahit: illitum ſemen & potum in iurei
gallinacei decoctum: aut non beta & lente. Cortex uero liuentibus colorem reddit. Magi helioſtrophũ
quartanis quater: in tertianis ter alligari iubent ab ipſo ægro: præcariq; eum: ſoliturum ſe nodos: & libe-
randum: & ita facere cum exempta herba. Aliud adianto miraculum: æſtate uiret: bruma non marceſcit:
aquas reſpuit: perfuſum merſumq; ſicco ſimile eſt: tanta diſſotiatio deprehenditur: unde & nomẽ a græ
cis. Alioquin frutici topiario. Quidam callitrichon uocant: alii polytrichon. Vtrunq; eſt ab effectu. Tin
git enim capillum: & ad hoc decoquitur in uino cum ſemine apii adiecto oleo copioſe: ut criſpum den-
ſumq; faciat. Defluere autem prohibet. Duo genera eius candidius: & nigrum breuiuſq;. Id quod maiu9
eſt polytrichon: aliud trichomanes uocant. Vtriq; ramuli nigro colore nitent foliis filicis: ex quibus infe-
riora aſpera ac fuſca ſunt. Omnia autem cõtrariis pediculis dẽſa inter ſe ex aduerſo radix nulla: umbro-
ſas petras: parietumq; aſpergines: ac fontium maxime ſpecus ſequitur & ſaxa manantia: quod miremur
cum aquas nõ ſentiat. Calculos e corpore mire pellit: frangitq;: utiq; nigrum. Qua de cauſa potius q̃ q; in
ſaxis naſceretur: & a noſtris ſaxifragum apellatum crediderim: Bibitur e uino quantum terni decerpſere
digyti. Vrinam cient. Serpentium & araneoꝝ uenenis reſiſtunt. In uino decocti aluũ ſiſtunt. Capitis do
lores corna ex iis ſedat: Cõtra ſcolopendræ morſus illinuntur crebro auferendi ne pereant. Hoc & in alo
peciis. Strumas diſcutiunt: furfureſq; in facie: & capitis manantia ulcera. Decoctum ex iis prodeſt ſuſpiri
oſis: & iocineri: & lieni: & felle ſuffuſis: & hydropicis. Strangurie illinũtur: & renibus cum abſinthio. Se
cundas cient & menſtrua. Sanguinem ſiſtunt ex aceto: aut rubi ſucco poti. Infantes quoq; ulcerati pun-
guntur ex iis cum roſaceo & uino prius. Folium in urina pueri impubis tritum quidem cum aphronitro
& illitum uentri mulierum: ne rugoſus fiat: præſtare dicitur. Perdices & gallinaceos pugnaciores fieri pu
tant in cibum eorum additis: pecoriq; eſſe utiliſſimos.

De picride: theſio: & aſphodelo: Halimo: & acantho: & bupreſti: elaphoboſcho. Scan
dice: & aſiona: & de caucalide: Sio: ſyllibo. Scolymo ſiue lymonio: ſoncho: condrylo
ſiue condrili & boletis. Cap. xxii.

p Icris ab iſigni amaritudinis cognominatur: ut diximus rotundo folio. Tollit eximie uerrucas.
Theſium quoq; non diſſimili amaritudine eſt: ſed purgat aluum: i quem uſum teritur ex aqua.
Aſphodelum de clariſſimis herbarum: quam heroion aliqui appellauerunt. Heſiodus & in ſil-
uis naſci dixit. Dionyſius marem ac fœminam eſſe. Defectis corporibus & ptyſicis conſtar bulbos eius
cum ptiſana decoctos aptiſſime mederi: panemq; ex iis cum farina ſubactum ſaluberrimum eſſe. Nican
der & contra ſerpentes & ſcorpiones: uel caulem quem anthericon uocauimus: uel ſemen: uel bulbos de
dit in uino tribus drachmis. Subſtrauitq; ſomno contra metus. Datur & contra uenenata marina: & cõ-
tra ſcolopẽdras terreſtres. Cochleæ mire i campania caulem eum perſequuntur: & ſuggẽdo areſaciunt.
Folia quoq; illinũtur uenenatorum uulneribus ex uino. Bulbi neruis articuliſq; cum polẽta tuſi illinunt.
Prodeſt & conciſis ex aceto lichenas fricare. Item ulceribus putreſcentibus ex aqua imponere. Mamma-
rum quoq; & teſtium inflammationibus. Decocti in fæce uini oculorum epiphoris ſuppoſito lintheolo
medentur. Foliis in quocunq; morbo decoctis magis medici utuntur. Item ad tibiarum tetra ulcera: ri-
maſq; corporum quacunq; in parte farina areſactorum. Autumno autem colliguntur: cum plurimum
ualent. Succus quoq; ex tuſis expreſſus aut decoctus utilis fit corporis dolori cum melle. item odorem
corporis iucundum affectantibus cum iri arida: & ſale exiguo. Folia etiam ſupradictis medentur. Et
ſtrumis: panis: ulceribus in facie decocta cum uino. Cinis e radice alopecias emendat: & rimas pedum.
Decoctæ radicis in oleo ſuccus perniones & ambuſta. Et ad grauitatem aurium infunditur A contraria
aure in dolore dentium. Prodeſt & urinæ pota modice radix: & menſtruis: & lateris doloribus. Item ru-
ptis conuulſis: tuſſibus drachmæ pondere in uino pota. Eadem & uomitiones adiuuat commanducata.
Semine ſumpto turbatur uẽter. Chryſermus & parotidas in uino decocta radice curauit. Item ſtrumas
ammixta cachry ex uino. Quidam aiunt: ſi impoſita radice pars eius in fumo ſuſpendatur & quarta die
ſoluatur: una cum radice areſcere ſtrumam Sophocles ad podagras utroq; modo cocta crudaq; uſus ẽ.
Ad perniones decoctam ex oleo dedit: & ſuffuſis felle in uino & hydropicis. Venerem quoq; concitari
cum uino & melle perunctis aut bibentibus tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pſoras radice in ace-
to decocta tolli dicit. Item ſi cocta ſit cum hyoſcyamo & pice liquida: alarum quoq; & fœminum uitia
Et capillum criſpiorem fieri raſo prius capite: ſi radice ea fricetur. Simus lapides renum in uino decocta
atq; pota eximit. Hippocrates ſemen eius ad impetus lyenis dari cenſet. Iumẽtorum quoq; ulcera ac ſca
biem radix illita aut decoctæ ſuccus ad pilum reducit. Mures etiam eadem fugantur. Cauerna præcluſa
moriuntur. Aſphodelon ab Heſiodo quidam halimõ appellari exiſtimauere: quod falſum arbitror. Eſt
enim ſuo nomine halimon non parui & ipſum erroris inter auctores. Alii enim fruticem eſſe dicunt den
ſum. candidum ſine ſpina: foliis oleæ: ſed mollioribus. Coquitur autem hoc ciborum gratia. Radix tor-
mina diſcutit drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Item conuulſa rupta. Alii olus maritimum eſſe di



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 338 sur 536

xere ſalſum:& inde nomen foliis in rotunditate longis laudatum in cibis. Duorum præterea generum ſiluestre:& mitius:utrunq; prodeſſe dyſentericis & exulceratis cum pane:ſtomacho uero ex aceto. Vlceribus uetuſtis illinitur crudum & uulnerum recentium impetus lenire perhibetur: & luxatorum pedum ac uæſicæ dolores. Siluestri tenuiora folia:ſed in iiſdem remediis effectus maiores:& in ſananda hominum ac pecorum ſcabie. Præterea nitorem corpori fieri: dentibuſq; candorem:ſi fricentur radice ea. Semine linguæ ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoq; mādi. Et utraq; etiam condiri. Crateias etiam tertium genus tradidit longioribus foliis & hirſutioribus:odore cupreſſi:naſci ſub hedera:maxime prodeſſe opiſtothonicis::contractionibus neruorum tribus obolis in ſextarium aquæ. Acanthos eſt topiaria & urbana hærba:elato longoq; folio crepidines marginũ adſurgentiũq; puluinoꝝ toros ueſtiens. Duo genera eius ſunt aculeatum & criſpum:quod breuius. Alterum lene quod aliqui pederoton uocant:alii melamphyllum. Huius radices uſtis luxatiſq; mire proſunt. Item ruptis conuulſis:ptyſin metuentibus icoctæ cibo:maxime ptiſana. Podagris quoq; illinuntur tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron in ſponte naſcentium herbarum numero græci habent:caule cubitali:foliis multis: longiſq; capite anethi:laudatum in cibis. Hippocrate in medicina. Glaucone:& Nicandro. Semen contra ſerpentes ualet. Folia ad ſecundas fœminarum uel ſuccum ex uino illinunt. Et ſtrumis folia cum ſale & uino. Radix contra ſerpentes datur in uino & urinæ ciende. Bupreſtin magna in conſtantia græci i laudibus ciborum etiam habuere. Iidemq; remedia tanquam contra uenenum prodiderunt. Et ipſum nomen indicio eſt boum eſſe uenenum:quos diſſilire deguſtata fatentur. Quapropter nec de hac plura dicemus. Eſt uero cauſa quapropter uenena monſtremus inter gramineas coronas:niſi libidinis cauſa expetenda alicui uidetur:quam non aliter magis accendi putant q̄ poſtea potu.

Fenicula-ceum

Elaphoboſchon ferulaceum eſt geniculatum digyti craſſitudine: ſemine corimbis dependentibus:ſilis effigie:ſed non amaris:foliis oluſatri:& hoc lautum in cibis. Quippe etiam conditum prorogatur ad urinam ciendam:lateris dolores ſedandos:rupta conuulſa ſananda: inflationes diſcutiendas:coli quoq; tormenta. Contra ſerpentium omniumq; aculeatorum ictus. Quippe fama eſt hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus. Fiſtulas quoq; radix nitro addito illita ſanat. Siccanda autem in eos uſus prius eſt ne ſucco eius madeat:qui contra ſerpentium ictus facit eam deteriorem. Scãdix quoq; in olere ſiluestri a græcis ponitur:ut Opion & Eraſiſtratus tradunt. Item decocta aluum ſiſtit. Semine ſingultus cõfeſtim ex aceto ſedat. Illinitur ambuſtis:urinas cit. Decoctæ ſuccus prodeſt ſtomacho iocineri:renibus:ueſicæ. Hæc eſt quædam Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit iocülariter matrem eius ne olus quidẽ legitimum uenditaſſe olim:ſed ſcãdicem. Eadẽ erat anthriſcus:ſi tenuiora folia & odoratiora haberet. Peculiaris laus eius:q; fatigato uenere corpori ſuccurrit: marceſcenteſq; ſenio iam coitus excitat. Siſtit profluuia alba fœminarum. Et laſione olus ſiluestre habetur in terra repens cum lacte multo: florem fert candidũ:concilium uocant. Et huius eadem commendatio ad ſtimulandos coitus. Cruda ex aceto in cibo ſumpta mulieribus lactis ubertatẽ præſtat. Salutaris eſt ptyſin ſentientibus. Infantium capiti illita nutrit capillum:tenacioremq; eius cutem efficit. Eſt & caucalis feniculo ſimilis:breui caule:flore candido:cordi utilis. Succus eius bibitur ſtomacho perq̄ comodatus & urinæ:calculiſq; & harenis pellendis:& ueſicæ pruritibus. Extenuat & lyenis iocineris renumq; pituitas. Semen mẽſes fœminarum adiuuat. bilemq; a partu ſiccat. Datur & contra profluuia genituræ uiris. Chryſippus & conceptionibus cã putat conferre multum. Bibitur in uino ieiunis. Illinitur & contra uenena marinorum:ſicut Petricus i carmine ſuo ſignificat. His adnumerant ſion latius apio in aqua naſcens:pinguius:nigrius: copioſum ſemine:ſapore naſturtii. Prodeſt urinis renibus:lyenibus:mulierumq; menſibus ſiue ipſum in cibo ſumptũ: ſiue ius decocti:ſiue ſemen e uino drachmis duabus. Calculos rumpit:aquiſque quæ gignunt eos reſiſtit Dyſentericis prodeſt infuſum. Item lentigini illitum:& mulierum uitiis in facie noctu illitum momento cutem emendat:& ramices lenit:& ſcabiem equorum. Sillybum chameleonti albo ſimilem æque ſpinoſam ne in cilicia quidem:aut ſyria:aut phœnice:ubi naſcitur:Coquere tanti eſt:ita operoſa eius culina traditur. In medicina nullum uſum habet. Scolymon quoq; in cibos recipit oriens:& alio nomine limoniõ appellat. Frutex eſt nũquam cubitali altior:criſtiſq; foliorum ac radice nigra:ſed dulci. eratoſtheni quoq; laudata in pauperis cœna. Vrinam ciere præcipue traditur Sanare lichenas & lepras ex aceto. Venerem ſtimulari in uino. Heſiodo & Alceo teſtibus:qui florente ea cicadas acerrimi cantus eſſe: & mulieres libidinis auidiſſimas:uiroſque in coitum pigerrimos ſcripſere: uelut prouidentia naturæ hoc adjumento tunc ualẽtiſſimo. Item graueolentiã alarum emendat:radicis emedullatæ uncia in uini falerni heminis tribus decocta ad tertias:& a balneo ieiuno. itemq; poſt cibum cyathis ſingulis pota. Mirum eſt quod Xenocrates promittit experimento uitium id ex alis per urinam effluere. Eſtur & ſonchos:ut quẽ Theſeo apud Callimachum apponat Hecale uterq; albus & niger:lactucæ ſimiles ambo:niſi ſpinoſi eſſent: caule cubitali anguloſo:intus cauo:ſed qui fractus copioſo lacte manet. Albus qui e lacte nitor utilis orthopnoicis lactucarum modo. Eraſiſtratus calculos per urinam pelli eo monſtrat: & oris graueolentiã commanducato corrigi. Succus trium cyathorum menſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat partus:ita ut

tus:ita a partu ambulent grauidæ. Datur & in ſcorpione. Ipſe caulis decoctus facit lactis abundantiam nutricibus:coloremq; meliorem infantium. Vtiliſſimus iis quæ lac ſibi coire ſentiant. Inſtillatur auribus ſuccus:calidusq; in ſtranguria bibitur cyathi menſura:& in ſtomachi roſionibus cum ſemine cucumeris nucleiſq; pineis. Illinitur et ſedis collectionibus. Bibitur contra ſerpẽtes ſcorpioneſq;:radix uero illinitur. Eademq; decocta in oleo punici mali calice aurium morbis præſidium eſt. Hæc omnia ex albo. Cleomporus nigro prohibet ueſci:ut morbos faciente:de albo conſentiens. Agothocles etiam cõtra ſanguinem tauri demonſtrat ſucco eius uti. Refrigeratoriam tamen uim eſſe conuenit nigro:et hac cauſa imponendum cum polenta. Zenon radice albi ſtranguriam docet ſanari. Chondrilon ſiue condrile folia habet in tubi circunroſis ſimilia:caulem minus pedali ſucco madentem amaro:radice fabæ:ſimili aliquando numeroſam Habet proximam terræ maſtiche tuberculo fabæ quæ appoſita fœnarum menſes trahere dicitur. Tuſa cum radicibus tota diuiditur in paſtillos contra ſerpentes: argumento probabili. Siquidem mures agreſtes læſi ab iis hanc eſſe dicuntur. Succus ex uino coctæ aluum ſiſtit. Eadem palpebrarum pilos inordinatiſſimos pro gummi efficaciſſime regit. Dorotheus ſtomacho & concoctionibus utilem ſuis carnibus pronuntiauit. Aliqui fœminis & oculis generationique uirorum contrariamputauere. Inter ea quæ temere manduntur boletos merito poſuerim. Optimus quidem eſt is cibus:ſed imenſo exemplo in crimen adductus ueneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem a coniuge dato Agrippina:quo facto illa terris uenenum alterum ſibiq; ante omnes Neronem ſuum dedit. Quorundam ex iis facile noſcuntur uenena:diluto robore. rancido aſpectu:liuido intus colore:rimoſa ſtria pallido per ambitum labro. Non ſunt hæc in quibuſdam:ſicciq; & nitri ſimiles ueluti guttas in uertice albas ex tunica ſua gerunt. Voluam enim terra ob hoc prius gignit:ipſum poſtea in uolua ceu ĩ ouo eſt luteum. Nec tunicæ minor gratia in cibo infantiis boleti. Rumpitur hoc primo naſcente: mox creſcente in pediculo corpus abſumitur:raroq; unq̃ geminis ex uino pede. Origo prima cauſaq; limo:& aceſcente ſucco madẽtis:terræ:aut radicis ferme glandiferæ: initioq; ſpuma lentior. Dein corpus mẽbranæ ſimile mox partus ut diximus illa penitialia prorſus improbanda. Si enim caligaris clauus: ſi ferri uel calybis aliqua rubigo:aut panni marcor affuerit:omnem ilico ſuccum alienum ſaporemq; in uenenum decoquit: deprehendiſſeq; niſi agreſtes poſſunt:atq; qui colligunt. Ducunt ipſi alia uitia. Nunc quidem ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit:ſi pateſcentes primo adhalauerit capaci uenenorum cognatione ad uirus accipiendum. Itaq; caueri conueniet prius q̃ ſe condant ſerpẽtes. Signa erunt tot hærbæ tot arbores fruticeſq; ab emerſu eaꝝ ad latebram uſq; uernantes & uel fraxini tantum folia nec poſtea naſcentia: nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occaſuſq; omnis intra dies ſeptem eſt.

De frugis & ſilphio:& de laſere medo. Cap. xxiii.

Vngorum lætior natura:& numeroſa genera:ſed origo non niſi ex pituita arborum. Tutiſſimi
f qui rubent callo minus diluto rubore q̃ boleti. Mox candidi: uelut apice flaminis inſignibus pediculis. Tertium genus ſuillis uenenis accomodatiſſimum. Familias nuper interemere: & tota conuiuia. Anneum Serenum præfectum Neronis uigiliũ & tribunos & centuriões quoſq;. Voluptas tanta ancipitis cibi. Quidem diſcreuere arborũ generibus:fico ferula:& gummi ferentibus. Nos itẽ fago aut robore aut cupreſſo ut diximus. Sed iſta quis ſpondet ĩ uenalibus? Omnium colos liuidus. His aberit ueneni argumentum:quo ſimilior fuerit arborum fici. Aduerſus hæc diximus remedia:dicemuſq;: interim ſunt aliqua & in iis Claudius ſtomacho utiles putat boletos. Siccantur pendentes ſuilli iunco trãſfixi:quales a bithinia ueniunt. Hi fluxionibus alui quas rheumatiſmos uocant. medẽtur: excreſcẽtibuſq; in ſede carnibus:minuunt enim eas:& tempore abſumunt. Item lentigines & mulierum uitia in facie leuant. Lauantur etiam ut plumbum in oculorum medicamenta. Sordidis ulceribus: & capitis eruptionibus:canum morſibus ex aqua illinuntur. Liber & coquendi dare aliquas comunes in omni eorum genere obſeruationes:quando ipſæ ſuis manibus delitiæ præparant hunc cibum ſolum:& cogitatiõe ante paſcuntur:ſuccineis nouaculis aut argenteo apparatu comitante. Noxii erunt fungi:qui in coquendo duriores fiunt. Innocentiores:qui nitro addito coquentur:ſi utiq; percoquantur. Tutiores fient cum carne cocti:aut cum pediculo pyri. Proſunt & pira cõfeſtim ſumpta. Debellat eos & aceti natura cõtraria his: Hymbribus proueniunt omnia hæc. Hymbre & ſilphion uenit primo e cyrenis:ut dictum eſt. Ex ſyria nunc hoc maxime importatur deterius pthicho:ſed medio melius:extincto omni cyrenaico ut diximus. Vſus ſilphii in media. Nam folia ad expurgandas uuluas:pellendoſq; emortuos partus decoquũtur in uino albo odorato:ut bibatur menſura acetabuli a balneis. Radix prodeſt arteriis exaſperatis:& collectionibus ſanguinis illinitur. Sed & in cibis concoquitur ægre. Inflationes facit & ructus. Vrinæ quoq; noxia. Sugillatis cum uino & oleo amiciſſima:& cum cæra ſtrumis. Verrucæ ſedis crebriore eius ſuffitu cadunt. Laſer e ſilphio profluens quo diximus modo:inter eximia eſt naturæ dona numeratum. Pluribus compoſitionibus inſeritur. Per ſe autem algores excalfacit:Potum neruorum uitia extenuat. Fœminis daẽ in uino. Et lanis mollibus admoueẽ uuluæ ad menſes ciẽdos. Pedũ clauos circũſcarificatos ferro

mixtum ceræ extrahit. Vrinam ciet ciceris magnitudine dilutum. Andrias ſpondet copioſius ſumptum
inflationes facere: & concoctioni plurimum conferre ſenibus & fœminis. Item hyeme q̄ æſtate utilius.
Verútamen aquam bibentibus: cauendumq; ne qua ſit exulceratio intra. Ab ægritudine recreationi effi-
cax in cibo. Tempeſtiue enim datum cauterium optinet: aſſuetis etiam utilius q̄ expertibus. Extera cor-
porum indubitatas confeſſiones habet. Venena telorum & ſerpentium extinguit potum ex aqua uulneri
bus iis circũlinitur. Scorpionum tantum plagis ex oleo. Vlceribus uero non matureſcentibus cum fari-
na hordeacea uel fico ſicca. Carbunculis cum ruta uel cum melle: uel per ſe uiſco ſuperlitum ut hæreat.
Sic & ad canis morſus. Excreſcentibus circa ſedem cum tegmine punici mali ex aceto decoctum. Clauis
pedum qui uulgo morticini appellantur nitro mixto. Ante ſubactum carnes replet cum uino & croco:
aut pipere: aut murium fimo & aceto. Perniones ex uino fouet: & ex oleo coctum imponitur. Sic & cal-
lo. Clauis pedum ſuperraſis præcipue utilitatis. Contra aquas malas: peſtilentes tractus: uel dies. In tuſ
ſi: uuæ: fellis ueteris effuſione: hydropicis 'raucitatibus. Confeſtim enim purgat fauces: uocemq; reddit.
Podagras in ſpongia dilutum poſtea lenit. Pleureticis in ſorbitione uinum poturis datur: contractioni-
bus: opiſthotonicis: ciceris magnitudine ceræ circũlitum. In angina gargarizatur. Anhelatoribus & ī tuſ
ſi uetuſta cum porro ex aceto datur: atq; ex aceto iis qui coagulum lactis ſorbuerint. Præcordiorum ui-
tiis: ſyntericis: comitialibus cum uino in aqua mulſa: linguæ paralyſi. Coxendicibus lumborum dolori-
bus cum decocto melle illinitur. Non cenſuerim quod auctore ſuadent: cauernis dentium in dolore in-
ditum cæra includi: magno experimēto hominis: qui ſe eadem cauſa præcipitauit ex alto: quippe tauros
Inungi inflāmat naribus illitis ſerpentes auidiſſimas uini admixtum rumpit: ideo nec iungi ſuaſerim cum attico
melle: licet præcipiant. Quas habeat utilitates admixtũ aliis īmenſum eſt referre: & nos ſimplicia tracta
mus. quoniam in iis naturam eſſe apparet: in illis coniecturam ſæpe fallacē: nulli ſatis cuſtodita ī mixtu
ris concordia naturæ ac repugnantia. Qua de re mox plura dicemus.

De natura mellis ex aqua mulſa. Et quare genere ciborum mores immutentur:
& de melitide & cæra. Cap. xxiiii.

n On eſſet mellis auctoritas in precio minor: q̄ laſeris: ni ubiq; naſceretur. Illud ipſa fabricata ſit
natura. Sed & huic gignendo animal ut diximus innumeros ad uſus ſi quotiēs miſceatur: æſti
memus. Prima propolis alueorum de qua diximus: aculeos & omnia infixa corpori extrahit:
tubera diſcutit: dura concoquit: dolores neruorum mulcet: ulceraq; iam deſperantia cicatrice includit.
Mellis quidem ipſius natura talis eſt: ut putreſcere corpora non ſinat iucundo ſapore atque non aſpero.
Alia q̄ ſalis natura faucibus: tonſillis: anginæ: omnibuſq; oris deſideriis utiliſſimum: areſcentique ī febri-
bus linguæ. Iam uero peripneumonicis pleureticis decoctum. Item uulneribus: a ſerpente percuſſis. Et
contra uenena fungorum. Paralyticis in mulſo: quãquam ſuæ mulſo dotes conſtant. Mel auribus inſtil-
latum cum roſaceo prodeſt: lēdes & fœda capitis animalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior: ſtoma
chum tamen inflat: bilem auget: faſtidium creat: & oculis per ſe inutile aliqui arbitrantur. Rurſus quidā
angulos exulceratos melle tangi ſuadent. Mellis cauſas atq; differentias nationeſq; & indicatiōem in api-
um ac deinde florum natura diximus: cum ratio operis diuidi cogeret miſcēda. Rurſus naturam rerum
pernoſcere uolentibus. In mellis operibus & aqua mulſa tractari debet. Duo genera eius ſubitæ ac recen
tis. Alterum inueteratæ. Repentina deſpumato melle præclaram utilitatem habet in cibo ægrotantium
leui: hoc eſt alicæ elutæ: uiribus recreandis: ore ſtomachoq; mulcendo: ardore refrigerādo. Frigidam enī
utilius dari uentri molliendo. Inuenio & apud auctores hunc potum bibendum aſſioſis. Item animi hu
milis & preparci: quos illi dixere micropſycos. Eſt & ratio ſubtilitatis immenſæ a Platone deſcendens.
Corpuſculis rerum leuibus ſcabris anguloſis rotundis magis aut minus ad aliorum naturam accedenti-
bus: ideo non eadem omnibus amara aut dulcia eſſe. Sic & in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiā & ī
ſiti. Ergo & hæc animi aſperitas ſeu potius animæ dulciore ſucco mitigatur. Lenit tranſitum ſpiritus: &
molliores facit meatus: ne ſcindant euntem redeuntemq;. Experimenta in ſe cuique. Nullius non ira lu-
ctuſque triſtitiæ. Omnis animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruanda ſunt: quæ non ſolum corpo-
rum medicinam: ſed & moruum habent. Aqua mulſa & tuſſientibus utilis traditur calefacta incitat uo
mitiōes. Contra uenenũ pſimythii ſalutaris addito oleo. Item contra hyoſcyamũ cum lacte maxime aſi
nino: & cōtra halicaccabim ut diximus. Infunditur & auribus & genitalium fiſtulis. Vuluis imponitur
cum pane molli. Subitis timoribus: luxatis: leniendiſq; omnibus. Inueteratæ autem uſum dānauere po-
ſteri minus innocentem aqua: minuſque uino firmum. Longa tamen uetuſtate tranſit in uinum: ut con-
ſtat inter omnes ſtomacho inutiliſſimum: neruiſque contrarium. Semper mulſum ex uetere uino utiliſ-
ſimum facillimeq; cum melle concorporatur: quod in dulci nunquā euenit. Ex auſtero factum non im-
plet ſtomachum: neque ex decocto melle: minuſque inflat: quod fere euenit. Appetendi quoq; reuocat
auiditatem cibi. Aluum mollit frigido potu pluribus: calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectam lōgā
mulſi tantum intinctu tolerauere: neq; alio ullo cibo. Celebri Pollionis Romuli exemplo quē cēteſimũ
annum excedentem

annum excedentem cum Diuus Auguſtus hoſpes interrogaret:quanam ratione maxime uigorem illū animi corporiſq; cuſtodiſſet:ille reſpondit:Intus mulſo:foris oleo. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit:quoniam curetur mulſo. Melitites quo fieret modo ex muſto & melle docuimus in ratione uini. Sæculis iam fieri non arbitror. Hoc genus inflationibus obnoxium. Solebat tamen inueteratū alui cauſa dari in febre. Item articulario morbo:& neruorū infirmitate laborātibus:& mulieribus uini abſtemiis. Melius naturæ adnexa cæra & cuius origine & bonitate nationibuſq; ſuis diximus locis. Omnis autem mollit:calfacit:explet corpora:recens melior. Datur in ſorbitione dyſentericis. Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius toſtæ. Aduerſatur lactis naturæ:ac milii magnitudine decem grana cære hauſta: nō patiuntur coagulari lac in ſtomacho. Si inguem tumeat:albam cæram in pube fixiſſe remedio eſt. Nec huius uſus:duos mixta aliis præſtat:enumerare medicina poſſit:ſicuti nec cæterorum quæ cum aliis proſunt. Iſta ut diximus ingeniis conſtant. Non fecit cærata:malagmata:emplaſtra:collyria:antidota Parens illa ac diuina rerum artifex. Officinarum immo uerius auaritiæ commenta ſunt. Naturæ quidem opera abſoluta atque perfecta gignuntur:paucis ex cauſa non ex coniectura rebus abſumptis : ut ſucco aliquo ſicca temperentur ad meatus aut corpore alio humentia ad nexus. Scrupulatim quidem colligere ac miſcere uires:non coniecturæ humanæ opus:ſed impudentiæ eſt. Nos nec indicarum arabicarūq; mercium:aut externi orbis attingimus medicinas. Non placent remediis tam longe naſcentia. Non nobis gignuntur. Immo ne illis quidem:alioquin non uenderent. Odorum cauſa unguentorumq; & deliciarum:ſi placet etiam ſuperſtitionis gratia emātur:quoniam thure ſupplicamus & coſto. Salutem quidem ſine iis poſſe conſtare:uel ob id probabimus:ut tāto magis ſui delitias pudeat. Sed medicinas e floribus coronamentiſq; & hortenſiis:quæq; manduntur hærbis proſecuti:quo nam modo frugum omittemus? Nimirum & has indicare conueniet.

Contra compoſitiones medicorum:medicinæ ex frugibus. Cap. xxv.

i N primis ſapientiſſima animalium eſſe conſtat:quæ frugæ ueſcantur. Siliginis grana combuſta & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedant. Tritici uero ferro cōbuſta iis:quæ frigus uſſerit:præſentaneo ſunt remedio. Farina tritici ex acero cocta neruorum contractionib9 cum roſaceo uero & ficco ſicca mixiſq; decoctis. Furfures tonſillis faucibuſq; gargarizatōe proſunt. Sex. Pompeius prætorii uiri pater hiſpaniæ citerioris princeps cum horreis ſuis uentilandis præſideret:correptus dolore podagræ merſit in triticum ſeſe ſuper genua leuatuſque ſiccatis pedibus mirabili modo hoc poſtea remedio uſus eſt. Vis tanta eſt:ut cados plenos ſiccet. Paleam quoque tritici uel hordei calidam imponi ramicum incommodis experti iubent:quaq; decoctæ ſunt aqua foueri. Eſt in farre uermiculus teredini ſimilis:quo cauis dentium cæra incluſo cadere uitiati dicuntur:etiam ſi fricentur. Olyram aricā diximus uocant. Hac decocta fit medicamentum:quod ægypti atharam nocant:infantibus utiliſſimū: ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda & decocta collectiones impetuſque diſcutit:lenit & concoquit. Decoquitur alias in mulſa aqua aut fico ſicca. Ad iocineris dolores eam in poſca poſitam concoqui opus eſt aut cum uino. Cum uero inter concoquendum diſcutiendumq; cura eſt: tūc in aceto melius:aut in fecæ aceti:aut cotoneis pyriſue decoctis. Ad multipedum morſus cum melle:ad ſerpentium in aceto:& contra ſuppurantia. ad extrahendas ſuppurationes ex poſca:addita reſina & galla. Ad concoctiones uero & ulcera uetera cum reſina. Ad duritias cum fimo columbarum:aut fico ſicco : aut cinere. Ad neruorum inflamationes:aut inteſtinorum uel laterum:uel uirilium dolores cum papauere aut meliloto:& quotiens ab oſſibus caro recedit. Ad ſtrumas cum pice:& impubis pueri urina. Cum oleo & fœnogræco contra tumores præcordiorum:uel in febribus cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior. Neruis cum hyoſcyami ſucco illinitur. Ex aceto & melle lentigini. Zea ex qua aliquam fieri diximus efficacior etiam hordeacea uidetur : trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionum ictus tepida:& ſanguinem excreantibus. Item arteriæ. Tuſſi cum caprino ſeuo aut butyro. Ex fœnogræco molliſſima omnium. Vlcera manantia ſanat:& furfures corporis:ſtomachi dolores : pedes & mammas cum uino & nitro cocta. Herina magis cæteris purgat ulcera uetera:& grangrenas. Cum raphano & ſale & aceto lichenas. Lepras cum ſulphure uiuo. Et capitis dolores cum adipe anſerino impoſita fronti. Strumas & panos concoquit in fimo columbino & lini ſemine decocta in uino. De polentæ generibus in frugum loco ſatis diximus:locorum ratione:quæ a farina hordei diſtat eo q; torretur. Ad ſtomachum utilis:aluum ſiſtit:impetuſq; rubicūdi tumoris. Et oculis illinitur & capitis dolori cum mēta:aut alia refrigerante herba. Item pernionibus & ſerpentium plagis. Itē ambuſtis ex uino inhibet quoq; puſtulas. Farina in pollinem ſubacta uim extrahendi humoris habet. Ideo & cruore ſuffuſis in faſcias uſque ſanguinem perducit. Efficacius in ſapa. imponitur & pedum callo clauiſq;. Nam cum oleo uetere ac pice decocta polline condylomata:& alia omnia ſedis uitia q̄ maxime calido mirabilem ī modum curantur. Pulte corpus augetur. Farina qua chartæ glutinantur ſanguinem excreantibus datur tepida ſorbenda:efficaciter prodeſt. Halica res romana eſt; & non pridem excogitata ; alioquin non ptiſanæ po-

tius laudes ſcripſiſſent græci. Nondum arbritror Pompeii magni ætate in uſu fuiſſe: & ideo uix quicq̄ de
ea ſcriptum ab Aſclepiadis ſchola. Eſſe quidem eximie utilem nemo dubitat: ſiue eluta deť ex aqua mul
ſa: ſiue in ſorbitiones decocta: ſiue in pulte. Eadem in aluo ſiſtenda torretur: dein fauorum cæra coquiť:
ut ſupra diximus. Peculiaris tamen longo morbo ad tabitudinem redactis ſubuenit: ternis eius cyathis
in ſextarium aquæ ſenſim decoctis: donec omnis aqua conſumatur. Poſtea ſextario lactis ouilli aut capri
ni addito per continuos dies mox adiecto melle. Tali ſorbitionis genere emendantur ſintexes Milio ſiſti
tur aluus. Diſcutiuntur tormina in quem uſum torretur ante. Neruorum doloribus & aliis feruens in
ſacco ponitur. Neque aliud utilius quoniam leuiſſimum moliſſimumq; eſt: & caloris capaciſſimū. Itaq;
talis uſus eius eſt ad omnia quibus calor profuturus eſt. Farina eius cum pice liquida ſerpentium & mul
tipedæ plagis imponitur. Panicum Diocles medicus melfrugum appellauit. Effectus habet quos mili-
um. In uino potum prodeſt dyſentericis. Similiter iis quæ uaporanda ſunt excalfactum imponitur Si-
ſtit aluum in lacte caprino decoctum: & bis die hauſtum. Sic prodeſt & ad tormina. Seſam trita in ui-
no ſumpta inhibet uomitiones. Aurium inflammationi illinitur & ambuſtis. Eadem efficit & dum i her
ba eſt. Amplius hoc oculis imponitur decocta in uino. Stomacho inutilis cibus: & anime grauitatem fa
cit. Stellionum morſibus reſiſtit. Item ulceribus quæ cacoethe uocant. Et auribus oleum quod ex ea fit:
prodeſſe diximus. Seſamoides a ſimilitudine nomen accipit: grano amaro: folio minore. Naſcitur in gla
reoſis. Detrahit bilem in aqua potum. Semen illinitur igni ſacro. Diſcutit panos. Eſt etiamnum aliud ſe
ſamoides antycire naſcens: quod ideo aliqui anticyricon uocant: cætera ſimile erigeronti herbæ: de qua
ſuo dicemus loco. Granum ſeſamæ datur in uino dulci ad detractiones quantum trinis dygitis capitur.
Miſcent hellebori albi unum & dimidium obolum. Purgationem eam adhibentes maxime inſanæ me-
lancholiæ: comitialibus: podagris. Et per ſe drachme pondere exinaniuit. Hordeum optimum quod cā-
didiſſimum. Succus decocti in aqua cæleſti digeritur in paſtillos: ut infundatur exulceratis interaneis &
uuluis. Cinis eius ambuſtis illinitur & carnibus: quæ recedunt ab oſſibus: & eruptionibus pituitæ: mu-
ris aranei morſibus. Idem aſperſo ſale ac melle candorem dentibus & ſuauitatem oris facit. eos qui pane
hordeaceo utuntur morbo pedum tentari negant. Nouemq; granis ſi furunculum quis circundat: ſingu
lis ter manu ſiniſtra & omnia in ignem abiiciat: confeſtim ſanari aiunt. eſt & hærba phœnicea appellata
a græcis: a noſtris uero hordeum murinum. Hæc trita ex uino pota præclare ciet menſes. Priſanæ quæ
ex hordeo fit: laudes uno uolumine condidit Hippocrates: quæ nunc omnes in halicam tranſeunt. Con
tra quanto innocentior eſt halica: Hippocrates tantum ſorbitionis gratia laudauit: quoniam lubrica ex
facili hauriretur: quoniam ſitim arceret: quoniam in aluo non tumeſceret: quoniam facile redderetur: &
aſſuetis hic ſolus cibis in febribus die poſſet dari: tātum remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent.
Sorbitione tamen dari totum uetuit. Aliudue q̄ ſuccum priſanæ. Item uetuit quamdiu pedes frigidi eſ-
ſent: tunc quidem nec potionem dandam fit ex tritico glutinoſior: arteriæq; exulceratæ utilior. Amylon
hebetat oculos: & gulæ inutile contra q̄ creditur. Item ſiſtit aluum, epiphoras oculorum inhibet: & ulce
ra ſanat. item puſtulas & fluitiōes ſanguinis. Genas duras emollit. Datur cum ouo iis qui ſanguinem re
iecerint. In ueſicæ uero dolore ſemuncia amyli cum ouo & paſſis tribus ſufferuefacta a balneo. Quin &
auenæ farina decocta in aceto tollit neruos. Panis ipſe quo uiuitur innumeras pene continet medicinas:
ex aqua enim & oleo aut roſaceo mollit collectiones: ex aqua mulſa duritias ualde mitigat. Datur ex ui
no ad diſcutienda ualens: aut quæ perſtringitur opus ſit: & ſi magis etiamnum ex aceto. Aduerſus acu-
ras pituitæ fluxiones: quas græci rheumatiſmos uocant. item ad percuſſa luxata. Ad omnia autem hæc
fermentatus: qui uocatur autopyros: utilior. Illinitur & paronychiis: & callo pedū in aceto ueteri. Nau
ticus panis tuſus atq; iterum coctus ſiſtit aluum. Vocis ſtudioſis & contra diſtillationes ſiccum eſſe pri
mo cibo utiliſſimum eſt. Sitanius hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie: aut diſquammata cum melle aptiſ-
ſime curat. Candidus ægris aqua calida frigidaue madefactus leuiſſimum cibum prebet. Oculorum tu
mori ex uino imponitur: ſic & puſtulis capitis: aut adiecta arida myrto. Tremulis panem ex aqua eſſe
ieiunis ſtatim a balneo demonſtrant. Quin & grauitatem odorum in cubiculis uſtus emēdat: & uini in
ſaccis addito. Auxiliatur & faba. Nanq; ſolida fricta feruenſq; in acri aceto coniecta torminibus medeť.
In cibo freſſa & cum allio cocta contra deploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorum quottidiano cibo
ſumitur: & commanducata ieiuno ore etiam ad furunculos maturandos: diſcutiendoſue imponitur: &
in uino decocta ad teſtium tumores & genitalium. Lomento quoque ex aceto decocto tumores matu-
rat atque aperit. Item liuoribus combuſtis medetur. Voci eam prodeſſe auctor eſt. M. Varro. Fabaliū
etiam ſiliquarumq; cinis ad coxendices: & ad neruorum ueteres dolores cum adipis ſuilli uetuſtate pro
deſt: & per ſe cortices decocti ad tertias ſiſtūt aluum. Lens optima quæ facillime coquitur: eaq; quæ ma
xime aquam abſorbet. Aciem quidem oculorum obtundit: & ſtomachum inflat: ſed aluū ſiſtit in cibo:
Cruſtas magiſq; diſcocta cæleſti aqua. eadē ſoluit minus percocta. Puſtulas ulcerū rūpit: eaq; quæ intra os: ſunt
purgat & aſtrigit. Collectōes oēs ipoſita ſedat: maxieq; exulceratas & rimoſas. Oculoꝝ āt epiphoras cū
meliloto

meliloto aut cotoneo. Contra ſuppurantia cum polenta imponitur. Decoctæ ſuccus ad oris exulceratio
nes & genitalium adhibetur. Ad ſedem cum roſaceo aut cotoneo. In iis quæ acrius remedium exigũt cũ
putamine punici melle modico adiecto. Ad id demum ne celeriter inareſcat: adiiciunt & betæ folia. Im-
ponitur & ſtrumis paniſq; uel maturis uel matureſcentibus ex aceto diſcocta. Rimis ex aqua mulſa: &
gangrenis cum punici germine. item podagris cum polenta: & uuluis & renibus: & pernionibus. Vlceri
bus difficile cicatricem trahentibus. Propter diſſolutionẽ ſtomachi. xxx. grana lentis deuorantur. In cho-
leris quoq; & dyſenteria efficatior eſt in tribus aquis cocta. in quo uſu melius ſemper eam torrere aut tũ-
dere: ut quã tenuiſſima detur uel per ſe uel cum cotoneo malo: aut pyris: aut myrton: aut intubo errati-
co: aut beta nigra: aut plantagine. Pulmoni eſt inutilis: & capitis dolori: neruoſiſq; omnibus: & felli: nec
ſomno facilis: ad puſtulas utilis: igniq; ſacro & mammis in aqua marina decocta. in aceto autem duriti-
as & ſtrumas diſcutit. Stomachi quidem cauſa polentæ modo potionibus inſpergitur. Quæ ſunt ambu
ſta aqua ſemicocta curat. Poſtea trita & per cribrum effuſo furfure: mox procedente curatione addito
melle. Ex poſca coquitur ad guttura. Eſt & palauſtris lens & per ſe naſcens in aqua non fluente refrigera
toriæ naturæ. Propter quod collectionibus illinitur: & maxime podagris: & per ſe cum polenta glutinat
& interanea procidentia. eſt ſilueſtris & eleliſphacos dicta a græcis: ab aliis phacos. ea eſt ſatiua lente le-
uior: & folio miore. Atq; ſicciore & odoratiore. eſt & alterum genus eius ſilueſtris: odore graui: hæc mi-
tior. Folia habet cotonei mali effigie: ſed minora & candida: quæ cum ramis decoquuntur. Menſes cit &
urinas & paſtinacæ marinæ ictus ſanat. Torporem autem obducit percuſſo loco. Bibitur cum abſinthio
ad dyſenteriam. Cum uino eadem cõmorantes menſes trahit. Abundantes ſiſtit decocto eius poto. Per
ſe impoſita herba uulnerum ſanguinem cohibet. Sanat & ſerpentium morſus. Et ſi in uino decoquatur
pruritus teſtium ſedat. Noſtri qui nũc ſunt hærbarii eleliſphacon græce: latine ſaluiã uocãt mentę ſimilẽ
canam odoratam: partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item uermes aurium ulcerumq;. Cicer & ſil-
ueſtre eſt: foliis ſatiuo ſimile: odore graui. Sed ſi largius ſumatur: aluus ſoluitur: & inflatio contrahitur
& tormina. Toſtum ſalubrius habetur. Cicercula etiamnum magis in aluo proficit. Farina utriuſque ul
cera manantia capitis ſanat efficacius ſilueſtris. Item comitiales & iocinerum tumores: & ſerpẽtiũ ictus.
Cit menſes & urinas grano maxime. Emendat & lichenas: & teſtium inflationes: regium morbum hy-
dropicos. Lædunt omnia hæc genera exulceratam ueſicam: & renes. Gangrenis utiliora cum melle & iis
quæ cacoethe uocantur. Verrucarum in omni genere prima luna ſingulis granis ſingulas tangunt. Eaq;
grana in lintheolo deligata abiiciunt poſt ſe: ita fugari uitium arbitrantes. Noſtri præcipiunt arietinum
in aqua cum ſale diſcoquere: ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pelli:
morbumque regium. eiuſdem foliis ſarmentiſque decoctis aqua quã maxime calida morbos pedum tol
li: & ipſum calidum tritumque illitum. Columbini decocti aqua horrorem tertianæ & de quartanæ mi-
nuere traditur. Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum oculorum ulceribus ex paſſo medetur. De
eruo quædam in mentione eius diximus: nec potentiam ei minorem ueteres q̃ braſſicæ tribuere. Contra
ſerpentium ictus ex aceto ad crocodillorum hominumque morſum. Siquis eruũ quottidie ieiunus edat
lyenem eius abſumi certiſſimi auctores affirmant. Farina eius (ut ait Varro) maculas ex toto corpore
emendat. Serpere uulnera non patitur. In mammis efficaciſſimum. Carbunculos rumpit ex uino. Vrinę
difficultates: inflationem: uitia iocineris: tenaſmon quæ cibum non ſentiant atropha appellata: toſtum
& in nucis auellanæ magnitudinem melle collectum deuoratumque corrigit. Item impetigines ex aceto
coctum & quarto die ſolutum. Panos in melle ſuppurare prohibet impoſitum. Aqua decoctum pernio
nes & pruritus ſanat fouendo. Quin & uniuerſo corpori ſiquis quottidie ieiunus biberit: meliorem fieri
colorem exiſtimant. Cibis idem hominis alienum. Vomitiones mouet. Aluum turbat. Capiti & ſtoma-
cho onoroſum. Genua quoque degrauat. Sed madefactum pluribus diebus miteſcit. Bubus iumentiſq;
utiliſſimum. Siliquæ eius uirides priuſquã indureſcant: cum ſuo caule foliiſque contritæ capillos nigro
colore inficiunt. Lupini quoque ſilueſtres ſunt omnimodo minores ſatiuis: præterquam amaritudine.
Ex omnibus quæ eduntur ſicco nulli minus ponderis eſt: nec plus utilitatis. Miteſcunt cinere aut aqua
calida. Diſcolorem hominem frequentiores in cibo exhilarant. Amari contra aſpidas ualent. Vlcera
atra aridi decorticatique triti ſuppoſito lintheolo ad uiuum corpus redigunt. Strumas parotidas in ace
to cocti diſcutiunt. Succus decoctorum cum ruta & pipere: uel in febri datur ad uentris animalia pel-
lenda minoribus triginta annorum. Pueris uero etiam impoſiti in uentrem ieiunis proſunt. Et alio ge-
nere toſti: & in defruto poti uel ex melle ſumpti. Iidem auiditatem cibi faciunt: faſtidium detrahunt. Fa-
rina eorum aceto ſubacta papulas prurituſq; in balneis illita cohibet: & per ſe ſiccat ulcera. Liuores emẽ-
dat. Inflmmationes cum polenta ſedat. Silueſtrium efficacior, uis eſt contra coxendicum: & lumborũ
debilitatem. Ex iiſdem decocta lentigines & fouẽtium cutem corrigunt. Si uero ad mellis craſſitudinem
decoquantur ſatiui: uitiligines nigras & lepras emendant. Satiui quoque rumpunt carbunculos impo-
ſiti: panos & ſtrumas minuunt: aut maturant. Cocti ex aceto cicatricibus candidum colorem reddunt.

Si uero cæleſti aqua decoquantur: ſuccus ille ſmegma fit: quo ſolent fouere gangrenas: eruptiones pitui-
tæ: ulcera manantia utiliſſimum. Expedit ad lyenem bibere: & cum melle menſtruis hærentibus. Lyeni
crudi cum fico ſicca triti ex aceto imponuntur. Radix quoq; in aqua decocta urinas pellit. Medentur pe
cori cum chameleonte herba decocti: aqua in potum collata. Sanãt & ſcabiem quadrupedum omnium
in amurca decocti: utroq; liquore poſtea mixto. Fumus crematorum culices necat. Irionem inter fruges
ſeſamæ ſimilem eſſe diximus: & a græcis eryſimon uocari. Galli uelarum appellant. Eſt autem fructico
ſum foliis erucæ anguſtioribus paulo: ſemine naſturtii. Vtiliſſimum tuſſientibus cum melle: & in thora
cis purulentis excreationibus. Datur & regio morbo: & lumborum uitiis pleureticis torminibus cæliacis
Illinitur uero parotidum & carcinomatum malis. Teſtium ardoribus ex aqua: alias cum melle. Infanti-
bus quoq; utiliſſimum. Item ſedis uitiis & articulariis morbis cum melle & fico. Contra uenena etiã effi-
cax potu. Medetur & ſuſpirioſis. item fiſtulis cum axungia ueteri ne intus addatur. Orminum ſemine
(ut diximus) cymino ſimile eſt: cætero porro dodrantali altitudine. Duorum generum alteri ſemen ni-
grius & oblongum. Hoc ad uenerem ſtimulandam & ad oculorum argema & albugines. Alteri candi-
dius ſemen & rotundius. Vtroq; tuſo extrahuntur aculei ex corpore per ſe illitum ex aqua. Folia ex aceto
impoſita panos per ſe uel cum melle diſcutiunt. item furunculos: prius q̃ capita faciant: omneſq; acrimo
nias. Quin & ipſæ frugum peſtes in aliquo ſunt uſu. infœlix dictum eſt a Virgilio loliũ. Hoc tamẽ mo-
litum ex aceto coctum impoſitumq; ſanat impetigines: celerius quo ſepius mutatum eſt. Medetur & po
dagris: aliiſq; doloribus cum oximelite. Curatio hæc a cæteris differt. Aceti ſextario uno dilui: mellis un-
cias duas iuſtum eſt: ita temperatis ſextariis tribus decocta farina lolii ſextariis duobus uſq; ad craſſitu-
dinem: calidumq; ipſum imponi dolentibus membris. Eadem farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appel
latur hærba quæ necat milium. Hæc trita & cornu cum uino infuſa podagras iumentorum dicitur ſana
re. Bromos ſemen eſt ſpicam ferentis hærbæ: naſcitur inter uitia ſegetis auenæ græcæ genere: & folio & ſti
pula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas uelut locuſtas habet. Semen utile ad cata
plaſmata atque hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus ſuccus. Orobanchem appellauimus necantem
eruum & legumina. Alii cynomorion eam appellãt a ſimilitudine camini genitalis: cuius cauliculus eſt
ſine foliis pinguis: rubens. Eſtur & per ſe & in patinis cum tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcun-
tur beſtiolæ uanenatæ: quæ manus pungunt: & periculum uitæ afferunt. Solifugarum generis. Aduer-
ſus has omnia eadem medẽtur: quæ contra araneos & phalangia demonſtrantur. Et frugum quidem
hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus: zythum in ægypto: cælia & cærea ĩ hiſpania: ceruiſia &
plura genera in gallia: aliiſque prouintiis: quorum omnium ſpuma cutem fœminarum in facie nutrit.
Nam quod ad potum ipſum attinet: præſtat ad uini tranſire mentionem: atque a uite ordiri medicinas
arborum.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIII. PROOEMIVM.

PEracta cærealium in medendo quoq; natura eſt: omniũq; quæ ciborum aut flo-
rum odorumque gratia proueniunt ſupina tellure: non ceſſit his pomona: par-
teſque medicas pendentibus quoq; dedit: non contenta protegere: arborumq; ale
re umbra quæ diximus: immo uelut indignata plus auxilii ineſſe iis: quæ longius
a cælo abeſſent: quæq; poſtea cœpiſſent. Primum enim homini cibum fuiſſe inde:
& ſic inductos cælum ſpectare: paſciq; & nũc ex ſe poſſe ſine frugibus. Ergo her
cule artes in primis dedit uitibus: nõ contenta delitias etiã & odores atq; unguenta omphacio & oenan-
the ac maſſari: quæ ſuis locis diximus nobiliter inſtruxiſſe. Plurimum inquit homini uoluptatis ex me ẽ
Ego ſuccum uini: liquorem olei gigno. Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus omnia per
labores: aranda tauris: terenda areis: deide ſaxis: ut quando quantoue opere cibi fiant. At ex me parata
omnia: nec curuo adoranda aratro: nec cura laboranda: ſed ſeſe porrigentia ultro: & ſi pigeat attingere
etiam cadentia. Certauit ipſa ſecum: pluſq; utilitatis cauſa genuit etiam q̃ uoluptatis. Folio uitiũ & pam-
pino capitis dolores: inflãmationeſq; corporũ mitigantur cum polenta. Folia per ſe ardores ſtomachi ex
aqua frigida. Cum farina uero hordei articularios morbos. Pampini triti & impoſiti tumorem oẽm ſic-
cant. Succus eorum dyſentericis infuſus medetur. Lachryma uitium quæ ueluti gũmi eſt: lepras & liche
nas & pſoras nitro ante præparatas ſanat. Eadẽ cum oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectum habet ma
ximeq; aqua quã uirides anciſæ uites exudãt: qua & ueruccæ tollũtur. Pampini ſanguinẽ excreantibus: &
mulierum a conceptu defectioni diluti potu proſunt. Cortex uitium & folia arida uulnerum ſanguinem
ſiſtunt: ipſumq; uulnus conglutiant. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure impetigines tollunt. Cinis ſar
mentorum uitiumq; & uinaceorum condylomatis & ſedis uitiis medetur ex aceto. itẽ luxatis: & ambu-
ſtis: & lyenis

ſtis:& lyenis tumori cum roſaceo & ruta & aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleum aſpergitur: & in-
tertrigines et pilos abſumit. Dant et bibendum cinerem ſarmentorum ad lyenis remedia aceto conſper-
ſum ita ut uini cyathi in tepida aqua bibantur:utq; qui biberit in lyenē iaceat. Clauiculæ ipſæ quibus re-
punt uites tritæ & ex aqua potæ ſiſtunt uomitionum conſuetudinē. Cinis uitium cum axungia uetere cō
tra tumores proficit:fiſtulas purgat:mox & perſanat:neruorum dolores frigore ortos:contractioneſq;:
contuſas uero partes cum oleo:carnes excreſentes in oſſibus cum aceto & nitro:ſcorpionum & canum
plagas cum oleo. Corticis. per ſe cinis combuſtus pilos reddit. Omphacium qua fieret ratione incipien-
tis uuæ pubertate in unguentorum loco docuimus. Nunc ad medicinam de eo pertinentia īdicabimus.
Sanat ea quæ in humido ſunt ulcera oris:tonſillarum:genitalium. Oculorum claritati plurimum con-
fert. Scabriciæ genarum: ulceribuſq; angulorum:nubeculis:ulceribus quacunq; in parte manantibus.
Cicatricibus marcidis. Oſſibus purulente limoſis. Frangitur uehementia eius melle aut paſſo. Prodeſt
dyſentericis:ſanguinem excreantibus:anginis. Omphacio coheret oenanthe:quam uites ſilueſtres ferūt
dicta a nobis in unguenti ratione. Laudatiſſima in ſyria:maxime circa anthiochiæ & laodiceæ montes:
& ex alba uite refrigerat:aſtringit:uulneribus inſpergitur:ſtomacho illinitur:utilis urinæ:iocineri. Capi-
tis doloribus:diſentericis:cæliacis:cholericis. Contra faſtidia obolo ex aceto. pota. Siccat manantes ca-
pitis eruptiones:efficaciſſima ad uitia quæ ſunt in humidis. Ideoq; & oris ulceribus: & uerendis ac ſedi-
Cum melle & croco. aluum ſiſtit. Genarum ſcabiem emendat: oculorumq; lachrymationes. Ex uino
ſtomachi diſſolutionem. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreationes. Cinis eius ad collyria & ad ulcera
purganda & paronychia:& pterygia probatur. Vritur ī furno:donec panis percoquatur. Maſſaris odo-
ribus tantum gignitur omniaq; ea auiditas humani ingenii nobilitauit rapere feſtinando.

De medicinis uuarum recentium:& ſarmentis uuarum:& uinaceis: & de uua the
riace:& de uua paſſa:& aſtaphide:& aſtaphiſagria:pituitaria:& labruſca:& de ui
te alba & nigra:& de muſtis:& uini generibus. Cap. i.

Aturescentium autem uuæ uehementiores nigræ: ideoq; uinum ex iis minus iucundum: ſua-
m uiores albæ:quoniam e trāſlucido facilius accipitur aer. Recētes ſtomachum & ſpiritum īflāt
aluumq; turbant. Itaq; in febri damnātur utiq; largiores. Grauedinem enim capiti: morbumq;
lethargicum faciunt. Innocentiores q̄ decerpte diu pependere:qua uentilatione etiam utiles fiunt ſtoma
cho ægriſq;. Nam & refrigerant leuiter:& faſtidium auferunt. Quæ autem in uino dulci conditæ fue
re:caput tentant. Proximæ ſunt penſilibus in palea ſeruatæ. Nam & uinaceis ſeruatæ & caput & ueſi-
cam & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamen aluum. ſanguinem excreantibus utiliſſimæ. Que uero in-
muſto fuere peiorem uim etiamnum habent:q̄ quæ in uinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit.
Saluberrimas putant medici in cæleſti aqua ſeruatas:etiam ſi minime iucundas:ſed uoluptatem earum
in ſtomachi ardore ſentient:& in amaritudine iecoris felliſq; uomitione. In choleris hydropicis cum ar-
dore febrium ægrotantibus. At in ollis ſeruatæ & os & ſtomachum & auiditatem excitant. Paulo tamē
grauiores exiſtimantur fieri uinaceorū halitu. Vuæ florem in cibis ſi edere gallinacei uuas nō attingunt:
Sarmenta earum in quibus acini fuere aſtringendi uim optinent. efficatiora ex ollis. Nuclei acinorum eā
dem uim optinent. Hi ſunt qui in uino capitis dolorem faciunt. Toſti tritique ſtomacho utiles ſunt. In-
ſpergitur farina eorum polentæ modo potionis dyſentericis:& cæliacis: & diſſolutis ſtomacho. Deco-
cto etiam eorum fouere pſoras:& pruritum utile eſt. Vinacei per ſe minus capiti aut ueſicæ nocent q̄ nu
clei. Mammarum inflationi triti cum ſale utiles. Decoctura eorū ueteres dyſentericos & cæliacos iuuat
& potione & foetu. Vua theriace de qua ſuo loco diximus: contra ſerpētium ictus ualet. Pāpinos quoq;
eius edendos cenſent:īponendoſq;:uinumq; & acetum ex iis factum auxiliarem contra eandem uim ha-
bent. Vua paſſa quam aſtaphida uocant:ſtomachum uentrē interanea tentaret:niſi pro remedio in ipſis
acinis nuclei eſſent. Iis exēptis ueſicæ utilis habetur:& tuſſi alba utilior. Vtilis & arteriæ & renibus: ſicut
ex iis paſſum priuatim e ſerpentibus Contra hemorrhoiam potens. Teſtium inflammationi cum farina
cumini aut coriandri imponuntur. item carbunculis:articularibus morbis ſine nucleis tritæ cum ruta fo
uere ante uino ulcera oportet. Sanant epinyctidas & dyſenteriam cum ſuis nucleis:& in oleo coctæ grā
grenis illinuntur cum cortice raphani & melle. Podagris & unguiū mobilibus cū panace:& per ſe ad pur
gandum eos caputq; cum pipere cōmanducantur. Aſtaphis agria ſiue ſtaphis quam uuam taminiam ali
qui uocāt falſo:ſuum enim genus habet:cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ:fert folliculos uerius q̄ aci
nos uirides ſimiles ciceri. In iis nucleum triangulum. Matureſcit cum uindemia nigreſcitq; cum taminię
rubentes norimus acinos:ſciamuſq; illam in apricis naſci:hanc nō niſi in opacis. His nucleis ad purgatio
nem uti nō cenſuerim pp ancipitē ſtrāgulationē:nec ad pituitā oris ſiccādā:fauces. n. ledūt. Phthiriaſi ca
put & reliquū corpus liberāt triti. Facilius admixta ſandaraca. Itē pruritu & pſoris. Ad dētiū dolores de
coquunt̄ ī aceto. Ad aurīū uitia rheumatiſmū cicatricū:ulceq; manātia. Flos tritus ī uino cōtra ſerpētes

bibitur. Semen enim abdicauerim propter nimiam uim ardoris. Quidam eam pituitariam uocāt: & pla
gis ſerpentium utiq; illinunt. Labruſca quoq; oenanthem fert ſatis dictam. Quæ a græcis ampelos agria
appellatur: ſpiſſis & candicantibus foliis geniculata rimoſo cortice: fert uuas rubentes cocci modo: quæ
cutem in facie mulierum purgant: & uariis coxendicum & lumborum uitiis tuſæ cum foliis & ſucco pro
ſunt. Radix decocta in aqua & in uini coi cyathis duobus humorē alui ciet: ideo hydropicis datur. Hanc
Expuitio-nem Temperāt potius crediderim eſſe: quam uulgus uuā tamniam uocat. Vtuntur ea pro amuleto. & ad expiationem
ſanguinis quoq; adhibent nō ultra gargarizationes: & ne quid deuoretur addito ſale thymo aceto mulſo
Ideo & purgationibus ancipitem tentant. Eſt huic ſimilis: ſed in ſalictis naſcens: ideo diſtinguitur nomi
ne: cum eoſdem uſus habeat: & ſalicaſtrum uocatur: Scabiem & pruriginem hominum & quadrupedū
aceto mulſo trita hæc efficatius tollit. Vitis alba quam græci ampeloleucen: alii ophio ſtaphylon: alii me
lothron: alii pſilothrum: alii archezoſtin: alii cedroſtin: alii madon appellant. Huius ſarmenta longis: &
exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia pampinoſa ad magnitudinem ederæ diuiduntur ut uitiū.
Radix alba grandis: raphano ſimilis initio: ex ea caules aſparagi ſimilitudine exeunt. Hi decocti in cibo
aluum & urinā cient. Folia & caules exulcerant corpus: utiq; ulcerum phagedenis & grāgrenis tibiarūq;
tedio cum ſale illinuntur. Semen in uua raris acinis dependet ſucco rubente poſtea croci. Nouere id qui
coria perficiunt: illo enim utuntur. Pſoris & lepris illinitur. Lactis abundantiam facit coctum cū tritico
potūq;. Radix numeroſis utilitatibus nobilis contra ſerpētium ictus trita drachmis duabus bibitur. Vi
tia cutis in facie uaroſq; lentigines & ſugillata emendat & cicatrices. Eadēq; præſtat decocta in oleo deco
cto: datur & in comitialibus potus. Item mente commotis: & uertigine laborantibus drachmæ pondere
quottidie anno toto. Et ipſa autem largior aliquanto purgat ſenſus. Illa uis præclara q; oſſa infracta ex-
trahit in aqua impoſita ut bryenia: quare quidam hanc albam bryeniam uocant. Alia uero nigra effica-
tior in eodem uſu cum melle & thure. Suppurationes incipientes diſcutit: ueteres maturat & purgat. Cit
menſes & urinam. Elegma ex ea fit ſuſpirioſis & cōtra lateris dolores uulſis ruptis. Splenem ternis obo
lis pota. xxx. diebus conſumit. Illinitur eadem cum fico & pterygiis digitorum. Ex uino ſecundas fœmi-
narum appoſita trahit & pituitam drachma pota ex aqua mulſa. Succus radicis colligi debet ante matu
ritatem ſeminis. Qui illitus per ſe & cum eruo lætiore quodam colore & cutis teneritate mangonizat cor
pora. Serpentes fugat. Tunditur ipſa radix cum pingui fico: erugatq; corpus: ſi ſtatim bina ſtadia ambu
lentur: alias urit: niſi frigida ſtatim abluatur. Iucundius hoc idem præſtat nigra uitis: quoniam alba pru
ritum affert. Eſt ergo & nigra quam proprie etiam bryeniam uocant: alii chironiam: alii gynæcāthen aut
aproniam: ſimilem priori: præterquam colore. Huius enim colorem nigrum eſſe diximus: cuius aſpara
gos ſimiles. Diocles prætulit ueris aſparagis in cibo urinæ ciende: lyeniq; minuendo. In frutetis & harun
dinetis maxime naſcitur. Radix foris nigra: intus buxeo colore: oſſa infracta efficatius extrahit q̄ ſupradi
cta. Cæterum eidem peculiare eſt quod iumentorum ceruicibus unice medetur. Aiunt ſi quis in uilla cā
extruxerit: fugere accipitres: tutaſq; fieri aues uillaticas: aliter eadem ī iumento hominēq; flegma aut ſan-
Talos guinem qui ſcreatur: talo circunligata ſanat. Et hactenus de uitium generibus. Muſta differentias habēt
naturales has: q; ſunt candida aut nigra: aut inter utrunq; alia ex aliis ex quibus uinum fiat: alia ex qbus
paſſum: curaque differentias innumerabiles facit. In plenum ergo hoc dixiſſe conueniet. Muſtum omne
ſtomacho inutile: uenis iucundum. A balneis raptim & ſine interſpiratione potum necat. cantharidum
naturæ aduerſatur. Item ſerpentibus maximæ hemorrhoiæ & ſalamandræ. Capitis dolores facit: & gut-
turi inutile: Prodeſt renibus: iocineri: & interaneis ueſicæ: colleuat enim ea. Priuatim cōtra bupreſtin ua
let. Contra meconium. lactis coagulationem. Cicutam: toxica: dorycnidium ex oleo potum redditumq;
uomitionibus. Ad omnia infirmius album: iucundius paſſi muſtum: & q; minorem capitis dolorem af-
ferat. Vini genera differentiaſq; per quā multas expoſuimus: & fere cuiuſq; proprietates. Neque eſt ulla
pars difficilior tractatu: aut numeroſior. Quippe cum ſit tardum dictu pluribus proſit an noceat. Præ-
terea q̄ ancipiti euentu potu ſtatim auxilium fit aut uenenum. Etenim de eius natura quę ad remedia tm̄
pertinent nunc loquimur. Vnum de dando eo uolumen Aſclepiades cōdidit: ab eo cognominatum: qui
uero poſtea de uolumine illo diſſeruere innumeri. Nos iſta romana grauitate artiumq; liberalium appe
tentia non ut medici: ſed ut iudices ſalutis humanæ diligenter diſtinguemus. De generibus ſingulis diſſe
rere immenſum & inexplicabile eſt diſcordibus medicorum ſententiis. Surrentinum ueteres max. proba
uere ſequens ætas albanum aut falernum. Deinde alia alii iniquiſſimo genere decreti: quod cuiq; gratiſſi-
mum cæteris omnibus pronuntiando. Quin ut conſtarent ſententiæ: quota portio tamē mortalium iis
generibus poſſet uti? Iam uero nec proceres uſquā ſinceris. Eo uenere mores ut nomina cellarum modo
ueneant: ſtatimque in lacubus uindemiæ adulterentur. Ergo hercle mirum dictu: Innocentius iam eſt
quodcunq; & ignobilius. Hæc tamen facere cōſtantiſſime uidentur ſententiæ uictoriam: quorum men-
tionem fecimus: ſiquis hoc quoq; diſcrimen exigat. Falernum nec in nouitate: nec in nimia uetuſtate cor-
pori ſalubre eſt. Media eius ætas a quintodecimo anno incipit. Hoc nō rigido potu ſtomacho utile: non
item in calido

itē in calido. Et ī diutina tuſſi ſorbeť merū utiliter a ieiunis: item in quartanis. Nullo æque uenæ excitantur: aluum ſiſtit: corpus alit. Creditum eſt obſcuritatem uiſus facere: nec prodeſt neruis: aut ueſicæ. Albana neruis utiliora. Stomacho minus quæ ſunt dulcia uel auſtera. Falerna ntiliora. Concoctionē minus adiuuant. Stomachum modice implent. At ſurrentina nullo modo: nec caput tentant: ſtomachi & inteſtinorum rheumatiſmos cohibēt. Cecubum iam non gignitur. At quæ ſuperſunt ſetina cibos concoqui cogunt. Virium plus ſurrentino: auſteritatis albano: uehementiæ minus falerno. Ab iis ſtatana non longo interuallo abfuerunt. Aluo citæ ſignum maxime conducere indubitatum eſt. Reliqua in commune dicitur. Vino aluntur uires: ſanguis coloſq; hominum. Hoc quoq; diſtat orbis medius & mitior plaga a circuniectis: quantum illis feritas facit roboris: tantum nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit. Frugum neruos: aquæ carnes. Ideo minus rubores eſt in corporibus illis & minus roboris: contraq; labores patētiæ. Vino modico nerui iuuantur: copioſiore læduntur: ſic & oculi. Stomachus recreatur. Appetentia ciborum inuitatur. Triſtitiæ cura hebetatur: Vrina & algor expellitur. Somnus conciliatur. Præterea uomitionem ſiſtit. Collectiones extra lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiades utilitatem uini æquari uix deorum potentia poſſe pronuntiauit. Vetus copioſiore aqua miſcetur. Magis nouum urinam expellit: minus ſiti reſiſtit. Dulce minus inebriat. ſed ſtomacho innatat. Auſterum facilius concoquitur. Leuiſſimum eſt: quod celerrime inueteratur. Minus infeſtat neruos quod uetuſtate dulceſcit. Stomacho minus utile eſt pingue nigrum: ſed corpora magis alit: tenue & auſterum minus alit: magis ſtomachum nutrit. Celerius per urinam tranſit: tantoq; magis capita tentat. Hoc & in omni alio ſucco ſemel dictum ſit. Vinum ſi ſit fumo inueteratum inſaluberrimum eſt. Mangones iſta in apothecis excogitauere. Iam & patreſfamilias ætate ademere iis: quæ per ſe cariem traxere. Quo certe uocabulo ſatis conſilii dedere priſci: quoniam & in materiis cariem fumus erodit. At nos e diuerſo fumi amaritudie uetuſtatatem indui perſuaſum habemus. Quæ ſunt admodum exalbida hæc uetuſtate inſalubria fiunt. Quo generoſius uinum eſt: hoc magis uetuſtate craſſeſcit: & in amaritudinem corpori minime utilem coit. Condire eo aliud minus annoſum inſalubre eſt. Sua cuiq; uino ſaliua innocentiſſima. Sua cuiq; ætas gratiſſima: hoc eſt media. Corpus augere uolentibus: aut mollire aluum conducit inter cibos bibere. Contra minuentibus: aluumq; cohibentibus ſitire in edendo: poſtea parum bibere. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento: inutiliſſimum eſt. Curas uigoremq; animi impedit ad procinthum tendentibus. Somno uero ac commodatū ac ſecuritatibus. Iamq; dudum hoc fuit: quod homerica illa Helena ante cibum miniſtrauit. Sic quoq; in prouerbium ceſſit: ſapientiam uino obumbrari: uitio damus homini quod ſoli animalium non ſitientes bibimus. Aquæ potum interponere utiliſſimum. Itemq; iugi ſuperbibere ebrietati: quā quidem frigidæ potus ex templo diſcutit. Meracis potionibus per uiginti dies ante canis ortum totidēq; poſtea ſuadet Heſiodus uti. Merum quidem remedio eſt contra cicutas: coriandrum: aconita: uiſcum: meconium: argentum uinum: apes: ueſpas: crabrones: phalangia: ſerpentum ſcorpionumq; ictus: contraq; omnia quæ refrigerando nocēt. Priuatim contra hemorrhoidas: preſteras: fungos: item contra inflationes roſioneſq; præcordiorum: & quorum ſtomachus in uomitiones effunditur. Et ſi uenter aut interanea rheumatiſmum ſentiant. Dyſentericis: ſudatoribus: in longa tuſſi: in epiphoris meracum. At uero cardiacis in mamma leua merum in ſpongia imponi prodeſt. Ad omnia autem maxime album inueteraſcens. Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitas iumētis: quo etiam infuſo cornu laſſitudinem auferri aiunt. Simias quadrupedeſq; quibus digyti ſunt: negant creſcere aſſuetas meri potu. Hūc circa ægritudines ſermo de uinis erit. Saluberrimum liberaliter genitis campaniæ quodcunq; tenuiſſimum. Vulgo uero quod quemq; maxime iuuerit ualidum. Vtiliſſimum omnibus ſacco uiribus fractis. Meminerimus ſuccum eſſe qui feruendo uires e muſto ſibi fecerit. Miſceri plura genera omnibus inutile. Saluberrimum cui nihil in muſto additum eſt: meliuſq; ſi nec uaſis pix affuit. Marmore enim & gypſo aut calice condita quis non etiam ualidus expauerit? In primis igitur uinum marina aqua factum inutile eſt ſtomacho: neruis: ueſicæ. Reſina condita frigidis ſtomachis utilia ſeſe exiſtimantur. Non expedire uomitionibus: ſicut neq; muſtum: neq; ſapa: neq; paſſum. Nouitium reſinatum nulli conducit. Capitis dolorem & uertigines facit: ab hoc dicta crapula eſt. Tuſſientibus & in rheumatiſmo nominata proſunt. Item cæliacis: & dyſentericis mulierum menſibus. In hoc genere rubrum nigrumue magis conſtringit: magiſq; calefacit. Innocentius pice ſola conditum. Sed & picem meminiſſe debemus non aliud eſſe quā combuſtæ reſinæ fluxum. Hoc genus uini excalefacit: concoquit: purgat: pectori: uentri utile. Item uuluarum dolori ſi ſine febre ſint: ueteri rheumatiſmo: exulcerationi: ruptis: conuulſis: neruorum infirmitati: inflationibus: tuſſi: anhelationibus: luxatis in ſuccida lana impoſitum. Ad omnia hæc utilius id quod ſponte naturæ ſuæ picem reſipit: picatumq; appellatur. Heluenaco quoq; tamen nimio caput tentari cōuenier. Quod ad febrium ualitudines attinet: certum eſt non dandum ī febre: niſi ueteribus ægris uinū: nec niſi declinante morbo. In acutis uero periculis nullis niſi qui manifeſtas remiſſiones habeant: & has noctu potius. Dimidia enim pars periculi eſt noctu: hoc eſt ſpe ſomni bibentibus: nec a partu ab-

Vino debemus homines

ortuue:nec a libidine ægrotantibus:nec in capitis doloribus:nec quorum acceſſiones cum frigore extre-
mitatum faciant:nec in febri tuſſientibus:nec in tremore neruorũq; doloribus uel fauciũ:aut ſi uis mor-
bi circa illa intelligatur:nec in duritia præcordiorum:uenarum uehementia:neq; in opiſthotonio:tetano
nec ſingultientibus:nec ſi cum febre diſpnoea ſit. Minime uero oculis rigentibus:& genis ſtantibus:aut
defectis grauibuſq;:nec quorum conniuentium perlucebunt oculi:neu palpebris non coeuntibus. Vel ſi
dormientibus hoc idem eueniet. Aut ſi cruore ſuffunduntur oculi:uel ſi lemæ in oculis erũt. Minime lin
gua fungoſa:nec graui:& ſubinde inperfecta loquentibus:nec ſi urina difficile reddetur. Neq; expaueſcẽ-
tibus repente. Nec ſpaſticis:aut rurſus torpentibus:nec ſi per ſomnos genitura effundetur. Cardiacorũ
morbo unicam ſpem ĩ uino eſſe certum eſt. Sed id dandum quidam non niſi in acceſſione cenſent: alii in
remiſſione. Illi ut ſudorem coerceant. Hi quia tutius putant minuente ſe morbo:quamplurimum ſenten
tiam eſſe uideo. Dari utiq; non niſi in cibo debet:nec a ſomno:nec præcedente alio potu:hoc eſt utiq; ſiti
enti:nec niſi in deſperatiõe ſumma:& uiro facilius q̃ fœminæ:ſeni q̃ iuueni:iuueni q̃ puero: hyeme q̃ æſta
te:aſſueti potius q̃ expertibus. Modus dandi pro uehementia uini:item mixtura. Atque uulgo ſatis pu-
tant unum uini cyathum duobus aquæ miſceri. Si diſſolutio ſit ſtomachi dandum: & ſi cibus non de-
ſcẽdat. Inter uini genera quæ fingi docuimus:nec fieri iam arbitror. Eſt & ſuperuacaneus eorum uſus cũ
ipſis rebus ex quibus fingitur doceamus uti:& alias modum exceſſerat medicorum in his oſtentatio: ut
luti e napis unum utile eſſe ab armorum equitatus ue laſſitudine præcipientium:atque ut reliqua omit-
tamus:etiam in iunipero. Et ſi quis ſacius cenſeat abſinthite uino utendum potius q̃ abſinthio ipſo. In re
liquis omittatur. Et palmeum capiti noxium uentriq; tantum molliendo & ſanguinem excreantibus nõ
inutile. Fictitium non poteſt uideri:quod bion appellauimus:cum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio. Pro-
deſt ſtomacho diſſoluto:aut cibus non perficiente:prægnantibus:defectis:paralyticis:tremulis: uertigi
ni:torminibus:iſchiaticis. In peſtilentia quoque ac peregrinationibus uim magnam auxiliandi habere di
citur. Vini etiam uitium tranſit in remedia. Aceto ſumma uis eſt in refrigerando:non tamen miror ĩ di-
ſcutiendo. Ita fit ut infuſo terræ ſpumet. Dictum eſt ſæpius diceturq; quotiens cũ aliis proſit. Per ſe hau
ſtum faſtidia diſcutit. Singultus cohibet. Sternutamenta olfactu. Vim in balneis æſtus arcet:ſi cõtinea-
tur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum ſtomacho utiliter gargarizatur. Cum eadem conualeſcẽ
tium & a ſolis ardoribus. Oculis quoq; illo modo ſaluberrimum. Plurimum fotu medetur poſt uredi-
nes. item lepris:furfuribus:ulceribus manantibus:canis morſibus:ſcorpionumq; ictibus:ſcolopendrąq;
muris araneiq;. Contra omnium aculeatorum uenena & pruritus. Item contra multipedum morſum.
Calidum in ſpongia appoſitum:aut adiecto ſulphuris ſextante ſextarii tribus aceti aut hyſopi faſciculo
medetur ſedis uitiis. In ſanguinis fluxione poſt exciſos calculos & omnes alias roſiones foris in ſpongias
impoſitum intus potum cyathis binis q̃ acerrime. Conglobatum utique ſanguinem diſcutit. Contra li-
chenas & bibitur & imponitur. Siſtit aluos & rheumatiſmos interraneorum infuſum. Item procidẽtia
ſedis uulnæq;. Tuſſim ueterem inhibet:& gutturis rheumatiſmos. Orthopnoeam dẽtium labefactionẽ
Veſicæ nocet:neruorum infirmitatibus. Neſciere medici quantum contra aſpidas polleret. Nup ab aſpi
de calcata percuſſus utrem aceti ferens:quotiens depoſuiſſet ſentiebat ictum:alias illeſo ſimilis. Intelle-
ctum ibi remedium eſt:potuque ſuccurſum. Neq; altero os colluunt uenena exugentes. in totum uo-
mitrix uis hæc non ciborum modo eſt:uerum & rerum plurimarum. Saxa rumpit infuſum: quæ nõ ru
perit ignis antecedens. Cibos quidem & ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat. in quo
uſu mitigatur toſto pane aut uino. Vel accenditur pipere ac laſere utiq; ſale compeſcitur. Non eſt præte
reundũ ex eo exẽplum ingens. Siquidẽ. M. Agrippa ſupremis ſuis annis conflictatur graui morbo pedũ
cum dolorẽ eum perpeti nequiret:unius medicorum portẽtoſa ſcientia ignorante Diuo Auguſto tanti
putauit uſu pedum ſenſuq; omni carere:dummodo & dolore illo careret:demerſis in acetum calidũ cru
ribus in acerrimo impetu morbi euaſit.

De aceto ſcyllino:& oxymelle:& ſapa & face uini:aceti:& ſapæ. Cap. iii.

Cetum ſcyllinum inueteratum magis probatur. Prodeſtq; ſuper ea quæ diximus:aceſcentib9
a cibis. Guſtatum enim diſcutit pœnam eam:& iis qui ieiuni uomunt. Callum enim faucium
facit:ac ſtomachi:odorem oris tollit:gingiuas adſtringit: dentes firmat: colorem meliorem
præſtat. Tarditatem quoq; aurium gargarizatione purgat:& tranſitum auditus aperit. Oculorum aciẽ
obiter exacuit:comitialibus:melancholicis:uertiginoſis:uuluarum ſtrangulatiõibus:percuſſis:aut præ-
cipitatis. Et ob id ſanguine conglobato. Neruis infirmis:renum uitiis perquã utile. Cauendum exulcera
tis. Oxymel antiqui (ut Dieuces tradit) hoc modo temperabant. Mellis minas. x. aceti ueteris heminas
quinque:ſalis marini pondo:thymbræ quadrantem:aquæ marinæ ſextarios. v. pariter coquebant decies
deferueſcente cortina:atque diffundebant:inueterabantque. Suſtulit totum id Aſclepiades: coarguitq;.
Nam etiam in febribus dabant. Profuiſſe tamen fatentur contra ſerpentes: quos ſepas uocant: & con-
tra meconium:ac uiſcum & anguinas calidum:gargarizatum:& auribus: & oris: gutturiſq; deſideriis:
quæ nunc

quæ nunc omnia oxyhalme contingunt:id ſale & aceto recente efficacius eſt. Vino cognata res ſapa eſt:
muſto decocto:donec tertia pars ſuperſit. Ex albo hoc melius. Vſus contra cantharidas:bupreſtin pino
rum erucas:quas pityocampas uocant:ſalamandras:& contra mordentia uenenata. Secundas partuſq;
mortuos trahit cum bulbis potum. Fabianus auctor eſt:uenenum eſſe ſiquis ieiunus a balneis id bibat.
Conſequens horum eſt fæx uini:ſui cuiuſque generis. Ergo uini fæci tanta uis eſt : ut deſcendentes in cu-
pas enecet. Experimentum demiſſa præbet lucerna quãdiu extinguatur deſcenſionis periculum denun-
tians. Illota miſcetur medicamentis. Cum iridis uero pari pondere eruptionibus pituitæ illinitur. Et ſic-
ca uel madida contra phalangia:& teſtium mãmarumq; inflammationes:uel in quacunq; parte corpo-
ris. Item cum hordeacea farina & thuris polline in uino decocta crematur:& ſiccatur. Indeq; experimen
tum eſt legitimæ coctæ:ut refrigerata linguam tactu uideatur urere. Celerrime exanimatur non incluſo
condita. Crematio ei multum uirium adiicit. Vtiliſſima eſt ad compeſcendas lichenas:furfureſq; cum fi-
co decocta. Sic & lepris & ulceribus manantibus imponitur. Fungorum naturæ contraria eſt pota : ſed
magis cruda. Oculorum medicamentis cocta & lota miſcetur. Medetur illita & teſtibus & genitalibus.
In uino autem aduerſus ſtrangurias bibitur. Cum expirauerit quoq; lauandis corporibus & ueſtibus uti
lis:tuncque uſum acaciæ habet. Fæx aceti pro materia acrior ſit neceſſe eſt : multoque magis exulceret.
Reſiſtit ſuppurationum incrementis:ſtomachum interanea:uentrem illita adiuuat. Siſtit earum partiũ
rheumatiſmos:& mulierum menſes panos diſcutit nondum exulceratos:& anginas. Sacros ignes cum
cera. Mammas lactis ſui impatientes eadem extinguit. Vngues ſcabros aufert. E ſerpẽtibus contra cera
ſtas ualidiſſima cum polenta. Cum melanthio autem contra crocodili morſus:& canis. Et hæc cremata
ampliat uires. Tunc addito lentiſcino oleo illita una nocte ruffat capillum. Eadem ex aqua in lintheolo
appoſita:uuluas purgat. Sæpe fæce ambuſta ſanantur. Melius addita lanugine arundinis. Eadem quoq;
fæce decocta potaque tuſſes ueteres. Decoquitur in patinis cum ſale & adipe:ad tumorem quoque ma-
xillarum & ceruicum.

De oleis & foliis oleæ:& flore & cinere:& de oliua alba & ni-
gra:& de amurca. Cap. iiii.

Learum proxima auctoritas intelligitur. Folia earum uehementiſſime aſtringunt:purgant:ſi
o ſtunt. Itaque manducata impoſita ulceribus medentur:& capitis doloribus illita cum oleo.
Decoctum eorum cum melle iis quæ medici uſſerint. Gingiuarum inflammationibus:paro-
nychiis ſordidiſq; ulceribus excreſcentibus. Cum melle profluuium ſanguinis e neruoſis partibus cohi-
bet. Succus eorum carbunculantibus excreſcentibus circa oculos ulceribus:& puſtulis : procidentiq; pu
pillæ efficax:quapropter in collyria additur. Nam & ueteres lachrymationes ſanat: & genarum eroſio-
nes. Exprimitur autem ſuccus tuſis:affuſo uino ex aqua cæleſti. Siccatuſque in paſtillos digeritur. Siſtit
menſes in lana admotus uuluæ. Vtilis & ſaniẽ emanantibus. Item condylomatis:ignibus ſacris: quæq;
ſerpunt ulcera:epinyctidi. Eoſdem & flos earum habet effectus. Vruntur & cauliculi floreſcentes ut ſpo
dii uicem cinis præſtet. Vinoq; infuſo iterum uritur. Suppurationes & panos illinunt cinere eo uel foliis
tuſis cum melle. Oculos uero cum polenta. Succus fruticis recentis accenſi diſtillãs ſanat lichenas : fur-
fures:manantia ulcera. Nam lachrymam quæ ex arbore ipſa diſtillat æthiopicæ maxime oleæ : mirari ſa
tis non eſt. Reperti ſunt qui dentium dolores illinendos cenſerent:uenenũ eſſe prædicantes : atq; etiã in
oleaſtro quærendam. E radicæ oleæ q̃ tenerrimæ cortex deraſus:in melle crebro guſtatu medetur ſangui
nem reiicientibus : & ſuppurata tuſſientibus. Ipſius oleæ cinis cum axungia tumores ſanat:extrahitque
fiſtulis uitia:& ipſas ſanat. Oliuæ albæ ſtomacho utiliores:uentri minus. Præclarum habent antequam
condiantur uſum:recentes per ſe cibi modo deuoratæ. Medentur enim harenoſæ urinæ:itẽ dentibus:aut
attritis:aut conuulſis. Nigra oliua ſtomacho inutilior:uentri facilior:capiti & oculis nõ cõuenit. Vtraq;
ambuſtis prodeſt trita & illita. Sed nigra cõmanducatur:& protinus ex ore impoſita puſtulas gigni ꝓ-
hibet. Colymbades ſordida ulcera purgant. Inutiles difficultatibus urinæ. De amurca poteramus uide-
ri ſatis dixiſſe Catonem ſecuti:ſed reddenda quoque medicinæ ratio eſt. Gingiuis & oris ulceribus dentiũ
ſtabilitati efficaciſſime ſubuenit. Item ignibus ſacris infuſa: & iis quæ ſerpunt pernionibus : nigræ oliuæ
amurca utilior:item infantibus fouendis. Albæ uero mulierum uuluæ in lana admouetur. Multo autẽ
omnis amurca decocta efficacior. Coquitur in cupreo uaſe ad craſſitudinem mellis. Vſus eius cum ace-
to:aut uino uetere:aut mulſo:ut quæq; cauſa exigat in curatione oris dentium:auriũ:ulcerũ:manantiũ:
genitaliũ:rhagadum. Vuulneribus in lintheolis imponitur:luxatis in lana. Ingens hic uſus:utiq; inuete-
rato medicamento. Tale enim fiſtulas ſanat. Infunditur ſedis genitaliũ:uuluæ exulcerationi. Illinitur ue-
ro podagris incipientibus:item articularibus morbis. Si uero cum omphacio recoquatur ad mellis craſ-
ſitudinẽ:caſuros dentes extrahit. Item iumẽtorum ſcabiẽ cum decocto lupino & chameleonte hærba mi
te ſanat. Cruda amurca podagris foueri utiliſſimum.

z

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 350 sur 536

De foliis oleaſtri: & oenanthino oleo: & cicino: & amygdalino: & laurino: & myrtheo chamemyrſino: & cupreſſino: & citreo caryno. Cap. v.

o

Leaſtri foliorum eadem natura. Spodiūq; e cauliculis uehemētius inhibet rheumatiſmos. Sedat inflāmationes oculorū. Purgat ulcera: alienata explet: excreſcētia leniter erodit. Siccat: & ad cicatricem perducit: cætera ut in oleis. In hoc aūt peculiare: q; folia decoquuntur ex melle: danturq; coclearibus contra ſanguinis excreationes. Oleum tamen acrius atq; efficacius: & os quoq; colluitur illo. Ad dentiū infirmitatem īponuntur folia: & paronychiis: & carbūculis & cōtra oēm collectionem cum uino. Iis uero quæ purganda ſint: cū melle. Miſcentur oculorū medicamentis: & coctum foliorum: & ſuccus oleaſtri. Vtiliter etiā auribus inſtillatur cū melle: uel ſi pus effluat. Flore oleaſtri cōdylomata illinūtur & epinyctides. itē cum farina hordeacea uenter. in rheumatiſmo cum oleo capitis doloribus. Cutem in capite ab oſſibus recedentē cauliculi decocti & cū melle īpoſiti comprimunt. Ex oleaſtro maturi in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Toſti aūt & cum melle triti nomas repurgant. Carbunculos rumpunt. Olei naturam cauſaſq; abunde diximus. Ad medicinā ex olei generibus hæc pertinent. Vtiliſſimū eſt omphacium: proxime uiride. Præterea q̄ maxime recens: niſi cū uetuſtiſſimum quæritur: tenue: odoratum: quodq; nō mordeat: e diuerſo q̄ in cibos eligitur. Omphacium prodeſt gingiuis. Si contineatur i ore: colorem dentium cuſtodit magis q̄ aliud ſudores cohibet. Oenāthino idem eſt effectus qui roſaceo Omni autem oleo mollitur corpus: uigorem & robur accipit. Stomacho contrarium. Auget ulcerum icremēta. Fauces exaſperat. Et uenena omnia cohibet: hebetatq;. Præcipue pſimyprii & gypſi in aqua mulſa. Aut ficorum ſiccarum decoctum potum cōtra meconium. Ex aqua contra cantharidas bupreſtin ſalamādras pityocāpas Per ſe potū: redditūq; uomitionibus. Contra oīa ſupradicta laudatiſſimū: & laſſitudinum perfrictionūq; refectio eſt tormina calidum potum ciathis. vi. magiſq; ruta ſimul decocta pellit. Item uentris animalia. Soluit aluum heminæ menſura cum uino & calida aqua potum: aut ptiſanæ ſucco. Vulnerariis emplaſtris utile. Faciem purgat. Bubus infuſum per nares donec ructent: inflationem ſedat. Vetus autem magis excalfacit corpora magiſq; diſcutit ſudores. Duritias magis diffundit. Lethargicis magis auxiliare & inclinato morbo. Oculorum claritati confert aliquid cum pari portione mellis ac opii. Capitis doloribus remedium eſt. Item ardoribus in febri cum aqua & ſi uetuſti non ſit occaſio: decoquitur: ut in uetuſtatem repreſentet. Oleum cicinum bibitur ad purgationes uentris cum pari caldæ menſura. Priuatim dicitur purgare præcordia. Prodeſt & articulorum morbis: duritiis omnibus. uuluis auribus: ambuſtis. Cum cinere uero muricum ſedis inflammationibus: item pſoræ. Colorem cutis commendat: capillumq; fertili natura euocat. Semen ex quo fit: nulla animans attingit. Ellychnia ex uua ſūt claritatis præcipue. Ex oleo lumē obſcurum propter nimiam pinguedinem. Folia igni ſacro illinuntur ex aceto. Per ſe autem recentia mammis & epiphoris. Eadem decocta in uino inflammationibus cum polenta & croco. Per ſe autem triduo impoſita faciem purgant. Oleum amygdalinum purgat: mollit corpora: cutem erugat: nitorem commēdat: uaros cum melle tollit a facie. Prodeſt & auribus cum roſaceo: & melle & mali punici germine decoctum. Vermiculoſq; in his necat: & grauitatem auditus diſcutit: ſonos incertos: & tinnitus: obiter capitis dolores: & oculorum. Medetur furunculis: & a ſole uſtis cum cæra. Vlcera manantia & furfures cum uino expurgat: condylomata cum meliloto. Per ſe uero capiti illitū ſomnum allicit. Oleum laurinum utilius quo recentius: quoq; uiridius colore. Vis eius excalfactoria: & ideo paralyticis: ſpaſticis: iſchiaticis: ſuggillatis: capitis doloribus inueteratis diſtillationibus auribus in calice punici calfactum illinitur. Similis & myrthei olei ratio: aſtringit: indurat: medetur gingiuis dentium dolori: dyſenteriæ: uuluæ exulceratæ: ueſicis: ulceribus uetuſtis uel manantibus cum ſquamma æris & cæra. Itē eruptionibus: ambuſtiōibus. Attritas ſanat & furfures rhagadas condylomata: articulos luxatos: odorem grauem corporis. Aduerſatur cantharidi bupreſti: aliiſq; malis medicamentis: quæ exulcerando nocent. Chamemyrſinæ ſiue oxymyrſinæ eadem natura. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet quos myrteum: item citreum. E nuce uero iuglandium quod caryinum appellauimus: alopecis utile eſt: & tarditati aurium infuſum. Item capitis doloribus illitum. Cæterum iners & graue ſapore corpori. Enim uero ſi quid in nucleo putridi fuerit: totus modus deperit. Ex cnidio grano factum eandem uim habet quam cicinum. Ex lentiſco factum utiliſſimum acopo eſt. Idemq; proficeret æque ut roſaceū ni durius paulo intelligeretur. Vtuntur eo & contra nimio ſudores: papulaſq; ſudorum. Scabiem iumētorum efficaciſſime ſanat. Balaninum oleum repurgat uaros: furunculos: lentigines: gingiuas. Cypros qualis eſſet: & quemadmodum ex ea fieret oleum: docuimus. Natura eius excalfacit: mollit neruos. Folia ſtomacho illinuntur: & uuluæ concitatæ ſuccus quoq; eorum apponitur. Folia recentia commanducata: ulceribus in capite manantibus. Item oris medentur collectionibus condylomatis. Decoctum foliorum ambuſtis & luxatis prodeſt. Ipſa ruffant capillū tuſa: adiecto ſtrutei mali ſucco. Flos capitis dolores ſedat cum aceto illitus. Idem combuſtus in cruda olla nomas ſanat: & putreſcentia ulcera per ſe uel cum melle. Odor floris olet: qui ſomnum facit. Aſtringit gleucinium & refrigerat eadem ratione qua

& oenanthinum

&ocnanthinũ.Balſaminum longe precioſiſſimum omnium:ut in unguentis diximus:contra omnes ſer-
pentes efficax. Oculorum claritati plurimum confert:caliginem diſcutit. Item dyſpnoeas collectiones
omnes duritiaſq; lenit. Sanguinem denſari prohibet: Vlcera purgat:auribus:capitis doloribus: tremu-
lis:ſpaſticis ruptis perquã utile. Aduerſatur aconito ex lacte potum. Febres cum horrore uenientes per-
unctis leuiores facit. Vtendum tamen modice:quoniam adurit:augetq; uitia non ſeruato temperamen-
to. Malobathri quoq; naturam & genera expoſuimus. Vrinam cit. Oculorum epiphoris uino expreſſũ
utiliſſime imponitur. Item frontibus dormire uolentibus. Efficacius ſi & nares illinantur: aut ſi ex aqua
bibatur. Oris halitus & ſuauitatem cõmendat linguæ ſubditum folium: ſicut & ueſtium odorem inter-
poſitum Hyoſcyaminum emolliendo utilius eſt:neruis inutile. Potũ quidem cerebri motus facit. Ther
minum e lupinis emollit proximum roſaceo effectum habens. Narciſſinum dictum eſt cum ſuo flore.
Rhaphaninum phthiriaſes longa ualitudine contractas tollit. Scabritiaſq; cutis in facie emendat. Seſa-
minum aurium dolores ſanat: & ulcerum quæ ſerpunt: & quæ cacoethe uocãt ulcera. Liliũ quod & phyl
lynum & ſyrium uocauimus:renibus utiliſſimum eſt:ſudoribuſq; euocandis: uuluæ molliendæ: conco-
quendoq; intus ſeleucicum neruis utile eſſe diximus: ſicut herbaceum quoq;:quod eugubini circa flami-
niam uiam uendunt. Eleomeli quod in ſyria ex ipſis oleis manare diximus: ſapore melleo non ſine nau-
ſea aluum emollit:bilem præcipue detrahit: duobus cyathis in hemina aquæ datis: qui bibere torpeſcunt
excitanturq; crebro. Pugnatores certaturi præſumunt ex eo cyathum unum. piſſino oleo uſus eſt paſſim
ad quadrupedum ſcabiem. Eſt autem uitibus oleiſq; proxima nobilitas palmis: inebriant recentes: capi-
tis dolorem afferunt minus ſiccæ. Nec quantum uidetur utiles ſtomacho: tuſſim exaſperant: corpus au
gent. Succum decoctarum antiqui pro hydromelite dabant ægris ad uires recreandas: ſitim ſedandam:
in quem uſum præferebant thebaicas. Sanguinem quoq; excreantibus utiles: in cibo maxime. Illinuntur
cariotæ ſtomacho: ueſicæ: uentri: inteſtinis. Cũ cotoneis & cæra & croco ſugillata emendant. Nuclei pal-
marum cremati in fictili nouo cinere loto ſpodii uicem efficiunt: miſcenturq; collyriis: & calibléphara fa
ciunt addito nardo.

De myrobalano palma: & de palma elata. Cap. vi.

Alma quæ fert myrobalanum probatiſſima in ægypto. Oſſa non habet reliquarum modo in
p balanis. Aluum & menſes cit in uino auſtero: & uulnera conglutinat. Palma elate ſiue ſpathe Siſtit dioſ.
medicinæ confert gramina folia corticem. Folia imponuntur præcordiis: ſtomacho: iocineri:
ulceribus: quæ ſerpunt cicatrici repugnantia. pſoras cortex eius tenet cum reſina & cæra ſanat diebus. xx.
Decoquitur & ad teſtium uitia. Capillum denigrat ſuffitu. Partus extrahit. Datur bibendus renũ uitiis:
& ueſicæ: & præcordiorum. Capiti & neruis inimicus. Vuluæ ac uentris fluctiõem ſiſtit decoctum eius.
Item cinis ad tormina potus in uino albo. In uuluarum uitiis efficaciſſimus.

Medicinæ ex ſingulorum generum flore: foliis: fructu: ramis: cor
tice: ligno: ſucco: radice: cinere. Cap. vii.

Roximæ uarietates generum medicinarumq; quæ mala habẽt. Ex iis uerna acerba ſtomacho
p inutilia ſunt. Aluum ueſicam circũagit. Neruos lędunt cocta meliora. Cotonea cocta ſuauio
ra. Cruda tamen duntaxat matura proſunt ſanguinem excreantibus: ac dyſentericis: choleri-
cis: cœliacis. Non idem poſſunt decocta: quoniam amittunt conſtringentem illam uim ſucci. Imponun-
tur & pectori in febris ardoribus: & tum decoquuntur in aqua cæleſti: ad eadem quæ ſupraſcripta ſunt.
Ad ſtomachi autem dolores cruda decoctaue cærati modo imponuntur. Lanugo eorum carbunculos
ſanat: cocta in uino & illita cum cæra. Alopeciis capillum reddunt. Quæ ex his cruda in melle condiun-
tur: aluum mouent. Mellis autem ſuauitati multum adiiciunt: ſtomachoque id utilius faciunt. Quæ ue Vrinam
ro in melle condiuntur cocta: quidam ad ſtomachi uitia trita cum roſaceo foliis decoctis dant pro cibo. Dioſc.
Succus crudorum lienibus: orthopnoicis: hydropicis prodeſt. Item mammis condylomatis: uaricibus.
Flos & uiridis & ſuccus inflammationibus oculorum: excreationibus ſanguinis: menſibus mulierum.
Fit & ſuccus ex iis mitis cum uino dulci tuſus: utilis & cœliacis & iocineri. Decocto quoq; eorum fouen-
tur: ſi procidant uuluæ & interanea. Fit & oleum ex iis: quod melinum uocauimus quotiens non fuerint
in humidis nata. ideo utiliſſima quæ ex ſicilia ueniunt. Minus utilia ſtruthia quãuis cognato. Radix eorũ
circunſcripta terra manu ſiniſtra capitur: ita ut qui facit dicat quæ capiat: & cuius cã. Sic adalligata ſtru-
mis medetur. Melimela & reliqua dulcia ſtomachum & uentrem ſoluunt ſiticuloſa: æſtuoſa: ſed neruos
non lædunt. Orbiculata ſiſtunt aluum: & uomitiões: & urinas ciunt. Silueſtria mala ſimilia ſunt uernis
acerbis: aluumq; ſiſtunt. Sane in hunc uſum immatura opus ſunt. Citrea contra uenenum in uino bibũ-
tur: uel ipſa uel ſemen. Faciunt oris ſuauitatem decocto eorum colluto aut ſucco expreſſo. Horum ſemẽ
edendum præcipiunt in malacia pregnantibus. ipſa uero contra infirmitatem ſtomachi: & non niſi ex ace
to facillime manduntur. Punici mali nouem genera nunc iterare ſuperuacuum. Ex iis dulcia: quæ apyri-

na alio nomine appellauimus ſtomacho inutilia habentur:inflationes pariũt:dentes:gingiuasq; lædunt. Quæ uero ſapore maxime uinoſa diximus:parum nucleum h beentia: utiliora paulo intelliguntur. Aluum ſiſtunt & ſtomacho dumtaxat pauca citraq; ſatietatem. Sed hæc minime danda q̃q̃ omnino nulla in febri nec carne acinorum utili nec ſucco. Cauentur aquæ uomitionibus:ac bilem reiicientibus. Vuam in iis ac ne muſtum quidem:ſed protinus uinum aperuit natura. Vtrunq; uero aſperiore cortice. Hic ex acerbis in magno uſu. Vulgus coria maxime perficere illo nouit:ob id malicorium appellãt medici. Vrinam cieri eodem monſtrant:mixtaq; galla in aceto decocto mobiles dentes ſtabilire. Expetitur in grauidarum malacia:& quoniam guſtatu moueat infantem. Diuiditur malum:cæleſtiq; aqua madeſcit ternis fere diebus. Hæc bibitur frigida cœliacis:& ſanginem excreantibus. Ex acerbo fit medicamentum:ſtomatice uocatur:utiliſſimum oris uitiis:narium:aurium:oculorũ caligini:pterygiis: genitalibus:& iis quas nomas uocant:& quæ in ulceribus excreſcunt. Contra leporẽ marinum hoc modo acinis detracto cortice tuſis ſuccoq; decocto ad tertias dein cũ croci:& aluminis ſciſſi myrrhæ mellis attici ſelibris. Alii hoc modo faciũt. Punica acida multa tradunt̃. Succus ĩ cacabo nouo coqtur mellis craſſitudine ad uirilitatis:& ſedis uitia:& omnia quæ lycio curantur:aures purulẽtas:epiphoras incipientes rubras maculas. In manibus rami punicorũ ſerpentes fugant. Cortice punici ex uino decocti & ĩpoſiti perniones ſanant̃. Contuſum malum ex tribus heminis uini decoctum ad heminã:tormina & tineas pellit. Punicum in olla noua operculo indito in furno toſtum & contritũ potũq; in uino ſiſtit aluũ:diſcutit tormina. Primus pomi huius partus florere incipiẽtis cytinus uocatur a græcis:miræ obſeruationis multoꝵ experimento. Si quis unum ex iis ſolutus uinculo oĩ cinctus & calciatus:atq; etiã annuli decerpſerit duobus digytis pollice & quarto ſiniſtræ manus:atq; ita luſtratis leui tactu oculis:mox in os additum deuorauerit ne dente contingat:affirmatur nullã oculorum ĩbecillitatem paſſurũ eo anno. Idem cytini ſiccati tritiq; carnes excreſcentes cohibent. Gingiuis & dentibus medẽtur. Vel ſi mobiles ſint:decocto ſucco. Ipſa corpuſcula trita ulceribus quæ ſerpunt putreſcuntue:illinunt̃. Itẽ oculorum inflãmationi:inteſtinorũq; & fere ad omnia quæ cortices maloꝵ. Aduerſatur ſcorpionibus. Nõ eſt ſatis mirari curã diligentiãq; priſcorũ:qui omnia ſcrutati nihil intentatũ reliquere. In hoc ipſo cytino floſculi ſunt:anteq̃ ſcilicet malum ipſum ꝓdeat:erũpentes:quos balauſtium uocari diximus. Hos quoq; ergo experti inuenerunt ſcorpionibus aduerſari. Siſtunt potu menſes fœminarum:ſanant oris ulcera:tonſillas:uuam: ſanguinis excreationes: uentris:& ſtomachi ſolutiones:genitalia ulcera quacunq; in parte manantia. Siccauere etiã ut ſic quoq; experirent̃. Inueneruntq; tuſorum farina dyſentericos a morte reuocari. Aluum ſiſti. Quin & nucleos ipſos acinorũ experiri nõ piguit. Toſti tuſiq; ſtomachũ iuuant. Cibo aut potione inſperſi bibuntur ex aqua cæleſti ad ſiſtendum aluum. Radix decocta ſuccum emittit:qui tineas necat uictoriati pondere. Eadem diſcocta in aqua quas lycium præſtat utilitates. Eſt & ſilueſtre punicum a ſimilitudine appellatum. Eius radices rubro cortice denarii pondere ex uino potæ ſomnos faciunt. Semine poto aquam quæ ſubierit cutem ſiccat. Mali punici corticis fumo culices fugantur.

De pyris & eorum obſeruationibus:& de ficorum obſeruatione:& caprifico:& erineo:& aliorum generibus medicinæ. Cap. viii.

p Yrorum omnium cibus etiã ualentibus onero ſus:ægris quoq; uini modo negatur. Decocta eadem mire ſalubria & grata præcipue cruſtumina. Quæcunq; uero cum melle decocta ſtomachum adiuuant. Fiunt cataplaſmata e pyris ad diſcutiẽda corporum uitia:& decocto eoꝵ ad duritias utuntur. Ipſa aduerſantur boletis atq; fungis:pelluntq; pondere & pugnante ſucco. Pyrũ ſilueſtre tardiſſime matureſcit. Conciditur:ſuſpenſumq; ſiccatur ad ſiſtendam aluum: quod & decoctum eius potum præſtat. Decoquuntur & folia cum pomo ad eoſdem uſus. Pyrorum ligni cinis contra fungos etiamnum efficacius proficit. Mala pyraq; portatu iumentis mire grauia ſunt uel pauca. Remedio aiunt eſſe:ſi prius edenda dentur aliqua:aut utique oſtendantur. Fici ſuccus lacteus aceti naturam habet Itaq; coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi: & in umbra ſiccatur ad aperienda ulcera:cienda menſtrua appoſitus cum luteo oui:aut potus cum amylo Podagris illinitur. Cum farina fœnigræci & aceto. Pilos quoq; detrahit:palpebrarumq; ſcabiem emendat. Item lichenas & pſoras: aluũ ſoluit. Lactis ficulni natura aduerſatur crabronum ueſparumq; & ſimilium ueneniſ:priuatim ſcorpionũ Idem cum axungia uerrucas tollit. Folia & quæ nõ maturuere fici:ſtrumis illinuntur:oĩbuſq; quæ emollienda ſunt diſcutiendaue. Præſtant hæc & per ſe folia. Et alii uſus eorum tanquam infricando lichene & alopeciis:& quæcunq; exulcerari opus ſit:& aduerſus canis morſus. Ramorum teneri cauliculi cuti imponuntur. Idem cum melle ulceribus quæ cæria uocantur:illinuntur. Extrahunt infracta oſſa cum papaueris foliis ſilueſtris. Canum rabioſorum morſus folio trito ex aceto reſtringunt. E nigra ficu candidi cauliculi illinuntur furunculis:muriſaranei morſibus cum cæra. Cinis earum e foliis gangrenis: conſumendiſque quæ excreſcunt. Fici maturæ urinam ciunt:aluum ſoluunt:ſudorem mouent:papulaſque. Ob id

autumno

autumno inſalubres:quoniam ſudantia huius cibi opera corpora refrigeſcunt Nec ſtomacho utiles. Sed
ad breue tempus. Et uoci contrariæ intelliguntur. Nouiſſimæ ſalubriores q̄ primæ. Medicatæ uero non-
nunquã iuuenum uires augent. Senibus meliorem ualitudinem faciunt:minuſq; rugarum. Sitim ſedant
Calorem refrigerant. Ob id nõ negandæ in febribus conſtrictis:quas ſtegnas uocant. Siccæ fici ſtoma-
chum lædunt Gutturi & faucibus magnifice utiles. Natura iis excalfaciendi. Sitim afferunt. Aluum mol
liunt. Rheumatiſmis eius & ſtomacho contrariæ. Veſicæ ſemper utiles: & anhelatoribus : ac ſuſpirioſis.
Item iocinerum:renum:lyenum uitiis. Corpus & uires adiuuant:ob id ante athletæ hoc cibo paſcebant
Pythagoras exercitator primũ ad carnes eos tranſtulit. Recolligentibus ſe a longa ualitudine utiliſſime.
Item comitialibus & hydropicis. Omnibuſq; quæ maturanda aut diſcutienda ſunt:imponuntur. Effica-
cius calce aut nitro admixto. At coctæ cum hyſopo pectus purgant:pituitam :tuſſim ueterem. Cum ui
no autem ad ſedem & tumorem maxillarum & furunculos:panos:parotidas decoctæ illinuntur. Vtile
& decocto earum fouere fœminas. Decoctæ quoq; eædem cum fœnogræco utiles ſunt pleureticis: & pe
ripneumonicis. Cum ruta coctæ torminibus proſunt tibiarũ ulceribus. Cum æris flore & ſpaſticis & pte
rygiis. Cum punico malo ambuſtis:pernionibus. Cum cæra hydropicis coctæ in uino & cum abſinthio
& farina hordeacea nitro addito. Aluum ſiſtunt manducatæ. Scorpionum ictibus cum ſale tritæ illinun
tur. Carbunculos extrahunt in uino coctæ & impoſitæ. Carcinomati ſi ſine ulcere eſt:quam pinguiſſimã
ficum imponi:pene ſingulare remedium eſt:item phagedene. Cinis non ex alia arbore aciem purgat acri
or:non conglutinat:replet:aſtringit. Bibitur & ad diſcutiendum ſanguinem concretum . Item percuſſis
præcipitatis. Conuulſis ruptis cineris cyathis ſingulis aquæ & olei datur tetanicis & ſpaſticis . Item po-
tus uel infuſus cœliacis:dyſentericis. Et ſi quis eo cum oleo perungatur:excalfacit. Item cum cæra :& ro-
ſaceo ſubactus ambuſtis cicatricem tenuiſſimam obducit. Luſcioſos ex oleo illitus emendat:dẽtiumque
uitia crebro fricatu. Produnt etiam ſiquis inclinata arbore ſupino ore aliquem nondum eius morſu ab-
ſtulerit nullo uidente:atque in aluta illigatum licio e collo ſuſpẽderit:ſtrumas & parotidas diſcutit. Cor
tex tritus cum oleo uentris ulcera ſanat. Crudæ groſſi uerrucas & thymos nitro farinaque additis tollũt
Spodiique uicem exhibet fruticum a radice exeuntium cinis. Bis toſtus adiecto pſimythio digeritur ĩ pa
ſtillos ad ulcera oculorum & ſcabritiam. Caprificus etiamnum multo efficacior fico . Lactis minus ha-
bet. Surculo quoque eius lac coagulatur in caſeo. Exceptum id coactumq; in duritiam ſuauitatem carni
bus affert. Fricatur diluto ex aceto. Miſcetur exulceratoriis medicamentis. Aluum ſoluit:uuluam cum
amylo aperit. Pota menſes cit cum luteo oui. Podagris cum farina fœnogræci illinitur. Lepras:pſoras:li
chenas:lentigines expurgat. Item uenatorum ictus & canis morſus. Dentium quoque dolori hic ſuccus
appoſitus in lana prodeſt:aut in cauis eorum additus. Cauliculi & folia admixto eruo contra marinorũ
uenena proſunt. Adiiciunt & uinum. Bubulas carnes additi caules magno ligni compendio percoquunt
Groſſi illitæ ſtrumas:& omnium collectionum emolliunt & diſcutiunt:aliquatenus & folia. Quæ mol
liſſima ſunt ex iis cum aceto ulcera manantia & epinyctidas & furfures ſanant. Cum melle:item & foliis
ceria ſanant & canis morſus. Recentes cum uino phagedenas. Cum papaueris foliis oſſa extrahũt. Groſ
ſi capfirici inflammatiões diſcutiũt ſuffitu. Reſiſtunt & ſanguini taurino poto:& pſimythio & lacti coa-
gulato potæ. Item aqua decoctæ atque illitæ parotidas ſanant. Cauliculi aut groſſi eius q̄ minutiſſimæ
ad ſcorpionum ictus e uino bibuntur. Lac quoq; inſtillatur plagæ:& folia imponuntur . Item aduerſus
muremaraneum. Cauliculorum cinis uuam faucium ſedat. Arboris ipſius cinis ex melle:rhagadia. Ra-
dix deferuefacta in uino dentium dolores. Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit.
Illinuntur ramentarami ſine cortice q̄ minutiſſima ad ſcobis modum. Caprifico quoq; medicinæ unius
miraculum additur. Corticem eius impubeſcentem puer impubis ſi defracto ramo detrahat dẽtibus me
dullam ipſam adalligatam ante ſolis ortum prohibere ſtrumas. Caprificus tauros quanlibet feroces col
lo eorum circundata in tantum mirabili natura compeſcit:ut immobiles præſtet . Hærba quoq; quam
græci erineon uocãt: reddenda in hoc loco propter gentilitatem. Palmo alta eſt cauliculis quinis fere oci
mi ſimilitudine:flos candidus:ſemẽ nigrum:paruum:tritum cum melle attico oculorum epiphoris me
detur:ut cum cyathi ut carptorum. Manat lacte multo & dulci. Hærba perquam utilis aurium dolori .ii. drach-
nitri exiguo addito. Folia reſiſtunt uenenis . Pruni folia decocta tonſillis:gingiuis:uuæ proſunt in uino mis cũ cya
decocta:& ſubinde ore colluto. Ipſa pruna aluum molliunt:ſtomacho non utiliſſima:ſed breui momẽ- this attici
to. Vtiliora perſica ſuccuſq; eorum etiamnum in uino aut in aceto expreſſus. Nec eſt alius eis pomis in- quattuor
nocentior cibus. Nuſquam minus odoris. Succi plus:qui tamen ſitim ſtimulet. Folia eius trita illita he-
morrhoiam ſiſtunt. Nuclei perſicorum cum aceto & oleo capitis doloribus illinuntur. Silueſtrium qui-
dem prunorum baccæ:uel e radice cortex in uino auſtero ſi decoquantur ita ut triens ex hemina ſuperſit
aluum & tormina ſiſtũt. Satis eſt ſingulis cyathos decocti ſumi. Et ĩ iis & ſatiuis prunis eſt limus arbo-
rum: quẽ græci lichen appellant:rhagadis & condylomatis mire utilis. Mora in ægypto & cypro ſui ge



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 354 sur 536

neris(ut diximus)largo ſucco abundant.Summo cortice deſquãmato altiore plaga ſicca mirabili natu
ra.Succus aduerſatur ueneni ſerpentiũ.Prodeſt dyſentericis.Diſcutit panos oẽſq; collectiones.Vulnera
conglutinat:capitis dolores ſedat:item aurium.Splenicis bibitur.Illinitur & contra perfrictiones.Celer
rime teredinẽ ſentit.Nec apud nos ſucco uſus minor.Aduerſatur aconito & araneis in uino potum.Al-
uum ſoluit.Pituitaſq; ac tineas & ſimilia uentris animalia extrahit.Hoc idem præſtat & cortex tritus.
Folia tingunt capillum cum fici nigræ & uitis cortice ſimul coctis in aqua cæleſti.Pomi ipſius ſuccus al-
uum ſoluit protinus.Ipſa poma ad præſens ſtomacho utilia:refrigerant:ſitim faciunt.Si nõ ſuperueniat
alius cibus:intumeſcunt.Ex immaturis ſuccus ſiſtit aluum:ueluti animalis alicuius in hac arbore obſer-
uandis miraculis quæ in natura eius diximus.Fit ex pomo panchreſtos ſtomatice:eadem arteriace appel
lata hoc modo.Sextarii tres ſucci e pomo leui uapore ad craſſitudinem mellis rediguntur.Poſt additur
omphacii aridi pondo duodecim:aut myrrhæ undecim:croci.xi.Sed hæc ſimul mixta uel trita miſcẽtur
decocto.Neq; eſt aliud oris arteriæ uuæ ſtomachi iucundius remedium.Fit & ex alio modo.Succi ſexta
rii duo mellis attici decoquũtur ut ſupra diximus.Mira ſunt præterea:quæ prodũtur.Mora germinatio
ne prius q̃ in folia exeant:ſiniſtra decerpi iubentur futura poma:rhicinos græci uocant.Hi terrã ſi nõ at-
tigere:ſanguinẽ ſiſtunt adalligati:ſiue ex uulnere fluat:ſiue ore:ſiue naribus:ſiue hemorrhoidis.Ad hoc
ſeruantur repoſiti.Idem præſtare & ramus dicitur luna plena defractus:incipiẽs fructum habere.Si ter-
ram nõ attigerit priuatim mulieribus alligatus lacerto contra abundantiã menſium.Hoc & quocũq; tẽ-
pore ab ipſis decerptum ita ut terram non attingat:adalligatũq; exiſtimãt præſtare.Folia mori trita: aut
arida decocta ſerpentium ictus imponunt.Ad idemq; potu proficiſcitur.Scorpionibus aduerſatur e ra-
dice corticis ſuccus ex uino aut poſca potus.Reddenda eſt antiquorum compoſitio.Succum expreſſum
pomi maturi imaturiq; mixtum coquebant in uaſe æreo ad mellis craſſitudinẽ.Aliqui myrrha adiecta:
& cupreſſo præduratum uas ſole torrebant:permiſcentes ſpatha ter die.Hæc erat ſtomatice:quæ e ul-
nere ad cicatricẽ perducebat.Alia ratio ſuccum ſiccato exprimebant pomo multum ſapori obſoniorum
conferente.In medicina uero contra nomas & pectoris pituitas:& ubicunq; opus eſſet aſtringi uiſcera.
Dentes quoq; colluebant eo.Tertium genus ſucci foliis & radice decoctis ad ambuſta ex oleo illinenda.
Imponuntur & per ſe folia.Radix per meſſes inciſa ſuccum aptiſſimum dentium dolori collectiõibuſq;
& ſuppurationibus habetur.Aluũ purgat.Folia mori in urina madefacta pilum coriis detrahunt.Cera-
ſia aluũ molliunt:ſtomacho inutilia.Eadem ſiccata aluũ ſiſtunt.Vrinã ciunt.Inuenio apud auctores ſi
quis matutino roſcida deuoret cum ſuis nucleis:in tantũ leuari aluũ:ut pedes morbo liberentur.Meſpi-
la exceptis ſetaniis:quæ malo propriorem uim habent:reliqua aſtringunt ſtomachum ſiſtuntq; aluum.
Item ſorba ſicca.Nam recentia ſtomacho & aluo citæ proſunt.

Pōdus ſextarioꝝ duorũ aut myrrhę ſextarii unius croci unius.

uet9 codex Cytinos

De pineis & amygdalis:& nuce auellana:& de nuce iuglande:& de piſtaciis:& caſtaneis:& ſiliquis:
cornu:& unedone:& lauro. Cap.ix.

Vces pineæ quæ reſinam habent contuſæ leuiter additis in ſingulis ſextariis aquæ ad dimidiũ
n decoctæ ſanguinis excreationi medentur:ita ut cyathi bini bibantur ex eo.Cortex e pino in u
no decoctus contra tormina datur.Nuclei nucis pineæ ſitim ſedant:& achrimoniã ſtomachi
roſioneſq; & contrarios humores conſiſtentes ibi:& infirmitatem uirilium roborãt:renibus & ueſicæ uti
les.Fauces uidentur exaſperare & tuſſim.Bilem pellunt poti ex aqua:aut uino:aut paſſo:aut balanorũ
decocto.Miſcetur iis contra uehementiores ſtomachi roſiones cucumeris ſemen & ſuccus portulacæ.
Item ad ueſicæ ulcera & renum:quoniam & urinam ciẽt.Amygdalæ amaræ radicum decoctum cutem
in facie corrigit:coloremq; hylariorem facit.Nuces ipſæ ſomnum faciunt & auiditatem.Vrinam & men
ſes ciunt.Capitis dolori illinuntur:maximeq; in febri:ſi ab ebrietate in aceto & roſaceo ex aquæ ſextario:
& ſanguinem ſiſtunt.Cum amylo & menta lethargicis comitialibuſque proſunt.Capite peruncto epi-
nyctidas ſanant e uino uetere ulcera putreſcentia:Canum morſus cum melle.Et furfures ex facie ante
potu præparata.Item iocineris & renum dolores ex aqua potæ.Et ſæpe ex eclegmate cũ reſina terebinthi
na.Calculoſis & difficili urinæ in paſſo:& ad purgandam cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces.Pro-
ſunt eclegmate:iocineri:tuſſi & colo cũ eleliſphaco modice addito.In melle ſumitur nucis auellanæ ma-
gnitudine.Aiunt quoq; quinis fere præſumptis ebrietatem non ſentire potores.Vulpeſque ſi ederint eas
nec contingat e uicino aquam lambere:mori.Minus ualent in remediis dulces:& eæ tamen purgant:&
urinam ciunt.Recentes ſtomachum implent.Nucibus græcis cũ abſinthii ſemine ex aceto ſumptis mor
bus regius ſanari dicitur.Item illitis per ſe uitia ſedis.Et priuatim condylomata.Item tuſſi & ſanguinis
reiectioni prodeſt.Nuces iuglandes græci a capitis grauedine appellauere.Etenim arborum ipſarum fo
liorumq; uires in cerebrum penetrant.Hocque minore momento:ſed in cibis nuclei faciunt.Sunt autẽ
recentes iucundiores.Siccæ unguinoſiores:& ſtomacho inutiles:difficiles concoctu:dolorem capitis in
ferentes:Tuſſientibus inimicæ:& uomituris ieiunis aptæ tenaſmo ſolo:trahunt enim pituitam.Eædem
præſumptæ

Virium

præſumptæ uenena hebetant. Item anginam cum ruta & oleo. Item aduerſantur cepis: leniuntq; earum ſaporem. Aurium inflammationi imponuntur cum mellis exiguo. Item ruta mammis & luxatis. Cum cepa autem & ſale & melle canis hominiſq; morſui. Putam inenucis iuglandis dens cauus inuritur. Putamen combuſtum tritumq; in oleo aut uino infantium capitisperuncto nutrit capillum: & ad alopecias eo ſic utuntur. Quo plures quis nuces ederit: hoc facilius tineas pellit. Et quæ per ueteres ſunt nuces gangrenis & carbunculis medētur. Item ſugillatis. Cortex iuglādium lichenum uitio & dyſentericis prodeſt. Folia trita cum aceto aurium dolori. In ſanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti. Cn. Pōpeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti e duabus nucibus ſiccis. Item ficis totidem: & rutæ foliis uiginti ſimul tritis: addito ſalis grano: & qui hoc ieiunus ſumat: nullum uenenum nociturum illo die. Cōtra rabioſi quoq; canis morſus nuclei a ieiuno homine commanducati illitiq; præſenti remedio eſſe dicuntur. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt: inflammationem ſtomachi & unguendini corporis conferunt pluſq̄ ſit uériſimile. Toſtæ & diſtillationi medentur. Tuſſi quoq; ueteri tritæ & in aqua mulſa potæ. Quidam adiiciunt grana piperis. Alii e paſſo bibunt. Piſtacia eoſdem uſus & effectus habent: quos pinei nuclei: prætereque: ad ſerpentium ictus: ſiue edantur: ſiue bibantur. Caſtaneæ uehementer ſiſtunt ſtomachi & uentris fluctiones. Aluum ciunt. Sanguinem excreantibus proſunt Carnes alunt. Siliquæ recentes ſtomacho inutiles. Aluum ſoluunt. Eædem ſiccatæ ſiſtunt: ſtomachoq; utiliores fiunt. Vrinam ciunt. Syriacas in dolore ſtomachi ternas in aquæ ſextariis decoqunt. Quidam ad dimidium: eumque ſuccum bibunt. Sudor uirgæ corni arboris lamina ferrea candente exceptus: non contingente ligno illitaque indeferrugo incipientes lichenas ſanat. Arbuſtus ſiue unedo fructum fert difficilem concoctioni: & ſtomacho inutilem. Laurus excalfactoriam naturam habet: & foliis: & cortice: & baccis. Itaq; decoctum ex iis maxime e foliis prodeſſe uuluis & ueſicis conuenit. Illita uero ueſparum crabronumq; & apium. Item ſerpētium uenenis reſtiſtunt: maxime ſepis dypſadi & uiperæ. Proſūt & menſibus fœminarum cum oleo cocta. Cum polenta autem quæ tenera ſunt trita inflāmationes oculorum cum ruta: teſtium cum roſaceo. capitis dolores: aut cum irino. Quin manducata atq; deuorata per triduum terna: liberant a tuſſi. Eadem proſunt ſuſpiriis trita. cum melle. Cortex radicis cauēdus grauidis. Ipſa radix calculos rūpit: iocineri prodeſt: tribus obolis in uino odorat pota. Folia pota uomitiōes mouent. Baccæ menſes trahunt appoſitæ tritæ uel potæ. Tuſſim ueterem & ortopnoeam ſanant binæ detracto cortice in uino potæ. Si & febris ſit: ex aqua: aut eclegmate ex aqua mulſa: aut ex paſſo decoctæ. Proſunt & phthiſicis eodem modo & omnibus thoracis rheumatiſmis. Nam & excoquunt pituitam: & extrahunt. Aduerſus ſcorpiones quaternæ ex uino bibuntur. Epinyctidas ex oleo illitæ & lentigines. Et ulcera manantia: & ulcera oris: & furfures. Cutis pruriginem ſuccus baccarum emendat & phthiriaſin. Aurium dolori & grauitati inſtillantur cum uino uetere & roſaceo. Peruncto eo fugiunt uenenata omnia. Prodeſt & contra uenenatorum ictus potus. Maxime autem eius laurus: quæ tenuiora habet folia. Baccæ cum uino ſerpentibus & ſcorpionibus & araneis reſiſtunt. Ex oleo et aceto illinuntur et lyeni & iocineri. Gangrenis cum melle: & in fatigatione etiam aut perfictione ſucco eo perungi nitro adiecto prodeſt. Sunt qui celeritati partus multum conferre puteut radice acetabuli mēſura pota in aqua. Efficacius recentem q̄ aridam. Quidam aduerſus ſcorpionum ictus decem baccas dari iubent potui. Item & in remedio uuæ iacentis quadrantem pondo baccarum foliorumue decoqui in aquæ ſextariis tribus ad tertias: eamque calidam gargarizare: & in capitis dolore impari numero baccas cum oleo conterere: & calfacere. Laurus delphicæ folia trita olfactaq; ſubinde peſtilentię contagia prohibent tanto magis ſi & urātur. Oleum ex delphica ad cærata acopumque ad perfrictiones diſcutiendas: neruos laxādos: lateris dolores: febreſque frigidas utile eſt. Item ad aurium dolorem: in mali punici cortice tepefactum. Folia decocta ad tertias partes aquæ uuam cohibent gargarizatione: pota alui dolores: inteſtinorumque. Tenerrima ex iis trita ī uino papulas prurituſque illita noctibus proxime ualent. inter cætera lauri genera. Laurus alexandrina ſiue idæa partus celeres facit radice pota trium denariorum pondere in uini dulcis cyathis tribus. Secundas etiam pellit: menſeſque eodem modo pota. Daphnoides ſiue iis nominibus: quæ diximus ſilueſtris laurus prodeſt: aluum ſoluit: recenti folio uel arido drachmis tribus cum ſale & hydromelite manducata. Pituitas extrahit folium & uomitus: ſtomacho inutile. Sic & baccæ quinæ denæue purgationis cauſa ſumuntur.

De myrto ſatiua & myrtidano: & de myrto ſilueſtri. Cap. ix.

Yrtus ſatiua candida minus utilis eſt medicinæ q̄ nigra. Semen eius medetur ſanguinem ex-
m creantibus. Item contra fungos in uino potum. Odorem eius commendat uel pridie commā-
ducatum. item apud Menandrum ſynariſtuſin hoc edunt. Datur & dyſentericis denarii pondere in uino. Vlcera difficilia in extremitatibus corporis ſanat cum uino ſubferuefactum. imponitur lippitudini cum polenta: Et cardiacis in mamma ſiniſtra. Et contra ſcorpionis ictus in mero: & ad ueſicæ



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 356 sur 536

nitia capitis dolores & ægilopas:ante q̃ ſuppurent.item tumoribus. Exēptiſq; nucleis in uino uetere tri-
tum eruptionibus pituitæ.Succus ſeminis aluum ſiſtit. Vrinas cit. Ad eruptiones puſtularū pituitæque
cum cærato illinitur:& contra phalangia capillū denigrat.Lenius ſucco oleum eſt ex eadem myrto & ui
num:quo nunq̃ inebriatur.Inueteratūq; ſiſtit aluum & ſtomachum:tormina ſanat:faſtigium abigit.Fo
liorum arentium farina ſudores cohibet inſperſa: uel in febri. Vtilis & cæliacis:& procidentiæ uuluarum
ſedis uitiis:ulceribus manantibus igni ſacro fotu:capillis fluentibus:furfuribus.itē aliis eruptiōibus:am-
buſtis. Additur quoq; in medicamento:quod liparas uocant:eadē de cauſa : qua oleum ex iis efficaciſſi-
mum ad ea quæ in humore ſunt:tanquā in ore & uulua.Folia ipſa fungis aduerſantur trita ex uino: cum
cæra uero articularibus morbis & collectionibus.Eadē in uino decocta dyſentericis & hydropicis potui
dantur.Siccantur in farina quæ inſpergitur ulceribus:aut hemorrhoidæ.Purgant & lētigines pterigia &
paronycia:& epinyctida:condylomata:teſtes:tetra ulcera.item ambuſta cum cærato. Ad aures purulē
tas & foliis crematis utuntur & ſucco decocto.Comburuntur & in antidota.Itē cauliculi flore decerpti
in nouo fictili operto cremati in furno dein triti ex uino:& ambuſtis foliorum cinis medetur:inguen ne i
tumeſcat ex ulcere ſatis eſt ſurculum tantum myrti habere ſecum non ferro nec terra contactum. Myrti
danum diximus quomodo fieret. Vuluæ prodeſt appoſitum fotu:& illitu. Multo efficacius : & cortice
& folio & ſemine.Exprimitur & foliis ſuccus moliſſimis i pila tuſis adfuſo paulatim uino auſtero.Alias
aqua cæleſti:atq; etiam expreſſo utuntur ad oris ſediſq; ulcera uuluæ:et uentris.Capillorum nigritiā ma
larum perfuſiones purgationes lentiginum:& ubi conſtringendū aliquid eſt.Myrtus ſilueſtris:ſiue oxy
mirſine:ſiue chamemyrſine baccis rubentibus : et breuitate a ſatiua diſtat.Radix eius in honore eſt: de-
cocta uino ad renum dolores pota.Et difficili urinæ:præcipueq; craſſæ et grauiter olenti. Morbo regio:
& uuluarum purgationi trita cum uino.Cauliculi quoq; incipiētes aſparagorum modo in cibo ſumpti:
& in cinere cocti.Semen cum uino potum aut oleo aut aceto calculos frangit.item in aceto & roſaceo tri
tum capitis dolores ſedat:et potum morbum regium. Caſtor oxymirſinem myrti foliis acutis ; ex qua
fiunt ruri ſcopæ:ruſcum uocauit:ad eoſdem uſus.Et hactenus habent ſe medicinæ urbanarum arborū.
Tranſeamus ad ſilueſtres.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIIII.

### PROOEMIVM.

Medicinæ ex arboribus ſilueſtribus. Cap.i.

n E ſiluæ quidem horridiorq; naturæ facies medicinis carent:ſacra illa parente rerū
omnium nuſquam non remedia diſponente homini ut medicina fieret etiam ſoli-
tudo ipſa:ſed ad ſingula illius diſcordiæ atq; concordiæ miraculis occurſantibus
Quærcus & olea tam pertinaci odio diſſidentur:ut altera ī alterius ſcrobe depactæ
moriantur. Quercus uero & iuxta nucem iuglandem.Pernicialia et braſſicę cum
uite odia.ipſumq; olus quo uitis fugatur aduerſum cyclamio & origano areſcit.
Quin et annoſas iam et quæ ſternantur arbores:difficilius cædi:ac cælerius inareſcere tradūt:ſi prius ma
nu q̃ ferro attingantur.Pomorū onera a iumentis ſtatim ſentiri:ac niſi prius oſtendantur iis:q̃uis pauca
portent:ſudare illico.Ferulæ aſinis gratiſſimæ ſunt ī pabulo: cæteris uero iumentis præſentaneo ueneno.
Qua de cauſa id animal Libero patri aſſignatur:cui et ferula. Surdis etiā rerum ſui cuiq; ſunt uenena:ac
minimis quoq;.Phylira coci et poline nimium ſalem cibis eximunt.Prædulcium faſtidium ſal temperat
Nitroſæ aut amaræ aquæ polenta addita mitigantur:ut intra duas horas bibi poſſint . Qua de cauſa et
in ſaccos uinarios additur polenta. Similis uis rhodiæ cretæ et argillæ noſtratis concordia ualentiū. Pix
oleo extrahitur:quādo utrūq; pinguis naturæ eſt. Oleum ſolum calci miſcetur quādo utrūq; aquas odit
Gūmi aceto facilius eluitur. Atramentum aqua.innumera præterea alia:quæ ſuis locis dicentur aſſidue.
Hinc nata medicina. Hæc ſola naturæ placuerat eſſe remedia parata uulgo: inuentu facilia ac ſine īpen-
dio:ex quibus uiuimus. Poſtea fraudes hominum & īgeniorū capturæ officinas inuenere iſtas:in quibus
ſua cuiq; homini uenalis promittitur uita. Statim cōpoſitiones et mixturæ inexblicabiles decantantē.Ara
bia atq; india in medio æſtimantur. Vlceriq; paruo medicina a rubro mari imputatur: cum remedia ue-
ra quottidie pauperrimus quiſq; cœnet. Nam ſi ex horto aut petatur hærba : uel frutex quæratur : nulla
artium uilior fiet.ita eſt profecto:magnitudo populi romani perdidit ritus:uincēdoq; uicti ſumus.Pare
mus externis.et una artium imperatoribus quoq; imperat. Verum de his alias plura. Loton hęrbā:itēq;
ægyptiam eodem nomine:alias & ſyrticam arborem diximus ſuis locis.

Lothos. Cap.ii.

h Aec lothos quæ faba græca appellatur a noſtris aluum baccis ſiſtit . Ramenta ligni decocta
in uino proſunt dyſentericis:menſtruis:uertigini:comitialibus. Cohibēt & capillum. Mirum
his ramentis

his ramentis nihil eẽ amarius:fructuq; dulcius.Fit & e ſcrobe eius medicamentũ:ex aqua myrti decocta
ſubacta & diuiſa in paſtillos:dyſentericis utiliſſimũ pondere uictoriati cum aquæ cyathis tribus.

Glans. Cap.iii.

Lans intrita duritias quas cacoethe uocant cũ ſalſa axungia ſanat: uehementioreſq; lichenas.
g In omnibus cortex ipſe:corticiq; tunica ſubiecta. Hæc decocta iuuat cæliacos. Dyſentericis ẽt
illinitur:uel ipſa glans. Eademq; reſiſtit ſerpentium ictibus:rheumatiſmis:ſuppurationibus.
Folia & baccæ uel cortex uel ſuccus decocti proſunt contra toxica. Cortex illinitur decoctus lacte uacci
no ſerpẽtis plagæ. Datur ex uino dyſentericis. Eadem & ilici uis.

De coco ilicis & galla et uiſco pilulis glande:& de cerri radice & ſubere. Cap.iiii.

Ocum ilicis uulneribus ex aceto recentibus ĩponitur. Epiphoris ex aqua.et oculis ſuffuſis ſan
c guine inſtillatur . Eſt autem genus ex eo ĩ attica fere et aſia naſcens: celerrime ĩ uermiculum ſe
mutans: quod ideo ſcolecion uocant : improbantque . Principalia eius genera diximus . Nec
pauciora genera gallæ fecimus:ſolidam:perforatam. Item albam:nigram:maiorem:minorem. Vis om
nium ſimilis. Optima comagena. Excreſcentia in corpore tollit. Proſunt gingiuis uuæ. Oris exulceratio-
ni. Crematæ & in uino extinctæ cœliacis. Dyſentericis illinuntur. Paronychiis ex melle: & unguibus ſca-
bris:pterygiis:ulceribus manantibus condylomatis:uulneribus:quæ phagedenica uacantur. In uino au
tem decoctæ auribus inſtillantur:oculis illinuntur. Aduerſus eruptiones & panos cum aceto. Nucleus
commanducatus dentium dolorem ſedat. Item intertrigines:& ambuſta . Immaturæ ex iis ex aceto po-
tæ lyenem conſumunt. Eædem crematæ & aceto ſalſo extinctæ menſes ſiſtunt:uuluaſque procidentes fo
tu omnes capillos denigrant. Viſcum e robore præcipuum diximus haberi:& quo conficeretur modo.
Quidam in aqua contuſum decoquunt:donec nihil innatet. Quidam commanducantes acinos expuũt
cortices. Optimum eſt:quod ſine cortice eſt:quodque leuiſſimum:extra fuluum:intus porraceum:quo
nihil eſt glutinoſius:emollit:diſcutit:humore ſiccat . Strumas cum reſina & cæra panos mitigat omnis
generis. Quidam & galbanum adiiciunt pari pondere ſingulorum: eoq; modo & ad uulnera utuntur.
Vnguium ſcabricias expolit:ſi ſeptenis diebus ſoluantur:nitroq; colluantur. Quidam ad religionem ef-
ficacius fieri putant prima luna collectum e robore ſine ferro. Si terram non attigerit comitialibus mede
ri. Conceptum fœminarum adiuuare:ſi omnino ſecum habeant. Vlcera commanducatu impoſituq; effi
caciſſime ſanari. Roboris pilulæ ex adipe urſino alopecias capillo replent. Cerri folia & cortex & glãs ſic
cat collectiones ſuppurationeſq;:fluitiones ſiſtit. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum
eius fotu. Cui & inſidere expedit ſiccandis aſtringendiſue partibus. Radix cerri aduerſatur ſcorpionibus.
Suberis cortex tritus ex aqua calida potus ſanguinẽ fluentẽ ex utralibet parte ſiſtit. Eiuſdẽ cinis ex uino
calido ſanguinem excreantibus magnopere laudatur.

De fago & cupreſſo:& cædro magna:& de ce-
dride:galbano. Cap.v.

Agi folia manducantur in gingiuarum labiorumq; uitiis. Calculis glandis fagineæ cinis illini-
f tur. Item cum melle alopeciis. Cupreſſi folia trita ſerpentium ictibus imponũtur : & capiti cũ
polenta ſi a ſole doleat. Item ramici. Qua de cauſa & bibuntur . Teſtium quoq; tumori cum
cærato illinuntur. Capillum denigrant ex aceto. Eadem trita cum duabus partibus panis mollis:& e ui-
no amineo ſubacta pedum ac neruorum dolores ſedant. Pilulæ aduerſus ſerpentium ictus bibũtur. Aut
ſi eiiciatur ſanguis collectionibus illinuntur. Ramici quoq; teneræ tuſę cum axungia & lomento proſunt
Bibuntur ex eadem cauſa. parotidi & ſtrumę cum farina imponuntur. Exprimitur ſuccus tuſis cũ ſemie
qui mixto oleo caliginem oculorum aufert. Itẽ uictoriati pondere in uino potus illituſq; cũ fico ſicca pin
gui exemptis granis uitia teſtium ſanat. Tumores diſcutit:& cũ fermento ſtrumas. Radix cũ foliis trita
potaq; ueſicæ & ſtranguriæ medetur:& contra phalangia. Rameta pota menſes ciunt. Scorpionũ ictib9
aduerſantur. Cædrus magna quã cædrelaten uocant dat picem:quæ cædria uocatur dentium doloribus
utiliſſimã. Frangit enim eos:& extrahit dolores ſedat cædri ſuccus ex ea quõ fieret diximus. Magni ad lu
mina uſus:ni capitis dolorem inferret. Defuncta corpora incorrupta conſeruat. Viuentia corrumpit mi-
ra differentia:cũ uitam auferat ſpirantibus:defunctiſq; pro uita ſit. Veſtes quoq; corrũpit:& aĩalia necat
Ob hoc non cenſeam in anginis hoc remedio utendũ: neq; in cruditatibus:quod ſuaſere aliqui. Guſtu dẽ
tes quoq; colluere ex aceto in dolore timuerim:uel grauitati aut uermibus aurium inſtillare. Portentum
eſt quod tradunt : abortiuũ fieri ĩuenere ante perfuſa uirilitate. Pthiriaſes perungere eo nõ dubitauerim
itemq; porrigines. Suadent & cõtra uenenum leporis marini bibere in paſſo. Facilius in elephantia: ſi illi-
nanť & ulcera ſordida & excreſcẽtia in iis. Auctores quidã & oculorum albugines caliginesq; inunxere eo
Et cõtra pulmonis ulcera cyathum eius ſorbere iuſſerunt. Itẽ aduerſus tineas. Fit & ex ea oleũ: quod piſ-
ſeleon uocãt:uehemẽtioris ad omnia eadẽ uſus. Cædri ſcobe ſerpentes fugari certũ eſt . Item baccis tritis

cum oleo ſi qui perunguntur. Cædrides hoc eſt fructus cædri tuſſim ſanant: urinam ciunt: aluum ſiſtũt: utiles ruptis: conuulſis: ſpaſticis: ſtranguriæ: uuluis admoti. Contra lepores marinos eadem quæ collectionibus ſupra inflammationibuſque. De galbano diximus neq; humidum neq; aridum probatur: ſed quale docuimus. Per ſe bibitur ad tuſſim ueterem: ſuſpiria rupta conuulſa. Imponitur iſchiaticis: lateris doloribus: panis: furunculis: corpori ab oſſibus recedenti. Strumis: articulorum nodis: dentium quoq; doloribus. Illinitur & cum melle capitis ulceribus. Purulentis infunditur auribus cum roſaceo aut nardo. Odore comitialibus ſubuenit: & uuluæ in ſtrangulatu: & ſtomachi defectu. Abortus non exeuntes trahit appoſitu uel ſuffitu. Item ramis hellebori circũlitum atq; ſubiectum. Serpentes nidore urentium fugari diximus. Fugiunt & perunctos galbano. Medet: & a ſcorpione percuſſis. Bibit & in difficili partu fabæ magnitudine in uini cyatho: uuluaſq; conuerſas corrigit. In myrrha autem & in uino mortuos partus extrahit. Aduerſatur & uenenis maxime toxicis cũ myrrha & uino. Serpentes oleo & ſpondylio mixto tactu necat. nocere urinæ exiſtimatur.

De hãmoniaco & ſtyrace: & ſpondylio: & ſphano: & terebintho: & chamepite: & pityuſa: & reſinis: & picea: & lentiſco. Cap. vi.

ſ Imilis hãmoniaci natura atq; lachrymæ probandæ: ut diximus mollit: calefacit: diſcutit: diſſoluit. Claritati uiſus in collyriis conuenit. Pruritum: cicatrices: albugines oculoꝝ tollit. Dentium dolores ſedat: efficacius accenſum. Prodeſt diſpnoicis: pleureticis: pulmonibus: ueſicis: urinæ cruentæ: lyeni: iſchiaticis potum. Sic & aluũ ſoluit. Articulis & podagræ cum pari pondere picis: aut ceræ & roſaceo coctum. Maturat panos: extrahit clauos cũ melle. Sic & duritias emollit. Lyeni cũ aceto & cæra cypria uel roſaceo efficaciſſime iponitur. Laſſitudines perungi cum aceto & oleo exiguoq; nitro utile. Et ſtyracis naturam i peregrinis arboribus diximus. Placet præter illa quæ diximus: maxime pinguis: purus. albicantibus fragmentis. Medetur tuſſi: facibus: pectoris uitiis: uuluæ præcluſæ duriciaue laboranti. Cit menſes potu: appoſituq; aluum mollit. Inuenio potu modico triſticiam animi reſolui: largiore contrahi. Sonitus aurium emendat iſuſu ſtrumas illitu neruorumq; nodos. Aduerſatur uenenis: quæ frigore nocent: ideo & cicutæ. Spondylion una demonſtratum. Infunditur capitibus phreneticorum: & lethargicorum. Item capitis doloribus longis. Cum uetere oleo bibitur: & in iocinerum uitiis morbo regio: comitialibus: orthopnoicis: uuluarum ſtrangulatione: quibus & ſuffitu prodeſt. Aluum mollit. Illinitur ulceribus ſerpentibus cum ruta. Flos auribus purulentis efficaciter iſunditur. Sed ſuccus cum exprimitur itegendus eſt: quoniam mire appetitur a muſcis & ſimilibus. Radix de raſa & i fiſtulas coniecta callum earum derodit. Auribus quoq; inſtillatur cum ſucco. Datur & ipſa contra morbum regium: ut in iocineris uitio & uuluarum. Capillos criſpos facit peruncto capite. Splachnon ſiue ſphacos ſiue bryon: & in gallia ut indicauimus naſcitur uuluis inſidentiũ utilis. Item genibus & fœminum tumoribus mixtus naſturtio & aqua ſalſa tritus. Cum uino aut reſina ſuccus potus urinam pellit celerrime. Hydropicos inanit cum uino & iunipero tritus & potus. Terebinti folia & radix colectionibus imponuntur. Decoctum eorum ſtomachum firmat. Semen in capitis dolore bibitur in uino: & contra difficultaté urinæ. Ventrem leniter emollit. Venerem excitat. Piceæ & laricis folia trita & decocta in aceto dẽtium dolori proſunt. Cinis corticum intertrigini & ambuſtis. Potus aluum ſiſtit. Vrinã mouet. Suffitu uuluas corrigit. Piceæ folia priuatim & iocineri utilia ſunt drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Siluas eas dũtaxat quæ picis reſinæ quæ gratia radũtur utiliſſimas eſſe phthiſicis: aut qui longa ægritudine non recolligũt uires ſatis cõſtat. Et illum cæli aera plus ita q̃ nauigationẽ ægyptiã proficere plus q̃ lactis herbidos per montium æſtiua potus. Chamepitys latine a iuga appellatur: diciturq; ꝑpter abortus ab aliis rhus terræ. Cubitalibus ramis: flore pinus & odore. Altera læuior & incuruæ ſimilis. Tertia eodẽ odore & ideo noie quoq;: paruula coliculo craſſitudine digytali: foliis ſcabris: exilibus: albis: in petris naſcens. Oẽs hærbæ: ſed propter cognationem nominis nõ differendæ. Proſuut aduerſus ſcorpionũ ictus. Itẽ iocineri illitæ cum palmis aut cotoneis. Renibus & ueſicæ decoctum earũ cum farina hordeacea. Morbo quoq; regio & urinæ difficultatibus ex aqua decoctæ bibũtur. Nouiſſima contra ſerpẽtes ualet cũ melle. Sic & appoſita uuluas purgat. Sanguinẽ denſatum extrahit pota. Sudores facit perunctis ea. Peculiariter renibus utilis eſt. Fiunt ex ea & hydropicis pilulæ cum ficu aluũ trahentes. Lumborum quoq; dolorẽ uictoriati pondere in uino finit: & tuſſim recentẽ. Mortuos partus ex aceto cocta potaq; eiicere protinus dicitur. Cum honore & pityuſa ſimili de cauſa dicetur: quã quidam in titymali genere numerãt. Frutex eſt ſimilis piceæ flore paruo purpureo. Bilem & pituitã per aluum detrahit radix decocti hemina aut ſeminis ſingulua in balanis. Folia in aceto decocta furfures cutis emendant. Mãmas quoq; mixto rutæ decocto & tormina: & ſerpentium ictus: & in totũ collectiones incipientes. Reſinam e ſupradictis arboribus gigni docuimus: & genera eius & nationes in ratione uini ac poſtea in arboribus. Cuius ſũmæ ſpẽs duæ: ſicca & liquida. Sicca quæ i pinu & picea fit. Liquida e terebintho: larice: lentiſco: cupreſſo. Nã & eæ

ferunt in aſia

runt in aſia & ſyria. Falluntur qui candẽ putant eſſe e picea atq; larice. Picea enim pinguẽ & turis modo
ſuccoſam fundit. Larix gracilem ac mellei liquoris uirus redolentẽ. Medici liquida raro utuntur & ĩ ouo
fere: Larice propter tuſſim ulceraq; uiſcerũ. Nec pinea magnopere in uſu. Cæteris nõ niſi coctis. Et coquẽ
di genera ſatis demonſtrauimus. In arborũ differentia placet terebinthina odoratiſſima atq; leuiſſima na
tionum cypria & ſyriaca utraq; mellis attici colore. Sed cypria carnoſior: ſicciorq;. In ſicco genere quæ-
runt ut ſit candida: pura: perlucida. In omni aũt ut montana potiuſq̃ cãpeſtris. itẽ aquilonia q̃ ab alio uẽ
to. Reſoluitur reſina ad uulnerũ uſus & malagmata oleo ĩpotiones amydalis amaris. Natura in meden
do contrahere uulnera: purgare: diſcutere: collectiones: itẽ pectoris uitia. Terebinthina illinitur: & eadẽ
callida membrorũ doloribus ſpaſticiſq; illinitur in ſole: totiſq; corporibus. Mãgonum maxime cura ad
gracilitatẽ emendendã: ſpatiis ita laxantiũ cutem per ſingula membra: capacioraq; ciborum facienda cor
pora. Proximum locum optinet e lentiſco. Ineſt ei uis aſtringendi. Mouet & ante cæteras urinam. Reli-
quæ uentrem emolliunt. Cruda concoquunt. Tuſſim ueterem ſedant. Vuluæ onera extrahunt etiam ſuf
fitæ. Priuatim aduerſantur uiſco. Panos & ſimilia cum ſeuo taurino & melle ſanant. Palpebras lentiſcina
commodiſſime replicat. Fractis quoq; utiliſſima: & auribus purulẽtibus: item in pruritu genitalium. Pi-
nea capitis uulneribus optime medetur.

De pice ſpiſſa & liquida: & palimpiſſa: & piſſaſphalcos: &
zopiſſa: & tæda: & lentiſco. Cap. vii.

Ix quoq; unde & quibus conficeretur modis indicauimus. Et eius duo genera. Spiſſum liqui-
dumq;. Spiſſarum utiliſſima medicinæ eſt brutia: quoniã pinguiſſima & reſinoſiſſima utraſq;
præbet utilitates. Ob id magis rutila q̃ cæteræ. Id enim quod in hoc adiiciunt ex maſcula ar-
bore meliorem eſſe non arbitror poſſe intelligi. Picis natura excalfacit: explet. Aduerſatur priuatim cera-
ſtæ morſibus cum polenta. Item anginæ cum melle. Diſtillationibus & ſternutamentis. Pituitis auribus
infunditur cum roſaceo. illinitur cum cæra. Sanat lichenas. Aluum ſoluit. Excreatiões pectoris adiuuat
eclegmate aut illita. Tonſillis cum melle. Sic & ulcera purgat. Explet cum uua paſſa & axungia. Carbun
culos purgat: & putreſcentia ulcera. Quæ uero ſerpunt cum pineo cortice aut ſulphure. Pþthiſicis etiam
cyathi menſura quidam dederunt: & contra ueterem tuſſim. Rhagadas ſedis & pedum: panoſque & un-
gues ſcabros emendat. Vuluæ duritias & conuerſiones odore. item lethargicos: ſtrumas. item cum fari-
na hordeacea & pueri impubis urina decocta ad ſuppurationem perducit. Et ad alopecias ſicca pice utũ
tur. Ad mulierum mammas brutia ex uino ſubferuefacta cum poline farraceo quam calidiſſimis impo-
ſitis. Liquida pix oleumq; quod piſſeleon uocant quẽadmodum fieret diximus. Quidã iterũ decoquũt:
& uocant palimpiſſam. Liquida anginæ perunguntur intus & uua. Ad aurium dolores: claritatem ocu-
lorum: oris circũlitiones: ſuſpirioſas: uuluas: tuſſim ueterem. Et crebras excreationes pectoris: ſpaſmos:
tremores: opiſthotonos: paralyſes: neruorũ dolores præſtantiſſimum ad canum & iumentorũ ſcabiem.
Eſt & piſſaſphaltos mixta bitumini pice: naturaliter ex appolloniatarum agro. Quidã autẽ ipſi miſcent
præcipuum ad ſcabiẽ pecorũ remediũ. Aut ſi fœtus mãmas læſerit: naturale optimũ ex eo quod cum fer
uet: innatat. Zopiſſam eradi nauibus diximus cæra marino ſale macerata. Optima hæc a tyro cinio na-
uium. Additur aũt in malagmata ad diſcutiendas collectiones. Tædæ decoctæ in aceto dentiũ dolores
efficaciter colluunt. Lentiſci & arbores & ſemen & cortex & lachryma urinã ciunt: aluum ſiſtunt. Deco-
ctum eorum ulceribus quæ ſerpunt fotu. Illinitur in humidis & igni ſacro: gingiuas colluit. Folia denti-
bus in dolore atterũtur. Mobiles decocto colluuntur. Capillum tingũt. Lachryma ſedis uitiis prodeſt:
cum quid ſiccari excalfieriue opus ſit. Decoctum & e lachryma ſtomacho utile ructum & urinam mo-
uens: quod & capitis dolori cum polenta illinitur. Folia uero tenera oculis inflãmatis illinuntur. Itẽ ma-
ſtiche lentiſci replicandis palpebris: & ad extendendam cutem in facie & ſmegmata. Adhibetur & ſangui-
nem reiicientibus: tuſſi ueteri: & ad oĩa quæ hãmoniaci uis. Medetur & attritis partibus ſiue oleo e ſemĩe
eius facto cæræq; mixto: ſiue foliis ex oleo decoctis: ſiue cum aqua uirilia foueantur. Scio Democritum
medicum in ualitudine conſidiæ. M. Seruilii conſularis filiæ oẽm curationem auſteram recuſantis diu ef
ficaciter uſum lacte caprarum: quas lentiſco paſcebat.

De platano & fraxino & acere & alba populo & ulmo & tilia & ſambuco & iunipero. Cap. viii.

Latani aduerſantur ueſpertilionibus. Pilulæ earum in uino potæ. X. iiii. pondere omnibus
p ſerpentium: & ſcorpionum uenenis. Item ambuſtis tuſæ: aut cum aceto acri magiſque ſcyl
litino ſanguinem omnem ſiſtunt: & lentiginem & carcinomata: melanias quoque ueteres ad
dito melle emendant. Folia & cortex illinuntur collectionibus & ſuppurationibus: & decoctum eorum.
Corticis autem in aceto dentium remedium eſt. Folia eorum tenerrima in uino albo decocta oculorum
Lanugo foliorum: & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularum ſanat ambuſta igni uel frigore. Cortex
e uino ſcorpionum ictus reſtinguit. Fraxinus quam uim aduerſus ſerpentes haberet indicauimus. Semẽ

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 360 sur 536

foliis eius ineſt: quæ medentur iocineris et lateris doloribus in uino. Aquam quæ ſubit cutem extrahunt. Corpus obeſum leuant onere ſenſim ad maciem reducentia: iiſdem foliis cum uino tritis ad uirium portionem: ita ut puero quinq; folia tribus cyathis dentur. Robuſtioribus ſeptem folia quinq; cyathis uini. Non omittendum ramenta eius et ſcobem a quibuſdam cauenda prædici. Aceris radix contuſa iocineris doloribus utiliſſime imponitur. Populi albæ uuarum in unguentis uſum expoſuimus. Cortex potus iſchiaticis & ſtranguriæ prodeſt. Foliorum ſuccus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Populus nigra efficaciſſima habetur: quæ in creta naſcitur. Comitialibus ſemen ex aceto utile. Fundit illa & reſinam exiguam: qua utuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponũtur. Humor e cauis populi nigræ efflués uerrucas pabulaſq; ex attritu odoratus tollit. Populi ferunt in foliis guttam. ex aqua apes propolin faciunt. Gutta quoq; aquæ propolis ex aqua remedium q̄ efficax eſt. Vlmi & folia & cortex & rami uim habēt ſpiſſandi & uulnera contrahēdi. Corticis utiq; interior tilia lepras ſedat: & folia ex aceto illita. Corticis denarii pondus potum in hemina aquæ frigidæ aluum purgat. Pituitaſq; & aqnas priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lachrima. Et uulneribus ambuſtiſq; decocto fouere prodeſt. Humor in folliculis arboris huius naſcens cuti nitorem inducit: faciemq; gratiorem præſtat. Cauliculi foliorum primi uino decocti tumores ſanant: extrahuntq; per fiſtulas. Idem præſtant & tiliæ corticis. Multi corticem commanducatam uulneribus utiliſſimum putant. Folia trita aqua aſperſa pedum tumori. Humor quoq; e medulla uti diximus caſtratæ arboris effluens: capillum reddit capiti illitus: defluenteſq; continet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadem fere utilis eſt: atq; oleaſter. Folia autem tantum in uſu: & ad infantium ulcera in ore: & commanducata & decocta urinam ciunt: menſes ſiſtunt illita: ſanguinem pota detrahunt. Sabucus habet alterum genus magis ſilueſtre: quod græci chameacten: alii helion uocant multo breuius. Vtriuſq; decoctum ī uino uetei foliorum uel ſeminis uel radicis ad cyathos binos potum ſtomacho inutile eſt: aluo detrahens aquam. Refrigerat etiam inflammationem: maxime recētis ambuſti. Et canis morſum cum polenta molliſſimis folio℞ illitis. Succus cerebri collectiones priuatimq; mēbranæ: quæ circa cerebrum eſt: lenit infuſus. Acini eius infirmiores q̄ reliqua tingunt capillū poti acetabuli mēſura. Vrinā mouent. Foliorum moliſſima ex oleo & ſale eduntᷣ ad pituitā bilemq; detrahendā. Ad oīa efficacior quæ minor. Radicis eius in uini decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt. Vuluas emolliunt. Has & folio℞ decocto inſidentiū. Caules teneri minoris ſabuci in patinis cocti aluū ſoluunt. Reſiſtunt folia & ſerpentiū ictibus in uino pota. Podagris cū ſeuo hircino uehementer proſunt cauliculi illiti. Idēq; in aqua macerantur: ut ea ſparſa pulices necentur. Folio℞ decocto ſi locus ſpargatᷣ: muſcæ necantur. Boa appellatur morbus papula℞ cū rubent corpora: ſabuci ramo uerberatᷣ. Cortex interior tritus ex uino albo potus aluū ſoluit. Iuniperus: uel ante cætera omnia excalfacit: extenuat cædro aſſimilis. Et eius duo genera. Altera maior: altera minor. Vtraq; accenſa ſerpentes fugat. Semen ſtomachi pectoris lateris doloribus utile. Inflationes angoreſq; diſcutit. Tuſſes cōcoquit & duritias. Illitū tumores ſiſtit. itē aluum: baccis ex uino nigro potis. itē uentris tumores illitis. Miſcetur & antidotis oxyporis. Vrinas cit. illinitur & oculis in epiphoris. Datur conuulſis: ruptis torminibus: uuluis: iſchiaticis cum uino albo potum pilulis quaternis: aut decoctis uiginti in uino. Sunt qui & perungant corpus e ſemine eius in ſerpentium metu.

De ſalice: & amerina: & uitilibus: & erice. Cap. ix.

ſ Alicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Sed ſi prius colligatur ſanguinem reiicientibus prodeſt. Corticis e ramis primis cinis clauum & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emēdat: magis admixto ſucco ſuo. eſt autem hic trium generum. Vnum arbor ipſa exudat gummi modo. Alterum manat in plaga cum floret exciſo cortice trium digytorum magnitudine. Hic ad purganda quæ obſtent oculis. Item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt: ciendamque urinam: & ad oēs collectiones intus extrahendas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorum a falce diſtillans. Ex iis ergo aliquis cum roſaceo in calice punici calfactus auribus infunditur. Vel folia cocta: & cum cæra trita imponuntur item podagricis. Cortice & foliis in uino decoctis foueri neruos utiliſſimum. Flos tritus cū foliis furfures purgat in facie. Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coercent: atque in totum auferunt uſum ſæpius ſumpta. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti pari pondere a balneo illitum pſilothrum eſt. Non multum a ſalice uitilium uſu diſtat uitex: foliorum quoque aſpectu: niſi odore gratior eſſet. Sed græci ligon uocant: alii agnon: quoniam matronæ in theſmophoriis athenienſium caſtitatem cuſtodientes iis foliis cubitus ſibi ſternunt. Duo genera eius. Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit. Minor ramoſa foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo: quæ & candida uocatur. Nigra: quæ tantū purpureum. Naſcuntur in paluſtribus campis. Semen potū uini quendam ſaporem habet: & dicitur febres ſoluere. Et cum unguantur oleo admixtum ſudorem facere: ſic & laſſitudines diſſoluere. Vrinam ciunt & menſes. Capiut tentant uini modo: nam & odor ſimilis eſt.

lis eſt. Inflationes pellunt in inferiora. Aluum ſiſtunt. Hydropicis & lyenibus perquã utiles. Lactis uber
tatem faciunt. Aduerſantur uenenis ſerpentium: maxime quæ frigus inferunt. Minor efficacior ad ſerpẽ
tes. Bibitur ſeminis drachma in uino uel poſca: aut duabus foliorum tenerrimorũ. Illinũtur & utraq; ad
uerſus araneorum morſus uel perunctis tantum. Suffitu quoq; aut ſubſtratu fugant uenenata. At uene-
reæ rei impetus inhibent. Eoq; maxime phalãgiis aduerſantur: quorũ morſus genitale excitat. Capitis do
lorem ex ebrietate ſedant cum roſaceo flos teneriq; cauliculi. Seminis decoctum uehementiorem capitis
dolorem diſſoluit fotu. & uuluã etiam ſuffitu uel appoſitu. Purgat aluum cũ pullegio & melle potum.
Vomicas panoſq; difficile concoquẽtes cum farina hordeacea mollit. Lichenas & lentigines cũ aphroni-
tro & aceto ſemen ſanat: & oris ulcera & eruptiões cum melle. Teſtium cum butyro & foliis uitiũ. Rha-
gadas ſedis cum aqua illitum. Luxatis cum ſale & nitro & cæra: & ſemine & folio. Additur in malagma
ta neruorum & podagras. Semen inſtillatur in oleo decoctum capiti in lethargia & phreneſi. Virgam q phreniti
in manu habeant aut cictu: negantur intertriginem ſentire. ericen græci uocant fruticẽ nõ multum a my
rice differentẽ colore roris marini: & pene folio. Hoc aduerſari ſerpentibus tradũt. Geniſta quoq; uinculi
uſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit quã græci auctores ſparton appellauere: cũ ex
ea linea piſcatoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc deſignauerit Homerus: cum dixit Na-
uium ſparta diſſoluta? Nondum enim fuiſſe africanum uel hiſpanũ ſpartum i uſu certum eſt. Et cum ſu
tiles fierent naues: lino tamen non ſparto unq̃ ſutas. Semen eius quod græci eodẽ noie appellant: in foli-
culis paſſiolorum modo naſcens purgat hellebori uice drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis
quattuor ieiunis. Ramis ſimiliter fronde in aceto maceratis pluribus diebus & tuſis ſuccum dant iſchia-
ticis utilem cyathi unius potu. Quidã marina aqua macerare malunt: & infundere clyſtere. Perunguntᷓ
eodẽ ſucco iſchiatici addito oleo. Quidã ad ſtranguriã utuntur ſemine. Geniſta tuſa cum axungia genua
dolentia ſanat. Myricẽ quã & tamaricẽ uocat Leneus ſimilẽ ſcopis amerinis. Sanari dicit ea carcinomata
in uino decocta tritaq; melle illita. Arbitrantᷓ quidã hanc eſſe tamaricã. Sed ad lyenẽ præcipua eſt: ſi ſuc-
cus eius expreſſus in uino bibatur. Adeoq; mirabilem eius antipathiã contra ſolum hoc uiſcerum faciũt:
ut affirment: ſi ex ea alueis factis bibant ſues ſine lyene inueniri. Et ideo homini ſplenetico cibũq; dant in
uaſis ex ea factis. Grauis aũt auctor in medicina uirgam ex eadẽ fractam: ut neq; terrã neq; ferrum attin
geret: ſedare uentris dolores aſſeuerauit impoſitam: ita ut tunica cinctuq; corpori apprimeretur. Vulguſ
infœlicem eam arborem appellat: ut diximus quoniam nihil ferat: nec feratur unquã. Corinthus & quæ
circa eſt regio: brianeam uocat. Eiuſq; duo genera facit. Silueſtrem plane ſterilẽ: alteram mitiorem. Hæc
fert in ægypto ſyriaq; etiam abundanter lignoſum fructum: maiorem galla: aſperum guſtu: quo medici
utuntur uice gallæ: & in cõpoſitionibus quas antheras uocant. Lignum autẽ & flos & folia & cortex in
eoſdem uſus adhibentur q̃q̃ remiſſiora. Datur ſanguinem reiicientibus cortex tritus: & cõtra profluuia fœ
minarũ, cœliacis quoq;. Idem tuſus impoſituſq; collectiones omnes ĩhibet. Foliis exprimitur ſuccus. Ad
hæc eadẽ & in uino decoquuntur. Ipſa uero adiecta melle gangrenis illinuntur. Decoctum eorum in ui-
no potum uel ĩpoſitum cum roſaceo & cæra ſedat. Sic & epinictidas ſanãt. Ad dentium dolorẽ auriũq;
decoctum eorum ſalutare eſt: radix ad eadem: ſimiliter folia. Hæc amplius ad ea quæ ſerpunt: imponũ-
tur cum polenta. Semen drachmæ pondere aduerſus phalangias & araneos bibitur. Cum altilium uero
pingui furunculis imponitur. Efficax & contra ſerpentium ictus: præterq̃ aſpidum. Necnõ morbo regio
phthiriaſi: lendibuſque decoctum infuſum prodeſt. Abundantiamq; mulierum ſiſtit. Cinis arboris ad
omnia eadem prodeſt: ſi bouis caſtrati urinæ ĩmiſceatur: uel in potu uel in cibo uenerem ſitiri. Carboq;
ex eo genere urina ea reſtinctus in umbra conditur. Idem cum libeat accendere: reſoluitur. Magi & id ex
ſpadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga ſanguinea: & ſilere: & liguſtro: & alno: & hedera: & cyſtho: & ciſſo: & erythrano: & chame-
ciſſo: & ſmilace: & de clematida. Cap. x.

Ec uirga ſanguinea fœlicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ præſanauere aperit.
n Sileris folia illita fronti capitis dolores ſedant. Eiuſdem ſemen tritum in oleo phthiriaces co-
ercet. Serpentes & hunc fruticem refugiunt: baculumq; ruſtici ob id ex eo gerunt. Liguſtrum
eadem arbor eſt: quæ in oriente cypros: ſuos in europa uſus habet. Succus eius neruis articulis algori-
bus: folia ubiq; ueteri ulceri cum ſalis mica: & oris exulcerationis proſunt. Acini contra phthiriaſin: item
contra intertrigines: foliaue. Sanant & gallinaceorum pituitas acini. Folia alni ex feruenti aqua certiſ-
ſimo remedio ſunt tumori. Hederæ genera. xx. demonſtrauimus. Natura omnium in medicina anceps.
Mentem turbat: & caput purgat largius pota. Neruis intus nocet. Iiſdem neruis adhibita foris prodeſt.
Eadem natura quæ & aceto ei eſt. Omnia genera eius refrigerant. Vrinam ciunt potu. Capitis dolorem
ſedant: præcipue cerebro: continentique cerebrum membranæ utiliter mollibus impoſitis foliis cum ace
to & roſaceo tritis & decoctis addito poſtea roſaceo oleo. Illinuntur autem fronti & decocto eorum fo-

uetur os:caputq; perungitur. Lyeni et pota et illita proſunt. Decoquūtur et contra hortores febriū: eruptionesq; pituitæ: aut in uino teruntur. Corymbi quoq; poti uel illiti lyenem ſanant: iocinera autem illiti. Trahūt & menſes appoſiti. Succus hederæ tedia narium graueolentiamq; emendat præcipue albæ ſatiuæ. Idem infuſus naribus caput purgat. Efficacius addito nitro infunditur etiam purulentis auribus: aut dolentibus cum oleo. Cicatricibus quoq; decorem facit: ad lyenes efficacios albæ eſt ferro calefactus. Satiſq; eſt acinos ſex uini cyathis duobus ſumi. Acini quoq; ex eadem alba terni in aceto mulſo poti tineas pellunt. In uia curatione uentri quoq; impoſuiſſe eos utile eſt. Hederæ: quam chriſocarpon appellauimus: baccis aurei coloris uiginti in uini ſextario tritis ita ut terni cyathi potentur: aquam quæ cutem ſubierit: per urinam educit. Eraſiſtratus eiuſdem acinos. v. tritos in roſaceo oleo: calefactoſq; in cortice punico inſtillauit dentium dolori a contraria aure acini qui croci ſuccum habens: præſumpti potu a acrapula tutos præſtant. Item ſanguinem excreantes aut torminibus laborantes. Hederæ nigrę candidiores corimbi poti ſteriles etiam uiros faciunt. Illinitur decocta in uino omnium ulcerum generi: etiam ſi cacoetæ ſint. Lachryma hederæ pſilothrum eſt: phthiraſinq; tollit. Flos cuiuſcunq; generis trium digytorum carptu dyſentericos & aluum citam emendat in uino auſtero bis die potus. Et ambuſtis illinitur utiliter cum cæra. Denigrant capillum corymbi Radicis ſuccus in aceto potus contra phalangia prodeſt. Huius quoq; ligni uaſe ſpleneticos bibentes ſanari inuenio. Et acinos terunt: moxq; comburunt & ita illinunt ambuſta prius perfuſa aqua calida. Sunt qui & incidant ſucci gratia: coq; utantur ad dentes eroſos: frangiq; tradunt proximis cæra munitis: ne ledantur. Gummi etiam id hedera quærunt: quod ex aceto utiliſſimum dentibus promittunt. Græci uicino uocabulo ciſton appellant fruticem maiorem tymo foliis ocimi. Duo eius genera. Flos maſculo roſaceus: fœminæ albet. Ambo proſunt dyſentericis & ſolutionibus uentris in uino auſtero trinis digytis flore capto: & ſimiliter bis die poto. Vlceribus ueteribus & ambuſtis cum cæra: & per ſe oris ulceribus. Sub his maxime naſcitur hypociſtos: quam inter hederas diximus. Ciſſos erythranos ab iiſdem appellatur ſimilis hederæ: coxendicibus utilis e uino potus: item lumbis: tantamq; uim accipiunt: ut ſanguinem urina detrahant. Item chameciſſon appellant hederam non attolentem ſe a terra. Et hæc contuſa in uino acetabuli menſura lyeni medetur. Folia ambuſtis cum axungia. Smilax quoq: quæ nicophoros cognominatur. ſimilitudinem hederæ habet: tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera ſmilacis dixere. Alterum immortalitati proximum conuallibus opacis ſcandentem arbores comantibus acinorum corymbis contra uenenata omnia efficaciſſimis: in tantum ut acinorum ſucco infantibus ſepe inſtillato nulla poſtea uenena nocitura ſint. Alterum genus culta amare: & in iis gigni nullius effectus. Illam eſſe ſmilacem priorem: cuius lignum ad aures ſonare diximus. Similem huic aliqui clematida appellauerunt repentem per arbores geniculatam & ipſam. Folia eius lepram purgatur Semen aluum ſoluit acetabuli menſura in aquæ hemina ut aqua mulſa. Datur ex eadem cauſa & deoctum eius.

De harundine: & papyro: & hebeno: & rhododendro: de ruſe: & erythro: & canchri: & ſabina: & ſelagine: & ſamulo: et gummi medicinis. Cap. xi.

h

Arundinis genera. xxix demonſtrauimus non aliter euindentiore illa natura quam continuis iis uoluminibus tractamus. Si quidem harundinis radix contrita & impoſita filicis ſtirpem corpore ex trahit. Item harundinem filicis radix. Ex quo pluta genera fecimus. Illaq; in india ſyriaq; naſcitur odorum unguentorumq; cauſa urinam mouet cum gramine aut apii ſemine decocta. Cit & mēſtrua admotu. Medetur conuulſis duobus obolis pota: iocineri: renibus: hydropi: tuſſi etiā ſuffitu: magiſq; cū reſina. Furfuribus ulceribuſq; manantibus cū myrrha radix decocta. Excipitur & ſuccus eius: fitq; elaterio ſimilis. Efficaciſſima autē in omni harundine quæ proxima radici. Efficacia & genicula Harundo cypria quæ donax uocatᷓ cortice cinere alopecias emendat. Itē putreſcentia ulcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos utuntur. Efficacius & contra ignes ſacros: collectioneſq; oēs. Vulgaris harundo extractoriam uim habet: & recens tuſa: nō in radice tantū. Multum enim & ipſam harundinē ualere tradunt. Medetur & luxatis: & ſpinæ doloribus radix in aceto illita. Eadem recens trita & in uino pota uenerē concitat. Harundinum lanugo illita auribus obtundit auditū. Cognata res eſt in ægypto harundini Papyrus præcipue utilitatis cū inaruerit: ad laxandaſq; fiſtulas: & in tumeſcendo ad introitum medicamentorum aperiendas. Charta quæ fit ex ea cremata inter cauſtica eſt. Cinis eius ex uino potus ſomnum facit. Ipſa ex aqua impoſita callum ſanat. Ne in ægypto quidem naſcitur hebenus ut docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Non omittetur tamē propter miraculum. Scobem eius oculis unice mederi dicūt. Lignoq; ad cotē trito cū paſſo caliginē diſcutit. Ex aqua uero & radice albugines oculorū. itē tuſſim pari modo dracūculi radicis cū adiecto melle. Hebenum medici & inter erodentia aſſumunt Rhododendros ne nomē quidē apud nos inuenit latinū. Rhododaphnen uocant aut nerium. Mirum folia eius quadrupedum uenenū eſſe. Homini uero contra ſerpentes præſidiū: ruta addita & e uino pota.

Pecus etiam

Pecus etiam & capræ ſi aquam biberint:in qua folia ea maduerit:mori dicuntur. Nec rhus latinum no-
men habet:cum i uſum pluribus modis ueniat. Nam & hærba eſt ſilueſtris. foliis myrti: cauliculiſq; bre
uibus:quæ uenena & tineas pellit: & frutex excoriarius appellatur:ſubrutilus:ciuitalis: craſſitudine digi
tali. Cuius aridis foliis ut malicorio coria perficiuntur. Medici autem rhoicis utuntur ad contuſa. Item
cœliacos & ſedis ulcera:aut quæ phagedenas uocant:trita cum melle & illita cum aceto. Decoctū eorū
inſtillatur auribus purulentis. Fit & ſtomachice decoctis ramis ad eadem: quæ ex moris:ſed efficacior
admixto alumine. Illiniturq; eadem hydropicorum tumoribus. Rhus quæ erythros apellatur frutex eſt
& huius fruticis ſemen uim habet aſtringendi refrigerandiq;. Aſpergitur pro ſale obſonis. Aluosſoluit:
omneſq; carnes cum ſilphio ſuauiores facit. Vlceribus medetur manantibus cum melle. Aſperitati liguæ
percuſſis:liuidis:deſquamatis eodem modo. Capitis ulcera ad cicatricem celerrime perducit: & fœmina
rum abundantiam ſiſtit cibo. Erythrodanus quam aliqui eruthodanum uocant:nos rubiam: qua tingū
tur lanæ pelleſq; perficiuntur in medicina urinam ciet. Morbum regium ſanat ex aqua mulſa. Et lichenas
ex aceto illita. Et iſchiticos & paralyticos ita ut bibentes lauentur quottidie. Radix ſemenq; trahunt men
ſes. Aluum ſiſtunt: & collectiones diſcutiunt. Contra ſerpentes rami cum foliis imponuntur. Folia & ca
pillum tingunt. Inuenio apud quoſdam morbum regium ſanari hoc frutice:etiam ſi adalligatus ſpecte-
tur tantum. Diſtat ab eo qui aliſſon uocatur foliis tantum & ramis minoribus. Quippe nomen accepit
q; a cane morbos rabiem ſentire non patitur potus ex aceto adalligatuſq;. Mirumq; eſt quod additur: in
ſaniā cōſpecto eo oīno frutice ſanari. Tingentibus & radicula ramos præparat quam ſtruthion uocari di Saniem
ximus a græcis. medetur morbo regio ipſa decocta & ius potum:idem pectoris uitiis. Vrinam ciet:al- ſiccari
uum ſoluit:& uuluas purgat. Quamobrem autem poculum medici uocant. Ea & ex melle prodeſt ma
gnifice ad tuſſim. Orthopnoe coclearis menſura. Cum polenta uero & aceto lepras tollit. Eadem cum
panace & capparis radice calculos frangit:pellitq;. Panos diſcutit cum farina hordeacea & uino decocta.
Miſcet̃ & malagmatis & collyriis claritatis cauſa. Ad ſternutamenta utilis inter pauca. Lieni quoq; ac io
cineri. Eadem pota denarii unius pondere ex mulſa aqua ſuſpirioſos ſanat. Sic & pleureticos: & omnes
lateris dolores Apocyni ſemen ex aqua:frutex eſt:folio hederæ:molliore tamen & minus longis uiticu-
lis:ſemine acuto:diuiſo:lanuginoſo:graui odore. Canes & omnes quadrupedes necat in cibo datum. Eſt
& roſmarinum. Duo genera eius. Alterum ſterile:alterum cui & caulis & ſemen reſinaceū:quod cachrys
uocatur. Foliis odor thuris. Radix uulnera ſanat uiridis impoſita & ſedis procidentia condylomata hæ-
morroidas. Succus & fruticis & radicis morbum regium: & ea quæ repugnanda ſunt. Oculorum aciem
exacuit. Semen ad uetera pectoris uitia datur potui. Et ad uuluas cū uino & pipere. Menſes adiuuat. Po
dagris illinitur cum erinea farina. Purgat & lentigines: & quæ ex calfacienda ſunt:aut cū ſudor quærēdus
ſlitum. Item conuulſis. Auget & lac in uino potum. item radix. Ipſa hærba ſtrumis cum aceto illinitur:
ad tuſſim cum melle prodeſt. Cachrys multa genera habet ut diximus. Sed hæc quæ ex rore ſupradicto
naſcitur ſi fricetur:reſinoſa eſt. Aduerſatur uenenis & uenenatis:præter anguibus. Sudorem mouet tor-
mina diſcutit. Lactis ubertatem facit. Hærba ſabina brathy appellata a græcis duorum generum eſt. Al
tera tamaracæ ſimilis folio eſt:altera cupreſſo: Qua ex re quidā creticam cupreſſum dixerunt:utilis i ſuf Tamaricę
fitus pro thure aſſumitur. In medicamentis uero duplicato pondere eoſdē effectus habere quos cynna-
mum traditur. Collectiones minuit: & nomas cōpeſcit. Illita ulcera purgat. Partus emortuos appoſita
extrahit & ſuffitu. Illinitur igni ſacro & carbunculis. Cū melle & uino pota regio morbo medet̃. Gallina
cei generis pituitas fumo eius hærbæ ſanari tradunt. Similis hærbæ huic ſabinæ eſt ſelago appellata. Legi
tur ſine ferro dextra manu p tunicā: qua ſiniſtra eruit̃ uelut furāte: cādida ueſte ueſtito pureq; lotis nudis
pedibus ſacro facto prius q̃ legatur: pane uino. Fertur in mappa noua. Hanc contra omnem perniciem
habendam prodidere druidæ gallorum: & contra omnia oculorum uitia fumum eius prodeſſe. Idem ſa
molum hærbam nominauere naſcentem in humidis. Et hanc ſiniſtra manu legi a ieiunis contra morbos
ſuum boumque nec reſpicere legentem: nec alibi q̃ in canali deponere: ubiq; conterere poturis. Gummi
genera diximus. Ex iis maiores effectus melioris cuiuſq; erunt. Dentibus inutiles ſunt. Sanguinem coa-
gulant: & ideo reiicientibus ſanguinem proſunt: item ambuſtis: arteriæ uitiis. Inutilem urinā ciunt: ama
ritudines hebetant aſtrictis cæteriſq;. Ex amygdala amara eſt ſpiſſandiq; uiribus efficacior. Habet excal-
factorias uires. Preponūtur autem prunorū & ceraſorum ac uitium. Siccant illitæ & aſtringunt. Ex ace-
to uero infantium lichenas ſanant. Proſunt & tuſſi ueteri: quattuor obolis in mixto potis. Creduntur &
colorem gratiorē facere: ciborūq; appetentiam: & calculoſis prodeſſe cū paſſo potæ. Oculorum & uul-
nerum in utilitatibus maxime conueniunt ab ſpina ægyptia.

De ſpina arabica & ſpina alba: & acantho: & acatia. Cap. xii.

ſ Pinæ arabicæ laudes in odorum loco diximus: & ipſa ſpiſſat: ſtringitque diſtillatiōes omnes
& ſanguinis excreationes: menſiumque abundantiam: etiamnum radice ualentior ſpinæ al-

bæ ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt
ſpina illa: quam græci acanthion uocant minoribus multo foliis aculeatis per extremitates: & areneo-
ſa lanugine obductis. Qua collecta etiam ueſtes quædam bombicinis ſimiles fiunt in oriente. Ipſa fo-
lia uel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur. Eſt & acaciæ ſpina. Fit in ægypto alba nigraq; arbore
item uiridi: ſed longe melior eſt prioribus. Fit & in gallatia tenerrima ſpinoſior arbore. Semen omnium
lenticulæ ſimile: minore eſt tantum & grano & foliculo. Colligitur autumno ante collectum nimio uali
dius. Spiſſatur ſuccus ex foliculis aqua cæleſti perfuſis: mox in pila tuſis exprimitur organis: tunc denſa
tur in ſole mortariis in paſtillos. Fit & ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda ſemine pro galla utun
tur. Foliorum ſuccus & galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur item qui ualde rufus. Purpurea aut leu
cophea: & quæ facillime diluitur. Vis ſumma ad ſpiſſandum refrigerandumque eſt. Oculorum medica-
mentis ante alias utiles. Lauantur in eos uſus paſtilli: ab aliis torrentur: ab aliis capilli tinguntur. Sanant
ignem ſacrum. Vlcera quæ ſerpunt: & humida uitia corporis: collectiones articulos contuſos: perniones
pterygia. Abundantiam menſium fœminis ſiſtunt: uuluamque & ſedem procidentes: item oculos: oris
uitia & genitalium.

De uulgari ſpina & ſilueſtri: & de ſyriſceptro: & de apendice ſpina: & pyrachantho: & paliuro: aqui
folia & taxo & rubis medicinæ. Cap. xiii.

u Vlgaris quoq; hæc ſpina: ex aqua uenæ fulloniæ implentur: radicis uſus habetur. Per hiſpani-
as quidem multi & inter odores & ad unguenta utuntur illa aſpalatum uocantes. Eſt ſine du
bio hoc nomine ſpina ſilueſtris in oriente (ut diximus) candida magnitudine arboris iuſtæ.
Sed & frutex humilior atque ſpinoſus in niſyro & rhodiornm inſulis: quam alii eriſiſceptrum: alii adiap
ſatheum ſiue dipſacon ſiue diaxylon uocant. Optimus qui minime ferulaceus: rubens: & in purpuram
uergens detracto cortice: naſcitur pluribus locis: ſed non ubiq; odoratus. Quam uim haberet cæleſti ar-
qua in eum innixo: diximus. Sanat tetra oris ulcera: & ozenas genitalia exulcerata: aut carbunculantia:
item rhagadia: inflationes potu. Diſcutit & ſtrangurias cortex. Sanguinem reddentibus medetur deco-
ctum eius. Aluum ſiſtit cortex. Similia præſtare quoq; ſilueſtrem putant. Spina eſt appendix appella-
ta: quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices uocantur. Hæ crudæ per ſe & aridæ in uino decoctæ
aluũ citant: ac tormina compeſcunt. Pyracanthi baccæ contra ſerpentiũ ictus bibuntur. Paliurus quoq;
ſpinæ genus eſt. Semen eius afri zuram uocant: contra ſcorpiones efficaciſſimum. item calculoſis & tuſ-
ſi. Folia aſtrictoriam uim habent. Radix diſcutit panos: collectiones: uomicas: urinas trahit pota. Deco
ctum eius potum in uino aluum ſiſtit. Serpentibus aduerſatur: radix præcipue datur in uino. Alioquin
folia contuſa addito ſale articulorum morbis imponunt. Proſunt baccæ purgationi fœminarum: cælia-
cis: dyſentericis: ac cholericis. In uino potæ aluum ſiſtunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpo-
ri. Vtiliſſima eſt & luxatis tumoribuſque. Aquifolia arbor in domo: aut uilla ſata ueneficia arcet. Flore
eius aquam glaciari pythagoras tradit. Itemque baculum ex ea factum in quoduis animal emiſſum etiã
ſi citra ceciderit defectu mittentis: ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi: tam præcipuam naturam ineſ
ſe arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura: ideoq; ex eis
mora uel hominibus cibos dedit. Vim habent ſiccandi: aſtringendi. Gingiuis: tonſillis genitalibus acco-
modatiſſimi. Aduerſantur ſerpentiũ ſceleratiſſimis hæmorrhoidi & preſteri flos aut mora. Scorpionum
uulnera ſine collectionum periculo iungunt. Vrinã ciunt. Caules eorum tonduntur teneri: exprimiturq;
ſuccus mox ſole cogitur in craſſitudinem mellis ſingulari remedio contra mala oris oculorumq; ſangui-
nem excreantes: anginas: uuluas: ſedes: cœliacos potus aut illitus. Oris quidem uitiis etiam folia cõman
ducata proſunt: & ulceribus manantibus: aut quibuſcunq; in capite illinuntur cardiacis: uel ſic per ſe im
ponuntur a mamma ſiniſtra. Item ſtomachi doloribus: oculiſque procidentibus. Inſtillatur ſuccus eorũ
& auribus. Sanat condylomata cum roſaceo cærato. Calculorumue ex uino decoctum uel præſentaneũ
remedium eſt. Itẽ per ſe in cibo ſumpti cymæ modo: aut decocti in uino auſtero labantes dentes firmãt.
Aluum ſiſtunt & profluuia ſanguinis dyſentericis proſunt. Siccantur in umbra ut cinis crematorũ uuã
reprimat. Folia quoq; arefacta & contuſa iumentorum ulceribus utilia traduntur. Mora quæ in iis na-
ſcuntur uel efficaciorem ſtomachicem præbuere q̃ ſatiua morus. Eademq; compoſitione uel cum hypo
ciſtide tantum & melle bibuntur in cholera: & a cardiacis: & contra araneos. Inter medicamenta quæ ſty
ptica uocant: nihil efficatius rubi mora ferentis radice decocta in uino ad tertias partes: ut colluantur eo
oris ulcera & ſedis foueantur. Tantaq; uis eſt: ut ſpongiæ ipſæ lapideſcant. Alterum genus rubi eſt ĩ quo
roſa naſcitur. Gignit pilulam caſtaneæ ſimilem: præcipuo remedio calculoſis. Alia eſt cynorhoda: quam
proximo dicemus uolumine.

Dipſacon ĩ uetuſtis codicibus nõ habetur.

Citam pyxacãthi

De cynobato & ideo rubo: & rhanno: & lycio: & ſar-
cocolla: & oporice medicinæ. Cap. xiiii.

cynobaton

c Ynobaton quam alii cynoſpaſton alii neuroſpaſton uocant folium habet ueſtigio hominis ſimile. Fert & uuam nigram: in cuius acino neruum habet: unde nerunſpaſſus dicitur. Alia eſt a cappari: quam medici cynos baton appellauerunt. Huius thyrſus ad remedia ſplenis & inflationes conditus ex aceto manditur. Neruus eius cum maſtice chia commanducatus os purgat. Ruborum roſa alopecias cum axungia emendat. Mora capillum tingunt cum omphacino oleo. Flos mori per meſſes colligitur. Candidus pleureticis præcipuus ex uino potus: item cœliacis. Radix ad tertias decocta aluum ſiſtit & ſanguinem: item dẽtes collutos decocto. Eodem ſucco fouentur ſedis atq; genitalium ulcera. Cinis e radice deprimit uuam. Idæus rubus appellatus eſt: quoniam in ida non alias naſcitur. Eſt autem tenerior ac minor rarioribus calamis innocentioribuſq; ſub arborum umbra naſcens. Huius flos cum melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris. Stomachiciſq; ex aqua bibẽdus datur. Cætera eadem præſtat que ſupradicta. Inter genera ruborum rhamnos appellatur a græcis candidior & fruticoſior. Is floret ramos ſpargens rectis aculeis non ut cæteri aduncis: foliis maioribus. Alterum genus eius ſilueſtre nigrius & quadantenus rubens. Fert ueluti folliculos. Huius radice decocta in aqua fit medicamentum: quod uocatur lycium. Semen ſecundas trahit. Alterq; ille candidior aſtringit magis refrigerat: collectionibus & uulneribus accomodatior. Folia uero utriuſq; & cruda & decocta illinuntur cum oleo. Lycium præſtantius e ſpina fieri tradunt: quam & pyxacanthon chironiam uocant: quales in indiciis arboribus diximus: quoniam longe præſtantiſſimum exiſtimatur indicum. Coquuntur in aqua tuſi rami: radiceſq; ſummæ amaritudinis æreo uaſe fere per triduum. Iterumq; exempto ligno donec mellis craſſitudo fiat. Adulteratur amaris ſuccis: etiam amurca ac felle bubulo. Spuma eius ac flos quidem oculorum medicamentis additur. Reliquo ſucco faciem purgat: & pſoras ſanat: eroſos angulos oculorum: ueteresq; fluctiones: aures purulentas: tonſillas: gingiuas: tuſſim: ſanguinis excreationes fabæ magnitudine deuoratum. Aut ſi ex ulceribus fluat: illitum rhagadas. genitalium ulcera. Attritus ulcera recentia & ſerpentia ac putreſentia. In naribus clauos: ſuppurationes. Bibitur & a mulieribus inlacte contra profluuia. indici differentia glebis extrinſecus nigris itus ruffis: cum fregeris: cito nigreſcentibus. Aſtringit uehementer cum amaritudine. Ad eadem omnia utilis eſt: ſed præcipue ad genitalia. Sunt qui & ſarcocollam & ſpinæ lachrymam putent pollini turis ſimilem cum quadam acrimonia dulcem. Cum uino tuſa ſiſtit fluctiones. Illinitur infantibus. Vetuſtate & hæc maxime nigreſcit. Melior quo candidior. Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum: quod oporicem uocant. Fit ad dyſentericos ſtomachiq; uitia in congio muſti albi lento uapore decoctis malis cotoneis quinq; cum ſuis ſeminibus: punicis totidem: ſorborum ſextario & pari menſura eius quod rhun ſyriacon uocant: croci ſemuncia. Coquitur uſq; ad craſſitudinem mellis. His ſubnectemus ea quæ græci comunicatione nominum in ambiguo fecere, an ne arborum eſſent.

De camedrye & chamedaphne: & chamelea: & chameſyce: & camecíſſo: & chameleuce: & chamecyperiſſo: & ampelopraſo: & ſtachye: & clinopodio: & centunculo: & clematide ægyptia medicinæ. Cap. xv.

c Hamædrys hærba eſt. quæ latine trixago dicitur. Aliqui eã chamædropẽ: alii theucriã appellauere. Folia habet magnitudine mẽtæ: colore & diuiſura quercus. Alii ſerratã: & ab ea ſerrã inuentam eẽ dixere: flore pene purpureo. Carpitur prægnãs ſucco. in petroſis aduerſus ſerpentium uenena potu illituq; efficaciſſima. Itẽ ſtomacho tuſſi uetuſtæ pituitæ in gula cohæreſcenti: ruptis: cõuulſis: lateris doloribus. Lyenẽ conſumit. Vrinam & menſes cit. Ob id incipientibus hydropicis efficax: manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis uſq; ad tertias. Faciunt & ex ea paſtillos terentes eã ex aqua ad ſupradicta. Sanat & uomicas & uetera ulcera uel ſordida cum melle. Fit & uinum ex ea pectoris uitiis foliorum ſuccus cum oleo caliginem oculorum diſcutit. Ad ſplenem ex aceto ſumitur. Excalfacit perunctiones. Chamædaphne unico ramulo eſt cubitali fere: folio tenui lauri ſimilitudine. Semen rubens admixtum foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat. Ad tormina cum uino bibitẽ Menſes ſuccus eius & urinam cit potu: partuſq; difficiles in lana appoſitus. Chamælea ſimilitudinẽ foliorum olea habet. Sunt autem ei amara odorata: in petroſis naſcens palmi altitudinem non excedens. Aluum purgat. Detrahit pituitã bileq; foliis in duabus partibus abſinthii decoctis ſuccoq; eo cum melle poto. Foliis impoſitis & ulcera purgãtur. Aiunt ſi quis ante ſolis ortũ capiat: dicatq; ad albugines oculorũ ſe capere: adalligata diſcuti id uitium: Quoquo modo collectã iumentorum pecorũq; oculis ſalutarẽ eſſe. Chamæſyce lentis folia habet nihil ſe attollentia: in aridis petroſiſq; naſcẽs. Claritati oculorũ: & cõtra ſuffuſiones utiliſſima: & cicatrices caligines muriculas nubeculas ĩ uino cocta: inuncta. Vuluæ dolores ſedat appoſita ĩ linteolo. Tollit & uerucas oĩum generum illita. Prodeſt & orthopnoicis. Chamæciſſos ſpicata ẽ tritici modo ramulis qnis fere folioſa: cũ floret exiſtimari põt alba uiola radice tenui. Cuius bibũt iſchiatici folia tribus obolis: ĩ uini cyathis duobus ſeptẽ diebus admodũ amara potõe. Chamæ

&

leucem apud nos farranum ſiue farfugium uocãt. Naſcitur ſecus fluuios: folio populi: ſed ampliore. Ra
dix eis imponitur carbonibus cupreſſi: atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tuſſi. Chamæ
peuce laricis foliis ſimilis lumborum & ſpinæ doloribus propitia eſt. Chamæcypariſſos herba ex uino po
ta contra uenena ſerpentium omnium ſcorpionumque pollet. Ampelopraſon in uinetis naſcitur: foliis
porri: ructu grauis. Contra ſerpentium ictus efficax. Vrinam & menſes cit: eruptiones ſanguinis per ge
nitale inhibet potum impoſitumq;. Datur & a partu mulieribus: & contra canis morſum. Ea quoq; quæ
Marrubi ſtachys uocatur porri ſimilitudinem habet: longioribus foliis pluribuſq;: & odoris iucundi: coloriſq; in
Zopyro- luteum inclinati. Pellit menſtrua. Clinopodion: quod alii cleonicion: alii zopyron: alii ocimoides appel-
tyron lant: ſerpillo ſimilem: ſurculoſam palmi altitudine. Naſcitur in petroſis: orbiculato foliorum ambitu: ſpe
Florum ciem lectipedum præbens. Bibitur ad conuulſa rupta ſtrangurias: ſerpentium ictus: Item decoctæ luc-
cus. Nunc ſubtexemus herbas mirabiles quidem: ſed minus claras: nobilibus inſequentia uolumina di-
latis. Itali centunculum uocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum iacentem in aruis:
græci autem clematidem. Eſt eius egregius effectus ad ſiſtendam aluum in uino auſtero. Idem ſangui-
nem ſiſtit tritus cum oximellite: aut aquæ calidæ cyathis quinq; denarii unius pondere. Sic & ad ſecun-
das mulierum efficax. Sed græci clamatidas & alias habent: unam quam aliqui echiten uocant: alii lagi-
nem nonnulli tenuem ſcamoniam: & pedales folioſos: nõ diſſimiles ſcamoneæ ramos habet: niſi q; nigrio
ra minoraq; ſunt folia. Inuenitur in uineis aruiſq;. Eſtur uſu ut olus cum oleo & ſale. Aluum cit. Eadem
a dyſentericis cum lini ſemine in uino auſtero ſorbetur. Folia epiphoris imponuntur cum polenta: ſuppo
ſito udo linteolo. Strumas impoſita ad ſuppurationem perducunt: deinde axungia adiecta percurant:
item hemorrhoidas cum oleo uiridi. Pthiſicos iuuant cum melle. Lactis quoq; ubertatem faciunt in ci-
bis ſumpta. Et infantibus illita capillum alunt. Ex aceto dentium dolores ſedant. uenerem ſtimulant. Eſt
& alia clematis ægyptia cognomine: quæ ab aliis daphnoides: ab aliis polygonoides uocatur folio lau-
ri longa tenuiſque: aduerſus ſerpentes ac priuatim aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxi-
me gignit.

De aron: & dracunculo: & dracontio: & eri: & millefolio: & herba euſdẽ nominis: & pſeudounio: &
myrrhi. & onobryce medicinæ. Cap. xvi.

St & aron: de qua inter bulbos diximus magnæ cum dracuntio litis. Quidam enim eſſe dixe-
e runt eandem. Glaucias ſatu diſcreuit dracuntium ſilueſtrem arum pronunciando. Aliqui radi-
cem aron appellauerunt: caulem uero dracuntium: in totum alium. Si modo hic eſt: qui uoca-
tur apud nos dracunculus. Nanq; aros radicem nigram in latitudinem rotundam habet: multo quoq;
maiorem: & qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilam & draconis conuoluti modo: unde ei & no
men. Quin & ipſi græci immenſam poſuere differentiam Semen dracunculi feruens mordaxq; tradẽdo:
tantumq; ineſſe ei uirus ut olfactum grauidis abortum inferat. Aron miris laudibus extulere: primum in
cibis fœminarum præferentes: quoniam mas dulcior eſſet: & in coquendo lentior: pectoriſq; uitia pur-
garet. Aridum impoſitione inſperſum aut eclegmate: urinam & menſes cieret. Sic & in oxymelite po-
tum ſtomacho interraneis exulceratis ex lacte ouillo bibendum. Ad tuſſim in cinere coctum ex oleo de-
dere. Alii coxere in lacte: ut decoctum biberetur. Epiphoris elixum impoſuere: item ſugillatis tonſillis.
Ex oleo hemorrhoidum uitio infudere. lentigines ex melle illinentes. Laudauit Cleophantus & pro an-
tidoto contra uenena pleureticis: peripneumonicis quoq; & tuſſientibus. Semen intritum cum oleo aut
roſaceo infundens aurium dolori Dieucles. Cleophantus tuſſientibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis &
purulenta excreantibus farina permixtum in pane cocto dedit. Diodotus phthiſicis e melle eclegmate
& pulmonis uitiis: oſſibus etiam fractis impoſuit. Partus omnium animalium extrahit naturæ cir-
cumlitum. Succus radicis cum melle. attico: oculorum caligines: ac ſtomachi uitia diſcutit: tuſſim deco
cti ius cum melle. Vlcera omnium generum ſiue phagedenæ ſint: ſiue carcinomata: ſiue ſerpant: ſiue
polypi in naribus: ſuccus mire ſanat. Folia ambuſtis proſunt ex uino & oleo cocta. Aluum inaniunt ex
ſale & aceto ſumpta. Etiam luxatis cocta cum melle proſunt. Item articulis podagricis cum ſale recentia
uel ſicca. Hippocrates quaſlibet ad collectiones cum melle ĩpoſuit ad menſes trahẽdos ſeminis uel radi
cis drachmæ duæ in uini cyathis duobus ſufficiunt. Eadem potio ſi a partu non purgantur: & ſecundas
trahit. Hippocrates & radicem ipſam appoſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarem eſſe in cibis. Ebrieta-
tẽ diſcutit. Serpentes nidore cum crematᷓ priuatimq; aſpides fugat: aut inebriat: ita ut torpẽtes inueniã-
tur. Perunctos quoq; areo aut laureo oleo fugiunt. Ideo & cõtra ictus dari potu in uino nigro putãt uti
le. In foliis ari caſeus optime ſeruari traditur. Dracũculus quẽ dixi hordeo matureſcente effoditᷓ luna cre
ſcente. Oĩno habentẽ ſerpentes fugiunt. Ideo pcuſſis prodeſſe in potu aiunt maiorẽ ut & mẽſes: ſi ferro
nõ attingatᷓ: ſiſtat. Succus eius & auriũ dolori prodeſt. Id aũt quod græci dracontion uocãt triplici effi
gie mihi demonſtratum eſt foliis betæ: nõ ſine thyrſo: flore purpureo. Hoc eſt ſimile aro. Alii radice lon
ga ueluti

ga ueluti ſignata articuloſaq; monſtrauere tribus oino caliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpē-
tium ictus iubentes. Tertia demonſtratio fuit folio maiore q̄ cornus radice harundinea: totidem ut affir
mabant geniculata nodis: quot haberet annos: totidemq; eſſe folia. Hi ea ex uino uel aqua contra ſerpen
tes dabant. Eſt & eris quæ in eadem ægypto naſcitur ſimilis aro: minor tantū minoribuſq; foliis: & utiq; Ariſaros
radice: quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba geminum caulem: altera unum tantum uel Aris
emittens Medetur utraq; ulceribus manantibus: item combuſtis ac fiſtulis. Collyrio ĩmixta & nomas
ſiſtunt: decoctarum in aqua & poſtea tritarum roſaceo addito. Sed unum miraculum ingens: cōtracto
genitali cuiuſq; fœminini ſexus animal in perniciem agi. Myriophyllon quod noſtri millefolium uocant
caulis eſt tener. Similis fœniculo plurimis foliis: unde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus: magni
fici uſus ad uulnera. Cum aceto bibitur ad difficultates urinæ & ueſicæ: & ſuſpiria: præcipitatiſq; ex alto.
Efficaciſſima eadem ad dentium dolores. Hetruria hoc nomine appellat hærbam in pratis tenuem: a la-
teribus capillamenti modo folioſam: eximii uſus ad uulnera: boum neruos abſciſſos uomere ſolidari ea:
rurſuſq; iungi addita axungia affirmãs. Pſeudobunion napi folia habet: fruticans palmi altitudine. Lau-
datiſſima in creta. Contra tormina atq; ſtranguriam: laterū præcordiorumq; dolores bibuntur rami eius
quini ſeniue. Myrrhis quam alii ſmyrrhizam alii myrrham uocant ſimillima eſt cicutæ. Caulæ foliiſque
& flore minor tantum & exilior: cibo non inſuauis. Cit menſtrua & partus cum uino. Aiunt quoq; ean-
dem potã in peſtilentia ſalutarem eẽ. Subuenit & phthiſicis in ſorbitione. Auiditatem cibi facit. Vlcera fa
cie aut capite ſuccus eius in aqua triduo macerata ſanat. Onobrychis folia habet lentis lōgiora paulo flo
rem rubentē: radicē exiguã & gracilem. Naſcitur circa fontes. Siccata ĩ farinæ modum & inſparſa uino al
bo ſtrangurias finit. Aluum ſiſtit. Succus eius perunctis cum oleo ſudores mouet.

De coriaceſia: & callicia: & menaide: & aliis. xxiii. & medicinis earum quas quidã magicas eſſe dicunt:
& de conſidia: & de aproſſi: & recidiuis morborum. Cap. xvii.

i N promiſſo hærbarum mirabilium occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ enim mirabi-
liores ſunt? Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus conſectati ma
gos. Coriaceſiam & calliciam Pythagoras qua aquam glaciari tradit: & quarum mentionem
apud alios non reperio: nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat & nomine alio corinthadem
cuius decocto in aqua ſucco protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueantur dicit. Eundēq; effuſum ĩ hær-
ba qui ueſtigio contigerit: aut forte reſperſi fuerint inſanabiles perire: monſtrifica prorſus natura uene-
ni præterquam contra uenena. Ab eodem pythagora aproxis appellatur hærba: cuius radix e longinquo
concipiat ignes ut naptha: de qua in terræ miraculis diximus. Idem tradit. Si qui morbi humano corpo-
ri acciderint florente aproxi: quãuis ſanatos admonitionem eorum ſentire quotiens florere eam cōtigerit
& frumentum: & cicutam: & uiolam ſimilem conditionem habere. Nec me fallit hoc uolumen eius a q-
buſdam Cleemporo medico aſcribi. Pythagoræ uero eſſe pertinax fama antiquitaſque uendicant. Et id
ipſum auctoritatem uoluminibus affert: ſi quis alius curæ ſuæ opus illo uiro dignū iudicauerit. Quod
feciſſe ſcimus Cleemporum: cū & alia ſuo ex nomine ederet quis credet? Democriti certe chirocineta eſſe
conſtat. At in iis ille poſt pythagoram magorū ſtudioſiſſimus quanto portentoſiora tradit? Aglaopho
tin hærbam quæ admiratione hominum propter eximium colorem acceperit nomē: in marmoribus ara
biæ naſcētem perſico latere. Qua de cauſa & marmaritiden uocari. Magos utiq; ea uti: cum uelint deos
euocare. Achemenidon colore eſt electri ſine folio naſcens in tardaſtilis indiæ cuius radix in paſtillos di-
geſta in dieq; pota in uino noxii per cruciatus nocte confiteantur omnia per uarias numinum imagina-
tiones. Eandem hippophoruadem appellat: quoniam æque præcipue caueant eam. Theombrotiō. xxx.
ſchœnis a Choaſpe naſci pauonis picturis ſimilem odore eximio. Hanc autem a regibus perſarum co-
medi aut bibi contra omnia corporum incommoda: ſtabilitatemq; mentis & iuſtitiæ uocari. Eandem de
nique ſemniona potentiæ maieſtate appellari. Aliam deinde Adamantidem armeniæ cappadociæq; alū
nam. Hac admota leones reſupinari cum hiatu laxo. Nominis cauſam eſſe q; conteri nequeat. Ariani-
dem in arianis gigni igneam colore. Colligi cum ſol in leone ſit. Huius tactu peruncta oleo ligna accen
di: therionarca ĩ cappadocia & myſia naſcente: omnes feras torpeſcere: nec niſi hyenæ urinæ aſperſu re-
creari. Ethiopida in meroe naſci. Ob id & meroidē appellari folio lactucæ: hydropicis utiliſſimã e mul-
ſo potam. Ophiuſam in elephantine eiuſdem æthiopiæ liuidam: difficilemq; aſpectu: qua pota terrorē
minaſque ſerpentium obuerſari: ita ut mortem ſibi eo metu conſciſcant: ob id cogi ſacrilegos illam bibe
re. Aduerſari autem ei palmeum uinum. Thalaſſeglen circa indum amnem inueniri: quæ ob id nomine
alio potamautis appellatur. Hac pota lymphari homines obuerſantibus miraculis. Theangelida in li-
bano ſyriæ: dictæo cretæ montibus & babylone & ſuſis perſidis naſci: qua pota magi diuinent. Geloto-
phyllida in bactris & circa boryſtenem. Hæc ſi bibatur cum myrrha & uino: uarias obuerſari ſpecies: ri
dendique finem non fieri in potis nucleis pineæ nucis cum pipere & melle in uino palmeo. Syſtitictérida

& ii

a conuictu i perſide nominari: quoniam hilarentur illa: eadem protomedia: qua primatũ apud reges op
tineant. Caſigneten: quoniam ſecum ipſa naſcatur: nec cum ullis aliis hærbis. Eãdem Dionyſionympha-
dem: quoniam uino mire conueniat. Heliathen uocant in themiſcyra regione & ciliciæ montibus mariti-
mis: folio myrti. Hac cum adipe leonino decocta addito croco & palmeo uino perungi magos & perſa-
rum reges: ut fiat corpus aſpectu iucundum. Ideo eandem heliocallidem nominari. Hermeſias ab eodẽ
uocatur ad liberos generandos pulchros bonoſq;. Non hærba: ſed compoſitio e nucleis pineæ nucis tri-
tis cum melle myrrha croco uino palmeo: poſtea admixto theombrotio & lacte bibere generaturos iu-
bet: & a conceptu puerperas partum nutrientes ita fieri excellentes animo & forma: atq; bonos. Harum
oĩum magica quoq; uocabula ponit. Adiecit his Apollodorus aſſectator eius hærbam eſchynomenem:
quoniam appropinquãte manu folia contraheret. Aliã crocidem: cuius tactu phalangia morerẽtur. Cra
teias oenotheridem: cuius aſperſu e uino feritas oĩum aĩalium mitigaretur. Anacãpſerotem celeber arte
grãmatica paulo ante cuius oĩno tactu redirent amores uel cum odio depoſiti. Et habunde ſit hactenus
attigiſſe inſignia magorum in iis herbis: alio de his aptiore dicturus loco.

De eriphia & lanaria & ſtratioti medicinæ. Cap. xviii.

Riphiam multi prodidere. Scarabeum hæc in habena habet ſurſum deorſum decurrẽtem cũ
ſono hedi: unde & nomen accepit. Hac ad uocem nihil præſtantius eſſe tradunt. Hærba lana
ria ouibus ieiunis data: lactis abundantiam facit. Aeq; nota lactoris uulgo eſt plena lactis q^d
deguſtatum uomitiones concitat. Eandem hanc aliqui eſſe dicunt: & alii ſimilem illi: quam militarem
uocant: quoniam uulnus ferro factum nullum non intra dies quinq; ſanat ex oleo impoſita. Celebratur
autem a græcis ſtratiotes. Eſt ea in ægypto tantum: & inundatione nili naſcitur aizoo ſimilis: ni maiora
haberet folia. Refrigerat mire: & uulnera ſanat ex aceto illita: item ignes ſacros ac ſuppurationes. Sangui
nem quoq; qui defluit a renibus pota cum thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba quæ naſcitur in capite ſtatuæ: & de herba de fluminibus: & herba lingua: & cribro: & fime
tis: & rhodora: & impia: & ueneris pectine: & nodia: & philanthropo: & canaria lappa: & tordyle: & de
gramine: & dactylo & fœno græco medicinæ. Cap. xix.

h Erba in capite ſtatuæ nata collectaq; alicuius in ueſtis panno: & alligata in lino rufo capitis do-
lorem confeſtim ſedare traditur. Herba quecũq; e riuis aut fluminibus ante ſolis ortum colle-
cta ita: ut nemo colligentem uideat: contra tertianas adalligata leuo brachio. ita ut æger quid
ſit illud ignoret: tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcitur circa frontes. Radix eius combuſta & tri
ta cum adipe ſuis: adiiciunt ut nigra ſit & ſterilis: alopecias emendat unguentium in ſole. Cribro in limi-
te abiecto: herbæ intus extantes decerptæ: adalligatæq; grauidis: partus accelerant: Herba quæ gignitur
ſupra fimeta ruris: contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam canes urinam
fundunt euulſa ne ferro attingatur: luxatis celerrime medetur. Rumbotinum arborem demõſtrauimus
inter arbuſta. Iuxta hanc uiduam uite naſcitur herba: quam galli rhodoram uocant: caulem habet uirgæ
ficulneæ modo geniculatam folia urticæ in medio exalbida: eadem procedente tempore tota rubẽtia: flo-
rem argenteum: præcipua contra tumores feruoreſq; & collectiones. Cum axungia uero ueteri tuſa: ita
ut ferro non attingatur: qui perunctus eſt: ſi deſpuat ad ſuam dexteram ter: efficacius remedium eſſe a-
iunt: ſi tres quoq; trium nationum homines perungant dextrorſus. Herba impia uocatur incana: roris
maris aſpectu thyrſi modo ueſtita atq; capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes: ob id
impiam appellauere: quoniam liberi ſuper parentem excellant. Alii potius ita appellatam: q, nullum ani
mal eam attingat: exiſtimauere. Hæc inter duos lapides trita feruet: præcipuo aduerſus anginas ſucco
lacte & uino admixto: mirumq; traditur: nunq̃ ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaq; & ſuibus dari
quæq; medicamentum id noluerint haurire: eo modo interire. Sunt qui & in auium nidis inſeri aliquid
ex ea putent: atq; ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinem appellant a ſimilitu-
dine pectinum. Cuius radix cum malua tuſa omnia corpori infixa extrahit. Veternoſa curat: quæ exedũ
uocatur. Nodia herba coriariorum officinis etiam hilaris eſt: aliiſue. Nomas curat. Efficaciſſimamq; ad
uerſus ſcorpiones eſſe potam in uino aut poſca reperio. Philanthropon herbam græci appellant hirſu-
tam: quoniam ueſtibus adhæreſcat. Ex hac corona impoſita capitis dolores ſedantur. Nam quæ cana-
ria appellatur lappa cum plantagine & millefolio tria ex uino carcinomata ſanat: ternis diebus ſoluta.
Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro: & addita in colluuiem poturis uel ex lacte & uino. Quidam
adiiciunt & fodientem dicere oportere. hæc eſt hærba argemon: quam. Minerua repperit ſuibus iis reme
dium: qui de illa guſtauerint. Cordylen alii ſemeniſilis eſſe dixerunt. Alii hærbam per ſe quam & ſyreon
uocauerunt. Neq; aliud de ea proditum inuenio q̃ in montibus naſci. Combuſtam potu ciere menſes: &
pectoris excreationes. Efficaciore etiamnum radice. Succo eius ternis obolis hauſto renes ſanari. Addi
radicem eius & in malagmata. Gramen ipſum eſt inter hærbas uulgatiſſimum. Geniculatis ſerpit inter-
nodiis: crebroq;

Rontoni-
num

nodiis:crebroq; ab iis & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſti-
gantur. In parnaſo tantum hederacea ſpecie denſius q̃ uſquã fruticante: flore odorato candidoq;. Iumen-
tis hærba non alia gratior ſiue uiridis ſiue in fœno ſiccata. Tunditur aſperſa aqua. Succum quoq; eius in
parnaſo excipi tradunt propter ubertatem. Dulcis enim hic eſt. In uicem eius in reliqua parte terrarũ ſuc
cedit decoctum ad uulnera conglutinanda: quod & ipſa hærba tuſa præſtat. Tueturq; & ab inflãmatio-
nibus placat. Decocto adiicitur uinum ac mel ab aliquibus & thuris & piperis myrrhæq; tertiæ portio-
nes. Rurſuſq; coquitur in æreo uaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta in uino torminib9
medetur & urinæ difficultatibus. Vlceribus ueſicæ. Calculos frangit. Semen uehementius urinã impel-
lit. Aluum uomitioneſq; ſiſtit. Priuatim autem draconum morſibus auxiliatur. Sũt qui genicula .ix. uel
unius uel e duabus tribuſue hærbis ad hũc articulorũ numerum inuolui lana ſuccida nigra iubeant ad re-
media ſtrumæ panorumue. Ieiunum debere eſſe qui colligat. Ita ire in domum abſentis cui medeatur: ſu
peruenientiq; ter dicere ieiuno ieiunum medicamentũ dare. Atq; ita adalligare: triduoq; id facere. Quod
e graminum genere ſeptem internodia habet: efficaciſſime capiti contra dolores adalligatur. Quidam
propter ueſicæ cruciatus decoctum ex uino gramẽ ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculea-
tum gramen uocant trium generum cum in cacumine aculei ſint plurimum quini: dactylon uocãt: hos
conuolutos naribus inſerunt: extrahuntq; ſanguinis ciendi gratia. Altero quod eſt aizoo ſimile ad paro-
nychia & pterygia unguium: & cum caro unguibus excreuerit utuntur cum axungia. Ideo dactylon ap
pellantes quia digytis medeatur. Tertium genus dactyli ſed tenuis naſcitur in parietis aut tegulis. Huic
cauſtica uis eſt. Siſtit ulcera quæ ſerpunt. Gramen capiti circundatum ſanguinis e naribus fluctiones ſi-
ſtit. Camelos autem necare traditur in babylonis regiones id quod iuxta uias naſcit̃. Nec fœnogræco mi
nor auctoritas: quod telin uocãt: alii carphos. Aliqui buceras: alii ægoceras: quoniam corniculis ſemen ẽ
ſimile: nos ſiliciam: quod quomodo ſeretur ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare: mollire: diſſoluere. Suc- Carpos:
cus decocti fœminarum pluribus malis ſubuenit: ſiue duricia: ſiue tumor: ſiue contractio ſit uuluæ: fouẽ Siliculam
tur: inſidunt: infuſum quoq; prodeſt. Furfures in facie extenuat. Spleni addito nitro decoctum & impoſi
tum medetur: item ex aceto. Sic iocineri decoctum. Diocles difficile p̃ientibus ſemen eius dedit aceta-
buli menſura tritum in nouem cyathis ſapæ ad tertias partes bibere: ut qui biberint in calida lauarentur.
Et in balneo ſudantibus dimidium ex relicto iterum dedit: mox a balneo reliquum pro ſomno auxilio.
Farinam fœnogræci cum hordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa contra uuluæ cruciatus ſubiecit.
Itẽq; impoſuit imo uentri. Lepras lentigines ſulphuris pari portione mixta farina curauit nitro ante præ
parata cute ſæpius die illinens: perungiq; præcipiens. Theodorus fœnogræco miſcuit quartam partẽ pur
gati naſturtii acerrimo aceto ad lepras. Damion fœnogræci ſemen acetabuli dimidia menſura cum ſapæ
& aquæ nouem cyathis ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur quin decoctum eius utiliſſimum
ſit uuluis interaneiſq; : exulceratis ſicuti ſemen articulis atq; p̃cordiis. Si uero cũ malua decoq̃tur: poſtea
addito mulſo potus ante cætera uuluis interaneiſq; laudat̃. Quippe cũ uapor quoq; decocti plurimũ p̱
ſit. Alarumq; etiam grauæolentiam decoctum fœnogræci ſemen emendat. Farina prurigines capitis fur Sellarum
fureſq; cum uino & nitro celeriter tollit. In hydromelite autem decocta addita axungia genitalibus me-
detur: itẽ parotidi: podagræ: chiragræ: articulis: carnibuſq; quæ recedunt ab oſſibus. Aceto uero ſubacta
luxatis. Illinitur & lyeni decocta in aceto & melle tantum. Carcinomata ſubacta ex uino purgat. Mox
addito melle p̃ſanat. Sumitur & ſorbitio e farina ad pectus exulceratum longãq; tuſſim. Diu decoquit̃:
donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nunc ipſa claritas hærbarum dicetur.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXV. PROOEMIVM.

### Natura hærbarum ſponte naſcentium. Cap. i.

Pſa quæ nunc dicetur herbarum claritas medicinæ tantũ gratia gignente eas tel-
lure: in admirationem curæ priſcorum diligentiæq; animum agit. Nihil ergo in-
tentatum inexpertumq; illis fuit. Nihil deinde occultatum quod nõ prodeſſe po
ſteris uellent. At nos eleborata iis abſcondere atq; ſupprimere cupimus: & frau-
dare uitã etiã alienis bonis. Ita certe recondunt qui pauca aliqua nouere: inuiden-
tes aliis: & neminẽ docere in auctoritatem ſcientiæ ẽ. Tantũ ab excogitãdis nouis
ac adiuuãda uita mores abſunt. Summũq; opus ingeniorũ diu in hoc fuit: ut intra unũquẽq; recte facta
ueterũ perirent. At hercule ſingula quoſdã inuenta deorũ numero addidere: oĩumq; uitã clariorem fecere
cognominibus hærbarũ tam benigne gratiã memoria referente. Non æque hæc cura eorum mira eẽt ĩ iis:
quæ ſatu blandiuntur: aut cibo inuitant: ſed culmina quoq; mentium inuia & ſolitudines abditas oĩſque

terræ fibras ſcrutati inuenere: quid quæq; radix polleret: ad quos uſus hærbarum folia pertinerent: etiam
quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis uſus uertentes.

Qui latine uſus hærbarum ſcripſerint: & quando ad romanos noticia earum peruenerit: & qui pri-
mi græcorum de his compoſuerint: & de hærbarum inuentiõe: & antiqua medicina: & quare minus exer
ceantur earum remedia: & de cynorhodo: & de dracunculo medicinæ. Cap. ii.

Inus hoc q̃ par erat: noſtri celebrauere omnium utilitatum & uirtutum rapaciſſimi. Primuſq;
m & diu ſolus idem ille. M. Cato omnium bonarum artium magiſter paucis duntaxat attigit.
Boum etiam medicamina non omiſſa. Poſt eum unus illuſtrium tentauit C. Valgius eruditio
ne ſpectatus: imperfecto uolumine ad Diuum Auguſtum: inchoata etiam præfatione religioſa: ut om-
nibus malis humanis illius potiſſimum principis ſemper medicetur maieſtas. Ante condiderat ſolus
apud nos: quod equidem iueni: pompeius Leneus Magni Pompeii libertus: quo primum tempore hãc
ſcientiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nanq; Mithridates maximus ſua ætate regum: quem de
bellauit Pompeius: omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus uitæ fuiſſe argumentis præterq̃ fama in
telligitur. Vni ei excogitatum quottidie uenenum bibere: præſumptis remediis: ut conſuetudine ipſa in-
noxium fieret. Primo inuenta genera antidoti: ex quibus unum etiam nomen eius retinet. Illius inuentum
autumant ſanguinem anatum ponticarum miſcere antidotis: quoniam ueneno uiuerent. Ad illum Aſcle
piadis medēdi arte clari: uolumina compoſita extant: cum ſollicitatus ex urbe roma præcepta pro ſe mit
teret. Illum ſolum mortalium Mithridatem. xxii. linguis locutum certum eſt. Nec de ſubiectis gẽtibus
ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis. lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii
magnitudine medicinæ peculiariter curioſus ab hominibus ſubiectis: qui fuere pars magna terrarum: ſin
gula exquirens: ſcrinium commentationum harum & exemplaria effectuſq; in arcanis ſuis reliquit. Pom
peius autem omni regia præda potitus: transferre ea ſermone noſtro libertum ſuum Leneum gramaticæ
artis doctiſſimum iuſſit. Vitæq; ita profuit non minus quã reipublicæ uictoria illa. Præter hos græci au-
ctores medicinæ ꝓdidere: quos ſuis locis diximus. Ex iis. Crateias: Dionyſius: Metrodorus ratiõe blãdiſ
ſima: ſed qua nihil pene aliud q̃ rei difficultas intelligatur. Pinxere namq; effigies herbarum: atq; ſubſcrip
ſere effectus. Verum & pictura fallax eſt ex coloribus tam numeroſis: præſertim in æmulatione naturæ:
multumque degenerat tranſcribentium ſors uaria. Præterea parum eſt ſingulas earum ætates pingi:
cum quadripartitis uarietatibus anni faciem mutent. Quare cæteri ſermone eas tradidere. Aliqui effigie
quidem indicata: & nudis quidem plerunq; nominibus defuncti: quoniam ſatis uidebatur poteſtates
uim q; demonſtrare quærere uolentibus. Nec eſt difficile cognitu: Nobis certe: exceptis admodum pau-
cis contigit reliquas contemplari ſcientia Antonii Caſtoris: cui ſumma auctoritas erat in ea arte noſtro
æuo. Viſendo hortulo eius: in quo plurimas alebat: centeſimum ætatis annum excedens nullum corpo
ris malum expertus ac ne ætate quidem memoria aut uigore concuſſis. Nec aliud mirata magis antiqui
tas reperietur. Inuenta iampridem ratio eſt prænuntians horas non modo dies ac noctes Solis lunæq;
defectum. Durat tamen tradita perſuaſio in magna parte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. In eo nanque
fœminarum ſcientiam præualere. Certe quid non repleuere fabulis colchis Medea: aliæque? In primiſq;
italica circe diis etiam adſcripta? unde arbitror natum ut Aeſchylus e uetuſtiſſimis in poetica re refertam
italiam hærbarum potentia proderet. Multique circeios agros ubi habitauit illa: in magno argumento
etiamnum durante in marſis a filio eius orta gente: quos eſſe domitores ſerpentium conſtat. Home-
rus quidem primus doctrinarum & antiquitatis parens: multus alias in admiratione Circes gloriam
hærbarum ægypto tribuit: tum etiam cum rigaretur ægyptus illa non autem eſſet: poſtea fluminis li-
mo inuecta. Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas ſuæ Hælenæ plurimas narrat: ac nobile illud
Nepenthes obliuionem triſtitiæ ueniamq; afferens: & ab Helena utiq; omnibus mortalibus propinan-
dum. primus autem omnium: quos memoria nouit: Orpheus de iis herbis curioſius aliqua prodidit.
Poſt eum Muſeus & Heſiodus polion herbam inquantum mirati ſunt: diximus. Orpheus & Heſio-
dus ſuffitiones commendauere. Homerus & alias nominatim hærbas celebrat: quas ſuis locis dicemus.
Ab eo Pythagoras clarus ſapientia primus uolumen de earum effectu cõpoſuit: Apollini: Aeſculapioq;
& in totum diis immortalibus inuentione: & origine aſſignata. Compoſuit & Democritus: ambo per-
agatis perſidis arabiæ æthiopiæ ægyptiq; magis: Adeoq; ad hæc attonita antiquitas fuit: ut affirmaret
etiam incredibilia dictu Xanthus hiſtoriam auctor in prima earum tradidit occiſum draconis catulum
reuocatum ad uitam a parente herba: quam balin nominat. Eademq; tillonem quem draco occiderat:
reſtitutum ſaluti. Et Iuba in arabia hærba reuocatum ad uitam hominem tradit. Dixit Democritus: cre
didit Theophraſtus eſſe hærbam: cuius contactu illatæ ab alitæ: quam rettulimus: exiliret cuneus a
paſtoribus arbori adactus. Quæ etiam ſi fide carent: admirationem tamen implet: coguntq; confiteri
multum eſſe: quod uero ſuperſit inde & pleroſque uideo exiſtimare: nihil non hærbarum ui effici poſſe.
Sed plurimarum

Sed plurimum uires eſſe incognitas. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferũt
dictum quaſdam etiam fortaſſis calcatas prodeſſe. Obſeruatum certe eſt iflammari uulnera ac morbos
ſuperuentu eorum: qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina: quæ tota migrabat in græ-
ciæ linguas. Sed quare nunc non plures noſcuntur cauſæ? niſi q. eas agreſtes litterarumq; ignari experiun
tur: utpote qui ſoli inter illas uiuant. Præterea ſecuritas quærẽdi obuia medicoꝝ turba. Multis etiam in-
uentis nomina deſunt. ſicut illi quã rettulimus in frugum cura: ſcimuſq; defoſſam in angulis ſegetis præ
ſtare ne qua uis intret. Turpiſſima cauſa raritatis: quod etiam qui ſciunt: demonſtrare nolunt: tanq̃ ipſis
periturum ſit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiam in repertis: alias in
uenit caſus: alias (ut uere dixerim) deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus: pauorem
aquæ: potuſq; omnis afferens odium. Nuper cuiuſdã militantis in prætorio mater uidit in quiete ut ra-
dicem ſiluestris roſæ: quã cynorhodon uocant: eblanditam ſibi aſpectu pridie in fruteto mitteret folio bi
bendam in lacte. In luſitania res gerebatur hiſpaniæ proxima parte. Caſuq; accidit: ut milite a morſu ca-
nis incipiente aquas expaueſcere ſuperueniret epiſtola orantis: ut pareret religioni. Seruatuſq; eſt ex inſpi
rato. Et poſtea quiſq; auxilium ſimile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat ſpon
giolæ quæ ĩ mediis ſpinis eius naſcitur cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadem prouintia co
gnoui in agro hoſpitis nuper ibi repertum dracũculum appellatum caulem pollicali craſſitudine uerſico
loribus uiperarum maculis: quã ferebant contra omnium morſus eſſe remedium: Alius eſt quem nos in
priori uolumine eiuſdem nominis diximus: ſed huic alia figura. Aliudq; miraculum exeuntis e terra ad
primas ſerpentium uernationes bipedali fere altitudine rurſuſq; cum iiſdem in terram ſe cõdentis: nec oĩ-
no occultato eo apparet ſerpens: uel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere: ſi tantum præmoneret: tem
puſq; formidinis demonſtraret.

De quodam peſtifero fonte germaniæ: & de britannia: & maximis morboꝝ doloribus. Cap. iii.

Et beſtiarum ſolum ad nocendum ſcelera ſunt: ſed interim aquarum quoq; ac locorum. In ger-
n mania trans rhenum caſtris a Germanico Cæſare ꝓmotis maritimo tractu fons erat aquæ dul
cis ſolus: qua pota intra bienninm dentes deciderent. Compageſq; in genibus ſoluerentur. Sto-
maccacen medici uocabant & ſceletirben. Ei malo reperta auxilio eſt hærba: quæ uocatur britannica non
neruis modo & oris malis ſalutaris: ſed contra anginas quoq; & ſerpentes. Folia habet oblonga nigra: ra
dicem nigram. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem uibones uocant: qui collectus prius q̃ toni-
trua audiantur: & deuoratus ſecuros in totum reddit: Friſi qua caſtra erant noſtris demõſtrauere illam.
Miror quidem quæ nominis eſſet cauſa: niſi forte confini occeano britanniæ ueluti propinquæ dicauere.
Non enim inde appellatam eam: quoniam ibi plurima naſceretur certum eſt. Etiam tum britannia libe-
ra fuit quidem: & hic quõdam ambitus nominibus ſuis eas adoptandi: ut docebimus feciſſe reges: ut res
tanta debeatur: hærbam inuenire: uitam iuuare nõ fortaſſis credet aliquis: cum hæc noſtra friuola quoq;
exiſtimentur: adeo deliciis ſordent: etiam quæ ad ſalutem pertinent. Auctores tamen quarum inueniun-
tur in primis celebrare par eſt: effectu earum digeſto in genera morborum. Qua quidem in reputatione
miſereri ſortis humanæ ſubit: & præter fortuita caſuſq; & noĩa quæ omnis hora excogitat ad milia mor
borum ſingulis mortalibus timenda. Qui grauiſſimi ex iis ſint diſcernere ſtultitia prope uideri poſſit: cũ
ſuus cuiq; ad præſens quiſq; atrociſſimus uideatur. Et de hoc tamen iudicauere aui experimento aſperi-
mos cruciatus eſſe calculorum a ſtillicidio ueſicæ. Proximum ſtomachi tertium eorum qui in capite do-
leant. Non ob aliud fere morte conſcita græcis: & noxias hærbas demonſtratas miror equidem. Nec ue-
nenorum tantum: quoniam ea conditio uitæ eſt: ut mori plerũq; etiam optimi portus ſit: tradatq; Var-
ro Seruium Clodium equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactum ueneno crura per-
unxiſſe: & poſtea caruiſſe ſenſu omni æque q̃ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia monſtrandi
qua mentes ſoluerentur? Partus eliderentur? multaq; ſimilia? Ego nec abortiua dico. Ac ne amatoria qui
dem memoro. Lucullum imperatorem clariſſimum amatorio periiſſe. Nec alia magica portẽta: niſi ubi
cauenda ſunt aut coarguenda in primis fide eorum damnata. Satis operæ fuit abundeq; præſtitum uitæ
ſalutares dixiſſe ac poſtea inuenta.

De moly: & dodecatheo: & pæonia uel pentorobo uel glycyſide: & panace uel aſclepio: & heracleo
panace: chironio: & panace centaureo: uel pharmaceo: & heracleo ſiderio: & hyoſcyamo uel apollinari ſi-
ue altercangeno. Cap. iiii.

Audatiſſima hærbarum eſt Homero teſte quam uocari ab diis putat moly. Aſt inuentionem
l eius Mercurio aſſignat. Contraq; ſumma ueneficia demonſtrat. Naſci eam hodie circa pheneũ
& in cyllene arcadiæ tradunt. Specie illa homerica radice rotunda nigraque: magnitudine cepæ
folio ſcyllæ: effodi autem difficulter. Græci auctores florem eius luteum pinxere: cum Homerus candi
dum ſcripſerit. Inueni e peritis hærbarum medicis: qui & ĩ italia naſci eam diceret: afferriq; campania mi

& iii.

hi aliquot diebus effoſam inter difficultates ſaxeas radicis triginta pedes longæ. Ac ne ſic quidem ſolidæ
ſed abruptæ. Ab ea maxima auctoritas hærbæ eſt: quã dodecatheon uocant. omnium deorum maieſta-
tem cõmendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi tradũt. Folia eius ſeptem lactucis ſimillima
exeunt a lutea radice. Vetuſtiſſima inuentu pæonia eſt: Nomenq; auctoris retinet. Quã quidam pento-
robon appellant: alii glycyſiden. Hæc quoq; difficultas eſt: q; eadem aliter alibi nuncupat̃. Naſcitur opa
cis montibus caule inter folia digytorum quattuor ferẽte in cacumine ueluti græcas nuces quattuor aut
quinq;. In eſt iis ſemen copioſum: rubrum: nigrumq;. Hæc medetur et faunorum in quiete ludibriis. Pre
cipiunt eruere noctu: quoniã ſi picus martius uideat: tuendo in oculos impetum faciat. Panaces ipſo no
mine omniũ morbo℞ remedia promittit: numeroſum & diis inuentoribus adſcriptum. Vnum quippe
aſclepion cognominatur: quoniã is filiam panaciam appellauit. Succus eius eſt coactus: ferulæ qualem
diximus. Radix eſt multi corticis & ſalſi. Hac euulſa ſcrobem repleri uario genere frugum religio eſt: ac
terræ piamentũ. Vbi: quonã & fieret modo: & quale maxime ꝓbaretur iter pegrina docuimus. Id quod
e macedonia affertur bucolicon uocant: armẽtariis ſponte erumpentẽ ſuccũ excipientibus: hoc celerrime
euaneſcit. Et in aliis autem generibus ĩprobatur maxime nigrum ac molle. Id. n. argumẽtũ eſt cæra adul
terati. Alte℞ genus heracleon uocant: & ab Hercule inuentum tradunt. Alii origanum heracleoticũ ſil-
ueſtre: quoniã eſt origano ſimile: radice inutili. De origano diximus. Tertiũ panaces chironeon cognomi
natur ab inuentore. Folium eius lappatu ſimile maius tamen & hirſutius. Flos aureus: radix parua. Na-
ſcitur pinguibus locis. Huius flos efficaciſſimus eoq; amplius q̃ ſupradicta ꝓdeſt. Quartũ genus pana
ces ab eodem Chirone repertũ centaurion cognominat̃. Sed & pharnaceon in cõtrouerſia inuentionis a
Pharnace rege deductũ. Serit̃ hoc longioribus q̃ cætera foliis: & ſerratis. Radix odorata ĩ umbra ſiccat̃:
uinoq; gratiã adiicit: Huius genera duo fecere: alte℞ leuioris folii: alte℞ tenuioris. Heracleõ ſideriõ & ip-
ſum ab Hercule inuẽtũ eſt: caule tenui digyto℞ quattuor altitudine. Flore puniceo: foliis coriãdri. Iuxta
lacus & amnes ĩuenit̃. Oĩaq; uulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Eſt Chironis inuentũ ampelos quæ
uocat̃ chironia: de qua diximus iter uites. Sicuti de herba cuius ĩuẽtio aſſignat̃ Mineruæ Herculi quoq;
eam adſcribunt: quę appollinaris adud arabas altercũ ſiue altercangenum: apud græcos uero hyoſcya-
Floribus Dioſco. mus appellat̃. Plura eius genera. Vnũ nigro ſemine foliis pene purpureis ſpinoſum. Talis naſcit̃ ĩ gala-
cia. Vulgare aũt cãdidius ẽ & fruticoſius: altius papauere. Tertii ſemẽ irionis ſemini ſimile. & oĩa ĩſaniam
gignentia: capitiſq; uertigines. Quartũ genus molle: lãudinoſum pinguius cæteris. Candidi ſeminis: in
maritimis naſcẽs: hoc recepere medici. Item rufi ſeminis nonnunq̃ ante candidum ruſeſcit: ſi non e ma-
turuit: improbaturq;. Et alioqn nullum niſi cũ inaruerit legit̃: natura uini. Ideoq; mentem caputq; infeſ-
tans. Vſus ſeminis & per ſe & ſucco expreſſo. Exprimitur ſeparatim: & caulibus foliiſq; utuntur & radice:
temeraria in totũ (ut arbitror) medicina. Quippe etiam foliis conſtat mentem corrũpi: ſi plura q̃ quat
tuor bibant̃. Etiam antiqui in uino febrem depelli arbitrabant̃. Et oleum fit ex ſemine: ut diximus: quod
ipſum auribus infuſum tentat mentẽ: mireq; contra uenenum remedia prodidere iis: & ipſum pro reme-
diis: deo nullo omnia experiendi fine: ut cogerentur etiam uenena prodeſſe.

De linozoſte parthenio hermupoa ſiue potius mercuriali: & achillea: & panace heraclea ſideriti mil
lefolio. & de ſcopa regia: & hermineo teucrio ſplenio: de melampodio ſiue helleboro: quotue eorum ge-
nera: & de nigro helleboro & albo medicinæ: & quando detur: & quomodo ſumendum: & quibus non
hermubo-tanen dandum: & q; mures necat. Cap. v.

L Inozoſtis ſiue parthenion a Mercurio inuentus eſt: ideo apud græcos hermupoan multi uo-
cant. Eam apud nos omnes mercurialem. Duo eius genera: maſculus & fœmina quæ efficaci-
or: caule cubitali interdum ramoſo in cacumine: ocimo anguſtioribus foliis geniculis denſis:
alarum cauis multis: ſemine in geniculis dependente: fœminæ copioſo: mari iuxta genicula ſtanti tario-
re ac breui: contortoq;. Fœminæ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora: fœminis candidiora: radix
ſuperuacua: prætenuis. Naſcuntur in campeſtribus cultis. Mirum eſt quod de utroq; eorum genere pro
ditur. Vt mares gignantur hunc facere: ut fœminæ illam. Hoc contingere ſi a conceptu ſuccus protinus
bibatur in paſſo: edanturue folia decocta ex oleo & ſale: uel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in
nouo fictili cum heliotropio: & dnabus aut tribus ſpicis donec decoquatur. Decoctũ dari iubent: & hær
bam ipſam in cibo altero die purgationi: mulieribus per triduum: quarto die a balneo coire eas. Hippo-
crates miris laudibus in mulierum uſu prædicauit illas. Eaſq; ad hunc modũ adhuc medicorũ nemo no
uit. Ille eas uuluæ cũ melle uel roſaceo uel lilino uel irino admouit: item ad ciendos menſes ſecundaſque.
Hoc idẽ præſtare potu fotuq; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum inunxitq; cum uino uetere. Aluo
folia impoſuit: epiphoris: ſtranguriæ & ueſicæ. Decoctum eius dedit cum myrrha & thure. Aluo quidẽ
ſoluendæ: uel in febri decoquatur quantũ manus capiat in duobus ſextariis aquæ ad dimidias: bibitur ſa
le & melle admixto: necnon cũ ungula ſuis aut gallinaceo decoctum ſalubrius. Purgationis cauſa puta-
uere aliqui utranq; dandam: ſiue cum malua decoctum, Thoracem purgat. Bilem detrahũt. Sed ſtoma
chum lædunt

chum lædunt. Reliquos uſus dicemus ſuis locis. Inuenit & achilleon Achilles diſcipulus Chironis: qua
uulneribus mederetur: quæ ob id achilleos uocatur. Hac ſanaſſe Thelephum dicitur. Alii primum eru-
ginem inueniſſe utiliſſimam emplaſtris ideoq; depingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in uulnus Te
lephi. Alii utroq; uſum medicamento uolunt. Aliqui & hanc panacē heracleon: alii ſideriten. Hanc apud
nos millefoliam uocant cubitali ſcapo ramoſam: minutioribus q̄ fœniculi foliis ueſtitam ab imo. Alii fa
tentur quidem illam uulneribus utilem: ſed ueram achileō eſſe ſcapo cæruleo pedali: ſine ramis ex omni
parte ſingulis foliis rotundis eleganter ueſtitam. Alii quadrato caule capitibus marrubii folio quercus.
hanc etiam præciſos neruos glutinare faciunt. Alii ſideriten in maceriis naſcentem cum teritur fœdi odo-
ris. Etiamnum aliam ſimilem huic: ſed candidioribus foliis & pinguioribus tenuioribus cauliculis in ui-
neis naſcentem. Aliam uero quinum cubitorum ramulis exilibus triangulis: folio filicis: pediculo longo binũ. Dio.
betæ ſemine: omnes uulneribus præcipuas. Noſtri eam quæ eſt latiſſimo folio: ſcopam regiam uocant: Hermion.
Medetur anginis ſuum. Inuenit & teucer eadem ætate teucrion quam quidam Hemionion uocant: ſpar Ari
gentem iuncos tenues: folia curua aſperis locis naſcentem: auſtero ſapore: nunquam florentem. Neq; ſe-
men gignit. Medetur lyenibus. Conſtatq; ſic inuentam: cum exta ſuper eā proiecta eſſent: fertur adhæſiſ
ſe lyeni: eumq; exinaniſſe. Ob id a quibuſdam ſplenion uocatur. Narrāt ſues qui radicem eius edunt ſine
ſplene inueniri. Quidam ramis hyſopi ſurculoſam: folio fabæ. Eodem nomine appellant: & colligi flo-
rentem adhuc iubent adeo florere non dubitant: maximeq; ex ciliciis & pyſidiæ montibus laudant. Me-
lampodis fama diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur unum hellebori genus melampodion.
Aliqui paſtorem eodem nomine inueniſſe tradunt: capras purgari paſtore illo animaduertente datoque
lacte earum ſanaſſe prœtidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici ſimul conuenit.
Prima duo ſunt candidum ac nigrum. Hoc radicibus tātum intelligi tradunt pleriq;. Alii folia nigri pla-
tani ſimilia: ſed minora nigrioraq;: & pluribus diuiſuris ſciſſa. Albi betæ incipientis. Hæc quoq; nigriora
& canalium dorſo rubeſcentia. Vtraq; caule palmi ferulaceo bulborum tunicis conuoluto radice fibrata
ceparum modo. Nigro equi boues ſues necantur. Itaq; cauent id cum candido ueſcantur. Temdeſtiuum
eſſe tradunt meſſibus. Plurimum autem naſcitur in oeta monte. Et optimo uno eius loco pyram. Nigrū
ubiq; prouenit: ſed melius in helicone: qui mons & aliis laudatur hærbis. Candidum probatur oeteū. Se
cundum ponticū. Tertio loco heleaticū: quod in uitibus naſci ferunt. Quarto parnaſium quod adulte-
ratur etolico ex uicino. Nigrū ex iis melāpodion uocant: quo & domos ſuffiūt purgantq; aſpergentes ſe
& pecora. Cū precatione ſolenni hoc & religioſius colligitur. Primū .n. gladio circūſcribitur. Deinde qui
ſucciſurus eſt ortū ſpectat. Et precatur ut id liceat ſibi concedentibus diis facere. Obſeruatq; aquilæ uo-
latus: fere enim ſecantibus intereſt. Et ſi prope aduolauerit: moriturum illo anno qui ſuccidit augurium
eſt. Nec album facile colligitur: caput aggrauās maxime: niſi præſummatur aliū: & ſubinde uinum ſor-
beatur: celeriterq; fodiatur. Nigrū alii entomon uocant: alii polyrrhyzon: purgat per inferna. Cādidum
autē uomitione. Cauſaſq; morborum extrahit. Quondā terribile. Poſtea tam promiſcuū: ut pleriq; ſtu-
diorum gratia ad prouidenda acrius quæ cōmentabant: ſæpius ſumptitauerint. Carneadem reſponſurū
Zenonis libris. Druſum quoq; apud nos tribunorū populariū clariſſimū: cui ante omnes plebs adſtās
plauſit: optimates uero bellum marſicum imputauere: cōſtat hoc medicamento liberatū comitiali mor
bo in antycira inſula. Ibi enim tutiſſime ſummit: quoniā (ut diximus) ſeſamoides admiſcent. Italia uera
trum uocat. Farina eorum per ſe & mixta radiculæ qua lanas diximus lauari ſternutamētum facit. Am-
boq; ſomnum. Legunt autē tenuiſſimæ radices breueſq; ac uelut decurtatæ etiā hæ. Nam ſumma quæ
eſt craſſiſſima cepis ſimilis canibus tantum datur purgationis cauſa. Antiqui radicem corticemq; carno
ſiſſimum eligebant: quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis ſpongiis opertam turgeſcentemq;
in longitudinem findebant. Deinde fila in umbra ſiccabant iis utentes. Nūc ramulos ipſos ab radice ſua
grauiſſimi corticis ita dantes. Optimum quod acre guſtu: feruenſq; in frangēdo puluerem emittit. Du-
rare uim eius .xxx. annis ferunt. Nigrum medetur paralyticis inſanientibus hydropicis dummodo citra
febrim: podagris ueteribus: articulariis morbis. Trahit aluum & bilem pituitaſq;. Ex aqua datur ad leni
ter molliendam aluum plurimum drachma: modice quattuor obolis. Miſcuere aliqui & ſcamoneā: ſed
tutius ſalem. In dulcibus datum copioſius periculum infert. Oculorum caliginem fotu diſcutit. Ob id
quidam & inunxere. Tritū ſtrumas ſuppurata duritias concoquit: & purgat. Item fiſtulas tertio die exē-
ptum. Verrucas tollit cum ſquamis æris: & ſandaraca. Hydropicorum uētri imponitur cum farina hor
deacea & uino. Pecorum & iumētorum pituitas ſanat ſurculo per aurem traiecto: & poſtero die eadem
hora exempto. Scabiem quadrupedum cum ture & cera ac pice uel cum piſſeleo. Album optimū: quod
celerrime mouet ſternutamenta: ſed multum terribilius nigro: præcipue ſi quis apparatū poturorum apud
antiquos legat: contra horrores ſtrangulatus intempeſtiuas ſomni uires ſingultus infinitos aut ſternu-
tamenta: ſtomachi diſſolutiones tardiores uomitus aut longinquiores: exiguo aut nimios. Quippe alia

dare ſoliti:quæ concitarent uomitiones ipſumq; helleborum extraherent medicamentis aut clyſteribus:
ſæpe etiam ſanguine uenis emiſſo. Iam uero & cum proſpere cedat terribilius uiſu in uariis coloribus uo
mitionum:& poſt uomitiones obſeruatione alui:balnearum diſpenſatione:totius corporis cura antece-
dente:omnia hæc magno terrore & fama. Nãq; tradunt abſumi carnẽ ſi coquatur una. Sed antiquorum
uitium erat:ꝗ propter hos metus parcius dabãt:cum celerius erumpat:quo largius ſumitur. Themiſon
binas nõ amplius drachmas donauit:ſequentes & quaternas dedere. Claro Herophili preconio qui helle
borum fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Concitatis enim intus oĩbus ipſum ĩ primis exire. Præterea
mirum inuentũ eſt:ꝗ inciſum forficulis ut diximus:cribrãt:cortex remanet. Hoc inanito medula cadit.
Hæc in nimia purgatione data:uomitiones ſiſtit:Cauendũ eſt fœlici quoq; cura ne nubilo detur die:qp-
pe impatibiles cruciatus exiſtunt. Nam æſtate potius q̃ hyeme dandũ nõ eſt in dubio. Corpus ſeptẽ die-
bus præparandũ cibis acribus:abſtinentia uini:quarto & tertio de uomitionib9 pridie cœnæ abſtinentia.
Album e dulci datur:aptiſſime uero in lacte aut pulte. Nuper inuenere diſſectis raphanis inſerere helle-
borum:rurſuſq; cõprimere raphanos:ut tranſeat ius:atq; eo lenimẽto dare. Reddi poſt quattuor fere ho
ras incipit. Totum opus ſeptenis peragit̃ horis. Medetur ita morbis comitialibus:ut diximus:uertigini:
melancholicis:inſanientibus:lymphaticis:elephantiæ albæ:lepris:tetano:tremulis:podagricis: hydropi
cis:incipientibuſq; tympanicis:ſtomachicis:ſpaſticis:clinicis:iſchiaticis:quartanis quę aliter non deſinãt
tuſſi ueteri inflammationibus:torminibus redeuntibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Item mollibus ac
fœminei corporis:animæue exilibus aut teneris:& fœminis minus q̃ uiris. Item timidis:aut ſi exulcerata
ſint præcordia:uel tumeant:minimeue ſanguinem excreantibus:cauſariis uel latere:uel faucibus. Mede-
tur extra corporis eruptionibus pituitæ cum axungia ſalſa illitum:item ſuppurationi ueteri. Mures polẽ
ta admixtum necat. Galli ſagittas in uenatu helleboro tingunt: circũciſoq; uulnere teneriorẽ ſentiri carnẽ
affirmant. Muſcæ quoq; necantur albo trito & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis emendatur.

De mithridatia & ſcordoti ſiue ſcordio : & polemonia uel philæteria uel chilio dyna-
ma:& eupatoria & centaurea ſiue chironia:& de lecto centaureo libadio felle terræ &
triorche medicinæ. Cap. vi.

PSi Mithridati Crateias adſcripſit unam mithridatiam uocatã. Huic folia duo a radice achan-
i to ſimilia. Caulis inter utraq; ſuſtinens roſeum florem. Alteram lenem ſcordotin ſiue ſcordion
ipſius manu adſcriptam : magnitudine cubitali : quadrangulo caule ramoſam quernæ ſimili-
tudine foliis lanuginoſis. Reperitur in ponto campis pinguibus humidiſq; guſtus amari. Eſt & alterius
generis:latioribus foliis:mentaſtro ſimilis:plurimoſq; utraq; ad uſus per ſe & inter alia in antidotis. Po-
læmoniam alii philæteriam a certamine regum inuentionis appellant. Capadoces autem chiliodynamã
radice craſſa:exilibus ramis:quibus in ſummis corymbi depẽdent:nigro ſemine cætero rutæ ſimilis. Na
ſcitur in montoſis. Eupatorio quoq; regiam auctoritatem habet. Caulis lignoſi nigricãtis hirſuti: cubita
lis aliquando: & amplioris:foliis per interualla. v. folii:aut canabis per ambitum inciſis quinquepartito:
nigris & ipſis plumoſiſq; radice ſuperuacua. Semen dyſentericis in uino potum auxiliatur unice. Centau
ria curatus dicitur Chiron cum Herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma : ſagitta excidiſſet in pe-
dem : quare aliqui chironium uocant. Folia ſunt lata & oblonga : ſerrata ambitu denſa ab radice : caules
ternum cubitorum geniculati. In iis capita ceu papauerum Radix uaſta rubeſcens:tenera fragiliſq; ad bi
na cubita madida. Succo amara cum quadam dulcedine. Naſcitur in collibus pingui ſolo. Laudatiſſima
arcadia:elide:meſſenia:pholoe & lycæo atq; in alpibus: pluribuſq; locis in lycia. Quidam & ex ea lyciũ
faciunt. Vis in uulneribus tanta ut cohæreſcere etiam carnes tradantur:ſi coquantur ſimul. In uſu radix
tantum duabus drachmis bibenda quibus dicetur:ſi febris ſit:in aqua trita:cæteris in uino. Medetur &
omnium morbis decocte ſuccus. Eſt alterum centaurion cognomine lecton:minutis foliis: quod aliqui
libadion uocant:quoniam ſecundum fontes naſcitur:origani ſimile:anguſtioribus & longioribus foliis
anguloſo caule palmum alto fruticanti:flore lychnidis:radice tenui & ſuperuacua ſucco efficax. Ipſa her
ba autumno legitur: ſuccus e fronde. Quidam caules conciſos madefaciunt diebus. xviii. atq; ita expri-
munt. Hoc centaurion noſtri fel terræ uocant:propter amaritudinem ſummam. Galli exacum : quoniã
omnia mala medicamenta potum e corpore exigat:per aluum. Tertia eſt centauris cognomine trior-
chis. Qui eam ſecat rarum eſt ut non uulneret ſeſe. Hæc ſuccũ ſanguinem mittit. Theophraſtus defendi
eam:impugnariq; colligentes tradit a triorche accipitrum genere:a quo & nomen accepit. Imperiti con-
fundunt hæc omnia:& uni generi aſſignant.

De climeno & gentiana & lyſimachia & parthenide & artemiſia & ambroſia & nym
phea heracleo & euphorbia medicinæ. Cap. vii.

e Limenos a rege hærba appellata eſt hederæ foliis ramoſa caule inani articulis præcincta odo-
re graui & ſemine hederæ : ſiluestribus & montoſis naſcens. Quibus morbis pota medea-
tur:dicemus.

ut:dicemus. Sed hic indicandum eſt dum medeatur:ſterilitatem pota etiam in uiris fieri. Græci plan-
agini ſimilem eſſe dixerunt:caule quadrato: folliculis cum ſemine inter ſe implexis : uelut i polyporum
cirris. Et ſuccus autem in uſu. Vis eius ſumma in refrigerando. Gentianam inuenit Gentius rex illyrioꝝ
ubiq; naſcentem: in illyrico tamen præſtantiſſimam folio fraxini: ſed magnitudine lactucæ: caule tenero
pollicis craſſitudine: cauo & inani: ex interuallis foliato. triũ aliquando cubitorum: radice lenta: ſubnigra
ſine odore aquoſa: montibus ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfacto
ria: ſed prægnantibus nõ bibenda. Inuenit & Lyſimachus herbam lyſimachiam: quæ ab eo nomen reti-
net: celebrata Eraſiſtrato. Folia habet ſalicis uiridia: florem purpureum: fruticoſa: ramulis erectis odore Aureum
graui: gignitur in aquoſis. Vis eius tanta eſt: ut iumentis diſcordantibus iugo impoſita aſperitatem co- Dioſco.
hibeat. Mulieres quoq; hac gloriam affectauere. In quibus artemiſia uxor Mauſoli adoptata hærba quę
antea parthenis uocabatur. Sunt qui ab artemide artemiſiam cognominatã putent: quoniam priuatim
medicatur fœminarũ malis. Abſinthii autem modo fruticoſa maioribus foliis piguibuſq;. Ipſius duo ge
nera. Altera latioribus foliis: altera tenera tenuioribus: & nõ niſi in maritimis naſcens. Sunt qui in medi-
terraneis eodem noie appellant ſimplici caule: minimis foliis: flores copioſi erumpentes: cum uua matu
reſcit odore non iniucundo: quã quidam brotin alii ambroſiam uocant. Talis in cappadocia naſcitur.
Nymphea nata traditur a nympha zelotypia erga Herculem mortua. Quare heracleon uocant aliqui:
alii rhopalon a radice clauæ ſimili. Ideoq; eos qui bibant eã. xii. diebus coitu geniturãq; priuari. Laudatiſ-
ſima in orchomeno & marathone Boeoti Madon uocant qui & ſemen edunt. Naſcitur in aquoſis: foliis
magnis in ſumma aqua & aliis ex radice prodeuntibus flore lilio ſimili: & cũ defloruerit capiti papaueriſ
In caule ſecat autũno. Radix nigra in ſole ſiccatur. Aduerſaturq; aluinis. Eſt & alia nymphea in theſſalia Eſ allium
amne peneo: radice alba: capite luteo: roſæ magnitudine. Inuenit & patrum noſtroꝝ ætate rex iuba quã
appellauit euphorbiam medici ſui nomine & fratris muſæ: a quo Diuum Auguſtum conſeruatum indi-
cauimus. Iidẽ fratres inſtituere a balneis frigida multa corpora aſtringi. Antea nõ erat mos niſi calida tã-
tum lauari ſicut apud Homerũ etiã inuenimus. Sed Iubæ uolumen quoq; extat de ea hærba: & clarum
præconium. Inuenit eã in monte atlante: ſpectatur foliis acanthinis. Vis tanta eſt: ut uel e longinquo ſuc
cus excipiatur inciſæ conto. Suſcipitur excipulis uentriculo hædino. Humor lactis uidetur effluere. Sic-
catur conto. Sic thuris effigiem habet. Qui colligunt clarius uident. Contra ſerpentes medet. Quacũq;
parte percuſſa uertice inciſo & medicamento addito. Ibi getuli qui legunt: hedino lacte adulterant: ſed di
ſcernitur igni. Id enim quod ſincerum nõ eſt faſtidiendũ odorem habet. multũ infra hunc ſuccum eſt qui
in gallia fit ex hærba chamelea granum cocciiferente. Fractus ammoniaco ſimilis eſt: etiã leui guſtu os
accenſum diu detinens: & magis ex interuallo donec fauces quoq; ſiccet.

De plantagine & bugloſſo: & cynogloſſo: & buphthalmo: & ſcythica: & de ſpartania: & hippice: &
iſchæmone: & betonica: & cantabiaca: & cõſiligine: & hyberida: & chelidonia: & canaria & elaphoboſco:
& dictãno: & ariſtolochia: & quod eius delectatione iuoluant piſces: & ſtatim capiantur: & medicinæ cõ
tra ſerpentium ictus ex hærbis quas ſuperius nominauit. Cap. viii.

Elebrauit & themiſon medicus uulgarem herbam plantaginem tanquam inuentor uolumine
c de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribus foliis & nigrioribus: linguæ pecorum ſimil
limis: caule anguloſo in terram inclinato in pratis naſcens. Altera maior foliis laterum modo
incluſa: quæ quia ſeptena ſunt quidam eam heptapleuron uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt: & na-
pi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccando denſandoque corpore cauterii ui-
cem optinens. Nulla res æque ſiſtit fluctiones: quas græci rheumatiſmos uocant. Iungitur huic Bogloſ-
ſos boum linguæ ſimilis: cui præcipuum q; in uinum deiecta animi uoluptates auget: & uocatur euphra
ſinum. Iungitur & cynogloſſos caninas imitans linguas topiariis operibus gratiſſima. Aiuntque quæ
tres thyrſos ſeminis emittat: eius radicem potam ex aqua ad tertianas prodeſſe: quæ quattuor ad quar
tanas. Eſt alia ſimilis ei: & quæ ferat lappas minutas. Eius radix pota ex aqua ranis & ſerpentibus ad-
uerſatur. Eſt & buphthalmos ſimilis boum oculis: folio fœniculi: circa oppida naſcens fruticoſa cau-
libus: qui & manduntur decocti. Quidam cochlam uocant. Hæc cum cæra ſteatomata diſcutit. Inue
nere hærbas & uniuerſæ gentes. Scythia eam primum: quæ ſcythice uocatur: circa boeotiam naſcens
prædulcis. Aliam quoque utiliſſimam quam ſpartaniam uocant. Magna & ea commendatio: q; in ore
eam habentes famem ſitimq; non ſentiunt. Idem præſtat apud eos hippice dicta: q; in equis quoque eun
dem effectum habeat. Traduntq; his duabus hærbis ſcythas etiam in duodenos dies durare in fame ſi-
tiq;. Iſchemonem thracia inuenit: qua ferunt ſanguinem ſiſti: non aperta modo uena: ſed etiam præciſa.
Serpit e terra milio ſimilis: foliis aſperis & lanuginoſis farcitur in nares. Quæ in italia naſcitur: & ſan-
guinem eodem adalligata ſiſtit. Vetones in hiſpania eam quæ betonica dicitur in gallia. In italia autem
ſerratula a græcis ceſtron aut pſychotrophon ante cunctas laudatiſſima. Exit anguloſo caule cubito-

rum duum a radice ſpergens folia fere lappathi ſerrata ſtamine purpureo. Folia ſiccantur in farinam plu
rimos ad uſus. Fit uinum ex ea & acetum ſtomacho & claritati oculorum. Tantumq; gloriæ habet: ut
domus in qua ſata ſit tuta exiſtimetur a piaculis omnibus. In eadem hiſpania inuenta eſt cantabrica per
Diui Auguſti tempora a cantabris reperta. Naſcitur ubiq; caule iunceo pedali in quo ſunt floſculi oblon
gi uelut calathi. In iis ſemen perquam minutum. Nec alias defuere hiſpaniæ hærbis exquirendis: ut in q̄
bus etiamnum hodie in uirorum lætiore conuictu potionem e centū hærbis mulſo additis credidere ſa-
luberrimam ſuauiſſimamq;. Nec quiſquam genera earum iam nouit aut multitudinem. Numerus tan-
tum conſtat in nomine. Noſtra ætas meminit hærbam in marſis repertam. Naſcitur æquiculis circūui-
cum neruesiæ: uocatur conſiligo. Prodeſt ut demonſtrabimus ſuo loco deploratis in pthiſi. Inuenit nup
& Seruilius Democrates primus medentium quam appellauit hiberidam quaquā ficto nomine inuen-
tioni eius aſſignato carmine. Naſcitur maxime circa uetera monumenta parietinaſq; & inculta itinerum.
Floret ſemper folio naſturtii: caule cubitali: ſemine tam paruo: ut uix aſpici poſſit. Radici odor naſtur-
tii. Vſus æſtate efficatior: & recenti tantum. Tunditur difficulter. Coxendicibus & articulis omnibus cū
axungia modica utiliſſima: uiris plurimis quaternis horis: fœminis minus dimidio adalligata: ut dein in
balneum deſcendatur in calidam & poſtea oleo & uino corpus perungatur: diebuſque uicenis interpoſi-
tis idem fiat ſicca admonitio doloris ſuperſit. Hoc modo rheumatiſmos omnes ſanat occultos. Imponi-
tur non in ipſa inflammatione: ſed imminuta. Animalia quoq; inuenere hærbas: in primiſq; chelidoniam
Hac enim hirundines oculis pullorum in nido reſtituunt uiſum: ut quidam uolunt etiam erutis oculis.
Genera eius duo. Maior fruticoſo caule: folio paſtinacæ erraticæ ampliore ipſa altitudine duum cubito-
rum. Colos albicās: flos luteus. Minori folia hedere rotūdiora minus candida Succus croci mordax. Se
men papaueris. Florent aduentu hirundinum. Diſceſſu marceſcunt. Florentibus ſuccus exprimitur: & in
æreo uaſe cum melle attico leniter cinere feruenti decoquitur: ſingulari remedio contra caligines oculo-
rum. Vtuntur & per ſe ſucco in collyriis: quæ chelidonia appellantur ab ea. Inuenerunt & canes cana-
riā: qua faſtidium deducunt: eamque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita ut nunquam intelligatur quæ ſit
etenim depaſta cernitur. Notata eſt autem hæc animalis huius malignitas i alia hærba maior. Percuſſus
enim a ſerpente: mederi quadam ſibi dicitur: ſed illam homine inſpectante nō decerpit. Simplicius ceruæ
monſtrauere elaphoboſcon: de qua diximus. Item ſeſeli enixæ a partu dictamnum oſtendere (ut indicaui
mus) uulneratæ eo paſtæ ſtatim decidentibus telis. Non eſt alibi q̄ in creta: ramis prætenue: pulegio ſi-
mile: feruens & acre guſtu: foliis tantum utuntur. Flos nullus ei eſt: aut ſemen aut caulis. Radix tenuis &
ſuperuacua. Et in creta autem non ſpatioſe naſcitur: mireq; a capris expetitur. Pro eo eſt & pſeudodictā-
num multis in terris naſcens: folio ſimili: ramulis minoribus a quibuſdam condris uocatum. Minoris ef
fectus ſtatim intelligitur. Dictamum enim minima portiōe accēdit os. Qui legere eam: in ferula uel arū
dine condunt: præligantq;: ne potentia euaneſcat. Sunt qui dicant utranque naſci multifariam: ſed dete-
riores in agris pinguibus: uerā quidam dictamum nō niſi in aſperis. Eſt & tertium genus dictamū uoca
tum: ſed neq; facie neq; effectu ſimile folio ſiſybri: ramis maioribus procedente perſuaſione illa: quicqd
in creta naſcitur: infinito præſtare cæteris eiuſdem generis alibi genitis. Proxime quod in parnaſo: alioqn
herbiferum eſſe & pelium montē in theſſalia. Et telethrium in euboea. Et totam arcadiam ac laconicam.
Tradunt arcades quidem nō medicaminibus uti: ſed lacte circa uer: quoniam tunc maxime ſuccis hærbę
turgeant: medicenturq; ubera paſcuæ. Bibunt autem lac uaccinum: quoniam boues omniuoræ ſunt in
herbis. Potentia earum per quadrupedes etiamnum duobus claris exemplis manifeſta fit. Circa abderā:
& limitē: qui Diomedis uocatur equi paſti inflāmantur rabie: circa pothniam uero & aſini. Inter nobiliſ-
ſimas ariſtolochiæ nomen dediſſe grauide uidentur: q̄m eſſet ariſte lechuſes. Noſtri malum terræ uocāt
& quattuor genera eius ſeruant. Vnum tuberibus radicum rotundis foliis inter maluam & hederam ni-
grioribus pinguioribuſq;. Alterum maſculæ radice longa quattuor digitorum longitudine baculi craſſi-
tudine. Tertium lōgiſſimæ tenuitatis uitis nouellæ cui ſit præcipua uis: quæ clematicis uocatur: ab aliis
cretica. Omnes colore buxeo: caulibus paruis: flore purpureo. Ferunt bacculas paruas uelut cappari.
Valent radice tantum. Eſt & quæ piſtolochia uocatur quarti generis: tenuior q̄ proxime dicta: denſis ra
dicis capillamentis iunci plenioris craſſitudine. Hanc quidā polyrrhizon cognominant. Odor omnium
medicatus. Sed oblonga radice tenuiorīq; gratior. Carnoſi enim eſt corticis: unguētis quoq; nardinis cō-
ueniens. Naſcūtur pinguibus locis & cāpeſtribus. Effodere eas meſſibus tempeſtiuū: ita deſquāmato ter
reno ſeruantur. Maxīe tñ laudatur pontica. Et in quocūq; genere pōderoſiſſima quæq; medicinis aptior.
Rotunda cōtra ſerpentes. Oblonga in ſumma tamē gloria eſt etiam modo. A conceptu admota uuluis
i carne bubula mares figurat: ut traditur. Piſcatores campaniæ radicem eā: quæ rotunda eſt: uenenum
terræ uocāt: coramq; nobis contuſam īmixta calce in mari ſparſere: aduolant piſces cupiditate mira: ſta-
tim q; exanimati fluitāt. Quæ polyrrhizos cognoīatur: cōuulſis contuſis ex alto præcipitatis radice pota
ex aqua

ex aqua utiliſſima eſſe traditur. Semine pleureticis & neruis confirmare excalfacere. Eadem ſatyrion eſt.
Verum & effectus earum uſuſq; dicendi ſunt. Ordiendumq; a malorum omnium peſſimo: ideſt ſerpen-
tium ictu. Medentur ergo britannica hærba. Panaces generum omnium radix e uino. Chironiæ & flos
& ſemen potum illitumq; ex uino & oleo. Priuatimq; quæ cunila bubula appellatur. Polemonia uel phile
teris radicis drachmis quattuor ex mero. Teucria: ſideritis ſcordotis: ex uino priuatim ad angues potę &
illitæ: ſiue ſucco ſiue folio ſiue decocto. Centauriæ maioris radice drachma ĩ uini albi cyathis tribus. Gẽ-
tiana præcipue aduerſus angues duabus drachmis cum pipere & ruta uini cyathis. vi. ſiue uiridis ſiue ſic-
ca. Et lyſimachiæ odorem fugiũt ſerpentes. Datur ex uino percuſſis chelidonia. Morſibus imponitur be-
tonica præcipue: cui uis tanta perhibetur: ut incluſæ circulo eius ſerpentes ipſe ſeſe interimat flagellando.
Datur & ad ictus ſemen eius denarii pondere cum tribus cyathis uini: uel farina drachmis tribus ſexta-
rio aquæ imponitur. Cantabricæ: dictamni: ariſtolochiæ radicis drachma in uini hemina ſæpius biben-
da: prodeſt & illita ex aceto. Similiter piſtolochiæ. Quin & omnino ſuſpenſa ſupra focum fugat e do-
mibus ſerpentes.

De argemonia: & agarico: & echyo: & hyoſcyamo: & hierabotane: & blattaria: & lemonia: & quinq;
folio: & dauco: & perſolata: & arctio: & cyclamino: & peucedano. Cap. ix.

Rrgemonia quoq; radice eius denarii pondere in uini cyathis tribus potatur. Plura de ea con-
a uenit dici cæteriſq; quæ primũ nominabũtur. In eo autem genere medendi primum conuenit:
quãquã nominari in quo maxime ualebit. Folia habet anemonæ æqualia diuiſa apii modo: ca
put in cauliculo papaueris ſilueſtris: item radicem. Succum croci colore acrem & acutum. Naſcitur &
in aruis apud nos. Noſtri tria genera eius faciunt: & id demum probant cuius radix thus redoleat. Aga
ricon ut fungus naſcitur in arboribus circa boſporum: colore candido. Datur obolis quattuor cõtritum Galatia
cum binis cyathis aceti mulſi. Id quod in gallia naſcitur infirmius habetur. Præterea mas ſpiſſior ama-
riorq;. Hic & capitis dolores facit. Fœmina ſolutior in initio guſtus dulcis: mox in amaritudinẽ tranſit.
Echyos utriuſq; generis pulegio ſimilis. Foliis coronata: drachmis duabus ex uini cyathis quattuor datᷣ.
Item altera quæ lanugine diſtinguitᷣ ſpinoſa: cui & capitula uiperæ ſimilia ſunt hæc ex uino & aceto. Qui
dam arcion perſonatam uocant: cuius folio nullum eſt latius: grandes lappas ferentẽ. Huius radicẽ de-
coctam ex aceto dant potui. Hyoſcyamum contuſum cum foliis ex uino datur peculiariter contra aſpi-
das. Nulla tamen romanæ nobilitatis plus habet q̃ hierabotane. Aliqui pariſtereon: noſtri uerbenacã uo
cant. Hæc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus. Hac Iouis menſa uerritur. Domus purgantur:
luſtrãturq;. Genera eius duo ſunt. Folia quã fœminam putant. Mas rarioribus foliis. Ramuli utriuſque
plures: tenues: cubitales: anguloſi. Folia mĩora q̃ quercus: anguſtioraq;: diuiſuris maioribus: colos glau
cus: radix longa: tenuis. Naſcitur ubiq; in planis aquoſis. Quidam nõ diſtinguunt: ſed unum omnino ge
nus faciunt: quoniam utraq; eoſdem effectus habeat. Vtraq; ſortiuntur galli: & præcinunt reſponſa. Sed
magi utiq; circa hanc inſaniunt. Hac perunctos impetrare quæ uelint: febres abigere: amicitias conciliare
nulliq; nõ morbo mederi. Colligi circa canis ortum debere: ita ut ne luna aut ſol conſpiciatur: fauis ante
& melle terræ ad piamentum datis. Circũſcriptã ferro effodi ſiniſtra manu: & in ſublime tolli. Siccari in
umbra ſeparatim: folia: caulem: radicem. Aiũtq; ſi aqua ſpargatur triclinium: qua maduerit: lætiores cõ-
uictus fieri. Aduerſus ſerpentes conteritur ex uino. Eſt ſimilis Verbaſco hærba: quæ ſæpe fallit pro eo ca
pta: foliis minus candidis: cauliculis pluribus: flore luteo. Hæc abiecta blattas in ſe contrahit: ideoq; ro-
mæ blattariam uocant. Lemonium ſuccum lacteum mittit: concreſcentem gũmi modo humidis locis.
Datur denarii pondus in uino. Quinquefolium nulli ignotum eſt: cũ etiam fraga gignẽdo cõmendetur. Pẽtapegis
Græci uocãt pentapentes ſiue chamezeleon ſiue pentaphyllon. Cum effoditur rubrã habet radicẽ. Hæc
inareſcens nigreſcit & anguloſa fit. Nomẽ a numero foliorum habet. Et ipſa hærba incipit & deſinit cum
uite. Adhibetur & purgãdis domibus. Aduerſus ſerpentes bibitur & eius radix quæ ſparganion uocatur
ex uino albo. Dauci genera quattuor fecit Petronius Diodotus quæ perſequi nihil attinet: cum ſint diffe
rentiæ duæ. Probatiſſimæ in creta mox in achaia & in ſiccis ubicũq; nati: fœniculi ſimilitudine: cãdidiori
bus foliis & minoribus hirſutiſq;. Caule pedali recto: radice ſuauiſſimi guſtus & odoris. Hoc genus ĩ ſa-
xoſis naſcitur meridianis. Reliqua genera ubiq; naſcuntur terrenis collibus limitibuſq; nec niſi pingui ſo-
lo: foliis coriãdri: caule cubitali: capitibus rotundis: ſæpe pluribus q̃ ternis: radice lignoſa: ſed cũ marue-
rit ſuperuacua. Semen eius cymino ſimile: prioris milio album acre odoratum omnibus & feruens: Se-
cundum priore uehementius eſt: ideoq; parce ſummi debet. Si iam maxime tertium genus facere libeat
eſt ſimile ſtaphylino: quod paſtinacã erraticam appellant: ſemine oblongo: radice dulci. Omnia hæc &
hyeme & aeſtate ſunt itacta quadrupedi niſi poſt abortꝰ. Ex aliis uſus ſeminis. Ex creta radicis dulcis: &
magis ad ſerpẽtes eſt. Bibitᷣ e uino drachma una. Datᷣ & quadrupedibus pcuſſis. Therionarca alia q̃ ma
gica & in noſtro orbe naſcitᷣ: fruticoſa foliis ſubuiridibus: flore roſeo. Serpẽtes necat cuicũq; admota ſue

Arcion rit. Et hæc torporem affert. Perſolatam quã nemo ignorat græci uero arction uocant folia habet maiora
etiam cucurbitis & hirſutiora nigrioraq; & craſſiora: radicem albam & grãdem. Hæc ex uino bibitur de
nariorum duum pondere. Item cyclamini radix contra ſerpentes omnes. Folia habet minora q̃ hedera ni
griora & tenuiora ſine angulis in quibus albicant maculæ. Caule exiguo: inani: floribus purpureis: radi-
ce lata: ut rapum uideri poſſit: cortice nigro. Naſcitur in umbroſis. A noſtris tuber terræ uocatur. In oĩ-
bus ſerenda domibus. Si uerum eſt ubi ſata ſit nihil nocere mala medicamenta Amuletum uocant: nar-
rantq; ea ebrietatem repræſentari Addita in uinum radice: & ſiccata ſcyllæ modo conſciſa reponitur: de-
coquiturq; eadem ad craſſitudinem mellis. Suum tamen uenenum ineſt ei: traduntq; ſi prægnans radicẽ
eam tranſgrediatur: abortũ fieri. Eſt & altera cyclaminos cognomine cyſſãthemos geniculatis caulibus
ſuperuacuis a priore diſtans circa arbores ſe uoluẽs acinis hederæ: ſed mollibus. Flore candido: ſpecioſo:
radice ſuperuacua. Acini tantum in uſu: guſtu acri: ſed lenti. Siccantur in umbra: tuſiq; diuiduntur in pa
ſtillos. Mihi & tertia cyclaminos demonſtrata eſt: cognomine chamæciſſos uno omnino folio: radice ra
Sardonia Dioſco. moſa: qua piſces necabantur. Sed inter primas celebratur peucedanum: laudatiſſimum in arcadia: mox
ſamothraciæ. Caulis eſt ei tenuis: longus: fœniculo ſimilis: iuxta terram folioſus: radice nigra: craſſa gra-
ui odore: ſuccoſa. Gignitur in montibus opacis. Foditur exitu autumni. Placent tenerrimæ & altiſſimæ
radices. Hæ cõciduntur in quaternos digytos oſſeis cultellis: funduntq; ſuccum ĩ umbra capite prius &
naribus roſaceo perunctis: ne uertigo ſentiatur. Et alius ſuccus inuenitur caulibus adhærens inciſiſq; ma-
nat. Probatur craſſitudine mellea: colore ruſo odore ſuauiter graui feruens guſtu. Et hic in uſu & radix: &
decoctum eius pluribus medicamẽtis. Succo tamen efficaciſſimo qui reſoluitur amaris amygdalis: aut
ruta. Bibiturque contra ſerpentes & ex oleo perunctos tuetur. Ebuli quoq; quem nemo ignorat: fumo fu
gatur ſerpentes. Priuatim aduerſatur ſcorpionibus polemoniæ radix uel alligata tantum. Item phalãgio
ac cæteris minoribus uenenatis. Scorpionibus ariſtolochia: Agaricum obolis quattuor in uini mixti cya
this totidem. Verbenaca & phalangio cum uino aut poſca. Item quinquefoliũ daucũ. Verbaſcum græci
plomõ uocant. Genera habet pria duo. Album in quo mas intelligitur. Alterum nigrum: ĩ quo fœmina.
Tertium genus non niſi in ſiluis inuenitur. Sunt folia braſſicæ latiora: piloſa: caulis erectus: cubitali am-
plior. Semen nigrum inutile. Radix una craſſitudine digyti. Naſcuntur & in campeſtribus. Siluestri fo-
lia eleliſphaci: alta: ramis lignoſis. Sunt & plomides duæ hirſutæ: rotundis foliis: humiles. Tertia lych-
nitis uocatur. Ab alis autem thryalis foliis ternis aut cũ plurimũ quaternis craſſis pinguibuſq;: ad lucer-
narum lumina aptis. Aiunt in foliis eius quam fœminam diximus: ficus omnino non putreſcere. Diſtin-
gui genera hæc pene ſuperuacuum eſt: cum ſint omnia eiuſdem effectus. Contra ſcorpiones bibitur ra-
dix cum ruta ex aqua: magna amaritudine: ſed effectu pari. Telegonon hærba ab aliis ſcorpion uocatur
propter ſimilitudinem radicis: cuius tactu moriuntur ſcorpiones. Itaq; cõtra eorum ictus bibitur. Scor-
pionem mortuum ſi quis helleboro candido linat: reuiuiſcere aiunt. Telegonon omnem quadrupedem
necat ĩpoſita uerẽdis radice. Folio quidẽ intra eũdem diẽ quod eſt ſimile cyclomino: Ipſa geniculata na-
ſcitur in opacis. Scorpionibus aduerſatur & betonicæ ſuccus ac plantaginis. Sunt & ranis uenena rubeti
nis maxime: uidimuſq; pſyllos in certamine patinis candefactas admittentes ociore etiam q̃ aſpidum p-
nicie. Auxiliatur eis phrynion in uino pota. Aliqui neurada appellant: alii poterion floribus paruis: radi-
cibus multis neruoſis bene olentibus. Item aliſma quam alii damaſonion: alii lyron appellãt. Folia ei plã
taginis niſi anguſtiora eſſent: & magis lacinioſa: conuexaq; in terram. Alias etiam uenoſa ſimiliter. Caule
ſimplici & tenui: cubitali: capite thyrſi: radicibus denſis: tenuibus: ut ueratri nigri: acribus odoratis: pin-
guibus. Naſcitur in aquoſis. Alterum genus eiuſdem in ſiluis nigrius maioribus foliis. Vſus ĩ radice utri
uſq; aduerſus ranas & lepores marinos drachmæ pondere in uino potum. Lepori marino aduerſatur: &
cyclaminos. Veneni uim canis quoq; rabidi morſus habent: contra quos erit cynorhodum: de quo di-
ximus. Plantago ad omnes beſtiarum morſus pota atque illita prodeſt. Betonica ex mero ueteri. Periſte
reos uocatur caule alto foliato cacumine in alios caules ſe ſpargens: columbis admodum familiaris.
Vnde & nomen. Hanc habentes negant latrari a canibus. Proxima ab his malis uenena ſunt: quæ ſi-
bimetipſi homines excogitant. Cõtra hæc omnia magicaſq; artes erit primum illud Homericum moly.
Dein mithridatia & ſcordotis & centaurium. Pota omnia mala medicamenta exigit per aluum. Beto-
nicæ ſemen in mulſo aut paſſo uel farinæ drachma in uini ueteris cyathis. iiii. uomere cogendi atq; iterum
bibere: iis qui quottidie guſtent eam nulla nocitura mala medicamenta tradunt. Poto ueneno ariſtolo-
chia ſubuenit eadem menſura quã contra ſerpẽtes. Quinquefolii ſuccus. Agaricum poſtq̃ uomuerint de
Aparinæ. Theoph narii pondere ex aquæ mulſæ cyathis tribus. Antirrhinon uocatur ſiue Anarrhinon ſiue lychnis agria ſi
milis lino radice nulla: flore hyacinthi: ſemine uitulinarium. Ex hoc perunctos uenuſtiores fieri: nec
Anagalli- di Dioſco. ullo malo medicamento lædi poſſe: aut ueneno: ſi quis in brachiali habeat: arbitrantur magi. Similiter
eam quam eupleam uocant: traduntq; ea perunctos commendatioris eſſe famæ. Artemiſiam quoq; ſe-
cum habentibus

cum habentibus negant nocere mala medicamenta beſtiamue ullam:ne ſolem quidem.Bibitur & hæc ex
uino aduerſus opium.Alligata priuatim potẽs traditur potaue aduerſus ranas.Pericarpum bulbi genus
eſt.Duæ eius ſpecies:cortice rubro alterũ:alterum nigro papaueri ſimile.Sed uis maior q̃ priori : utriq;
autem excalfaciendo.Ideo contra cicutam dantur:contra quã & thus & panaces & chironium præcipue.
Hoc uero & cõtra fungos.Verum & generatim membratimq; ſingulis corporum morbis remedia ſub-
texemus.Orſi a capite.Alopecias emendat nymphæa & cicutæ radix:ſi una tritæ illinantur.Polythricha
diſtat a callitricha q; iuncos albos habet & folia plura maioraq;.Frutice quoq; maior eſt : & defluentem
capillum confirmat:& denſat.Item lingulaca circa fontes naſcens : cuius radix admixta combuſta terĩt
cum adipe ſuis nigræ:id quoq; excipitur ut eius ſit ſuis:quæ nunquam peperit.Sol ſubinde plurimũ con
fert illitæ.Similis uſus eſt cyclamini radicis.Pruriginem ueratri radix tollit in oleo decocta uel in aqua.
Capitis dolori medetur panacis omnium generum radix in oleo contrita.Ariſtolochia & hiberis adalli-
gata hora:uel diutius ſi pati poſſit comitãte balnei uſu.Medetur & daucum.Purgat autem cyclaminos
cum melle in nares addita:& ulcera capitis ſanat illita.Medetur & periſtereos.Cacalia ſiue leontice uo-
catur ſemen margaritis minutis ſimile dependens inter folia grandia in montibus fere.Huius grana.xv.
in oleo macerantur:atq; ita aduerſo capillo caput ungitur.Fit & ex callitriche ſternutamẽtum.Folia ſunt
lẽticulæ ſimilia.Caules iuncis tenuiſſimis:radice minima.Naſcitur in opacis & humidis:guſtatu feruẽs.
Hyſopum in oleo contritum phthiriaſi reſiſtit & prurigini in capite.Eſt autem optimum cilicium e tau-
ro monte.Dein pamphylium:& ſmyrnæum.Stomacho contrarium.Purgat cum fico ſumptum per in
ferna:cum melle uomitionibus.Putant & ſerpentium ictibus aduerſari tritum cum melle & ſale & cu-
mino.Lonchitis non(ut pleriq; exiſtimauerunt) eadem eſt quæ xyphion : aut phaſganion q̃q̃ cuſpidi ſi-
milis ſemine.Habet enim folia porri rubentia ad radicem & pluraquam in caule capitula perſonis comi-
cis ſimilia paruam exerentibus linguam radicibus prælongis.Naſcitur in ſitientibus.E diuerſo xiphion:
& phaſganion in humidis:cum primum exit:gladii præbet ſpeciem caule duum cubitorũ:radice ad nu-
cis auellanæ figuram fimbriata:quam effodi ante meſſes oportet:ſiccari ĩ umbra.Superior pars eius cũ
thure trita æquo pondere admixto uino:oſſa fracta e capite extrahit:aut ſi quid in corpore ſuppurat: uel
ſi calcata ſunt oſſa.Serpentis eadem contra uenena efficax.Caput ĩ dolore ueratro in oleo uel roſaceo de
cocto tritoq; ungi conuenit.Peucedano ex oleo uel roſaceo & aceto.Tepidũ hoc prodeſt & doloribus q
pleruq; ex dimidia parte capitis ſentiuntur:& uertigini.Perungunt & radice eius ſudoris cauſa eliciẽdi:
quoniam cauſtica uis ei eſt.Pſyllion alii cynoides:alii cryſtalion:alii ſicelion: alii cynomyain appellant:
radice tenui:ſuperuacua:ſarmentoſum:fabæ granis in cacuminibus:foliis canino capiti nõ diſſimilibus: Corono-
ſemine autem pullici:unde & nomen hoc in baccis.Ipſa hærba in uineis inuenitur.Vis ei ad refrigerandũ podi. dioſ.
& diſcutiendum ingens.Semen in uſu.Fronti imponitur in dolore & temporibus : ex aceto & roſaceo :
aut poſca.Ad cætera illinitur acetabuli menſura ſextario aquæ denſat ac contrahit.Tunc terere oportet:
& craſſitudinem illinere cuicunq; dolori & collectioni inflãmationiq;.Et uulneribus capitis medetur ari
ſtolochia:fracta extrahens oſſa & in alia quidem parte corporis:ſed maxime e capite.Similiter plyſto-
lochia.

De thyſſelio:& centaurea:& chelidonia: & panace:& hyoſcyamo:& euphorbio: Cap.x.

Hyſſelium eſt nõ diſſimile apio.Huius radix commanducata purgat capitis pituitas.Ocu-
lorum aciem centaurio maiore putant adiuuari:ſi addita aqua foueantur.Succo uero mino- Thryſeli-
ris cum melle culices nubeculas obſcuritatem diſcuti:cicatrices extenuari.Albugines quidẽ non
etiam iumentorum ſiderite.Iam chelidonia ſupradictis omnibus mire medetur.Panacis radicem cum
polenta epiphoris imponitur.Hyoſcyami ſemen bibunt obolo tantundem meconii adiiciẽtes: uinumq;
ad epiphoras inhibendas.Adiungunt & gentianæ ſuccum:quem collyriis acrioribus pro meconio mi-
ſcent.Facit claritatem & euphorbium inũctis.Inſtillatur plantaginis ſuccus lippitudini.Caligines ariſto
lochia diſcutit.Iberis adalligata capiti cum quinq; folio epiphoras:& ſi qua in oculis uitia ſunt:emendat
Verbaſcum epiphoris imponitur.Periſtereos ex roſaceo uel aceto:Ad hypochyſis & caliginem cyclami
non in paſtillos diluunt.Peucedani ſuccum ut diximus ad claritatem & caligines cum meconio & roſa-
ceo.Pſyllion illitum fronti epiphoras ſuſpendit.

De anagallide ſiue acoro:& mandragora:ſiue circeo:& cicuta:& cremno agrio:& molibdena:& cap
no:& alia:& acoro:& iride:& cotiledo:& aizoo:& andrachne:& erigero:& de ephemero:& delabro Ve
neris:& de ramiculo medicinæ:& de oris uitiis. Cap.xi.

Nagallida aliqui corchoron uocant.Duo genera eius.Mas flore phœniceo:fœmina ceruleo:
non altiores palmo:frutice tenero:foliis puſillis:rotundis:in terra iacentibus:naſcuntur ĩ hor
tis & aquoſis.Prior floret cerulea.Vtriuſque ſuccus oculorum caliginem diſcutit cum melle:
& ex ictu cruorem & argema rubens:magis cum attico melle iunctis.Pupillas dilatat;: & ideo hoc in-

unguntur ante: quibus paracenteſis fit. Iumentorum quoq; oculis medentur. Succus caput purgat per
nares infuſus: ita ut deinde uino colluatur. Bibitur & contra angues ſucci drachma i uino. Mirum q; fœ-
minam pecora uitant. At ſi decepta ſimilitudine (flore enim tantū diſtāt) deguſtauere ſtatim eā quæ aſy
la uocatur in remedio quærunt. Ea a noſtris ferus oculus nuncupatur. Præcipiunt aliqui effoſſuris ante
ſolem ortum priuſquā quicq̄ aliud loquātur ter ſalutare eam: tunc ſublatā exprimere. Ita præcipuas eſſe
uires. De euphorbio ſatis dictum eſt: cuius ſuccus lippitudini ſi tumor erit. Item abſinthium cum melle
tritum. Itemq; betonicæ farina cōuenit. Et egilopas ſanat hærba eodem nomine: quæ in hordeo naſcitur
tritici folio ſemine cōtrito cum farina permixta īpoſitaq; uel ſucco. Exprimitur hic e caulibus foliiſq; præ
grandibus dempta ſpica: & in trimeſtri farina digeritur in paſtillos. Aliqui & mandragora utebant. Po-
ſtea abdicatus in hac curatione eſt. Sed epiphoris quod certum eſt medetur: & oculorum dolori. Radix
tuſa cum roſaceo & uino. Nam ſuccus multis oculorum medicamentis miſcetur. Mandragoram alii cir
ceium uocant. Duo eius genera. Candidus qui & mas: niger quæ fœmina exiſtimatur. Anguſtioribus fo
liis quā lactucæ. Hirſutis & caulibus: radicibus binis terniſue nigris foris. Intus albis: carnoſis: teneriſq;
pene cubitalibus. Ferūt mala auellanarum nucum magnitudine. Et iis ſemen ceu pyrorum. Album hoc
alii arſen: alii morion: alii hippoplomon uocant. Huius folia albaq̄ alterius latiora ut lappati ſatiuæ. Ca-
uent effoſſuri contrarium uentum. Et tribus circulis ante gladio circūſcribunt. Poſtea fodiūt ad occaſum
ſpectante.. Succus fit & e malis & e caule deciſo cacumīe & radice. Punctis aperta aut decocta utilis hæc
uel ſurculo. Conciſa quoq; in orbiculos ſeruatur in uino. Succus nō ubiq; inuenitur: ſed ubi poteſt: circa
uindemias quæritur. Odor grauis eius ſed radicis & mali grauior. Mala matura ī umbra ſiccantur. Suc-
cus ex iis ſole denſatur. Itē radicis tuſæ: uel in uino nigro ad tertias decoctæ. Folia ſeruātur ī muriis effica

Alas torā- tium uel re centium Vſtiones. Dioſco.

cius. Albus rori tantum ſuccus peſtis eſt. Sic quoq; noxiæ uires. Grauedinem afferunt etiam olfatu: q̄q̄
mala in aliis terris mandantur. Nimio tamen odore obmuteſcunt ignari. Potu quidem largiore etiā mo
riuntur. Vis ſomnifica pro uiribus bibentium. Media potio cyathi unius. Bibitur & contra ſerpentes: &
ante ſectiones punctioneſq; ne ſentiantur. Ob hæc ſatis eſt aliquibus ſomnum odore quæſiſſe. Bibitur &
pro helleboro duobus obolis in mulſo. Efficacius helleborum ad uomitiones & ad bilem nigram extra-
hendam. Cicuta quoq; uenenum eſt: publica athenienſium pœna inuiſa. Ad multa tamen uſus nō omit-
tendi. Semen habet noxium. Caulis autem eius & uiridis: plerunq; & in patinis. Lenis hic & geniculatus
ut calami īgricans. Altior ſæpe binis cubitis: in cacuminibus ramoſus. Folia coriādri tenuiora: graui odo
ratu. Semen aniſo craſſius: radice concaua nullius uſus. Semini & foliis refrigeratoria uis. quæ ſi enecat:
incipiunt algere ab extremitatibus corporis. Remedio eſt: priuſquā perueniat ad uitalia: uini natura ex-
calfactoria. Sed in uino pota irremediabilis exiſtimatur. Succus exprimitur foliis floribuſque: tūc enim
maxime tempeſtiuus eſt & melior. Semine trito expreſſus & ſole denſatus in paſtillos necat: ſanguinem
expiſſando. Hæc altera uis. Et ideo ſic necatorum maculæ in corporibus apparent. Ad diſſoluēda medi
camenta utuntur illo pro aqua. Fit ex eo ad refrigerandum ſtomachum malagma. Præcipuus tamen eſt
ad cohibendas epiphoras æſtiuas oculorumque dolores ſedandos circunlitum. Miſcetur collyriis. Et
alios omnes rheumatiſmos cohibet. Folia quoque tumorem omnem doloremque & epiphoras ſedant.
Anaxilaus auctor eſt mammas a uirginitate illitas ſemper ſtaturas. Quod certum eſt: lac puerperarū
mammis impoſita extinguit. Veneremque teſtibus circa pubertatem illita. Remedia liberationi quibus
bibenda cenſetur: non equidem præcipuus. Maxima uis terræ parthorum: mox laconicæ: creticæ: aſia
ticæ. In græcia uero megaricæ: deinde atticæ. Cremnos agrios gremias tollit oculorum īpoſitus: tumo-
rem quoque bolenta addita. Naſcitur uulgo molibdena: ideſt plūbago etiam in aruo: folio lappati: craſ-
ſa radice hiſpida. Hæc cōmanducata: ſi oculis ſubinde religatur: plumbū quod eſt genus uitii: ex oculis
tollit. Capnos pria quā pedes gallinaceos uocant: naſcens in parietinis: & ſepibus ramis tenuiſſimis ſpar
ſiſq;: flore purpureo uiridis: ſucco caliginē diſcutit. Itaq; in medicamenta oculoꝝ additur. Similis & noīe
& effectu alia eſt capnos fruticoſa prætenera foliis coriādri: cineracei coloris: flore purpureo. Naſcitur in
hortis & ſegetibus hordeaceis. Claritatē facit inunctis oculis delachrymationēq; ceu fumus: unde nomē
accepit. Eadē euulſas palpebras renaſci ꝓhibet. Acoron iridis folia habet anguſtiora tamen & lōgiore pe
diculo: radices nigras: minuſq; uenoſas. Cætero & has ſimiles iridis: guſtu acres: odore nō īgratas: ructu
faciles. Optimæ ponticæ: dein galaticæ: mox creticæ. Sed primæ ī colchide iuxta phaſin amnē: & ubicūq;
ī aquoſis. Recētib9 uirus maius q̄ ueruſtis. Creticæ cādidiores pōticis. Siccātur utribus ī umbra digytali
bus fruſtis. Necnō inueniūtur qui oxymyrſinæ radicē acoron uocāt. Ideoq; quidā hanc acron agrion uo
care malūt. Vis ei ad calfaciendū extenuandūq; efficax cōtra ſuffuſiones & caligines oculoꝝ ſucco eiuſdē
poto: contraq; ſerpentes. Cotyledon paruula herba cauliculo tenero: puſillo pingui folio: & cōcauo ut co
xendices. Naſcitur in maritimis petroſiſq; uiridis: radice oliuæ modo rotūda. Oculis medetur ſucco. Eſt
aliud genus eiuſdē ſordidis foliis: latioribus: denſioribuſq; circa radicem uelut oculoꝝ cingētibus aſper-
rimi guſtus:

rimi guſtus longiore caule:ſed pergracili. Vſus eius ad eadē quæ iridis. Aizoi duo genera: maius in ficti-
libus uaſculis ſeritur: quod aliqui buphthalmon uocāt: alii zoophthalmon alii ſtergeton: quod amato- Erigenne-
riis conueniat. Alii hypogeſſon: quoniā in ſuggrūdis fere naſcit̃. Sunt qui ambroſiam potius uocant: & ton
qui amerimnon. Itali ſedū magnum: aut oculum aut digitellū. Alterum minuſculū: quod erithales uo-
cant: alii trithales: quia ter floreat: alii chryſothales: aliqui iſoetes: ſed alii itali ſedum: alii aizoū. Vtrunq;
quoniā uireat ſemp. Aliqui ſemperuiuū. Maius cubiti altitudinē excedit craſſitudine pluſquā pollicari.
Aliud in cacumine linguæ ſimile carnoſum. pingue: largo: ſucco latitudine pollicari. Alia in terrā conue-
xa: alia ſtantia: ita ut ambitu effigiem imitẽtur oculi. Quod minus eſt: in muris parietinisq; naſcitur: &
tegulis. Fruticoſum a radice: & ſurſum uſq; ad cacumen. Foliis anguſtis mucronatis: ſuccoſis: palmo al-
to caule: radix inutilis. Huic ſimilis eſt: quam græci andrachnen agriam uocant. Itali illecebram puſillis
latioribus foliis & breuiori cacumine. Naſcitur in petris: & colligitur cibi cauſa. Omnium harum uis ea-
dem: perfrigerare & aſtringere. Medentur epiphoris folia impoſita: uel ſuccus inunctus. Purgant enim
ulcera oculorum explentq;: & ad cicatricem perducunt palpebras deglutināt. Eædem capitis doloribus
medentur: ſucco uel folio temporibus illitis. Aduerſantur phalangiorum ictibus. Aconito uero maius
aizoum præcipue. A ſcorpionibus quoq; feriri id habentē negant. Medentur & aurium dolori. Item ſuc-
cus inunctus hyoſcyami modice. Item achileæ & minoris centaureæ & plantaginis peucedani cum roſa-
ceo & meconio. Acori ſuccus cum roſa. Omnis autem ſtrigili calefactus infunditur. Cotyledon etiam in
funditur purulentis cum medulla ceruina calefacta. Ebuli radices tritæ & ſuccus linteo colatus: mox in
ſole denſatus & cum opus eſt roſaceo dilutus & calefactus parotidas. Verbenaca quoq;: item plantago
ſanat: item ſideritis cum axungia ueteri. Narium ozenas emendat ariſtolochia cum cypero. Dentibus re
medio ſunt panacis radix commanducata: præcipue chironiæ: item colluitis ſucco. Radix hyoſcyami ex
aceto manducata. Item polemoniæ commanducantur: & plantaginis radices: aut colluntur in aceto de-
coctæ ſucco. Et folia ſunt utilia. Vel ſi ſanguine gingiuæ putreſcant: uel ſemen eiuſdem apoſtemata: &
collectiones gingiuarum ſanat. Et ariſtolochia gingiuas denteſue confirmat. Verbenaca cum radice mā
ducata & decoctæ ex uino aut aceto ſuccus collutus. Item quinquefolii radices decoctæ ad tertias uino
aut aceto. Prius uero q̃ decoquatur aqua marina aut ſalſa lauantur. Decoctum diu tenēdum in ore. Qui
dam cinere quinquefolii fricare malunt. Et uerbaſci radix decoquitur in uino ad colluendos dentes. Et
hyſopo colluuntur: & peucedani ſucco cum meconio uel radicum anagallidis magis fœminæ ſucco: ab
altera nare qua doleat infuſo. Erigeron a græcis: quæ a noſtris uocatur ſenecio. Hanc ſi ferro circūſcriptā
effodiat aliquis: tangatq; ea dentem & alternis ter deſpuat ac reponat in eundem locum: ita ut uiuat hær
ba: aiunt dentem cum poſtea non doliturum. Hærba eſt theriſſagum ſpecie & mollitia: cauliculis ſupru
bicundis. Naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc græci dederunt: quia uere caneſcit. Caput eius
numeroſa diuiditur lanugine: qualis eſt ſpinæ inter diuiſuras exeunte. Quare eam Callimachus achanti-
da appellat: alii pappum. Nec deinde græcis de ea conſtat. Alii erucæ foliis eſſe dixerunt: alii roboris: ſed
minoribus multo. Radice alii ſuperuacua: alii neruis utili. alii potu ſtrāgulante. E diuerſo quidam regio
morbo cum uino dederunt. Et contra omnia ueſicæ uitia. Item cordis & iocineris. Renibus extrahere ha
renam dixere. Iſchiadicis drachmam cum oxymellite ab ambulatione propinauere. Torminibus quoq;
in paſſo utiliſſimam: præcordis etiam: cibo ex aceto eam prædicantes ſerenteſque in hortis. Nec defuere
qui & alterum genus facerent. Nec quale eſſet demonſtrarunt contra ſerpentes in aqua bibendam eden-
damq; comitialibus dantes. Nos eam romanis experimentis per uſus digeremus. Lanugo eius cum cro
co & exiguo aquæ frigidæ trita illinitur epiphoris. Toſta cum mica ſalis ſtrumis. Ephemerō folia habet.
Pſyllii: ſed minora: caulem parem: florem cæruleum: ſemen ſuperuacuum: radicem unam digytali craſ- Lilii. dioſ.
ſitudine: dentibus præcipuam conciſam in aceto: decoctamq; ut tepido colluantur. Et ipſa etiā radix mo
biles ſiſtit. Cauis & exeſis imprimitur. Chelidoniæ radix ex aceto trita continetur ore. Eroſis ueratrum ni
grum imponitur. Mobiles dentes utralibet decocta in aceto firmātur. Labrum ueneream uocant in flu-
mine naſcentem. Eſt ei uermiculus qui circa dentes ligatur: aut cauis dentium cæra includitur. Cauendū
ne euulſa hærba terram tangat. Ranunculum uocamus quam græci batrachion. Genera eius quattuor.
Vnum pinguioribus q̃ coriandri foliis: & ad latitudinem maluæ accedentibus: colore liuido: caule albo:
gracili: & radice alba. Naſcitur in limitibus humidis & opacis. Alterum folioſius pluribus foliorum inci
ſuris: altis caulibus. Tertium minimum eſt: graui odore: flore aureo. Quartum ſimile huic flore luteo.
Omnibus uis cauſtica ſi cruda folia imponantur: puſtulaſque ut ignis faciunt. Ideo ad lepras & pſoras
utuntur & ad tollenda ſtigmata. Cauſticiſq; omnibus miſcent. Alopecis imponunt: celeriter remouen-
tes. Radix ī dolore commanducata diutius rumpit dentes. Eadem ſicca conciſa ſternutamentum facit.
Noſtri hærbarii ſtrumeam uocant: quoniam medetur ſtrumis & panis parte in fumo ſuſpēſa. Credūtq;
ea rurſus ſata rebellare quæ curauerint uitia. Quo celere & plantagine utuntur. Oris ulcera intus ſuccus

A

plantaginis emendat & folia radiceſq; cōmanducata: uel ſi rheumatiſmo laboret os. Vlcera fetoremq; qn
quefolium. Vlcera pſyllium. Compoſita quoq; ad fetorem uel maxime pudendum uitiū trademus. Er-
go folia myrti & lentiſci pari pondere gallæ ſyriacæ dimidiū pondus ſimul terere in uino uetuſto ſparſa
mādere matutino optimum eſt. Vel hederæ baccas cum caſia & myrrha pari pondere ex uino. Naribus
utiliſſimum eſt dracōtii ſemen corticū ex melle: etiā ſi carcinomata in iis ſunt. Sugillata hyſopo emendā
tur. Stigmata in facie mādragora illita delet.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXVI.

### PROOEMIVM.

Reliquæ per morborum genera medicinæ: & de nouis morbis: & de lichene quid ſit: & quādo primū
in italia cœperint: & de carbunculo: & de elephantiaſi: & coo. Cap. i.

Enſit & facies hominum nouos omniq; æuo priore incognitos non italiæ modo:
uerum etiam uniuerſæ prope europæ morbos. Tunc quoq; nec tota italia nec per
illyricum galliaſue aut hiſpanias magnopere uagatos: aut alibi q̄ romæ circaque
ſine dolore quidem ullo: aut ſine pernicie uitæ: ſed tanta fœditate ut quæcunque
mors præferenda eſſet. Grauiſſimum ex iis lichenas appellauere græco nomine:
latine quoniam a mento fere oriebatur ioculari primum laſciuia: ut eſt procrax na
tura multorum in alienis miſeriis. Mox & uſurpato uocabulo mentagrā: occupātem multis & intuitus:
totoſq; utiq; uultus oculis tātum īmunibus: deſcendentem uero & in colla pectuſq; ac manus fœdo cu-
tis furfure. Non fuerat hæc lues apud maiores patreſq; noſtros. Et primum Tiberii Claudii Cæſaris prin
cipatu medio irrepſit in italia quodā Peruſino equite romano quæſtorio ſcriba cum in Aſia apparuiſſet:
inde cōtagionem eius importāte. Nec ſenſere id malum fœminæ: aut ſeruitia: plebeſq; humilis aut media
ſed proceres ueloci trāſitu oſculi: maxime fœdiore multorum: qui perpeti medicinam tolerauerāt cicatri-
ce q̄ morbo. Cauſticis nāque curabatur: nec niſi uſq; in oſſa corpus exuſtum eſſet nō rebellāte tedio. Ad-
ueneruntq; ex ægypto genitrice talium uitiorum medici hāc ſolam operam afferentes magna ſua præda.
Siquidem certum eſt Manilium Cornutum ex prætoriis legatum aquitanicæ prouintiæ ſeſtertia. cc. elo-
caſſe in eo morbo ad curādum ſeſe. Acciditq; ſæpius: ut noua contra genera morborum gregatim ſenti-
rentur. Quo mirabilius quid poteſt reperiri? aliqua gigni repente uitia terrarum in parte certa: certiſque
membris hominum: uel ætatibus: aut etiā fortunis tanq̄ malo eligente: hæc in pueris graſſari: illa in adul
tis: hæc proceres ſentire: illa pauperes. L. Paulo. Q. Martio cenſoribus primum in italia carbūculum ue
niſſe: annalibus conſcriptū eſt peculiare narbonenſis prouinciæ malum: quo duo conſulares obiere: con-
Lichanius Dioſco. dētibus hæc nobis. Eodem anno Iulius Rufus: &. Q. Locanius Baſſus: ille medicorum īſcitia ſectus: hic
uero pollice leuæ manus euulſo acu ab ſemetipſo tā paruo uulnere ut uix cerni poſſet. Naſcitur in occul
tiſſimis corporum partibus: & plerunq; ſub lingua duricia rubens uariis modis: ſed nigricās capite alias
liuida corpus intendens neq; intumeſcens: ſine dolore: ſine pruritu: ſine alio q̄ ſomni indicio: quo graua-
tos in triduo aufert: aliquādo & horrorem afferens circaq; puſtulas paruas: rarius feriens ſtomachum.
Fauceſq; cum inuaſerit ociſſime exanimās. Diximus elephantiaſin ante Pompei magni ætatem nō acci-
diſſe in italia: & ipſam a facie ſæpius incipientem. In nare prima ueluti lenticula mox inualeſcente per
totum corpus maculoſa uariis coloribus & inæquali cute alibi craſſa: alibi tenui dura ceu ſcabie aſpera:
ad poſterum uero nigreſcente: & ad oſſa carnes apprimente intumeſcentibus digitis in pedibus mani-
buſq;. Aegypti peculiare hoc malū: & cum in reges incidiſſet: populis funebre. Quippe in balneis ſolia
tēperabātur humano ſanguine ad medicinā eam. Et hic quidem morbus in italia celeriter reſtinctus eſt:
ſicut & ille quem gemurſam appellauere priſci īter digitos pedū naſcentem etiā noīe obliterato. Idipſum
mirabile: alios deſinere in nobis morbos: alios durare: ſicuti colum. Tiberii Cæſaris principatu irrepſit id
malum. Nec quiſquā prior imperatore ipſo ſenſit: magna ciuitatis ambage cum edicto eius excuſantis
ualitudinem legeret nomen incognitum. Quid hoc eſſe dicemus: aut quas deoꝝ iras? Parum enim erant
hōi cætera morboꝝ genera: cum ſupra. ccc. eſſent: niſi etiam noua timerent. Neq; ipſi homines pauciora
ſibi opere ſuo negocia importāt. Hæc apud priſcos erant quæ memoramus remedia medicinā ipſa quo-
dam modo rerum natura faciente & diu fuere.

Laus Hippocratis. Cap. ii.

Ippocratis certe qui primus medendi præcepta clariſſime condidit: referta hærbarum mentio-
h ne inuenimus uolumina. Nec minus dioclis Cariſtii qui ſecūdus ætate famaq; extitit. Item Pra
xagoræ & Cryſippi: tac deinde Eraſiſtrati. Erophilo quidem q̄q̄ ſubtilioris ſectæ conditori ante
ante omnes celebratam rationem eam paulatim uſu efficaciſſimo rerum omnium magiſtro peculiariter
utiq; medicinæ

utiq; medicinæ ad uerba garrulitatemq; deſcendēte. Sedere nāq; in iis ſcholis auditioni occupatum gratius erat: q̄ ire per ſolitudines: & quærere hærbas alias aliis diebus anni.

De noua medicina & Aſclepiade medico: & qua ratione ueterem medicinam mutauerit. Cap.iii.

Vrabat tamen antiquitas firma: magnaſq; cōfeſſæ rei uindicabat reliquias: donec Aſclepiades d ætate magni Pompeii rhetoricæ magiſter: nec ſatis in ea arte quæſtuoſus ut ad alia ſagacis ingenii huc ſe repente conuertit: atq; ut neceſſe erat homini q nec id egiſſet: nec remedia noſſet oculis uſuq; percipienda torrenti ac meditata quottidie oratione blandiens: omnia abdicauit: totamq; medicinam ad caſum reuocando coniecturam fecit. Quinq; res maxime cōmunium auxiliorum profeſſus. Abſtinentiam cibi: alias uini: fricationem corporis: ambulationem: geſtationeſq;: cum unuſquiſq; ſemet ipſum ſibi præſtare poſſet intelligere. Fauentibus cunctis ni eſſent uera: quæ facillima erant: uniuerſum prope humanum genus circūegit in ſe: non alio modo q̄ ſi cælo emiſſus adueniſſet. Trahebat præterea mentes artificio mirabili: uino promittendo ægris: dādoq; tempeſtiue tum frigidam aquam. Et quoniā cauſas morborū prior ſcrutari Herophilus inſtituerat: uini rationē illuſtrauerat. Cleophantus apud priſcos: ipſe cognominari ſe frigidam dando præferens: & ut auctor eſt. M. Varro: alia quoq; blandimenta excogitabat iam ſuſpēdendo lectulos: quorum iactatu aut morbos extenuaret: aut ſomnos alliceret: iā balneas auidiſſima hominum cupidine inſtituendo: & alia multa dictu grata atq; iucūda magna auctoritate nec minore fama: cum occurriſſet ignoto funeri: relato homine ab rogo atq; ſeruato: neqs leuibus momentis tantam conuerſionem factam exiſtimet. Id ſolum poſſumus indignari unum hominem e leuiſſima gente ſine opibus ullis orſum uectigalis ſui cauſa repente leges ſalutis humano generi dediſſe: quas tamen poſtea abrogauere multi. Aſclepiadem uero adiuuere multi: quorum cura nimis anxia & rudi aut obruendi ægros ueſte ſudoreſq; omni modo ciendi. Nunc corpora ad ignes torrendo: ſoleſue aſſidue quærendo in urbe umbroſa: immo uero tota Italia imperatrice tum primum penſili balnearum uſu ad infinitum blandiente. Præterea in quibuſdam morbis medendi cruciatus detraxit: ut in anginis quas curabant iu fauces organo demiſſo. Damnauit merito & uomitiones tunc ſupra modum frequentes. Arguit & medicamentorum potus ſtomacho inimicos: quod eſt magna ex parte uetitum. Itaq; nos in primis quæ ſunt ſtomacho utilia ſignemus.

Irriſio magicæ artis & de lichene: & tapſia. Cap.iiii.

Vper omnia adiuuere eum magicæ uanitates: in tantum euectæ ut abrogare hærbis fidem cū ſ ctis poſſent. Aethiopide hærba amnes ac ſtagna ſiccari coniectu. Tactu clauſa omnia aperiri. Achemenide coniecta ī aciem hoſtium trepidare agmina: ac terga uertere. Latacen dari ſolitam a perſarum rege legatis: ut quocunq; ueniſſent omnium rerum copia abundarent: ac multa ſimilia. Vbi nam iſte fuere: cum cimbri teutoniq; terribili Marte ulularent? aut cum Lucullus tot reges magorum paucis legionibus ſterneret? Cur ue romani duces primam ſemper in bellis rationem commentiorum habuere? Cur Hercules Cæſaris miles ī pharſalia famem ſentit: ſi abūdantia omnis cōtingere unius hærbæ fœlicitate poterat? Non ſatius fuit Aemilanum Scipionem carthaginis portas hærba patefacere. q̄ machinis clauſtra per tot annos quatere? Siccentur æthiopidæ pontinæ paludes: tantunq; agri ſuburbanæ reddatur italiæ. Nanq; apud eundem Democritum inuenitur compoſitio medicamenti: quo pulchri boniq; & fortunati gignantur liberi. Cur nunq; perſarum regi talis eſt dedita. Mirum eſt profecto huc uſq; prouectam credulitatem antiquorum ſaluberrimis ortam initiis: ſi in ulla re modum humana ingenia nouiſſent. Atqui nos hanc ipſam medicinam ab Aſclepiade repertam ſuo loco probaturi ceſſemus: euectam ultra magos etiam. Sed hæ eſt omni in re animorum conditio: ut a neceſſariis orſa primū cuncta uenerint ad nimium. Igitur demonſtratarum priore libro hærbarum reliquos effectus dicemus: adiiciemuſq; quas ratio dictauerit. Sed in lichenis remediis atq; tam fœdo etiam malo plura undiq; aceruabimus: quamquam non paucis iam demonſtratis. Medetur ergo plantago trita. Quinquefoliom. Radix albuci ex aceto. Ficulni caules aceto decocti. Hibiſci radix cum glutino & aceto acri decocta ad quartas. Defricantur etiam pumice. & rumicis radix tria ex aceto illinitur. Et flos uiſci cum calce ſubactus. Laudatur & tithymalum cum reſina decoctum. Lichen uero hærba his omnibus præfer: inde nomine inuento. Naſcitur in ſaxoſis folio uno ad radicem lato: caule uno: paruo: longis foliis dependentibus. Hæc delet & ſtigmata. Teritur cum melle. Eſt aliud genus lichenis petris: tantum adhærens ut muſcus: qui & ipſe illinitur. Hic & ſanguinem ſiſtit uulneribus inſtillatus: & collectiones illitus. Morbum quoq; regium cum melle ſanat ore illito & lingua. Qui ita curantur: aqua ſalſa lauari iubentur: ungi oleo amygdalino: hortenſibus abſtinere. Ad lichenas & tapſiæ radice utuntur trita cum melle. Anginæ & argemonia medetur ſumpta ex uino. Et hyſopum cum uino decoctum & gargarizatum. Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis partibus. Proſerpinaca cum muria & ex oleo trita uel ſub lin-

gua habita. Item ſuccus de quinquefolio potus cyathis tribus. Hic & omnibus faucium uitiis medetur gargarizatus. Verbaſcum priuatim tonſilis in aqua potum.

Ad ſtrumas: & ad dygitos: & ad pectus: & ad tuſſim medicinæ. Cap. v.

ſ Trumis plantago. Chelidonia cum melle & axungia. Quinquefolium. Et radix perſolatæ. Itē cum axungia operitur folio ſuo īpoſita. Item artemiſia. Radix mandragoræ ex aqua. Sideritis lata folia clauo ſiniſtra manu circūfoſſa adalligantur cuſtodientia ſanatis: ne rurſus ſata diro hærbariorum ſcelere ut in quibuſdā rebellet. Quod & in iis quos artemiſia ſanauerit prædici reperio. itē I iis Quos plantago Damaſconem quæ & caucalis uocatur ſub ſolſtitio collecta imponitur ex aqua cæleſti folium tritū uel radix cum axungia tuſa: ita ut īpoſita folio ſuo operiatur. Sic & ad oēs ceruicis dolores tumoreſq; quacunq; in parte. Bellis in pratis naſcitur: flore albo aliquatenus rubente. Hanc cū artemiſia illatam efficaciorē produnt. Condurdon hærba ſolſtitialis flore rubro ſuſpenſa in collo cōprimere dicitur ſtrumas. Itē uerbenaca cum plātagine digitorū uitiis oībus: & priuatim pterigiis. Quinquefolium medetur pectoris uitiis. Vel quod grauiſſimū eſt tuſſis: huic medetur panacis radix ī uino dulci. Succus hyoſcyami etiam ſanguinem excreantibus. Nidor quoque accenſi tuſſientibus. Item ſcordotis mixto naſturtio: & reſina cum melle tuſa arida. Facit & per ſe faciles excreationes. Item cētaurium maius & ſanguinem reiicientibus. Cui uitio & plantaginis ſuccus medetur. Et betonica obolis tribus in aqua contra purulentas: contraq; cruentas excreationes. Perſolatæ radix drachmæ pōderis cum pineis nucleis. xi. Peucedani ſuccus pectoris doloribus & acorum ſubuenit. Et ideo antidotis miſcet᷑. Tuſſi daucum. Item ſcythiaca hærba. Ea demū oībus pectoris uitiis tuſſi & purulēta excreantibus obolis tribus in paſſo.

Damaſoniū quod Aliſma uocant.

De uerbaſco & chameleuce uel tuſſilagine: & becchio: & ſaluia. Cap. vi.

t Otidem obolis bibitur uerbaſcum: cuius flos aureus. Tanta huic uis eſt: ut iumentis etiā non tuſſientibus mō: ſed illa quoq; trahentibus auxilie᷑ potus. Quod & de gentiana repio. Radix cacaliæ quæ tuſſilago dici᷑ cōmanducata & in uino madefacta non tuſſi tantū: ſed & faucibus ꝓdeſt. hyſopi quoq; quinq; ramis cū duobus rutæ & ficis tribus decoctis thoracem purgant. Tuſſim ſedat bechion: quæ & tuſſilago dici᷑. Duo eius genera. Silueſtris ubi naſcitur ſubeſſe aquas credunt: & hoc habent ſignum aqu ileges. Folia ſunt maiuſcula q̄ hederæ. v. aut. vii. ſubalbida a terra ſuperne pallida: ſine caule: ſine flore: ſine ſemine radice tenui. Quidam eandem eſſe bechion: & alio nomine chamæleucen putant. Huius aridæ cum radice fumus per arundinem hauſtus aut deuoratus ueterem ſanare dicitur tuſſim. Sed in ſingulos hauſtus paſſum guſtandum eſt. Altera a quibuſdam ſaluia appellatur ſimilis uerbaſco conteritur ea & colata calefacit: atque ita ad tuſſim lateriſq; dolores bibitur. Contra ſcorpiōes eadem & dracones marinos efficax. Contra ſerpentes quoq; ex oleo perungi ea prodeſt. Hyſopi faſciculus cum quadrante mellis decoquitur ad tuſſim.

Ad lateris dolores & pectoris: ad orthopnoeas ad iocinoris dolorē: cordis dolori pulmoni urinæ tuſſi pectori ulceribus renibus epaticis: ad uomitiōes ad ſingultus pleureticis lateri. Cap. vii.

l Ateris & pectoris dolores uerbaſcum cum ruta ex aqua. Betonicæ farina bibitur ex aqua calida. Stomachum corroborat ſcordotis ſuccus: centaurium: gentiana ex aqua potæ. Plantago autem per ſe ſumpta in cibo cum lente halicæue ſorbitione. Betonica alias grauis ſtomacho uitia tamen ſanat pota uel foliis commanducata. Item ariſtolochia pota. Agaricum manducatum ſiccum ut ex interuallo merum ſorbeatur. Nymphea heraclea illita. Peucedani ſuccus. Pſyllion ardoribus imponitur uel cotelydon trita cum polenta: uel aizoum. Molon ſcapo eſt ſtriato foliis mollibus paruis radice quattuor digitorum: in qua extrema allii caput eſt. Vocatur a quibuſdam ſyron: ex uino ſtomacho & diſpnoeæ medetur. Centaurium maius eclegmate. Plantago ſucco uel cibo. Betonicæ tuſæ pondo libra mellis attici ſemuncia ex aqua calida quottidie bibentibus. Ariſtolochia uel agaricō obolis ternis ex aqua calida aut lacte aſini pota. Ciſſanthemos ad orthopnoeas bibitur. Item hyſopum. Et aſmaticis. Peucedani ſuccus in iocinoris doloribus & pectoris lateriſq; ſi febres non ſunt. Sanguinem quoq; expuētibus ſubuenit agaricum uictoriati pondere tritum & in mulſi quinq; cyathis datum. Idem & amomon facit. Iocineri priuatim teucria bibitur recēs drachmis quattuor in poſcę hemina betonicæ drachma una in aqua calida cyathis tribus ad cordis uitia: in frigida cyathis duobus. Quinquefolii ſuccus iocineris & pulmonis uitiis: ſanguinemque reiicientibus & cuicunq; ſanguinis uitio intus occurrit. Iocineri anagalides mire proſunt. Capnion hærbam qui edere: bilem per urinam trahunt. Acoron iocineri medetur thoraci quoq; & præcordiis. Daucum quæ & ephedra: ab aliis anabaſis uocata naſcitur uentoſo fere tractu ſcandens arborem: & ex ramis propendens folio nullo: cirris numeroſa qui ſunt iunci geniculati: radice palida. Datur ex uino nigro auſtero trita ad tuſſim: ſuſpiria tormina & ſorbitione facta in quam uinum addi conuenit. Item gentiana madefacta pridie contrita denarii pondere in uini cyathis tribus. Geum radiculas tenues habet nigras bene olentes. Medetur non modo pectoris doloribus aut lateris: ſed & cruditates

Daucum non legitur in uetuſtis codicibus.

diſcutit iucundo

diſcutit iucōdo ſapore. Verbenaca uero omnibus uiſceribus medetur lateribus pulmonibus iocineribus thoraci. Peculiariter autem pulmonibus & quos ab iis phthiſis temtat. Radix uero hærbæ conſiliginis: quam nuper inuētam diximus: ſuum quidem & pecorum omnium remedium præſens eſt. Pulmonum uitio uel traiecta tantum in auricula. Bibi debet ex aqua: haberiq; in ore aſſidue ſub lingua. Supficies huius hærbæ an ſit in aliquo uſu adhuc incertum eſt. Renibus prodeſt plantaginis cibus. Betonicæ potus. Agaricum potum ut in tuſſi. Tripolium in maritimis naſcitur ſaxis: ubi allidit unda: neq; in mari neque in ſicco folio ſatis craſſiore: palmo alto in mucrone diuiſo: radice alba odorata craſſa calidi guſtus. Dat epaticis in farre cocta. Hæc herba eadem uidetur quibuſdam quæ polium de qua ſuo loco diximus. Syomphona uel cromphena alternis uiridibus roſeiſq; per caulem foliis in poſca ſanguinem reiiciētibus medetur. Ioniceri autē herba melandryum naſcēs in ſegete ac pratis flore albo odorata. Eius cauliculus cōteritur ex uino uetere. Item hærba chalcetum e uineis contrita imponitur. Faciles præſtat uomitiones radix betonicæ hellebori modo quattuor drachmis in paſſo aut mulſo. Hyſopum tritum cū melle utilius præſumpto naſturtio aut irione. Molemonium denarii pondere. Eſt & pſyllibus lacteus ſuccus qui denſatus in gummi ſumitur cum melle ſupradicto pondere præcipueq; bilem trahit. Rurſus ſiſtūt uomitionem cyminum ſiluestre: betonicæ farina ſumuntur ex aqua: abſterguntq; faſtidia: cruditateſque digerunt daucum betonicæ farina ex aqua mulſa: plantago decocta caulium modo. Singultus hemionium ſedat Item ariſtolochia. Suſpiria dimenus. Pleureticis: & paripneumonicis centaurium maius. Item hyſopum bibitur. Pleureticis peucedani ſuccus. Halus autem: quam galli ſic uocant: ueneti cotoneam: medetur lateri: item renibus conuulſiſq; & ruptis. Similis eſt cunilæ bubulæ cacuminibus thymo dulcis: & ſitim ſedat: raræ radicis alibi albæ: alibi nigræ. Eoſdem effectus lateris doloribus habet chamerops: myrteis circa caulem geminis foliis capitibus græculæ roſæ ex uino pota: iſchiaticos dolores & ſpinæ leuat agaricū potum ut in tuſſi. Itē & ſthoecadis aut betonicæ farina ex aqua mulſa.

De omnibus uitiis uentris & remediis: & eorum quæ circa uel intra ſunt: & de aluo ſiſtenda uel ſoluenda. Cap. viii.

p Lurimum tamen negocii humano generi aluus exhibet: cuius cauſa maior pars mortalium uiuit. Alias enim cibos non tranſmittit: alias non continet: alias non capit: alias non cōficit. Eoq; mores uenere: ut hō maxime cibo pereat. Peſſimum corporum uas. Inſtat ut creditor: & ſæpius die appellat. Huius gratia præcipue auaritia expetitur: huic luxuria condit: huic nauigatur ad phaſin: huic profunda uada exquiruntur. Et nemo uilitatem eius æſtimat conſumationis fœditate. Ergo numeroſiſſima eſt circa hanc medicinæ opera. Siſtit eam ſcordotis recentis drachma cum uino trita uel decocta potu. Polemonia quoq; & dyſentericis ex uino datur. Verbaſci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine. Nympheæ heracliæ ſemen cum uino potum. Radix ſuperior e xiphio drachmæ pōdere ex aceto. Semen plantaginis in uino tritum: uel ipſa ex aceto cocta: aut halica ex ſucco eius ſumpta. Item cum lenticula cocta: uel aridæ farina inſperſa potioni cum papauere toſto & trito. Vel ſuccus infuſus aut potus betonicæ in uino ferro calefacto. Eadem cœliacis in uino auſtero datur. Is & iberis imponitur ut dictum eſt. Tenaſmo radix nympheæ heracliæ e uino bibitur. Pſyllum ī aqua cum radicibus decoctum. Aizoi ſuccus aluum ſiſtit: & dyſenterias & tineas rotundas pellit. Symphytis radix dyſenteriam ſiſtit. Item dauci. Aizoum foliis cōtritis ex uino torminibus reſiſtit. Alcmeæ ſiccæ farina torminibus pota cum uino. Aſtragalus folia habet longa inciſuris multis: obliqua circa radices: caules. iii. aut. iiii. foliorum plenos: florem hyacinthi: radices uilloſas: implicatas: rubras: præduras. Naſcitur in petroſis: apricis: & iiſdem niualibus: ſicut pheneo archadiæ. Vis ei ad ſpiſſanda corpora. Aluum ſiſtit radix ī uino pota. quo fit ut moueat urinam repercuſſo liquore: ſicut pleraq; quæ aluum ſiſtunt. Sanat & dyſentericos in uino rubro tuſa. Difficile autem tunditur. Eadem gingiuarum ſuppurationi utiliſſima eſt fotu. Colligitur exitu autumni cum folia amiſerit. Siccatur in umbra. Et ladano ſiſtitur aluus utroq;. Quod in ſegetibus naſcitur contuſo & cribrato bibitur ex aqua mulſa. item nobili e nino. Ledon appellatur hærba ex qua ladanum fit in cypro barbis caprarum adhæreſcens. Nobilius ī arabia. Fit iam etiam in ſyria atq; africa: quod taxicon uocant. Neruos enim in arcu circundatos lanis trahūt adhæreſcente roſcida lanugine. Plura de eo diximus inter unguenta. Hoc grauiſſimum honere eſt: duriſſimum tactu. Plurimum enī terræ colligit: cum probetur maxime purum. odoratum: molle: uiride: reſinoſum. Naturæ ei molliendi: ſiccandi: coquendi: ſomnum alliciendi. Capillum fluentem cohibet nigriciamq; cuſtodit. Auribus cum hydromellite aut roſaceo infunditur. Furfures cutis & manantia ulcera ſale addito ſanat. Tuſſim ueterē cum ſtorace ſumptum. Efficaciſſimum ad ructus. Aluum ſiſtit & chondris: ſiue pſeudodictamum: hypociſthis: orobathion uel orobanche a quibuſdam dictum malogranato immaturo ſimilis. Naſcitur ut diximus ſub ciſtho: unde nomē hoc. Arefacta ī umbra ſiſtit aluum ex uino auſtero nigroq; utraq;. Duo enim genera eius candida & rufa. Vſus ī ſucco ſpiſſat: ſiccat. Et rufa magis ſtomachi rheumatiſmos emē

dat. Pota tribus obolis ſanguinis excreationes. Cum amylo dyſenterias pota & infuſa. Item uerbenaca ex aqua data: aut carentibus febre ex uino amineo coclearibus. v. additis in cyathis tribus uini. Lauer quoq; naſcens n riuis condita & cocta torminibus medetur. Potamogeton uero ex uino dyſentericis etiã & cœliacis: ſimilis betæ: foliis minoribus tantum hirſutioribuſque paulum ſupereminens extra aquam peculiariter refrigerant: ſpiſſant. Vſus in foliis cruribus uitioſis utilia: & cõtra ulcerum nomas cum melle uel aceto. Caſtor hanc aliter nouerat tenui folio uelut æquinis ſetis: thyrſo longo: & leui in aquoſis naſcẽtem Radice ſanabat ſtrumas & duritias. Potamogeton aduerſatur & crocodilis: itaq; ſecum habent eã qui uenãtur illos. Aluum ſiſtit & achillea. Eoſdem effectus præſtat & ſtatice. vii. caulibus ueluti roſæ capita ſuſtinens. Ceratia uno folio: radice nodoſa & magna in cibo cœliacis & dyſentericis medetur. Leontopodiõ alii liceoton: alii doripetron: alii toruentoron uocant: cuius radix aluum ſiſtit: purgatq; bilẽ in aqua mulſa addito pondere denariorum duum. Naſcitur in campeſtri & gracili ſolo. Semen eius potum lymphatica ſomnia facere dicitur. Lagopus ſiſtit aluum e uino pota aut in febri ex aqua. Eadem inguini adalligatur in tumore. Naſcitur in ſegetibus. Multi ſuper omnia laudant ad deploratos dyſentericos quinquefolium decoctis in lacte radicibus & potis & ariſtolochiam in uictoriati pondere in cyathis uini tribus.

Quæ ex ſupradictis calida ſumentur: hæc candente ferro temperari aptius erit. E diuerſo purgat aluum ſuccus centaurii minoris drachma i hemina aquæ cum exiguo ſalis & aceti: bilemq; detrahit. Maiore tormina diſcutiuntur. Betonica aluum ſoluit drachmis quattuor: in hydromelitis cyathis nouem. Item euphorbium uel agaricum drachmis duabus cum ſale modico potum ex aqua aut in mulſo obolis tribus. Soluit & cyclaminos ex aqua pota aut balanis ſubditis. item chamæciſſi balanus. Hyſopi manipulus decoctus ad tertias cum ſale pituitas trahit illitus: uel contritus cum oxymellite & ſale. Pellitq; uentris animalia. Pituitam & bilem detrahit peucedani radix. Aluum purgat anacallis ex aqua mulſa. Item epithymon: qui eſt flos e thymo ſaturciæ ſimilis. Differentiaq; hic hærbaceus eſt: alterius thymi albus. Quidã hypopheon uocant: ac ſtomacho minus utilis. Vomitiones mouet. Sedat tormina: & inflammatiões diſcutit. Summitur ex ea eclegmate ad pectoris uitalia cum melle & aliquando iride. Aluum ſoluit a quattuor drachmis ad ſex cum mellis exiguo ſaliſq; & aceti. Quidam aliter epithymum trahunt ſine radice naſci tenui ſimilitudine pallioli rubens: ſiccari in umbra. Bibi ex aqua acetabuli menſura: Dimidia detrahere pituitam bilemq;. Aluum leniter ſoluit & nymphea in uino auſtero. Soluit & pygmocomon erucæ foliis craſſioribus & acrioribus: radice rotunda: lutei coloris: terram olente caule quadrangulo modico tenui flore ocimi. Inuenitur in ſaxoſis locis. Radix eius in aqua mulſa. xii. põdere denariorum & aluum & bilem & pituitam exinanit. Semen ſomnia tumultuoſa facit una drachma in uino potum. Et capnos ſtrumam diſcutit: detrahit bilem polypodion: quam noſtri filiculam uocãt: ſimilis enim eſt filici. Radix in uſu piloſa: coloris intus herbacei: craſſitudine digyti minimi: acetabulis cauernoſa ceu polyporum cirri ſubdulcis: & in petris naſcẽs: aut ſub arboribus uetuſtis. Exprimitur ſuccus aqua madefacta: & ipſa cõciſa inſpergitur oleri & betæ & maluæ uel ſalſamento: uel cum pulticula coquitur ad aluum leuiter ſoluẽdam: uel in febri. Detrahit bilem & pituitã. Stomachum offendit. Aridæ farina indita naribus polypum conſumit. Floret: & ſemen non fert. Scamonium quoque diſſolutionem facit: bilem detrahit: aluum ſoluit: præterquam ſi adiiciantur aloes drachmæ duæ obolis eius duobus. Eſt autem ſuccus herbæ ab radice ramoſæ pinguibus foliis triangulis albis radice craſſa madida nauſeola. Naſcitur pingui & albo ſolo. Radix circa canis ortum excauatur: ut in ipſa confluat ſuccus: qui ſole ſiccatus digeritur in paſtillos. Siccatur & ipſa uel cortex. Laudatur natione colophonium myſium priennefe. Specie autem nitidum: & q̃ ſimillimum taurino glutini fungoſum tenuiſſimis fiſtulis cito liqueſcens uirus redolens ſuminoſum linguæ tactu lacteſcens: q̃ leuiſſimum cum diluitur albeſcens. Hoc euenit & adulterino: quod fit hærbæ farina & tithymalli marini ſucco in iudæa fere: quod etiã ſtrangulat ſumptum. Deprehenditur guſtu. Tithymallus enim linguã excalfacit bulbi more: nec ante nec poſtea utile. Dedere & per ſe ex aqua uel mulſa & ſale quaternis obolis. Sed utiliſſime cum aloe: ita ut incipiente purgatione mulſum bibatur. Fit & decoctum radicis in aceto ad craſſitudinem mellis: quo lepræ illinũtur. Et caput ungitur in dolore cum oleo. Tithymallum noſtri hærbam lactariam uocant: alii lactucã caprinam. Narrãntq; lacte eius inſcripto corpore cum inaruerit ſi cinis inſpergatur apparere litteras & ita quidam adulteras alloqui malluere q̃ codicillis. Genera eius multa. Primus cognominatur carachias: qui & maſculus exiſtimatur: ramis digytali craſſitudine rubris rugoſis quinq; aut ſex cubitali longitudine a radice foliis pendet: in cacuminibus coma iunci. Naſcitur in aſperis maritimis. Legitur ſemen autumno cum coma: ſiccatum ſole tunditur: & reponitur. Succus uero incipiente pomorum lanugine defractis ramulis excipitur farina erui aut fici: ut cum iis areſcat. Quinas autem guttas ſingulis excipi ſatis eſt. Traduntq; etiam totiẽs purgari hydropicos fico ſumpta: quot guttas lactis excepit. Succus cum colligitur: ne attingat oculos cauendum eſt. Foliis tuſis priore minus efficax. Fit & decoctum e ramis. Eſt & ſemen in uſu cum melle decoctum ad catapocia

ad catapocia ſoluendæ alui gratia. Semen & dentium cauis cæra includitur. Colluuntur & radicis deco-
ctæ uino aut oleo. Illinunt & lichenas ſucco. Bibuntq; eum ut purgent uomitiones : & aluo ſoluta : alias
ſtomacho inutilem. Trahit pituitam ſale adiecto in potu: bilem aphronito. Si per aluum purgari libeat
in poſca. Si uomitione: in paſſo aut aqua mulſa. Media potio tribus obolis conſtat. Ficos a cibo ſumpſiſ
ſe melius eſt. Fauces urit leniter. Eſt enim tam feruentis naturæ: ut per ſe extra corpori impoſitum puſtu
las ignium modo faciat: & pro cauſtico in uſu ſit. Alterum genus tithymalli myrſiniten uocãt: alii caryi
ten foliis myrti acutis & pungentibus: ſed mollioribus: & ipſum etiam in aſperis naſcens. Colliguntur co
mæ eius hordeo turgeſcente: ſiccatæq; in umbra diebus. ix. in ſole inareſcunt. Fructus non pariter mature
ſcit: ſed pars anno ſequente: & nux uocatur. Inde cognomen græci dedere. Demetitur cum meſſium ma
turitate. Lauatum deinde ſiccatur: & datur cum papaueris nigri duabus partibus: ita ut ſit totum aceta
buli modo: minus hic uomitionibus q̃ ſuperior cæteri iidem. Aliqui ſic & folium eius dedere: nucem ue-
ro ipſam in mulſo aut paſſo: uel cum ſeſama. Tradit bilem & pituitam per aluum. Oris ulcera ſanat. Ad
nomas oris folium cum melle eſtur. Tertium genus eſt tithymalli: paralius uocatur ſiue tithymallis fo-
lio rotundo: caule palmum alto: ramis rubentibus ſemine albo: quod colligitur incipiente uua : & ſicca-
tum teritur: ſumiturque acetabuli menſura ad purgationes. Quartum genus heliſcopion appellant : fo-
liis portulacæ: ramulis ſtantibus a radice quattuor aut quinq; rubentibus ſemipedali altitudine ſucci ple-
nis. Hoc circa oppida naſcitur: ſemĩe albo: columbis gratiſſimo: quod colligitur incipiente uua. Nomen
accepit: quoniam capita cum ſole circũagit. Trahit bilem per inferna in oxymellite dimidio acetabulo:
cæteri uſus qui characiæ. Quintũ cypariſſian uocãt ꝓ folioꝝ ſimilitudinẽ: caule gemino aut triplici na
ſcẽtẽ ĩ cãpeſtribus: cui eadẽ uis quæ heliſcopio aut characiæ. Sextũ platyphyllon uocãt: alii corymbiten
alii amygdaliten a ſimilitudĩe. Nec ullius latiora ſunt folia. Piſces necat: aluũ ſoluit: radice: uel foliis: uel
ſucco ĩ mulſo aut aqua mulſa drachmis quattuor. Detrahit priuati aq̃s. Septimũ dẽdroides cognoĩant:
alii cobion: alii leptophyllon in petris naſcens: comoſiſſimum ex oĩbus maxime cauliculis rubentibus: &
ſemine copioſiſſimum: eiuſdem effectus: cuius characias. Apios iſchas ſiue rhaphanoſagria iuncos duos Quattuor
ſiue tres ſpargit in terra rubentes: foliis rutæ: radice cepe: ſed amplior: quare quidam raphanum ſiluestre Theophr.
uocant. Intus habet mammam candidã extra cortices nigros. Naſcitur in montuoſis & aſperis: aliquãdo
& herboſis. Effoditur uere: tuſaque in fictili mergitur. Deiectoq; quod ſupernatat: reliquus ſuccus pur-
gat utraq; parte ſeſquiobolo in aqua mulſa. Sic & hydropicis daẽ acetabuli menſura. Inſpergitur & aridę
radicis farina potioni: aiuntq; ſuperiorem partem eius uomitione biles extrahere: inferiorem per aluum.
Tormina diſcutit: quodcunq; betonica & panaces præterquã a cruditate. Peucedani ſuccus inflationes &
ructus gignit. Acori radix daucumue ſi lactucæ modo ſumatur. Ladanum cyprium potum interaneo-
rum uitiis occurrit. Item gentianæ farina ex aqua tepida fabæ magnitudine. Plantago mane ſumpta dua
bus linguis & tertia papaueris in uini non ueteris cyathis. iiii. datur in ſomnum euntibus addito nitro ſeu
polenta. Simul ſi poſt cibum detur. Colo infunditur hemina ſucci: uel in febri. Agaricum potum obolis
tribus in uini ueteris cyatho uno lyeni medetur. E panace omnium generum radix in mulſo : ſed teucria
præcipue pota arida & decocta quantum manus capiat in aceti heminis tribus. Ad uulnus illinitur eadẽ
cum aceto: aut ſi tolerari non poſſit ex ficu uel aqua. Pelemonia bibitur ex uino. Betonicæ drachma ĩ oxy
melitis cyathis tribus. Ariſtolochia contra ſerpentes. Argemonia. vii. diebus in cibo ſumpta lienem con-
ſumere dicitur. Agaricum in aceto mulſo obolis duobus. Nymphea heracliæ radix in uino pota & ipſa
conſumit. Ciſſanthemus drachma bis die ſumpta in uini albi cyathis duobus per dies. xl. lienem dicitur
paulatim emittere per urinam. Prodeſt & hyſopum cum ficu decoctum. Lõchitidis radix decocta prius
q̃ ſemen emittat. Peucedani quoq; radix decocta & lieni & renibus. Lien acoro poto conſumitur. Præcor
diis & ilibus utiliſſimæ radices. Climeni ſemen potum diebus. xxx. pondere denarii in uino albo. Betoni-
cæ farina ex melle & aceto ſcyllite pota. Radix lonchitidis in aqua & teucrium illinitur. Item ſcordium
cum cæra: agaricum cum farina fœnogræci ueſicæ malis: contra calculos grauiſſimis cruciatibus: ut dixi
mus: auxilio eſt. Polemonia ex uino pota: item agaricum. Plantago radice uel foliis potis ex paſſo. Et be
tonica ut in iocinere diximus. Item ramici pota atq; illita. Eadem ad ſtrangurias efficaciſſima ad calculoſ
quidam betonicam & uerbenacam & milleſolium æquis portionibus ex aqua pro ſingulari remedio bi-
bere ſuadent. Strangurias diſcutere & dictamum certum eſt. Item quinquefolium decoctum ad tertias
in uino ictericis dari atque illini utiliſſimum eſt. Xiphii quoq; radix ſuperior urinam ciet infantibus. En-
terocœlicis datur ex aqua: & illinitur ueſicæ uitiis. Peucedani ſuccus infantium ramici: & umbilicis emi-
nentibus pſyllion illinitur. Vrinam cient anagallides: achoriq; radicis decoctum: uel ipſa trita potaq;: &
omnia ueſicæ uitia ſanat: & calculos hærba & radix cotelidonis. Itemq; genitalium inflammationem pa
ri pondere: & caulis & ſeminis & myrrhæ. Ebulom tenerum cum foliis tritum ex uino potum calculos
pellit. Impoſitum teſtes ſanat. Erigeron quoq; cum farina thuris & uino dulci: teſtium inflammationes



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 388 sur 536

ſanat. Symphyti radix illita enterocelas cohibet: aufert & genitalium nomas hypociſthis alba. Artemi
ſia quoque datur contra calculos ex uino dulci: ad ſtranguriam. Dolores ueſicæ ſedat ex uino nymphex
heracliæ radix. Eadem uis crethmo ad Hippocrate admodum laudata. Eſt autem inter eas quæ edũtur

Spcieſq; ẽ Batis hortenſis

ſiluestrium hærbarum. Hancq; certe apud Callimachum apponit ruſtica illa hecale. Speciesq; elatæ hor-
tenſis. Caulis palmum unum altus. Semen feruens odoratum ceu libanotidis rotundum. Siccatum rũ-
pitur. Habet intus nucleum candidum: quem aliqui cachryn uocant: folio pingui: albicante: ueluti oliuæ
craſſiore: & ſalſo guſtu: radices digiti craſſitudine tres aut quattuor. Naſcit̃ in maritimis petroſis. Eſtur
crudum coctumue cum olere odorati ſaporis & iucundi. Seruatur etiam in muria: præcipueq; eius uſus
ad ſtranguriam folio uel caule aut radice ex uino. Colorem quoque corporis gratiorem facit. Verum lar
gior quoque inflationes. Aluum ſoluit decocto. Vrinamque: & a renibus dolorem trahit. Sic & alcimeæ
ſiccæ farine in uino pota ſtranguriam tollit: efficacius addito dauco. Lieni quoque utilis. Aduerſus ſerpẽ
tes bibitur. Iumentis quoque in pituita aut ſtranguria hordeo inſperſa ſuccurrit. Anthyllion eſt lẽti ſimi
lima: quæ in uino pota ueſicas uitiis liberat. Sanguinem ſiſtit. Altera eſt anthylis chamæ pityos ſimilis:
flore purpureo: odoris grauis: radice intubi: uel magis cepea: ſimilis portulacæ: nigriore radice: ſed inuti
li: naſcens in littoribus harenoſis: guſtu amara. In uino cum aſparagi radice ueſicæ plurimum prodeſt.

Corion. Dioſ. in ſiliqua minoribu ac rubẽtibus paralyticiſ Dioſc.

Eadem præſtat hypericon: quam alii chamæpityn: alii coricon appellant: oleraceo frutice: tenui: cubitali
rubente: folio rutæ: odore acri: ſemine ſiliquæ: nigro matureſcente cum hordeo. Natura ſemini ſpiſſandi.
Aluum ſiſtit. Vrinam cit. Ad calculos ueſicæ cum uino bibitur. Eſt aliud hypericon: quod alii corin ap-
pellant: folio tamarici: & ſub ea naſcitur: ſed pinguioribus foliis & minus rubentibus: odoratum palmo
altius: leniter ſuaue: aculeatum. Vis ſemini excalfactoria: & ideo inflationem facit enterocœlicis: ſed ſto-
macho non inutile: præcipuum ad ſtranguriam ſi exulcerata non ſit ueſica. Medetur & pleuriticis ex ui-
no potum. Veſicæ autem callitrichon trita ſimilis cumino medetur: & data ex uino albo. Verbenaca
quoque foliis decocta ad tertias: uel radix eius e mulſo calido calculos eiicit. Itemque perpreſſa: quæ arre
tii & in illyrico naſcitur: ĩ aqua decocta e tribus heminis ad unum & pota. Trifolium ex uino ſumptum
& chryſanthemum primum. Anthemum quoq; calculos eiicit paruis e radice foliis quinis: caulibus lon-

Lau et

gis duobus: flore roſeo: radices tritæ per ſe: ceu lauer crudum. Silaus naſcitur glareoſis & perennibus ri-
uis: cubitalis: apii: ſimilitudine. Coquitur ut olus accidum: magna utilitate ueſicæ. Quæ ſi ſcabiem ſen-
tiat: panacis radice ſanatur Aliter inutili ueſicis. Calculos pellit malum erraticum radicis libra in uini cõ

Conyza

gio decocta ad dimidias. Inde heminæ ſumuntur per triduum. Reliquum ex uino cum zio: & urtica ma
rina: & daucum: & plantaginis ſemen ex uino. Et hærba fuluiana trita ex uino: quæ & nomen inuentoris
habet nota tractantibus urinas cit. Scordion teſtium tumores ſedat. Hyoſcyamum genitalibus mede-
tur. Peucedani ſuccus ex melle & ſemen ſtranguriæ. Agaricum obolis tribus in uini ueteris cyatho uno.
Trifolii radix drachmis duabus in uino: dauci una drachma uel ſeminis. Iſchiadici & ſemine & foliis ery
thridani tritis ſanantur panace pota. Et ĩ fricata polemonia ariſtolochiæ decoctæ foliis. Agarico quidem
& neruus qui platys appellatur: atq; humerorum dolor ſanatur obolis tribus in uini ueteris cyatho uno
poto. Quinquefolium iſchiadicis: & bibitur & imponitur. Item ſcamonia decocta cum hordei farina.
Semen hyperici utriuſque bibitur ex uino. Sedis uitia & attritus celerrime ſanat plantago. Condyloma-
ta uero quinquefolium. Sedem conuerſam cyclamini radix ex aceto. Anagallides cærulea procidentia ſe
dis retro agit. E diuerſo rubens proritat. Cotelydon cõdylomata & hemorrhoidas mire curat. Teſtium
tumores acori radix decocta in uino tritaq; & illita. Intertrigines negat fieri Cato abſinthium ponticũ ſe
cum habentibus.

## De pulegio & argemone. Cap. x.

a

Lii adiiciunt: & pulegium: quod ieiunus quis legerit: ſi poſt ſe alliget Inguinis dolores prohi-
bet: aut ſedat cœptos inguinaria: quam quidam argemonem uocant: paſſim in uepribus na-
ſcens. Vt proſit inguinibus in manu tantum habenda eſt. Panas ſanat panaces cum melle.
Plantago cum ſale. Quinquefolium. Perſolatæ radix ut in ſtrumis. Item damaſonium. Verbaſcum cũ
ſua radice tuſum uino aſperſum folioque inuolutum: & ita in cinere calfactum: ut imponatur calidum
Expertique affirmauere plurimum remedium eſſe: uirgo imponat nuda ieiuna ieiuno: & manu ſupina
tangens dicat. Negat Apollo peſtem poſſe creſcere: quam nuda uirgo reſtinguat: atque ita retrorſa
manu ter dicat: totienſque diſpuant ambo. Medetur & radix mandragoræ ex aqua: radicis ſcamoniæ
decoctum cum melle. Sideritis cum adipe ueteri: uel chryſippea cum ficis pinguibus: quæ hoc ab inuẽ
tore habet nomen.

## De nymphea & abſtinentia & appetentia ueneris: & de ſatyrio erythrococo: & crate-gi: & ſideriti. Cap. xi.

Venerem in totum

u

Enerem in totum adimit(ut diximus)nymphea heracliá:eadem ſemel poto in.xl.dies inſomnia quo ueneris a ieiuno pota & in cibo ſumpta. Illita quoq; radix genitalibus inhibet non ſolum uenerem: ſed affluentiam geniturae: ob id corpus alere uocemq; dicitur. Appetentiam ueneris facit radix e xiphio ſuperior data potu in uino. Item quam cremon agrion appellant. Et orminos agrios cũ polenta contritus. Sed iter pauca mirabilis eſt orchis herba: ſiue ſarapias: foliis porri: caule palmeo flore purpureo: gemina radice: teſticulis ſimili: ita ut maior: ſiue(ut aliqui dicunt)tenuior: ex aqua pota excitet libidinẽ: minor ſiue mollior e lacte caprino inhibeat. Quidã folio ſcyllae eſſe dicũt leuiori ac minori: caule ſpinoſo. Eiuſq; radices ſanant oris ulcera: thoracis pituitas aluum ſiſtunt e uino potae. Concitatricem uim habet ſatyrion. Duo eius genera: una longioribus foliis q̃ oleae: caule quattuor digytorũ flore purpureo: radice gemina ad formam hominis teſtium alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion orchis cognominatur: & foemina eſſe creditur. Diſtinguitur internodiis & ramoſe frutice: radice faſcinis utili. Naſcitur fere iuxta mare. Haec tumores & uitia partiũ earum erumpentia cum polenta illita ſedat: uel per ſe trita. Superioris radix in lacte ouis colonicae data: neruos intendit. Eadem ex aqua remittit. Graeci ſatyrion: foliis lilii rubri minoribus & tribus nõ amplius e terra exeuntibus tradunt: caule leui cubitali nudo radice gemina: cuius iſerior pars & maior mares gignit: ſuperior ac minor foeminas. Eſt & aliud genus ſatyrion erythrococcon appellãt: ſemine uiticis: maiore: leui: durae radicis: cortice rubro: intus album includitur: ſapore ſubdulci. Fertur in mõtoſis inueniri. Venerem etiam ſi omnino manu teneatur radix ſtimulat. Magis adeo ſi bibatur in uino auſtero. Arietibus quoq; & hircis ſegnioribus in potu dari. Et a ſarmatis equis ob aſſiduum laborem pigrioribus in coitu: quod uitium proſedamũ uocant. Vim eius reſtinguit aqua mulſa aut lactuca ſumpta. In totum quidẽ graeci cum cõcitationẽ hãc uolunt ſignificare: ſatyrion appellant. Sic & crategin cognominãtes & teliconon: quarum ſemen teſtium ſimile eſt. Tithymalli quoq; ramoꝝ medullam habentes ad uenerem proniores fieri dicuntur. Prodigioſa ſunt quae circa hoc tradit Theophraſtus auctor alioquin grauis: ſeptuageno coitu durare libidinem contactu haerbae cuiuſdã: cuius nomen ſpeciemq; nõ poſuit. Sideritis adalligata uarices minuit: & ſine dolore praeſtat. Podagrae morbus rarior ſolebat eſſe non modo patrum auorũq; memoria: uerũ etiam noſtra Peregrinus & ipſe. Nam ſi italiae fuiſſet antiquitus: latinum nomen inueniſſet. Inſanabilis non eſt credendus. Quippe quoniã in multis & ſponte deſinit: & in pluribus curatur. Medentur panacis radices cum uua paſſa: ſuccus hyoſcyami cum farina: uel ſemẽ ſcordion ex aceto: Iberis uti dictum eſt. Verbenaca cũ axungia trita cyclamini radix: cuius decoctum & pernionibus ꝓdeſt. Podagras refrigerat radix e xiphio Semen e pſyllio. Cicuta cũ lythargyrio aut axungia. Aizoum in primo impetu podagrae rubentis: hoc ẽ calide. Vtrilibet uero conuenit erigeron cum axungia. Plantaginis folia trita addito ſale modico. Argemonia tuſa ex melle. Medetur & uerbenaca illita: aut ſi pedes macerent in eius decocto. Eſt & lappago ſimilis anagallidi: niſi eſſet ramoſior ac pluribus foliis: aſpera: rugoſa: aſperioris ſucci: grauis odoris: quae talis eſt mollugo uocatur. Similis & aſperioribus foliis aſparago. Superioris ſuccus expreſſus pondere .xi. denariorum in uini cyathis duobus quottidie ſumitur. Praecipue uero liberat eo malo phycos thalaſſion: ideſt fucus marinus lactucae ſimilis: qui conchyliis ſubſternitur: non podagrae modo: ſed omnibus articulorum morbis ĩpoſitus priuſq̃ exarcebat. Tria autẽ genera eius. Latum. Et alterum lõgius: quadantenus rubens. Tertium criſpis foliis: quo in creta ueſtes tinguntur: omnia eiuſdem uſus. Nicander eam & aduerſus ſerpentes in uino dedit. Salutare eſt & ſemen eius haerbae: quam pſyllion appellauimus: madefactum aqua admixtis in heminam ſeminis reſinae colophoniae coclearibus duobus: thuris uno. Laudantur & mandragorae folia cum polenta tuſa.

Medicinae generales de pedibus: talis: articulis: neruis: & remedia contra morbos qui totũ corpus occupat: & de myrtido. & uigiliis: & paralyſi: & de febribus frigidis: & febre iumentorũ & freneticis: & chamaeacta: & aizoo: & igne ſacro. Cap.xii.

t

Alis uero tumentibus limus aquaticus cum oleo ſubactus mire ꝓdeſt. Articulis ſuccus e centaurio minore. Idem neruis utiliſſimus. Item centaurium. Betonica neruis diſcurrentibus per ſcapulas humeris: ſpinae: lumbis pota ut in iocinere. Articulis quinquefolium impoſitũ. Mandragorae folia cum polenta: uel radix recens tuſa cum cucumere ſiluestri: uel decocta in aqua. Cubitorum ac pedum rimis polypodii radix. Articulis ſuccus hyoſcyami cum axũgia. Amomi ſuccus cum decocto. Item centũculus decocta: uel muſcus recens ex aqua obligatus dõnec inareſcat. Item lappae boariae radix e uino pota. Cyclaminos decocta in aqua perniunculos curat: omniaq; alia frigoris uitia. Perniunculos curat & cotelydon cum axungia. Folia ex batrachio. Epictymi ſuccus. Clauos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo. Verbenaca ex uino. Nunc peractis malis quae membratim ſentiuntur: dicemus de iis quae totis corporibus graſſantur. Remedia autem haec communia inuenio. Ante omnes pota dodecatheum de qua diximus. Deinde panacis omnium generum radices peculiariter longinquis

morbis. Et ſemen interaneorum uitiis. Ad omnes uero corporis dolores ſuccum e ſcordio. Item betoni-
cæ: quæ pota colorem plumbeum corporis priuatim emēdat: gratioremq; reducit. Geranion aliqui myr
rhin: alii myrrhida appellant. Similis eſt cicutæ foliis minutioribus: & caule breuiori rotūdo: ſaporis &
odoris iucundi. Noſtri ſic eam tradunt. Græci foliis candidioribus pauloq̄ maluæ: caulibus tenuiori
bus & piloſis: ramoſam & interuallis binum palmorum & in iis foliis: īter quæ in cacuminibus capitula
ſunt gruum. Alterum genus foliis anemones: diuiſuris longioribus: radice mali modo rotunda: dulci:
reficientibus ſe ab imbecillitate utiliſſima: & fere talis uera eſt. Bibitur contra phthiſin drachma ī uini cya
this tribus bis die. Item contra inflationes: quæ & cruda idem præſtat. Succus radicis auribus medetur:
Opiſthotonicis ſemē drachmis quattuor cum pipere & myrrha potum phthiſin ſanat: & plantaginis ſuc
cus: ſi bibatur. Et ipſa decocta in uino cum ſale & oleo a ſomno matutino refrigerat. Eadem datur iis:
quos atrophos uocant interpoſitis diebus. Betonica phthiſicis eclegmate cum melle fabæ magnitudine.
Agaricum potum duobus obolis in paſſo uel dauco cum centaurio maiore in uino. Phagedenis quod
nomen ſine modo eſurientium eſt: & alias ulcerum: tithymalli medentur cum ſeſamis ſumpti. Inter ma
la uniuerſi corporis uigiliæ ſunt pleriſq;. Harum remedio monſtratur panaces: clymenos ariſtolochia:
& odore: & perunċto capite. Aizoum ſiue ſedum ſi inuolutum panno nigro ignorantis puluino ſubiicia
tur: oenothera ſiue onuris hylaritatem afferunt in uino. Amygdalino eſt folio: flore roſaceo: fruticoſa:
longa radice: & cum ſiccata eſt uinum olente. Hæc in potu data feras quoq; mitigat. Cruditates quæ
nauſeam faciunt digerit betonica. Eadem pota a cœna concoctionem facit in oxymelitis cyathis tribus
drachmæ pōdere: & crapulam diſcutit. Item agaricum poſt cibos in aqua calida potum. Paralyſin beto
nica ſanare dicitur. Item iberis ut dictum eſt. Eadem & torpentibus membris prodeſt. Item argemonia
omniaq; quæ periclitentur ſecari diſcutiendo. Comitiales ſanantur panacis: quam heracleam diximus:
radice pota cum coagulo uituli marini: ita ut ſint panacis tres partes. Plantago pota. Betonica in oxyme
litis drachma: uel agarici obolis tribus. Folia quinquefolii ex aqua. Sanat & archezoſtis: ſed cū ammeo
pota. Sanat & bacaris radix arida in puluerem contrita cyathis tribus cum coriandro in aqua calida. Et
centūculus trita in aceto aut melle aut in aqua calida. Verbenaca ex uino pota. Hyſopi baccæ ternæ con
tritæ & in aqua potæ diebus ſexdecim. Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis portionibus po-
tum. Quinquefolii contrita folia ex uino ſumpta diebus. xxx. ī betonicæ farinæ pondo denariorum. xiii.
cum aceti ſcyllitici ciatho mellis attici uncia. Scamonium obolis duobus cum caſtorei drachmis quattu
or. Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua. Tertianas ſideritis cum oleo. Item lada
num: quod in ſegetibus naſcitur contuſum. Plantago ex aqua mulſa duabus horis ante acceſſiōem pota
binis drachmis. Vel ſuccus radicis madefactæ uel tuſæ. Vel ipſa radix trita in aqua ferro calfacta. Qui-
damque terńas radices in tribus cyathis aquæ dedere. Iidem in quartanis quaternas fecerunt. Bugloſſo
inareſcente ſi quis medullam e caule eximat: dicatq; ad quem liberandum febre id faciat: & alliget ei ſe-
ptem folia ante acceſſionem aiunt a febre liberari. Itemque betonicæ drachmam in aquæ mulſæ cya-
this tribus uel agaricum maxime in iis febribus quæ cum horrore ueniunt. Quinquefolii folia quidam
terna tertianis dedere: quaterna quartanis: plura cęteris: aliis omnibus obolis tribus cum pipere ex aqua
mulſa. Verbenaca quidem & iumentorum febribus in uino medetur. Sed in tertianis a tertio geniculo ī
ciſa: quartanis a quarto. Bibitur & ſemen hyperici utriuſq; in quartanis: & horroribus betonicæ farina:
quæ omnes horrores coercet. Item panaces adeo ex calfactoria natura ut per niuem ituris bibere: id ac
perungi eo præcipiant. Et ariſtolochia perfrictionibus reſiſtit. Phreniticos ſomnus ſanat: qui contingit
peucedano ex aceto capiti infuſo anagallidum ſucco. E diuerſo lethargicos excitari labor eſt. Hoc præ-
ſtat euphorbium (ut perhibent) ex aceto naribus tactis peucedani ſucco. Contra inſanias betonica bibi-
tur. Carbunculos rumpit panaces. Sanat betonicæ farina ex aqua aut braſſica cum thure frequenti potu
calidæ: uel e carbone in conſpectu extincto fauilla digito ſublata & illita: uel plantago tuſa. Tithymal-
lus characites hydropicos ſanat. Panaces: plantago in cibo: cum prius panem ſiccum commederint ſine
potu. Betonica drachmis duabus in duobus cyathis uini aut mulſi. Vel agaricum: uel ſemen lonchiti-
dis duabus linguis ex aqua potum. Pſyllium ex uino. Anagallidum ſuccus. Cotelydonis radix ex mul-
ſo. Ebuli recentis radix excuſſa tantum nec colluta quantum duo digyti comprehendant: ex uini ueteris
calidi hemina. Trifolii radix drachmis duabus in uino. Tithymallum: platyphyllon cognomine. Semē
hyperici: quod coris appellatur. Actæ quam quidā eſſe ebulum putant radice contrita in uini cyathis tri
bus ſi febris abſit: uel ſemine ex uino nigro. Itē uerbenaca faſciculo manus plenæ decocta in aqua ad di-
midias. Præcipue tamen chamæactæ ſuccus aptiſſimus creditur. Eruptiones pituitaſque emendat plan-
tago. Cyclamini radix cum melle. Ebuli folia contrita & e uetere uino impoſita etiam boam ſanant: id-
eſt rubentes papulas. Pruriginem ſuccus ſtrychni illitus. Igni ſacro medetur aizoum. Folia trita cicutæ.
Mandracoræ radix. Siccatur in aere ut cucumis: primoq; ſuper muſtū ſuſpendit̄: mox in fumo: dein tū-
ditur in uino

ditur in uino aut aceto. Prodeſt & uino myrteo fouere mētæ ſextans: uiui ſulphuris uncia ex aceto ſimul
trita: fuligo ex aceto. Ignis ſacri plura ſunt genera. Inter quæ medium hoīem ambiens: qui zoſter appella
tur: & enecat: ſi cinxerit. Medetur plantago cum creta cymolia & periſtereos p ſe. Radix perſolatæ. Aliis
quæ ſerpunt cotelydonis radix cum mulſo. Aizoum. Succus linozoſtis ex aceto.

Ad luxata mēbra: & contra morbū regium: & cōtra furunculos & fiſtulas & inflationes & ambuſtio
nem: & contra alios morbos ad neruos & ſanguinem. Cap. xiii.

Adix polypodii illita luxatis medetur. Doloremq; & tumores tollunt ſemen pſyllii. Folia plā
r taginis tuſa: ſale modico addito. Verbaſci ſemen ex uino decoctum & contritum. Cicuta cum
axungia. Folia ephemeris tuberibus atq; tumoribus. Illinūturq; etiam: dum diſcuti poſſunt.
Morbū regium in oculis præcipue mirari eſt tenuitatem illam denſitatemq; tunicularum felle ſubeunte.
Hippocrates a ſeptimo die ī febre mortiferum ſignum eſſe docuit. Nos ſcimus uixiſſe aliquos etiam ab
hac deſperatione. Fit uero & circa febres: īpugnanturq; centario maiore (ut diximus) poto. Betonica aga
rici obolis tribus ex uini ueteris cyatho. Item uerbenacæ folio obolis tribus ex uini calidi hemina quatri-
duo. Sed celerrime quinquefolii ſuccus medetur tribus cyathis potus cum ſale & melle. Cyclamini radix
drachmis tribus bibitur in loco calido: & perfrictionibus tuto: ſudores enim felleos mouet. Folia tuſſila
ginis ex aqua. Semen linozoſtis utriuſq; inſperſum potioni: uel cum abſinthio aut cicere decoctum. Hy
ſopi baccæ cum aqua potæ. Lichen herba ſi cum ſumitur: cætero olere abſtineatur. Polytrix in uino data
Struthiō in mulſo. Paſſim & in quacunq; parte ac maximo incōmodo naſcūtur: qui furunculi uocantur:
mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio ſunt pignocomi folia trita cum polenta
ſi nondum caput fecerint. Diſcutiunt & folia ephedri illita. Fiſtulæ quoq; in omni parte ſerpunt: medi-
corum uitio maleſectis corporibus. Auxilio eſt centaurium minus: collyriis cum melle decocto additis.
Plantaginis ſuccus infuſus. Quinquefolium cum ſale & melle. Ladanum cum caſtoreo. Cotelydon cum
medulla ceruina calefacta impoſita. Verbaſci radicis medulla collyrii tenuitate in fiſtulam additur. Vel
ariſtolochiæ radix. Vel ſuccus tithymalli. Collectiones inflāmationeſq; ſanant argemoniæ folia illita.
Duritias & collectiones omnes uerbenaca uel quinquefolium: decoctumq; in aceto uerbaſci folia uel ra-
dix. Hyſopum e uino impoſitum. Acori radix decocto eius hærbæ fouentibus. Aizoum. Itē quæ contu-
ſa ſint: duritiaſq; & ſinus corporis & tela omnia infixa corpori extrahunt. folia tuſſilaginis. Daucum. Se
men leontopodi tritum in aqua cum polenta. Suppurationibus imponūtur pignocomi folia trita cū po
lenta: uel ſemen. Item orchis. Vitia quæ ſunt in oſſibus ſatyrii radice impoſita efficaciſſime ſanari dicunt
Nomæ & collectiones omnes fuco maris priuſquā inareſcat. Et alcmeæ radix collectiones diſcutit. Am-
buſta ſanant plātagine arctio: ita ut cicatrix fallat. Folia eius in aqua decocta & cōtrita illinunt. Radices
cyclamini cū aizoo. Hærba ipſa hyperici: quod coriſſum appellauimus. Neruis & articulis conuenit plā Corion
tago trita cum ſale. Argemonia tuſa ex melle. Peucedani ſucco perunguntur ſpaſtici: tetanici. Neruorum
duriciæ egilopis ſucco. Doloribus erigeron ex aceto illinitur. Epithymo ſpaſticis & opiſthotonicis perun
gi: ſemine hyperici: quod coris uocatur. Idemq; bibere prodeſt. Phrynion dicitur etiā abſciſſos ſanare ner
uos ſi confeſtim īponatur trita uel māſa. Spaſticis tremulis opiſthotonicis alcmeæ radix bibitur ex aqua
mulſa. Sic & rigores excalfacit. Sanguinis profluuium ſiſtit hærbæ peoniæ ſemen rubrum. Eadem & in
radice uis. Cyclaminos uero ſi ore ſanguis reiiciatur: ſiue e naribus: ſiue aluo fluat: ſiue fœminarum ute-
ro. Item lyſimachia pota uel illita: uel naribus indita. Item plantaginis ſemen. Quinquefolium potum
& illitum. Cicutæ ſemen in nares ſi inde fluat tritum ex aqua & inditum. Aizoum. Aſtragali radix ſiſtit.
Et iſchemon. Et achillea.

De hærba equiſeto: & ſtephanomeli: & eriſitale: & contra uermes. Cap. xiiii.

Quiſetum hippuris a græcis dicta & ī pratis naſcēs uituperata a nobis. Eſt aūt pullulus terræ Pilus uel
e equinæ ſetæ ſimilis lieneis curſoq; extinguit decocta fictili nouo ad tertias quātum uas capiat: capillus
& per triduū heminis pota: unctis eſculentis ante diē unum īterdicit. Græcoq; uaria circa hāc
opinio. Alii pini foliis ſimilē nigricantē eodem nomine appellant: uim eius ammirabilem tradentes: q; et
ſanguis pfluuia uel tacto eo tantū homine ſiſtat: alii hippurin: alii ephydron: alii anabaſin uocant. Tra-
duntque iuxta arbores naſci & ſcandentem eas depēdere comis iunceis multis nigris ut eſt equorum cau
da geniculatis ramis folia habere pauca: tenuia: exigua: ſemen rotundum: ſimile coriandro: radice li-
gnoſa: naſci in arbuſtis maxime. Vis eius ſpiſſare corpora. Succus ſanguinem in naribus fluentem in
cluſus ſiſtit. Item aluum. Medetur dyſentericis in uino dulci potus cyathis tribus. Vrinam cit. Tuſſim
orthopnoeam ſanat. Item rupta: & quæ ſerpunt. Inteſtinis & ueſicæ folia bibuntur. Enterocelen co-
hibet. Faciunt & aliam hippurin breuioribus & mollioribus comis candidioribuſq; per q̄ utilem iſchia-
dicis: & uulneribus ex aceto impoſitam: propter ſanguinem ſiſtendum. Et nymphea trita plagis impo-
nitur. Peucedanum cum ſemine cupreſſi bibitur: ſi ſanguis per os redditus eſt: fluit que ab infernis. S-

deritis tantam uim habet: ut q̃uis recenti gladiatoris uulneri illigata ſanguinem claudatur. Quod facit
& ferulæ cinis uel carbo. Fũgus uero etiam efficatius: qui ſecundum radicem eius naſcitur. Per nares au-
tem fluenti & cicutæ ſemen tritum ex aqua inditumq; efficax habetur. Item ſtephanomelis ex aqua. Beto
nicæ farina e lacte caprino pota ſiſtit ex ubere fluentem. Plãtagoq; contuſa. Eiuſdem ſuccus uomentib9
ſanguinem datur. Ad erraticum autem radix perſolatæ cum axungia uetere illita. Potatur a ruptis con-
uulſis & ex alto deiectis cẽtaurium maius. Gentianæ radix trita uel decocta uel ſuccus betonicæ. Et hoc
amplius addo: iocineris aut lateris contortionibus: panaces ſcordion ariſtologia pota cum agarico. Item
contuſis & euerſis potum duobus obolis in mulſi cyathis tribus. Aut ſi febris ſit in aqua mulſa uerba-
ſcum: cuius flos ſimilis auro ẽ. Acori radix. Aizoum omne. Sed e maiori ſuccus efficaciſſime. Item ſym
phyti radices uel decoctum. Daucum crudum. Eryſithale eſt flore luteo foliis achanti. Bibitur e uino.
Item chamerops: & in ſorbitiones irio uel plantago omnibus modis. Item phthiriaſi: quo Sylla dicta-
tor conſumptus eſt. Naſcuntur quoq; ĩ ſanguine ipſo hominis animalia exeſura corpus. Reſiſtitur uuæ
taminiæ ſucco aut ueratri cum oleo perunctis corporibus. Taminia quidem in aceto decocta etiam ue-
ſtes eo tedio liberat.

De ulceribus: & ad plagas: & de polycnemo. Cap. xv.

Lcera multorum ſunt generum: ac multis modis curantur. Panacis oĩum generum radix ex ui
u no calido illinitur manantibus. Siccat priuatim quam chironiam diximus. Cum melle trita tu-
bera aperit: ulceribuſq; quæ ſerpunt. Deploratis auxilio eſt cum æris flore uino temperata oĩb9
modis uel flore uel ſemine uel radice. Eadem cum polẽta uetuſtis uulneribus prodeſt. Heracleon quoq;
ſidereon. Apollinaris. Pſyllium. Tragacãtha. Scordotis cum melle purgat. Farina eius carnis excreſcen
tes per ſe inſparſa conſumit. Polemonia ulcera: quæ cacoethe uocant ſanant. Centaurium maius inſpar-
ſum uel illitum. Item minoris coma decocta uel trita uetera quoq; ulcera purgat & perſanat. Foliculi cli
meni recentibus plagis imponuntur. Illinitur autem gentiana ulceribus quæ ſerpũt radice tuſa uel deco-
cta in aqua ad melis craſſitudinem: uel ſucco uulneribus: Ex ea factum lichiũ. Lyſimachia recẽtibus pla
gis medetur. Plantago omnium generum ulceribus: peculiariter fœminarum ſenum & infantiũ. Igne
mollita melior: & cum cæroto craſſa ulcerum labra purgat. Nomas ſiſtit. Et tritam ſuis foliis integere
oportet. Suppurationes: collectiones: ſinus ulcerum. Chelidonia quoq; ſiccãtur ulcera adeo: ut etiam
pro ſpodio utant̃ eadẽ iam deſperatis cum axũgia imponitur. Dictamũ pota ſagittas pellit: & alia tela
extrahit illita. Bibitur ex aquæ cyatho foliorum obolo. Proxime pſeudodictamum. Vtraq; etiam ſup
purationes diſcutit. Ariſtolochia quoq; putrida ulcera exeſt. Sordida expurgat cum melle: uermeſq;
extrahit. Itemq; clauos in ulceribus natos. Et infixa corpori omnia: præcipue ſagittas & oſſa fracta cum
reſina. Caua uero ulcera explet per ſe. Et cum iride recẽtia uulnera ex aceto. Vetera ulcera uerbenaca qn
quefolium cum ſale & melle. Radices perſolatæ uulneribus ferro illatis recentibus ĩponunt̃: folia ueteri
bus. Cum axungia utraq; & ſuo folio operitur. Damaſonium autem & ĩ ſtruma. Folia uerbaſci ex aceto
aut uino. Periſterios ad omnia genera uel calloſorum putreſentiumq; ulcerum facit. Manãtia nymphæ
heracliæ radix ſanat. Item cyclamini radix uel per ſe: uel ex aceto: & cum melle. Eadem & contra ſteato-
mata efficax: ſicut ad ulcera manãtia hyſopum. Itẽ peucedanũ cui ad recẽtia uulnera tãta uis eſt: ut ſaniẽ
oſſibus extrahat. Præſtant hoc & anagalides: cohibẽtq; quas uocant nomas: & rheumatiſmos. Vtiles &
recentibus plagis: ſed præcipue ſenum corpori. Cum cæroto apoſtemata & ulcera tetra folia mãdragoræ
recentia. Radix uulnera cũ melle aut oleo. Cicuta cõſiligini mixta mero. Aizoum herpetas quoq; & no-
mas ac putreſcẽtia: ſicut erigeron uermioſa. Recentia autem uulnera aſtragali radix: & uetera quoq; ul-
cera purgat hypociſtis utraq;. Leontopodii ſemen tritum in aqua & cũ polenta illitũ ſpicula ſagittarioꝝ
extrahit. Item pycnocomi ſemen: tithymallus. Characites ſucco gangrenas phagedenas putria: uel deco
cto ramorum cũ polenta & oleo. Orchis radices. Hoc amplius & cacoethe ex aceto cũ melle ſiccæ & re-
cẽtes. Per ſe uulnera onothera efferentia ſeſe ſanat. Scythæ uulnera ſcythica curãt. Ad carcinomata arge-
Perſonatis monia ex melle efficaciſſima eſt. Vulneribus præſanatis aſphodeli radix decocta ut diximus: trita cũ po
lenta & illita. Quibuſcũq; uero apollinaris. Aſtragali radix in puluerẽ trita humidis ulceribus prodeſt.
Item callitrix decocta in aqua. Priuatim uero iis quæ calciamento facta ſint uerbenaca. Necnõ & lyſima
chia cõtrita. Ac nymphea arida infricata. Polytrix inueteratis iiſdem utilior. Policnemon cunilæ bubulæ
ſimilis eſt ſemine pulegii ſurculoſas multis geniculis corymbo odorata acri & dulci odore: quæ ferro fa-
ctis uulneribus cõmanducata imponitur: quinto die ſoluit̃. Symphyton ad cicatricẽ celerrime perducit.
Itẽ ſyderitis. Hæc ĩponitur ex melle. Verbaſci ſemĩe ac foliis ex uino decoctis ac tritis oĩa corpori ĩfixa ex
trahũtur. itẽ mãdracoræ foliis cũ polẽta. Cyclamini radicibus cũ melle. Triſaginis folia ĩ oleo cõtrita iis
maxime adhibent̃ ulceribus: quæ ſerpunt. Et alga ĩ melle trita. Betonica ad carcinomata. Et melãdria: ac
ueteres addito ſale. Verrucas tollit argemonia ex aceto uel batrachii radix: quæ & ungues ſcabros aufert

Linozoſtidis

Linozoſtidis utriuſq; folia uel ſuccus illitus. Tithymalli omnes genera uerrucarum omnium: item oía
pterygia: uaroſq; tollunt. Cicatrices cum elegantia ad colorem reducit ladanum.

De plurimis experimentis ad inficiendos capillos: & partus eiiciendos & continẽdos
& aliarum remedia. Cap. xvi.

Rtemiſiã & eleliſphacum alligata qui habet uiator: negatur laſſitudinem ſentire. Mulieribus
a morbis medeť maxime in uniuerſum peoniæ hærbe ſemen nigrum ex aqua mulſa. Eadem & i
radice uis menſes cit. Panacis ſemen cum abſinthio menſes & ſudores. Scordotis potu & illitu.
Betonica drachma in uini cyhatis tribus bibitur contra omnia uuluarum uitia. Aut quæ a partu fiunt.
Menſes nimios ſiſtit achillea impoſita: & decoctum eius inſidentibus. Mãmis iponiť hyoſcyami ſemẽ
ex uino. Loti radix e cataplaſmate. Et mammis etiam chelidonia. Secũdas morantes uel partus emortu
os radices panacis appoſitæ extrahunt. Ipſum panacis ſemen e uino potum uuluas purgat: appoſitũq;
cũ melle. Polemonia pota ex uino ſecundas pellit. Nidore purgat uuluas centaurii minoris ſuccus po-
tus: fotuq; menſes cit. Item maioris radix in uulue doloribus iiſdem modis prodeſt. Deraſa uero & ap-
poſita extrahit partus emortuos. Plantago imponitur in lana in dolore uuluæ. In ſtrangulatu bibitur.
Sed præcipua dictamno uis eſt. Menſes cit. Partus emortuos uel tranſuerſos eiicit. Bibitur ex aqua folio
rum obolo: adeo ad hæc efficax: ut ne in cubiculum quidem prægnantiũ inferatur. Nec potu tantũ: ſed
& illitu & ſuffitu ualet. Proxime pſeudodictamnũ. Sed menſes cit cum mero decoctum pondere dena-
rii. Pluribus tamen molochis & ariſtolochia prodeſt: nam & menſes & ſecundas cit. Et emortuos ptus
extrahit: myrrha & pipere additis pota uel ſubdita. Vuluas quoq; procidentes inhibet potu uel ſuffitu
uel ſubiectu maxime tenuis. Strangulatum ab iis menſiumq; difficultatem agaricum tribus obolis tri-
tũ in uini ueteris cyatho potum emendat. Periſteros appoſita in adipe ſuillo recenti. Antirrinon cũ roſa
ceo & melle. Item appoſita nymphea theſſalæ radix pota dolori medetur. In uino pota nigro pfluuia i-
hibet. E diuerſo ciet cyclamini radix pota & appoſita. Et ueſicæ inſidentium decocto medetur. Secũdas
pota ciſſanthemos pellit. Vuluam ſanat. Et xiphii radix ſuperior menſes cit drachma ex aceto pota. Peu
cedanum ſtrãgulatus uulue nidore uſtum recreat. Menſes aluuoſq; præcipue pſyllium drachma in cya
tis tribus aquæ mulſæ. Semen quoq; mãdragoræ potum uuluam purgat. Menſes cit ſuccus appoſitus:
& emortuos partus. Nimia rurſus profluuia ſiſtit ſemen cum uino & ſulphure. Alui profluuia ſiſtit &
contrahit batrachion potu: uel cibo ardens: alias ut diximus cruda. Sed cocta cõmendantur ſale & oleo
& cymino. Daucum & menſes & ſecundas potum facillime pellit. Ladanum ſuffitu corrigit uuluas: do
lori earum exulceratiſq; imponitur. E mortua ſcamonium pellit potum uel appoſitum. Menſes ciet hy
pericum: utrunq; appoſitum. Ante alia uero ut Hippocrati uidetur eryſimon e uino ſemine uel radice.
Cortice trahit & ſecundis ſuccurrit & ſtrangulationibus ex aqua pota. Item radix e geranio peculiar iter
ſecundis inflamationibuſq; uuluarum conueniens. Purgat hippuris pota & appoſita uuluas. Polygonas
pota menſes cit. Et alcmeæ radix. Folia plantaginis pellũt. Item agaricum ex aqua mulſa. Artemiſia uul
uæ medetur trita ex oleo irino aut fico: aut cum myrrha appoſita. Eiuſdem radix pota i tãtum purgat:
ut partus enectos extrahat. Menſes & ſecundas cit ramorum decoctũ inſidentibus: itẽ folia pota drach
ma. Ad eadem omnia proſunt uel impoſita uentri imo cum farina hordeacea. Achoron quoq; utile eſt i
terioribus fœminarum morbis. Et coniza utraq;. Et crethmos. Et anthyllides duæ uuluis utiliſſimæ.
Torminibuſq; & ſecundarum more in uino potæ. Callitrix fotu locis medetur. Albugines in capite tol-
lit. Capillos inficit oleo trita. Geranion in uino albo potum: & hypociſthis in rubro profluuium ſiſtunt.
Hyſopum ſuffocationes laxat. Radix uerbenacæ pota ex aqua ad omnia in partu aut ex partu mala pre
ſtantiſſima eſt. Peucedano quidam miſcent in uino nigro ſemen cupreſſi contritum. Nam ſemen pſyllii
deferuefactum in aqua cũ intepuerit: epiphoras omnes uteri lenit. Symphyton tritum in uino nigro euo
cat menſes. Partus accelerat ſcordotis pota drachma ſucci in aqua mulſa cyathis quattuor. Dictamni fo
lia præclare dantur ex aqua. Conſtat unius oboli pondere: uel ſi mortui ſint in utero infantes: ptinus red
di ſine uexatione puerperæ. Similiter pdeſt pſeudodictamnũ: ſed tardius. Cyclaminos adalligata. Ciſſan
themos pota. Itẽ betonicæ farina ex aqua mulſa. Arſenogonõ & thelygonon hærbæ ſunt habentes uuas
floribus oleæ ſimiles: pallidiores tamen. Semen album: papaueris modo. Theligoni potu fœminam cõ
cipi narrãt. Arſenogonon ab ea ſemine oleæ nec alio diſtat. Huius potu mares generari phibenť: ſi credi
mus: alii utranq; ocimo ſimilẽ tradunt. Arſenogoni aũt ſemen geminum eſſe teſtibus ſimile. Mamma-
rum uitiis aizoum: quod digytellum appellauimus unice medetur. Erigeron ex paſſo mammas uberio-
res facit. Sonchum in farre coctũ. Quæ uero maſtos uocatur indita pilos mãmarum e partu naſcentiũ:
& tineas aufert in facie: aliaq; cutis uitia emendat. Gentiana nymphea heraclia illita cyclamini radix ma-
culas omnes. Cacaliæ grana mixta ceræ liquidæ extendunt cutem in facie: eruganto;. Vitia omnia acori
radix emendat. Capillum liſimachia flauum facit. Denigrat hypericon: quod & corion uocatur. Item

uel op hry on ophrys hærba déticulato oleri ſimilis:foliis duobus.Nigritiam dat & polemonia in oleo decocta.Pſilothrum nos quidẽ in muliebribus medicamentis tractamus:uerum etiam uiris in uſu eſt.Efficaciſſimum autem habetur archezoſtis.Itẽ tithymalli ſucco uel in ſole cum oleo illito crebro:uel euulſis pilis.Quadrupedum ſcabiem ſanat hyſopum ex oleo fotum.Anginas peculiariter ſideritis.Verum & reliqua genera hærbarum reddamus.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXVII. PROOEMIVM.

Reliqua hærbarum genera. Cap.i.

Reſtit apud me certe tractatu ipſo admiratio antiquitatis.Quãtoq; maior copia hærbarum dicenda reſtat:tãto magis adorare priſcoꝝ in inueniendo curã: in tra e dendo benignitatẽ ſubit.Nec dubie ſuperata hoc modo poſſet uideri etiã rerum naturæ ipſius munificentia:ſi humani corporis eſſet inuẽtio.Nunc uero deorum fuiſſe eã apparet:aut certe diuinã:etiã cũ homo inuenerit.Eandẽq; omnium parẽtem genuiſſe hæc & oſtendiſſe:nullo uitæ miraculo maiore:ſi uerum fateri uolumus.Scythicã hærbã a mæotidis paludibus & euphorbiã e monte atlante:ultraq; Herculis colũnas: & ipſo rerum naturæ defectu.Parte alia britãnicã ex oceani inſulis extra terras poſitis:itẽq; æthiopidem ab exuſto ſyderibus axe.Alias præterea aliunde ultro citroq; hũanæ ſaluti in toto orbe terraꝝ portare imẽſa romanæ pacis maieſtate nõ hoĩes modo diuerſis inter ſe terris gentibuſq;:ueꝝ etiã montes & excedẽtia in nubibus iuga:paſtuſq; pecoꝝ & hærbas quoq; inuicẽ oſtentant.Aeternũ quæſo deoꝝ ſit munus iſtud Adeo romanos uelut alteram lucem dediſſe rebus humanis uidentur.

De aconito:& panthera:& quæ extinguitur aconito. Cap.ii.

Ed antiquoꝝ curam diligentiãq; quis poſſit ſatis uenerari:cũ conſtet oĩum uenenorum ociſſi f mum eſſe aconitũ:& tactis quoq; genitalibus fœminini ſexus aĩalium eodẽ die inferre mortẽ. Hoc fuit ueuenum quo interẽptas dormientes a Calſurnio Beſtia uxores.M.Cecilius accuſator obiecit.Hinc illa atrox peroratio eius in digito eas mortuas.Fabulæ narrauere e ſpumis Cerberi caniſ extrahente ab inferis Hercule.Ideoq; apud eracleam ponticã ubi monſtratur eius ad inferos aditus gigni Hoc quoq; tamẽ in uſus humanæ ſalutis uertere.Scorpionũ ictibus aduerſari experiendo,aconitũ datũ i uino calido.Ea eſt natura ut hoĩem occidat:niſi inuenerit quod in hoĩe perimat.Cum eo ſolo colluctaẽ: uelut pari intus inuento ſolo.Hæc pugna eſt cum uenenũ in uiſceribus repererit.Miũq; exitialia per ſe ambo cũ fuerint duo uenena in hoĩe cõmoriuntur:ut homo ſuperſit.Immo uero etiã ferarũ remedia antiqui prodiderunt:demõſtrando quõ uenenata quoq; ipſa ſanant.Torpeſcunt ſcorpiones aconiti tactu: ſtupentq; pallentes:& uinci ſe confitẽtur.Auxiliatur eis helleborũ album tactu reſoluente.Ceditq; aconitum duobus malis ſuo & oĩum.Quod ſi quis illa forte ab homine excogitari potuiſſe credit: igrate deorum intelligit munera.Tangunt carnes aconito:necantq; guſtatu earũ pantheras: niſi hoc fieret repletu ras illos ſitus.Ob id quidã pardalianches appellauere.At illas ſtatim liberari morte excrementorũ hominis guſtu demonſtratum.Quod certe caſu repertum quis dubitet? & quotiens fiat etiãnum ut nouũ naſci quoniam feris ratio & uſus inter ſe tradi non poſſit.

Quod omnium creaturarum conditor ſit deus. Cap.iii.

Ic ergo caſus hic eſt ille:qui plurima inuenit in uita deus.Hoc habet nomen: per quem intel h ligitur eadem & parens rerum oĩum & magiſtra natura utraq; coniectura pari ſiue iſta quotidie feras inuenire:ſiue ſemper ſcire iudicemus.Pudendũq; rurſus oĩa animalia quæ ſint ſalutaria ipſis noſſe ipſa præter hoĩem.Sed & maiores oculorum quoq; medicamentis aconitum miſceri ſaluberrime promulgauere:aperta profeſſione:malum quidem nullum ſine aliquo bono dicere.Fas ergo nobis erit qui nulla diximus uenenata:nunc demonſtrare quale ſit aconitum uel deprehendendi gratia. Folia habet cyclamini aut cucumeris non plura quattuor ab radice leniter hirſuta.Radicẽ modicam cã Lycocto non maro ſimilem marino.Quare quidam cãmaron appellauere.Alii theliophonon ex ea qua diximus cauſa.Radix incuruatur paulum ſcorpionum modo:quare & ſcorpion aliqui appellauere.Nec defuere qui myoctonon appellare mallent:quoniam procul & e longinquo odore mures necat.Naſciẽ in nudis cautibus:quas aconas uocant.Et ideo aconitum aliqui dixere nullo iuxta ne puluerẽ quidem nutriente.Hãc aliqui rationem nominis attulere.Alii quoniam uis eadem in morte eſſet:quæ cotibus ad ferri aciem deterendam ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur.

De æthiopide:& amarãto:& aloe:& alcea: & alipho:& alſina:& androſace:& androſemo:& ambroſia:& anconi:& anagyro:& anonymo. Cap.iiii.

aethiopis radix

Ethiopis radix folia habet phlomo ſimilia: magna & multa: & hirſuta ab radice. Cauſem quadrangulum ſcabrum: ſimilem arctio: multis concauum alis: ſemẽ eruo ſimile candidum gemi
a
num: radices numeroſas longas. Plenas molles glutinoſas guſtu ſiccæ nigreſcunt duranturq;
ut cornua poſſint uideri. Præterea in æthiopia naſcuntur: & in ida monte troadis: & in meſſenia. Colligũ
tur autumno: ſiccantur in ſole aliquot diebus: ne ſitum ſentiant. Medentur uuluis potæ in uino albo: iſ
chiadicis: pleureticis: faucibus ſcabris: decocta potu dantur. Sed quæ ex æthiopia uenit: eximia eſt: atq;
illico prodeſt. Amaranthon ferulacea eſt duorum palmorum altitudine: origano ſimilis flore: bulbis au
reis. Huius uſtæ nidor urinam cit. uuluamq; purgat: tanto magis inſidentibus. Cauſa Nominis non hęc
ſed quoniam diutiſſime non marceſcit. Aloe Scylle ſimilitudinem habet maior & pinguioribus foliis ex
bliquo ſtriata. Caulis eius tener eſt rubens medius: non diſſimilis antherico. Radice una ceu palo in ter
ra dimiſſa: graui odore: guſtu amara. Laudatiſſima ex india affertur: ſed naſcitur & in aſia: non tamen ea
utuntur: niſi ad uulnera recentibus foliis: mirifice enim conglutinat: uel ſuccu: ob id inturbinibus cadorũ
eam ſerunt ut aizoum maius. Quidam & caulem ante maturitatem ſeminis incidunt ſucci gratia: aliqui
& folia. Inuenitur & per ſe lachryma adhærẽs. Ergo pauimentandum ubi ſata ſit cenſent ut lachryma nõ
abſorbeatur. Fuere qui traderent in iudæa ſuper ieroſolymam metallicam eius naturam: ſed nulla magis
improba eſt: neq; alia nigrior eſt: aut humidior. Erit ergo optima pinguis ac nitida rufi coloris friabilis:
ac iocineris modo coacta: facile liqueſcens. Improbanda nigra & dura: harenoſa quoq; quæ & guſtu in
telligitur. Gummi adulteratur & acacia. Natura eius ſpiſſare: denſare: & leuiter calfacere. Vſus in multis
& principalis aluum ſoluere: cum pene ſit ſola medicamentorum: quæ per ſe id præſtant. Confirmat etiã
ſtomachum: adeo ut non infeſtet ulla uis contraria: bibitur drachma. Ad ſtomachi uero diſſolutionem
in duobus cyathis aquæ tepidæ uel frigidæ: coclearis menſura bis terue in die ex interuallis ut res exigit.
Purgationis etiam cauſa plurimum tribus drachmis. Efficacior ſi pota ea ſumatur cibus. Capillum fluẽ
tem continet cum uino auſtero capite in ſole contra capillum perunctо. Dolorem capitis ſedat tempori
bus & fronti impoſita ex aceto & roſaceo. Dilutiorq; infuſa: oculorum uitia omnia ſanari ea conuenit.
Priuatim prurigines & ſcabiem genarum. Item inſignita ac liuida illita cum melle: maxime pontico. Tõ
ſillas: gingiuas: & omnia oris ulcera. Sanguinis excreationes ſi modicæ ſint: drachmæ pondere ex aqua:
ſi minus ex aceto pota. Vulnerum quoque ſanguinem & undecunq; fluentem ſiſtit per ſe uel ex aceto.
Alias etiã eſt uulneribus utiliſſima ad cicatricem perducens. Eadem inſpergitur exulceratis genitalibus
uirorum: condylomatis: rimiſq; ſedis: alias ex uino: alias ex paſſo: alias ſicca per ſe: ut exigit mitiganda
curatio: aut coercenda. Hemorroidum quoq; abundantiam leniter ſiſtit. Dyſenteriæ infunditur. Et ſi dif
ficilius concoquantur cibi: bibitur a cœna modico interuallo. Et in regio morbo tribus obolis ex aqua
Deuorantur pilulæ cum mellis decocto aut reſina terebinthina ad purganda interiora. Digytorum pte
rygia tollit. Oculorum medicamentis lauatur: ut quod ſit harenoſiſſimum ſubſidat. Aut torretur in te
ſta: pennaque ſubinde uerſatur: ut poſſit æqualiter torreri. Alcea folia habet ſimilia uerbenacæ: quæ &
periſtereon cognominatur. Caules tres aut quattuor foliorum plenos: florem roſæ: radices albas cũ plu
rimum ſexcubitales: obliquas. Naſcitur in pingui ſolo: nec ſicco. Vſus radicis ex uino uel ex aqua dyſen
tericis: aluo cita: & ruptis conuulſis. Alypon cauliculus eſt molli capite non diſſimilis betæ acre guſtatu
ac lentum: mordenſq; uehementer & accedens. Aluum ſoluit in aqua mulſa addito ſale modico. Mini
ma potio duarum drachmarum: media quattuor: maxima ſex: ea purgatione quibus datur e gallinaceo
iure. Alſine: quam quidam myoſoton appellant: naſcitur in lucis: unde & alſine dicta eſt. Incipit a media
hyeme. Areſcit æſtate media cum prorepit: muſculorum aures imitatur foliis. Sed aliam docebimus eẽ
quæ iuſtius myoſotis uocetur. Hæc eadem erat quæ. Helxinæ: niſi minor minuſq; hirſuta eſſet. Naſcitur
in hortis & maxime in parietibus. Cum teritur: odorem cucumis reddit. Vſus eius ad collectiones in
flammationeſq;. Quin emendat omnia quæ Helxine ſed infirmius. Epiphoris peculiariter imponitur.
Itẽ ucrẽdis: ulceribuſq; cum farina hordeacea. Succus eius auribus ĩfunditur. Androſaces hærba eſt alba
amara ſine foliis: folliculos in cirris habens: & in iis ſemen. Naſcitur in maritimis Hiſtrie maxime. Da
tur hydropicis drachmis duabus tuſa aut decocta in aqua uel aceto uel uino. Vehementer enim urinas Syriæ.
cit. Datur & podagris: illiniturq;. Idẽ effectus eſt & ſeminis. Androſemon: ſiue (ut alii appellauere) aſcy Dioſco.
ron nõ abſimile eſt hyperico: de qua diximus cauliculis maioribus denſioribuſq; & magis rubentibus.
Folia alba rutæ figura. Semen papaueris nigri. Comæ tritæ ſanguineo ſucco manant Odor ei reſinoſus.
Gignitur in uineis. Fere medio autũno effoditur: ſuſpenditurq;. Vſus ad purgandã aluum tuſæ cum ſe
mine potæq; matutino uel a cœna duabus drachmis ĩ aqua mulſa uel uino uel aqua pura: totius potiõis
ſextario. Trahit bilẽ prodeſt iſchiadicis maxime. Sed poſtera die capparis radicẽ reſinę permixtam deuo
rare oportet drachmæ pondere. Iterũq; quatridui interuallo eadem facere. A purgatione autẽ ipſa robu
ſtiores uinũ bibere: infirmiores aquã. Imponit & podagris & ambuſtis & uulneribus cohibẽs ſanguinẽ.

Ambroſia uagi nominis eſt:& circa alias hærbas fluctuans:fruticem unum habens denſum ramoſum:
tenuem:trium fere palmorum. Tertia parte radice breuiore:foliis rutæ:circa imum caulem in ramulis ſe
men eſt uuis dependentibus:odore uinoſo:qua de cauſa botrys a quibuſdam uocatur ab aliis artemiſia.
Coronãtur illa cappadoces. Vſus eius ad ea quæ diſcuti opus ſit. Anonin quidam ononida malunt uo-
care ramoſam:ſimilẽ fœnogræco:niſi fruticoſior hirſutiorq; eſſet:odore iucundo. Poſt uer ſpinoſa. Eſtur
etiam muria condita. Recens uero margines ulcerum erodit. Radix decoquitur in poſca dolori dentiũ.
Eadem cum melle pota calculos pellit. Comitialibus datur in oxymelite decocta ad dimidias. Anagy-
ros quã aliqui acopon uocant:fruticoſa eſt:grauis odore:flore oleris:ſemen in corniculis nõ breuibus gi
gnit ſimile renibus:quod dureſcit per meſſes. Folia collectionibus imponuntur:difficulterq; parientibus
adalligantur:ita ut a partu ſtatim auferantur. Quod ſi emortuus hæreat:& ſecundæ menſeſq; morent:
drachmæ pondere bibuntur in paſſo folia. Sic & ſuſpirioſis dantur:& in uino uetere ad phalangiorũ mor
ſus. Radix diſcutiẽdis concoquendiſq; adhibetur. Semen cõmanducatũ uomitiones facit. Anonymos a
nõ inueniendo noĩe nomen inuenit. Affertur e ſcythia celebrata Hiceſio non paruæ auctoritatis medico.
Item ariſtogeton in uulneribus præclara ex aqua tuſa & impoſita. Pota uero mãmis præcordiiſq; percuſ
ſis. Item ſanguinem excreantibus. Putauerunt & bibendam uulneratis. Fabuloſa arbitror quæ adiciunt
recente ea ſi uratur:ferrum aut æs ferruminari.

De aparine:& arctio:& aſpleno:& aſclepiade:& aſtere:uel bubonio:& aſcyro:uel aſcyroide:& pha-
ce:& de alcibiox:& alectorolopho. Cap.v.

Parinen aliqui omphacocarpon:alii philantropon uocant:ramoſam:hirſutam:quinis ſeniſue
Ompha- a in orbẽ circa ramos foliis per interualla:ſemen rotundũ:durũ:concauũ:ſubdulce. Naſcitur in
locarpon frumẽtario agro:aut hortis:pratiſue:aſperitatẽ etiã ueſtiũ tenaci. Efficax cõtra ſerpẽtes ſemine
Dioſc. poto ex uino drachma: & cõtra phalangia. Sãguinis abũdantiã ex uulneribus ĩprimunt folia ĩpoſita. ſuc
cus auribus infunditur. Arction aliqui potius arcturũ uocant:ſimilis eſt uerbaſco foliis:niſi q; hirſutio-
ra ſunt:caule lõgo molli:ſemine cymini. Naſcitur in petroſis:radice tenera:alba:dulciq;. Decoquitur in
uino ad dentiũ dolorem:ita ut cõtineatur ore decoctũ. Bibitur ꝑpter iſchiada & ſtrãguriã e uino:ambu-
ſtis ĩponitur & pernionibus. Fouentur eadẽ cum radice ſemine trito in uino. Aſplenũ ſunt qui hemionon
uocant:foliis trientalibus multis:radice limoſa:cauernoſa:ſicut filicis candida:hirſuta:nec caulẽ nec florẽ
nec ſemen habet. Naſcitur in petris:parietibus opacis:humidis laudatiſſima in creta. Huius foliorũ iure
in aceto decocto per dies.xl. poto lyenem abſumi aiunt. Et illinuntur. Eadẽ aũt ſedãt ſingultus nõ danda
fœminis:quoniã ſterilitatẽ facit. Aſclepias folia hederæ habet:ramos longos:radices numeroſas: tenues
odoratas:floris uirus:graue:ſemen ſecuridace. Naſcit̃ in montibus. Radices torminibus medẽtur:& cõ
tra ſerpentiũ ictus nõ ſolum potum ſed etiã illitũ. Aſter ab aliquibus bubonion appellatur:quoniã ingui
num præſentaneum remediũ eſt. Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus in cacumine capitula ſtel
læ modo radiata. Bibitur aduerſus ſerpẽtes. Sed & ad inguinũ medicinã:ſiniſtra manu decerpi iubent:&
iuxta cinctus alligari. Prodeſt & coxendicis dolori adalligata. Aſcyron & aſcyroides ſimilia ſunt inter ſe
& Hyperico:ſed aſcyron maiores habet ramos:qui aſcyroides uocantur ferulaceos oĩno rubentes: capi-
tulis paruis:luteis. Semen in caliculis puſillũ:nigrum:reſinoſum. Comæ tritæ uelut cruentatæ. Qua de
cauſa quidam hãc androſemon uocauere. Vſus ſeminis ad iſchiadicos potus duabus drachmis in hydro-
melitis ſextario. Aluum ſoluit. Bilẽ detrahit. Illinitur & ambuſtis. Aphace tenuia admodum folia habet:
puſillo altior lenticula eſt. Siliquas maiores fert:in quibus terna aut quaterna ſemina ſunt nigriora & ma
didiora & minora lenticula. Naſcitur ĩ aruis. Natura ei ad ſpiſſandũ efficacior q̃ lenti. Reliquo uſu eoſdẽ
effectus habet ſtomachi aluiq; fluctiones ſiſtit ſemen decoctũ. Alcibion qualis eſſet hærba apud aucto-
res nõ repperi. Sed radicẽ eius & folia trita ad ſerpentis morſus imponi & bibi iubent. Folia quantũ ma-
nus capiat trita cũ uini meri cyathis tribus:aut radicẽ drachmarũ trium pondere cum uini eadẽ menſura.
Alectorolophos quæ apud nos criſta dicitur:folia habet ſimilia gallinaceæ criſtæ plura: caulem tenuem
& ſemen nigrum in ſiliquis. Vtilis tuſſientibus cocta cum faba freſſa melle addito:& caligini oculorum.
Solidum ſemen coniicitur in oculum:nec turbat:ſed in ſe caliginem contrahit. Mutat colorem:ſed ex ni-
gra albicare incipit : & intumeſcit:ac per ſe exit.

De Alo. Cap.vi.

Lum nos uocamus:græci ſymphyton petreum:ſimile cunilæ bubulæ:foliis paruis:ramis tri-
a bus aut quattuor a radice:cacuminibus thymi:ſurculoſum odoratum: guſtu dulce : ſaliuam
ciens:longa radice:rutila. Naſcitur ĩ petris:ideoq; petreum cognominatum. Vtiliſſimum late
ribus:lyenibus:renibus:torminibus:pectoribus:pulmonibus: ſanguinem reiicientibus : faucibus aſpe-
ris. Bibitur radix trita & in uino decocta:& aliquando ſuperlinitur. Quin & commãducata ſitim ſedat:
præcipueq; pulmonem refrigerat. Luxatis quoq; imponitur & conuulſis: lyeni:interaneis. Aluum ſiſtit
coacta in cineres.

cocta in cineres. Detractis quoq; folliculis trita cum piperis nomen granis & ex aqua pota. Vulneribus ſanandis tanta præſtantia eſt: ut carnes quoq; cum coquuntur conglutinet addita. Vnde & græci nomen impoſuere. Oſſibus quoq; fractis medetur.

De alga & actea & de ampeloagria & abſinthio. Cap.vii.

a

Lga rufa & ſcorpionum ictibus. Actea graui foliorum odore: caulibus aniſi geniculatis: ſemine nigro ut hederæ: baccis mollibus. Naſcitur in opacis & aſperis & aquoſis. Datur acetabulo pleno interioribus fœminarum morbis. Ampelos agria uocatur herba foliis duris cineracei coloris: qualem in ſatis diximus: uiticulis longis calloſis rubentibus: qualiter flos quem Iouis flãmam appellauimus in uiolis fert ſemen punici mali ſimile acinis. Radix eius decocta in aquæ cyathis ternis additis uini coi cyathis duobus aluum ſoluit leniter. Ideo hydropicis datur. Vuluæ uitia & cutis in facie mulierum emẽdat. Iſchiadicos quoq; uti hac herba prodeſt tuſa cum foliis & illita cum ſucco ſuo. Abſinthii genera ſunt plura. Santonicum appellatur a galliæ ciuitate. Ponticum a ponto: ubi pecora pingueſcunt illo: & ob id ſine felle reperiuntur. Neq; aliquod præſtantius. Multoq; italico amarius ſed medulla pontici dulcis. De uſu eius conuenit dicere herbæ facillimæ atq; inter paucas utiliſſimæ. Præterea ſacris Populi Ro. celebratæ peculiariter. Siquidem latinarum feriis quadrigæ certant in capitolio: uictorq; abſinthium bibit. Credo ſanitatem præmio dari honoriſice arbitratis maioribus. Stomachum corroborat. & ob hoc ſapor eius in uina transfertur ut diximus. Bibitur & decoctum aqua ac poſtea nocte & die refrigeratum ſub diuo decoctis ſex drachmis foliorum cum ramis ſuis in cæleſtis aquæ ſextariis tribus. Oportet & ſalem addi. Vetuſtiſſime in uſu eſt. Bibitur & madefacti dilutum. Ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio ut quiſquis fuerit modus aquæ: tegatur per triduum. Tritum raro ĩ uſu eſt: ſicut & ſuccus expreſſi. Exprimitur autem cum primum ſemen turgeſcit madefactum aqua triduo recens aut ſiccum ſeptem diebus. Deinde coctum in æneo uaſe ad tertias. x. heminis in aquæ ſextariis. xlv. Iterumq; percolatum. Herba lente coquitur ad craſſitudinem mellis qualiter ex minore centaurio quæritur ſuccus. Sed hic abſinthii inutilis ſtomacho capitiq; eſt: cum ſit ille decoctus ſaluberrimus. Namq; aſtringit ſtomachum: bilemq; detrahit. Vrinam cit. Aluum emollit: & in dolore ſanat. Ventris animalia pellit. Malaciam ſtomachi & inflammationes diſcutit cum ſile & nardo gallico: aceto exiguo addito. Faſtidia abſterget. Concoctiones adiuuat. Cruditates detrahit cum ruta & pipere & ſale. Antiqui purgationis cauſa dabant: cum marinæ aquæ ueteris ſextario ſeminis ſex drachmis cum tribus ſalis & mellis cyatho. Efficacius purgat duplicato ſale. Diligenter autem teri debet propter difficultatem. Quidam & in polenta dedere ſupradictum pondus: addito pulegio. alii contra paralyſim. alii pueris folia in fico: ſic ut amaritudinem fallerent. Facile thoracem purgat cum iride ſumptum. In regio morbo crudum bibitur cum appio aut adianto. Aduerſus inflationes calidum paulatim ſorbetur ex aqua. Iocineris cauſam cum gallico nardo. Lyenis cum aceto aut pulte aut fico ſumitur. Aduerſatur fungis ex aceto. Item uiſco. Cicutæ ex uino: & muris aranei morſibus. Draconi marino. Scorpionibus. Oculorũ claritati multũ confert. Epiphoris cũ paſſo ĩponitur. Sugillatis cum melle. Aures eius decoctum uaporis ſuffitu ſanat. Aut ſi manat ſanies cum melle tritum. Vrinam ac menſes ciunt tres quattuorue ramuli cũ gallici nardi radice una cyathis aquæ. vi. Menſes priuatim cum melle ſumptum: & in uellere appoſitum. Anginis ſubuenit cũ melle & nitro. Epinyctidas ex aqua ſanat. Vulnera recentia prius q̃ aqua tangantur impoſitum. Prætereaq; capitis ulcera. Peculiariter ilibus imponitur cũ cypria cera: aut cum fico. Sanat & pruritus.

De abſinthio: & ballote: & botrye fruticoſa: & brauylla: & brio: & bupleuri: & catanance: & calla: & circæa: & circeſio: & crategono: & theligo: & crocodilo: & cynoſorchi: & chryſollachano: & cuculo: & conſerua. Cap.viii.

n

On eſt dandum in febri. Nauſeas maris arcet in nauigationibus potum. Inguinũ tumorem in uentrali habitum. Somnos allicit olfactum: aut inſcio ſub capite poſitum. Veſtibus inſertum tineas arcet. Culices ex oleo perunctis abigit: & fumo ſi uratur. Atramentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a muſculis tuetur. Capillum denigrat abſinthii cinis unguento roſaceoq; permixtus. Eſt & abſinthium marinum: quod quidam ſeriphium uocãt: probatiſſimum in tapoſiri ægypti. Huius ramum iſiaci præferre ſolẽne habẽt. Anguſtius priore. minuſq; amarum: ſtomacho inimicũ. Aluum mollit. Pellitq; animalia interaneorum. Bibitur cum oleo & ſale: aut in farinę trimeſtris ſorbitiõe dilutum. Coquitur quantum manus capiat in aqua ſextarioſ ad dimidias. Balloten alio nomine porrum nigrum græci uocant: hærbam fruticoſam anguloſis caulibus: nigris: hirſutis: foliis ueſtientibus: maioribus q̃ marrubii: & nigrioribus: graue olentibus. Vis eius efficax aduerſus canis morſus: ex ſale foliis tritis impoſita. Item ad condylomata coctis cinere in folio oleris. Purgat & ſordida ulcera cum melle. Botrys fructicoſa hærba eſt luteis ramulis. Semẽ circa totam naſcitur: folia cicorio ſimilia. Inuenitur in torrentium ripis. Medetur orthopnoicis. Hoc cappadoces ambroſiam uocãt: alii artemiſiam. Brabylla ſpiſ

ſandi uim habet cotonei mali modo: nec amplius de ea tradunt auctores. Brion marina herba ſine dubi-
tatione lactucæ foliis ſimilis rugoſa ueluti cõtracta: ſine caule ab ima radice exeuntibus foliis. Naſcit̃ in
ſcopulis maxime teſtiſq; terra cõprehenſis. Præcipua ſiccandi ei ſpiſſandiq; uis & collectiones oẽs inflam
mationeſq; cohibendi: præcipue podagræ: & quicquid refrigerare opus ſit. Bupleuri ſemen ad ictus ſer-
pentium dari reperio: fouerique plagas decocta ea hærba adiectis foliis mori aut origani. Catannachen
theſſalam hærbã qualis ſit: a nobis deſcribi ſuperuacuum eſt: cũ ſit uſus eius ad amatoria tantum. Illud
non ab re eſt dixiſſe ad detegendas magicas uanitates electam ad hunc uſum coniectura: quoniã areſcẽs
contraheret ſe ad ſpeciẽ unguium milui exanimati. Eadẽ ex cauſa & cemos ſilebitur a nobis. Calla duorũ
generum eſt. Vna ſimilis aro. Naſcitur in arationibus. Colligitur anteq̃ inareſcat. Vſuſq; eoſdẽ hẽt quos
arum. Bibitur quoq; radix huius ad exinaniendas aluos: menſeſq; mulierum. Item caules cum foliis in le
guminibus decocti ſanant tenaſmon. Alterum genus eius quidam anchuſam uocant. alii rinocliſiam.
Folia lactucæ longiora: plumoſa: radice rubra: quæ ignes ſacros cum folio polentæ ſanat impoſita. Ioci-
neris autem uitia in uino albo pota. Circea ſtrychnõ ſatiuo ſimilis eſt: flore nigro puſillo. Paruo ſemine:
ut milii naſcentis in quibuſdã corniculis: radice ſemipedali: triplici ferme aut quadruplici: alba odorata:
guſtus calidi. Naſcitur in apricis ſaxis. Diluitur ĩ uino. Bibiturq; ad dolorẽ uuluæ & uitia. Macerari opor
tet in ſextariis tribus quadrantem radicis tuſæ per noctem & diẽ. Trahit eadẽ potiõe ſecundas ſemie. Lac
Criſion minuit ĩ uino aut mulſa aqua pota. Cirſion cauliculus eſt tener duum cubitorũ: triangulo ſimilis: foliis
ſpinoſis circundatus. Spinæ molles ſunt. Folia bouis linguæ ſimilia: minora: ſubcandida: & in cacumine
capitula: purpurea quæ ſoluũtur in lanugines. Hanc hærbam radicẽue eius adalligatam dolores uaricũ
Melãpyſ- ſanare tradunt. Crateogonon ſpice tritici ſimile eſt: multis calamis ex una radice emicantibus multorũq;
ro. Dioſc. geniculorum. Naſcitur in opacis: ſemine milii: uehementer aſpero guſtu. Quod ſi bibant ex uino ante ce
nam tribus obolis in cyathis aquæ totidem mulier ac uir ante conceptũ diebus. xl. uirilis ſexus partũ fu-
turum aiunt. Eſt & alia cratæogonos: quæ theligonos uocatur. Differentia intelligitur lenitate guſtus.
Sunt qui florem cratæogoni bibentes mulieres intra. xl. diem concipere tradant. Eadem ſanant ulcera ue
tera nigra cũ melle: explent ſinus ulcerum. Et atropha carnoſiora faciunt. Purulenta expurgãt. Panos di
ſcutiunt Podagras collectioneſq; omnes leniũt peculiariter mammarum. Theophraſtus arboris genus
intelligi uoluit cratæogonon ſiue crateogona: quam italia aquifolium uocat. Crocodilon chamæleontis
hærbe nigræ figuram habet: radice longa: æqualiter craſſa: odoris aſperi. Naſcitur in ſabuletis. Pota ſan-
guinem per nares pellit copioſum craſſumq;. Atque ita lyenem conſumere dicitur. Cynoſorchin aliqui
orchin uocant: foliis oleæ: mollibus: ternis: paruiſq; ſemipedis longitudinis in terra ſtratis: radice bulbo-
ſa: oblonga: duplici ordine ſuperiore quæ durior eſt: & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti in
uineis fere inuenti. Ex iis radicibus ſi maiorẽ edant uiri mares generari dicuntur. Si minorem fœminæ al
terum ſexum. In theſſalia molliorem in lacte caprino uiri bibunt ad ſtimulandos coitus: duriorem uero
ad inhibendos. Aduerſat̃ alter alteri. Chryſolachanum in pineto lactucæ ſimile naſcit̃. Sanat neruos in
ciſos ſi confeſtim imponat̃. Et alibi genus chryſolachani tradit̃: flore aureo: foliis oleris. Coctum eſtur:
ut olus molle. Hærba hæc alligata morbum regiũ habentibus: ita ut ſpectari ab iis poſſint: ſanare id ma
lum tradit̃. De chryſolachano nec ſatis dici ſcio: nec plura reperio. Nãq; & hoc uitio laborauere ꝓximi
utiq; hærbarii noſtri: quod ipſi notas uelut uulgares ſtrictim & nominibus tantum indicaue. etanq̃ coa
gulo terræ aluum ſiſti: ſtranguriam diſſolui ſi bibatur ex uino aut aqua. Cacubali folia trita cũ aceto ſer
pentium ictibus & ſcorpionum mederi. Quidam alio hanc nomine ſtrumum appellant: alii græcæ ſtrig
non: acinos habet nig. os. Ex iis cyathus ſucci cum mulſi duobus medet̃ lumbis. Item capitis doloribus
cum roſaceo infuſus. Ipſa ſtrumis illita ſanandis peculiaris eſt: alpinis maxime fluminibus. Conferua ap
pellata a conferruminando: ſpongia aquaq; dulcium uerius q̃ muſcus aut hærba uilloſæ denſitatis atque
fiſtuloſæ. Curatum ea ſcio omnibus fere oſſibus confractis plapſum ex arbore alta putatorem: circũda-
ta uniuerſo corpo. i: aquam ſuam inſpergentibus quotiens inareſcat: raroq; nec niſi deficientẽ hærbã mu-
tationis cauſa reſoluentibus conualuiſſe uix credibili celeritate.

De cocco gnidio & dryopteris: & dryphono: & elatine: & empetro ſiue calcifraga: &
epicacti: uel helleborine: & epimedio: & enneaphylo: & filicepteri: & de femore bu-
bulo. Cap. ix.

Occo gnidio color cocci: magnitudo grano piperis maior: uis ardens. Itaq; ĩ pane deuoratur:
ne adurat cum gulam tranſit. Huic uis præſentanea contra cicutam. Siſtit aluum. Dipſacos
folia habet lactucæ: bullas ſpinoſas in dorſi medio: caulem duorum cubitorum: iiſdem ſpinis
horridiudum genicula eius binis foliis amplectentibus: concauo alarum ſinu: in quo ſubſiſtit ros ſalſus.
In cacumine capitula ſunt echimata ſpinis. Naſcitur in aquoſis. Sanat rimas ſedis. Item fiſtulas decocta
in uino radice uſq; dum ſit craſſitudo ceræ: ut poſſit in fiſtula collyrium mitti. Item uerrucas omnium
generum

generum. Quidam & alarum quas ſupra diximus ſuccum illinunt iis. Dryopteris filici ſimilis in arbori-
bus naſcitur: tenui foliorum: ſubdulcium iciſura: radice hirſuta. Vis ei cauſtica eſt. Ideo pſylotrum eſt ra
dix tuſa. Illinitur enim uſq; dum ſudores euocet. Iterumq; & tertio: ita ne ſudor abluatur. Dryphonon ſi
milis hærba eſt: cauliculis tenuibus: cubitalibus: circũdatis utrinq; foliis: pollicari amplitudine: & quali-
bus oxymyrſine. Sed candidioribus mollioribuſq;: flore candido ſambuci. Edunt cauliculos decoctos.
Semine uero eius pro pipere utuntur. Elatine folia habet helxinæ: puſilla: piloſa: rotunda: ſemipedalibus
ramulis quinis ſeniſue a radice ſtatim folioſis. Naſcitur in ſegetibus. Acerba guſtu & ideo oculorum flu-
ctionibus efficax: foliis cum polenta tritis & impoſitis: ſubdito lintheolo. Eadem cum lini ſemine cocta
ſorbitionis uſu ad dyſenteria liberat. Empetron quam noſtri calcifragam uocant: naſcit̃ in montibus ma
ritimis fere in ſaxo: quo propius mari fuerit minus ſalſa eſt: potaq; bilem trahit ac pituitas: quo lõgius ma
giſq; terrena: amarior ſentit̃. Trahit aquã. Sumit̃ autem in iure aliquo aut in hydromelite. Vetuſtate ui-
res perdit. Recens urinas cit decoctum in aqua uel tritum calculos frangit. Qui fidem promiſſo huic q̃-
runt: affirmant lapillos: qui ſufferueſiant una rumpi. Epipactis ab alis heleborine uocatur: parua hærba:
exiguis foliis iocinoris uitiis utiliſſima: & cõtra uenena pota. Epimedion caulis nõ eſt magnus hedere fo
liis denis atq; duodenis: nunq̃ florens: radice tenui nigra ſubgraui odore. Naſcit̃ in humidis: & huic ſpiſ-
ſandi refrigerandiq; natura. Fœminis cauenda. Falia in uino trita uirginum mãmas cohibent. Enneaphyl
lon longa folia nona habet: cauſticæ naturæ. Imponitur lana circũdata: ne urat latus: continuo enim pu-
ſtulas excitat: lũborum doloribus & coxẽdicum utiliſſimũ. Filicis duo genera nec florẽ habent: nec ſemẽ
Pterin græci uocant: alii blachnon cuius ex una radice q̃ plures exeunt filices: bina etiã cubita excedentes
longitudine: non graues odore. Hanc marem exiſtimant. Alterum genus thelipterin græci uocant: alii
Hymphæam pterin. Eſt aũt ſingularis atq; nõ fruticoſa breuior molliorq; & denſior foliis ad radicem ca
niculata. Vtriuſq; radice ſues pingueſcunt. Folia utriuſq; lateribus pinnata: unde nomen græci impoſuere
Radices utriq; longæ in obliquum: nigræ: præcipue cũ inaruere. Siccari autem eas ſole oportet. Naſcun-
tur ubiq;: ſed maxime frigido ſolo. Effodi debent uergiliis occidentibus. Vſus radicis in trimatu tantum
neq; ante neq; poſtea. Pellunt interaneorum animalia. Ex iis tineas cũ melle. Cætera ex uino dulci triduo
potæ. Vtraq; ſtomacho inutiliſſima. Aluum ſoluit primo bilem trahens: mox aquam. Melius tineas cũ
ſcamonii pari pondere. Radix eius duum obolorum pondere ex aqua poſt unius diei abſtinentiam bibi-
tur: melle prægustato contra rheumatiſmos. Neutra danda fœminis: quoniam grauidis abortum: cæte-
ris ſterilitatem facit. Farina earum ulceribus tetris inſpergitur. Iumentorum quoq; ceruicibus. Folia cimi
cem necant. Serpentem non recipiunt. Ideo ſuſterni utile eſt in locis ſuſpectis. Vſtæ etiam fugant nidore
Fecere medici huius quoq; hærbæ diſcrimen. Optima macedonica eſt. Secunda caſſiopica. Femur bubu
lum appellatur hærba neruis & ipſa utilis: recens in aceto ac ſale trita. Galeopſis: aut ut alii Galeobdolon
uel gallion. Caulem & folia habet urticæ leuiora: & quæ grauem odorem trita reddant. Flore purpureo.
Naſcitur circa ſepes ac ſemitas ubiq;. Folia cauleſq; duritias & carcinomata ſanant ex aceto trita & impo-
ſita. Item ſtrumas. Panos & parotidas diſcutiunt. Ex uſu eſt & decocto ſucco fouere. Putreſcentia quoq;
& grangrenas ſanat cum ſale. Glaux antiquitus eugalacton uocabatur cythiſo & lenticulæ foliis ſimilis
auerſa candidiora. Rami in terrã ſerpunt quini ſeniue admodũ tenues ab radice. Floſculi purpurei exeũt.
Inuenitur iuxta mare. Coquitur in ſorbitiõe ſimilaginis ad excitandam ubertatem lactis: eamq; qui hau-
ſerint balneis uti conuenit.

Eſt aũt nõ ſingularis atq; fruti-coſa.

Canalicu-lata

De glaucio: & glycyſide: & glaphalio ſiue chamezelo: & galedrago: & holco: & hyoſiri: & holoſteo:
& hypopeſto. Cap. x.

g Laucion in ſyria parthia naſcitur humilis hærba denſis foliis fere papaueris: minoribus tamen
ſordidioribuſque: odoris tetri: guſtus amari cum aſtrictione. Granum habet crocei coloris.
Hoc in olla fictili luto circũlitum in clibanis calefaciunt: deinde exempto ſuccum exprimunt
eiuſdem nominis. Vſus eſt & ſucci & foliorum ſi terantur aduerſus epiphoras: quæ uniuerſæ uno impe-
tu cadunt. Hinc temperatur collyrium: quod medici diaglaucion uocant. Lactis quoq; ubertas intermiſ
ſa reſtituit̃. Sumitur eius rei cauſa ex aqua. Glycyſide: quam aliqui peoniam aut pentorobon uocãt: cau
lem habet duum palmorum: comitantibus duobus aut tribus ſubrutilum cute lauri folia: qualia nucis
pinguiora rotundioraq; & minora. Semen in ſiliquis aliud grano rubente: aliud nigro. Duo autem gene
ra ſunt. Fœmina exiſtimatur cuius radicibus ceu balani longiores circiter octo aut ſex inhærent. Mas plu
res habet: quoniam non una radice nixus eſt: palmi altitudine: candidaq;. Ea guſtu aſtringit. Fœminæ fo
lia myrrham redolent: & denſiora ſunt. Naſcuntur in ſiluis. Tradunt noctu effodiendas: quoniam pico
martio impetum in oculos faciente interdiu periculoſum ſit. Radix uero cum effodiatur: periculum eſſe
ne ſedes procidat. Magna id uanitate ad oſtentationem rei fictum arbitror. Vſus in iis diuerſus. Rubra
enim grana rubentis menſes ſiſtunt. xv. fere pota in uino nigro. Nigra grana uuluis medentur ex paſſo:



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 400 sur 536

aut uino totidem pota. Radix omnes uentris dolores ſedat in uino: aluumq; purgat. Sanat opiſthoto-
num morbum regium: renes: ueſicam. Matricem autem & ſtomachum decocta i uino. Aluumq; ſiſtit.
Eſtur etiam contra malum mentis: ſed in medendo. iiii. drachmæ ſatis ſunt. Grana nigra auxiliantur &
ſuppreſſionibus nocturnis in uino pota quo dictum eſt numero. Stomacho uero & roſionibus & eſſe ea
& illinire prodeſt. Suppurationes quoq; diſcutiuntur. Recentes nigro ſemine: ueteres rubro. Vtrunq; au
xiliatur a ſerpente percuſſis. Et pueris cõtra calculos incipiente ſtranguria. Gnaphalion alii chamezelon
uocant: cuius foliis albis mollibuſq; pro Tomẽto utuntur. Sane & ſimilia ſunt. Datur i uino auſtero ad
dyſenteriam: uentris ſolutiones. menſeſq; mulierum ſiſtit. infunditur autem tenaſmo. Illinitur & putre-
ſentibus ulcerum Galedragon uocat Xenocrates leucacantho ſimilem paluſtrem & ſpinoſam: caule fe-
rulaceo alto: cui ſummo capite inhæreat ſimile ouo. In hoc excreſcente ætate uermiculos naſci tradunt:
pyxide conditos adalligari cum pane brachio ad eam partem qua dens doleat: mireq; illico dolorem tol
li. Valere non diutius anno & ita ſi terram non attigerit. Holcus in ſaxis naſcitur ſiccis. Ariſtas habet in
cacumine tenues culmo quale ordeum reſtibile. Hæc circa caput adalligata. uel circa lacertum educit e
corpore ariſtas. Hanc quidam ob id ariſtidam uocant. Hyoſiris in tumo ſimilis: ſed minor: & tactu aſ-
perior. Vulneribus contuſa præclare medetur. Holoſteon ſine duricia hærba ex aduerſo appellata a græ
Tenui ra-dice: Dioſ.
cis: ſicut fel dulce: tenuis uſq; capilamenti ſpeciem: longitudine quattuor digytorum ceu gramen foliis
anguſtis aſtringens guſtu. Naſcitur in collibus terrenis. Vſus eius ad conuulſa rupta in uino pota. Vul-
nera quoq; conglutinat. Nam & carnes concoquuntur addita. Hypophæſton naſcitur in ſpinis: ex qui-
Vel hippo phæſton Cortinæ
bus fiunt æneæ fulloniæ: ſine cauliculo: ſine flore: capitulis tantum inanibus: & foliis paruis. multis: hær
bacei coloris: radiculas habens albas: molles. Succus earum exprimitur æſtate ad ſoluendam aluum tri
bus obolis: maxime in comitialibus morbis: & tremulis: hydropicis. Contra uertigines: orthopnœas:
paralyſeis incipientes.

De hypogloſſa: & hypeco: idæa: iſoſphyro: latyri: leontopetalo lirapſo: litoſpermo:
lapide uulgari: de limeo leuco. Cap. xi.

h Ypogloſſa folia habet figura ſilueſtris myrti concaua ſpinoſa: & in iis ceu linguas folio par-
uo exeunte de foliis. Capitis dolorem corona ex iis impoſita minuit. Hypecoon in ſegetibus
naſcitur: foliis rutæ. Natura eius eadem quæ papaueris ſucco. Ideæ hærbe folia ſunt quæ oxy-
myrſinæ ad hærent his uelut pampini in quibus flos ipſa. Aluum menſeſq; & omnem abundantiam ſan
guinis ſiſtit. Spiſſandi coibendiq; naturã habet. Iſopyron uocãt aliqui phaſiolum: quoniam foliũ quod
eſt aniſo ſimile in pampinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia: plena ſeminis melanthii.
Cõtra tuſſim & cætera pectoris uitia ex melle & aqua mulſa. itẽ iocineri utiliſſima. Lathyris folia habet
multa lactucæ ſimilia tenuiora germina multa: in quibus ſemen tuniculis continet̃ ut capparis: quæ cũ
inaruere eximũtur grana: piperis magnitudine: candida: dulcia: facilia purgatu. Hæc uicena in aqua pu-
ra aut mulſa pota hydropicos ſanãt. Trahunt & bilẽ. Qui uehementius purgari uolunt: cum folliculis
ipſis ſumunt eã: ſtomachũ lædunt. Itaq; inuentum eſt ut cũ piſce aut iure gallinacei ſumerent̃. Leonto-
petalon alii rhapeion uocant folio braſſicæ: caule ſemipedali: alæ multæ ſemen in cacumine in ſiliquis ci-
ceris modo. Radix rapæ ſimilis: grandis: nigra. Naſcitur in aruis. Radix aduerſatur omniũ ſerpentium
generibus ex uino pota: nec alia res celerius proficit. Datur & iſchiadicis. Lycopſis lõgioribus q̃ lactuca
eſt foliis craſſioribuſq;. Caule longo hirſutis: adnatis multis cubitalibus: flore paruo: purpureo. Naſcit̃
in cãpeſtribus. Illinitur cũ farina hordeacea igni ſacro. Sudorẽ in febribus mouet ſucco aquæ calidæ ad-
mixto. Inter omnes hærbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius. Aliqui hegonichon uocant: alii diſpyron:
alii heraclion. Hærba quincũcialis fere foliis duplo maioribus q̃ rutæ: ramulis ſurculoſis craſitudine iun
ci. Gerit iuxta folia ſingulas ueluti barbulas: & earum in cacuminibus lapillos candore: & rotunditate
margaritarum magnitudine ciceris. Duritia uero lapidea. Ipſi qua pediculis adhæreãt cauernulas habẽt
& intus ſemen. Naſcitur & in italia: ſed laudatiſſimum in cræta. Nec quicq̃ inter hærbas maiore quidem
miraculo aſpexi. Tantus eſt decor uelut aurificum arte alternis iter folia candicantibus margaritis tã ex
quiſita difficultas lapidis ex hærba naſcentis. Iacere atq; humi ſerpere auctores tradunt. Ego uulſam nõ
hærentem uidi. Iis lapillis drachmæ pondere potis uino albo calculos frangi: pelliq; cõſtat: & ſtrãguriã
diſcuti. Neq; in alia hærbarum fides eſt. Viſus ſtatim adquãcunq; medicinã nata ſit: eſt autẽ eius ſpecies
ut etiam ſine auctore uſus ſtatim noſci poſſit. Lapis uulgaris iuxta flumina fert muſcum ſiccum canum
Hic fricatur altero lapide addita hominis ſaliua. illo lapide tangitur impetigo. Qui tangit dicit. Pheuge
te cantharides lychos agrios hymas dioci. Limeum hærba appellatur a gallis: qua ſagittas in uenatu tin
gunt medicamento: quod uenenũ ceruarium uocant. Ex hac in tres modios ſalinati additur quantum in
Saliuati uel ſaluiati
una ſagitta addi ſolet: ita offa dimittitur in boum faucibus i morbis. Alligari poſtea ad præſepia oportet
donec purgent̃. Inſanire enim ſolent. Si ſudor inſequit̃ aqua frigida perfundi. Leuci mercuriali ſimilis no
men ex cauſa

men ex cauſa accepit per medium folium candida linea tranſcurrente. Quare meſoleucon quidã uocant.
Succus eius fiſtulas ſanat. Ipſa contrita carcinomata. Fortaſſis eadem ſit quæ leucas appellatur. Contra
omnia marina uenena efficax. Speciem eius auctores non tradunt: nec aliud q̃ ſiluestrem latioribus foliiſ
eſſe efficaciorem hanc ſemine acriore. Leucographis qualis eſſet ſcriptum nõ repperi. Quod & magis mi
ror: quoniam utilis proditur ſanguinem excreantibus tribus obolis cum croco. Itẽ cœliacis trita ex aqua
& appoſita. Profluuio fœminarum. Oculorum quoq; medicamẽtis. Et explendis ulceribus quæ fiunt in
teneris partibus corporis.

De medio: & myoſota: & myagro: & natrice: & othone: & onoſma: & onopordo: & oxyri: & oxye:
& batrachio: & polygono: & leucanthemo: & plythema: & phyllo: & phellãdrio: & phuleti: & polyrrhi
zo: & proſerpinaca: & de rhecoma: de reſeda & ſtoechade. Cap. xii.

Edion folia habet iridis ſatiuæ: caulem tripedalem: & in eo florem grandem purpureum rotũ Seridis.
m dum ſemine minuto: radicem ſemipedalem. In ſaxis opacis naſcitur. Radix drachmis. ii. cum Dioſco.
melle menſes fœminarum ſiſtit eclegmate per aliquot dies ſumpto. Semen quoq; in uino tri
tum contra abundantiam fœminarum datur. Myoſota ſiue myoſotis leuis hærba: caulibus pluribus ab
una radice aliquatenus rubentibus concauis ab imo: foliis anguſtis oblongis: dorſo acuto nigris per iter
ualla aſſidue geminantis & tenuibus cauliculis ex alis prodeuntibus: flore cæruleo. Radix digytali craſ
ſitudine multis capillamentis fibrata. Vis ei ſtyptica & exulceratrix: ideoq; ægilopas ſanat. Tradunt ægy
ptii menſis quẽ thiatin uocant: die. xxvii. fere in auguſto menſe incurrente: ſi quis huius hærbæ ſucco inun
gatur mane priuſq; loquatur nõ lippiturum eo anno. Myagros hærba ferulacea eſt foliis ſimilis rubiæ tri
pedanea. Semen oleoſum: quod & fit ex eo. Medetur oris ulceribus perunctis hoc ſucco. Hærba quæ uo
catur nigina tribus foliis longis intubaceis illita: cicatrices ad colorem reducit. Natrix uocatur hærba cu
ius radix euulſa uirus hirci redolet. Hac in piceno a fœminis abigunt: quos mira perſuaſione fatuos uo
cant. Ergo ſpecies lymphantium hoc modo animorum eſſe credimus: qui tali medicamento iuuentur.
Odonties inter fœni genera eſt: cauliculis denſis ab eadem radice geniculatis triãgulis nigris geniculis fo
lia parua habet longiora tamen q̃ polygonon. Semen in alis hordeo ſimile. florem purpureum: puſillũ.
Naſcitur in pratis. Decoctum cauliculorum eius in uino auſtero quantum manus capiat: dentium dolo
ri medetur: ita ut contineatur ore. Othone in ſyria naſcitur: ſimilis erucæ perforatis crebro foliis flore cro
ci: quare quidam anemones uocauerunt. Succus eius oculorum medicamentis conuenit. Mordet enim
leuiter & excalfacit aſtringitq; ſiccando. Purgat cicatrices & nubeculas: & quicquid obſtat. Quidam tra
dunt lauari: atq; ita ſiccatam digeri in paſtillos. Onoſma longa folia habet fere ad tres digitos in terra ia
centia tria ad ſimilitudinem ancuſæ inciſa ſine caule ſine flore ſine ſemine. Prægnans ſi edat eam aut ſuper
gradiatur: abortum facere dicitur. Onopordon ſi comederint aſini: crepitus reddere dicuntur. Trahit uri
nas & menſes. Aluum ſiſtit ſuppurationes & collectiones diſcutit. Oſiris ramulos fert nigros tenues len
tos: & in iis folia nigra ceu lini. Semenq; in ramulis nigrum initio: dein colore mutato rubeſcens. Smeg
mata mulieribus faciunt ex iis radicum decoctum potum ſanat arquatos. Eædem priuſquã matureſcat
ſemen: conciſæ & ſole ſiccatæ aluum ſiſtunt. Poſt maturitatẽ uero collectæ & in ſorbitione decoctæ rheu
matiſmis uentris medentur: & per ſe tritæ ex aqua cæleſti bibũtur. Oxis folia terna habet. Datur ad ſto
machum diſſolutum. Edunt & qui enterocelon habent. Polyanthemum: quam quidam batrachion ap
pellant: cauſtica ui exulcerat cicatrices: & ad colorem reducit. Eademq; uitiligines concorporat polygo
non græci uocant quã nos ſanguinariã: non attollitur a terra foliis rutæ ſimilis gramini. Succus eius iſu
ſus naribus ſupprimit ſanguinem: & potus cũ uino cuiuſlibet partis profluuiũ excreationeſq; cruentas i
hibet. Qui plura genera polygoni faciunt: hanc marẽ intelligi uolunt: appellariq; a multitudine ſeminis:
aut denſitate fruticis calligonon. Alii polygonon a frequentia geniculorum. alii athalida: alii carcinothrõ Polygona
alii clema: multi myrtopetalon. Nec nõ inueniuntur qui hanc fœminam eſſe dicant. Marẽ autẽ maiorem ton
minuſq; nigram & geniculis denſiorem: ſemine ſub oĩbus foliis turgeſcentẽ. Quocũq; hæc modo ſe ha
beant: uis earum eſt ſpiſſare ac refrigerare. Semine aluum ſoluunt largius ſumpto. Vrinã ciẽt. Rheuma
tiſmos cohibent. Qui ſi nõ fuere: nõ proſunt. Stomachi feruori folia imponunť. Veſicæ dolori illinũtur
& ignibus ſacris. Succus & auribus purulentis inſtillať: & oculorũ dolori per ſe. Dabatur & in febribus
ante acceſſiones duobus cyathis in tertianis quaterniſue præcipue. Item cholericis dyſentericis: & in ſolu
tione ſtomachi. Tertium genus oreon uocatur in montibus naſcens: arundini teneræ ſimile: uno caule:
denſis geniculis: & in ſe fractis. Foliis aũt piceæ: radicis ſuperuacuæ: inefficacius q̃ ſuperiora: peculiare iſ
chiadicis. Quartũ genus ſiluestre appellatur pene arboris frutice radice lignoſa ſtirpe cedri rubicundo.
Ramis ſparti binũ palmorũ nigris geniculorum ternis quaterniſq; articulis. Huic quoq; ſpiſſandi natura.
Sapor mali cotonei. Decoquitur in aqua ad tertia: aut aridi farina inſpergiť: & oris ulceribus: & attritis
partibus. Propter gingiuarũ uero uitia ipſa cõmanducať. Nomas ſiſtit: oĩaq; quæ ſerpunt aut difficilem

cicatricem habent. Priuatim uero ſanat a niue facta ulcera. Hærbarii & ad anginas utuntur illa. Et in capitis dolore coronam ex ea imponunt. Et contra epiphoras collo circundant. In tertianis quidem ſiniſtra manu euulſam adalligant: adeo contra profluuia ſanguinis. Nec ullam magis aridam q̃ polygonum ſeruant. Pancration aliqui ſcyllam puſillam appellare malunt: foliis albi lilii longioribus craſſioribuſq;. Radice bulbi magni colore ruſo. Aluum ſoluit ſucco cum farina erui ſumpto. Vlcera purgat. Hydropicis ſpleniciſq; cum melle datur. Alii decoquunt eam donec aqua dulcis fiat. Eaq; effuſa radicem terentes digerunt in paſtillos ſole ſiccatos: & poſtea utuntur ad capitis ulcera: & cætera quæ repurganda ſunt. Item ad tuſſim quantum tribus digytis apprehenderint: in uino dantes. Et ad lateris dolores aut pipneumonicis eclegma dantes. Propter iſchiada in uino bibendum. Et propter tormina menſeſq; ciendos. Peplos: quam aliqui ſychem: alii meconion aphrodes uocant ex una radice tenui fruticat: foliis rutæ paulo

*Minore q̃ candidi papaueris Dioſ.*

latioribus ſemine ſub foliis rotundo: minorus candido q̃ papaueris. Inter uites fere colligitur meſſibus. Siccaturq; cum fructu ſuo ſubiectis aquis: in quas excidant. Hoc poto aluus ſoluitur. Bilis ac pituita detrahitur. Media potio eſt acetabuli mẽſura i aquæ mulſæ heminis tribus & cibis inſpergitur obſoniiſq; ad moliendam aluum Periclymenos fruticat & ipſa ex interuallo duo folia habens ſubcandida mollia. In cacumine autem ſemen inter folia durum: & quod difficile euellatur. Naſcitur in aruis ac ſepibus conuoluens ſe adminiculis quibuſcunq;. Semen eius in umbra ſiccatum tunditur: & in paſtillos digeritur. Ii reſoluti dantur in uini albi cyathis tribus tricenis diebus ad lyenem: eumq; urina cruẽta aut per aluum abſumit. quod intelligitur a decimo ſtatim die. Vrinam cient & folia decocta: quæ & orthopnoicis proſunt. Partum quoq; adiuuant: ſecundaſq; pellunt pota ſimili modo Pelecinum in ſegetibus diximus naſci fruticoſam: cauliculis foliis ciceris. Semen in ſiliquis fert corniculorum modo aduncis ternis quaternisue: quale git nouimus amarum ſtomacho utilem. Additur in antidotis. Polygala palmi altitudinem petit: in caule ſummo foliis lenticulæ: guſtu aſtricto. quæ pota lactis abundantiam facit. Poterion aut ut alii uocant phrynion uel neruas large fruticat: ſpinis retorrida: lanugine ſpiſſa: foliis paruis: rotundis: ramulis: longis: mollibus: lentis: tenuibus: flore longo: herbacei coloris: ſeminis nulli uſus. ſed guſtu acuto & odorato. Inuenitur in aquoſis collibus. Radices habet duas aut tres binum cubitorum in altitudine neruoſas candidas firmas. Circunfoditur autunno & præciſo frutice. Dat ſuccum gummi ſimilem. Radix mira uulneribus ſanandis traditur: præcipueq; neruis uel præciſis illita. Decoctũ quoq; eius cum melle potum diſſolutiones neruorum & firmitates & inciſuras iuuat. Phalãgites a quibuſdam phalangion uocatur: ab aliis leucanthemon: uel ut in quibuſdam exemplaribus inuenio leucacatha. Ramuli ſunt ei nunquam pauciores duobus in diuerſa tendentes. Flos candidus lilio rubro ſimilis: ſemine nigro: lato: ad lenticulæ dimidiæ figuram multo tenuiore: radice hærbacei coloris. Huius folio uel flore uel ſemine auxiliantur contra ſcorpionũ phalangiorũq; & ſerpentium ictus. Item contra tormina. Phyteuma qualis ſit deſcribere aſuperuacuũ habeo: cum ſit uſus eius tantũ ad amatoria. Phyllon a græcis uocat' hærba in ſaxoſis montibus fœmina magis hærbacei coloris: caule tenui radice parua: ſemine rotũdo. Papaueri ſimili. Hæc ſui ſexus facit partus. Mares aũt ſemine tantũ differunt: quod eſt incipiẽte oli-

*Quod eſt ſimili incipiẽti oliuę Milio. Dioſco*

ua. Vtrũq; bibit' in uino. Phellandrion naſcitur in paluſtribus: folio apii. Bibitur ſemen eius ꝓpter calculos & ueſicæ incõmoda. Phalaris thyrſum habet longũ tenuem ceu calamũ in ſummo flore inclinatũ Semẽ. ſimile Seſame. Et hoc calculos frangit potũ ex uino uel aceto uel cũ melle & lacte. Itẽ etiã uitia ueſicæ ſanat. Polyrrhizon folia habet myrti: radices multas. Hæ tuſæ dantur in uino contra ſerpẽtes. Proſũt & quadrupedibus. Proſerpinaca herba uulgaris eſt eximi aduerſus ſcorpiones remedii. Eadem cõtrita addita muria & oleo anginã eximie curari tradunt. Præterea in quãtalibet laſſitudine recreari defeſſos: etiã cũ obmutuerint: ſi ſubiiciatur liguæ. Si deuoretur: uomitionẽ ſequi ſalutarem. Rhecoma affertur ex iis quæ ſupra potum ſunt regionibus. Radix coſto nigro ſimilis minor & ruſior paulo ſine odore: calfaciẽs guſtu & aſtringens Eadem trita uini colorem reddit ad crocum inclinãtem. Illita collectiones inflãmationeſq; ſedat. Vulnera ſanat. Epiphoras oculorum ſedat ex paſſo illita. Inſignita cum melle. Et alia liuentia ex aceto. Farina eius inſpergitur contra cacoethe & ſanguinem reiicientes drachmæ pondere in aqua. Dyſentericis etiam & cœliacis ſi febri careant in uino. Sin aliter ex aqua. Facilius teritur nocte antecedente madefacta. Datur & decoctum eius bibendum duplici menſura ad rupta conuulſa contuſis ex ſublimi deuolutis. Si pectoris ſint dolores additur piperis aliquid & myrrhæ. Si diſſolutio ſtomachi ex frigida aqua ſumitur: ſiue intus ſiue extra purulentis excreationibus. Item epaticis: : ſpleneticis: iſchiadicis ad renum uitia: ſuſpiria orthopneas. Arteriæ ſcabricias ſanat ex paſſo tribus obolis potius trita: aut decoctum eius. Lichenas quoq; ex aceto impoſita purgat. Bibitur contra inflationes: & perfricationes: febres frigidas: ſingultus tormina: aſperitates: capitis grauitates: melãcholicas uertigines: laſſitudinẽ: dolores: & conuulſiones. Circa ariminum nota eſt hærba: quã reſedã uocant. Diſcutit collectiones: iflãmationeſq; omnes. Qui curant ea: addunt hæc uerba. Reſeda morbos reſeda: ſciſne ſciſne quis hic pullos gerit' radi

ces nec

dices nec caput nec pedes habeant. Hæc ter dicunt: totienſq; deſpuunt. Stoecas in īſulis tantum eiuſdem
nominis gignitur odorata hærba: coma hyſopi: amara guſtu. Menſes cit potu: pectoris dolores leuat.
Antidotis quoq; miſcetur.

De ſolano: & ſmyrnio: & thelephio: & thrichomanæ: & thalietro: & tlaſpe: & tragonia: & trogoni: & tra
go: & tragologo: & ſpodile. Et q̄ quidā morbi in quibuſdam non ſunt gentibus. Cap. xiii.

ſ Olanum græci ſtrychnon uocant: ut tradit Cornelius Celſus. Huic uis reprimendi refrigeran
diq;. Smyrnion caulem habet apii: folia latiora: & maxime circa ſtolones multos: quorum a
ſinu exiliunt pinguia ad terram infracta: odore medicato cum quadam acrimonia iucunda co
lore: in luteum langueſcente: capitibus caulium orbiculatis ut apii ſemine rotundo: nigro: qui areſcit inci Ancthi.
piente æſtate. Radix quoq; odorata: guſtu acri mordet: ſuccoſa: mollis. Cortex eius foris niger. intus pal Dioſco.
lidus. Odor myrrhæ habet qualitatē: unde & nomen. Naſcitur & in ſaxoſis collibus ī terrenis. Vſus eius
excalfacere: extenuare. Vrinam & menſes ciunt folia & radix. Aluum ſemen ſiſtit. Radix collectiones &
ſuppurationes non ueteres. Item duricias diſcutit illita. Prodeſt & contra phalangia ac ſerpētes admixto
cachry aut polline aut mellyſſophyllo in uino pota: ſed particulatim: quoniam uniuerſa uomitionē mo
uet. Qua de cauſa aliquando cum ruta datur. Medetur tuſſi & orthopnoeæ ſemen uel radix. Item thora
cis aut lyenis & renum & ueſicæ uitiis. Radix autem ruptis conuulſis. Partus quoq; adiuuat: & ſecūdas
pellit. Datur iſchiadicis cum crethmo in uino. Sudores ciet & ructus. Ideo inflationem ſtomachi diſcu-
tit. Vulnera ad cicatricem p̄ducit. Exprimitur ſuccus radicis utilis & fœminis & thoracis: præcordiorūq;
deſideriis. Calfacit enim & concoquit & purgat. Semē peculiariter hydropicis datur potu: quibus & ſuc-
cus illinitur & malagmate cortice arido. Et ad obſonia utuntur cum mulſo & oleo & garo maxime in eli
xis carnibus ſimul. Concoctiones facit. Sapore ſimillima piperi. Eadem in dolore ſtomacho efficax. Te
lephion portulacæ ſimilis & caule & foliis. Rami a radice ſepteni octoniq; fruticant: foliis craſſis: carno-
ſis. Naſcitur in cultis & maxime iter uites. Illinitur lentigini: & cum inaruit: teritur. Illinitur & uitiligini:
ternis fere menſibus ſenis horis noctis aut diei: poſtea farina hordeacea illinitur. Medetur & uulneribus:
& fiſtulis. Thricomanes adiantho ſimilis eſt: exilius modo: nigriuſq;: foliis lenticulæ denſis: amaris: ad-
uerſis in ſe. Decoctum eius ſtrangurias ſanat in uino albo potum: addito cymino ruſtico. Succus cohi-
bet capillos defluentes: aut ſi effluxerint reparat. Alopeciaſq; denſat tritum & in oleo illitum. Sternuta-
menta quoq; guſtatu mouet. Thalietrum folia coriandri habet: pinguiora paulo: caulem papaueris. Na
ſcitur ubiq;: pręcipue in campeſtribus. Medētur ulceribus folia cum melle. Thilaſpe duum generum eſt Thlaſpi
anguſtis foliis digytali longitudine & latitudine in terram uerſis in cacumine diuiſis: cauliculo ſemipeda
li: non ſine ramis peltarum ſpecie: ſemine incluſo lenticulæ effigie: niſi q̄ infringitur: unde nomen. Flos al
bicat. Naſcitur in ſemitis & ſepibus. Semen aſperi guſtus. Bilem & pituitam utrinq; extrahit. Modus ſu-
mendi acetabuli: menſura. Prodeſt & iſchiadicis infuſum: donec ſanguinem extrahat. Mēſes quoque cit
ſed partus necat. Alterum thlaſpen aliqui perſicum napy uocant latis foliis: radicibus magnis. Et ipſum
utile iſchiadicorum infuſioni. Prodeſt & inguinibus utrunq;. Præcipitur ut qui colligit: dicat ſumere ſe cō
tra inguina: & contra omnes collectiones: & contra uulnera: unaq; manu tollat. Tragonia hærba qualis
ſit non traditur. Credo & falſum eſſe promiſſum. Democriti. Portentoſum enim eſt adalligatam triduo
abſumere lyenes. Tragonis: ſiue tragion naſcitur in creta tantum īſula in maritimis: iunipero ſimilis: &
ſemine & folio ramis. Succus eius lacteus in gummi ſpiſſatus uel ſemē impoſitione ſpicula e corpore eii-
cit. Tunditur recens: & cum uino illinitur aut ſiccæ farina cum melle. Eadem lactis abundantiam facit:
mammiſq; unice medetur. Eſt & alia hærba tragos: quam aliqui ſcorpion uocant: ſemipede alta frutico-
ſa: ſine foliis: puſillis racemis rubentibus grano tritici acuto cacumine: & ipſa in maritimis naſcens. Hu-
ius ramorum. x. aut. xii. cacumina trita ex uino pota cæliacis dyſentericis: ſanguinem excreantibus men-
ſiumq; abundantiæ auxiliantur. Eſt & tragopogon: quem alii comen uocant. Caulem habet paruum: fo
liis croci: radice longa: dulci: ſuper caulem calice lato: nigro. Naſcitur in aſperis ſine uſu. Et de hærbis qui
dem memoria digna hactenus: aut accepimus: aut comperimus. In fine earum admonere non ab re iudi
camus: aliis alias uirium ætates eſſe. Longiſſimo tempore durat elaterium: ut diximus. Chameleon ni-
ger. xl. annis. Centaurium non ultra duodecim. Peucedanum & ariſtolochia ac uitis ſilueſtris anno ī um Ariſtolo-
bra ſeruantur. Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices a nobis dictas attingit: excepta chia. v. aut
ſpondile: quæ omnes perſequitur. Genus id ſerpentis eſt. Ne illud quidem dubitatur: omnium radicum vi. uitis.
uim effectuſq; minui: ſi fructus prius matureſcant. Item ſeminum ante radice propter ſuccum inciſa. Re
ſoluitur autem omnium uis conſuetudine. Et deſinunt prodeſſe cum opus eſt: quæ quottidie in uſu fue-
re: æque q̄ nocere. Omnes uero hærbæ uehementiores effectu uiribuſque ſunt in frigidis locis: & in aqui-
lonis. Item ſiccis. Sunt & gentium differentiæ non mediocres. Sicut accepimus de tineis lumbriciſq; in-
eſſe ægypti Arabiæ ſyriæ Ciliciæ populis. E diuerſo græciæ phrygiæ omnino non naſci. Minus id mirum Thraciæ.
Theophr.

q̃ q; in confinio atticæ boeotiæq; thebanis innaſcuntur:cũ abſint athenienſibus. Quæ cõtemplatio aufert
nos ad ipſorum animalium naturas. Ingenitaſq; iis uel certiores morborum omnium medicinas rurſus.
Enimuero rerum omnium parens nullum animal ad hoc tantum ut paſceretur:aut alia ſatiaret:naſci uo
luit. Quin artes ſalutares iſeruit & uiſceribus. Quippe cum ſurdis etiam rebus inſeruerit. Tum uero illa
animæ auxilia præſtantiſſima ex anima alia eſſe uoluit contemplatione ante cuncta mirabili.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXVIII. PROOEMIVM.

### De Medicinis ex animalibus. Cap. i.

Ictæ erant omnium rerum naturæ inter cælum ac terram naſcentium : reſtabantq;
quæ ex ipſa tellure fodiuntur : ſi non hærbarum ac fruticum tracta remedia aufer-
d rent tranſuerſos ex ipſis animalibus quæ ſanãtur reperta maiore medicina. Qui er
go diximus hærbas & florum imagines: ac pleraq; inuentu rara ac difficilia . iidem
tacebimus: quid in ipſo homine proſit homini? cæteraq; genera remediorum inter
nos uiuentia? cum præſertim niſi carenti doloribus morbiſq;: uita ipſa pœna fiat.
Minime uero. Quin omnem inſumemus operam: licet faſtidii periculum urgeat: quando ita decretum
eſt minorem gratiæ q̃ utilitatem uitæ reſpectum habere. Quinimmo externa quoq; & barbaros etiam
ritus indagabimus. Fides tantum auctores appellet. Quamquam & ipſi conſenſu proprii iudicii ita di-
gere laborauimus: potiuſq; curæ rerum: quam copiæ inſtitimus. Illud admonuiſſe perq̃ neceſſarium eſt:
dictas iam a nobis naturas animalium: & quæ cuiuſq; eſſent inuenta . Neq; enim minus profuere medi-
cinas reperiendo: quam proſunt præbendo. Nunc quæ in ipſis auxilientur indicari: neq; illic in totũ omiſ
ſa. Itaq; hæc eſſe quædam alia: illis tamen connexa. Incipiemus autem ab homine: ipſum ſibi exquirẽtes:
immenſa ſtatim difficultate obuia. Sanguinem namq; gladiatorum bibunt: ut bibentibus populis pro-
cul ſint comitiales morbi. Quod ſpectare facientes eadem harena feras quoq; horror eſt. At hercule illi
ex homine ipſo ſorberi efficaciſſimum putãt calidum: ſpirantemq;. & una ipſam animam ex oſculo uulne
rum cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoueri ori fas ſit humano. Alii medullas crurum quærũt
& cerebrum iſantium. Nec pauci apud græcos ſingulorum uiſcerum membrorumq; etiam ſapores dixe
re. Omnia perſecuti uſq; ad reſegmina unguium. Quaſi uero ſanitas uideri poſſit feram ex homne fieri.
Quin morbo dignum non ipſa medicinæ gratia. Egregia hercule fruſtratione ſi non proſit. Aſpici huma
na extra nefas habetur: quãtomagis mandi? Quis iſta inuenit oſtenta? Tecum enim res erit euerſor iuris
humani: monſtrorũq; artifex: qui primus ea condidiſti. Feciſti credo ne uita tui obliuiſceretur. Quis inue
nit ſingula mẽbra humana mandere? Qua conectura inductus? Quã poteſt medicina iſta originẽ ha-
buiſſe? Quis ueneficia innocenciora effecit q̃ remedia? Eſto barbari externiq; ritus inuenerint? Etiam ne
græci ſuas fecere has artes? Democriti extant comentationes ad alia noxii hominis & ex capite oſſa plus
ꝓdeſſe: ad alia amici & hoſpitis. Iam uero ui interẽpti dente gingiuas in dolore ſcarificari. Apollonius ef
Caluaria ficaciſſimum ſcripſit. Miletus oculorum ſuffuſiones felle hoĩs ſanari. Artemon calua iterfecti: igneq; cre
mati propinauit aquam e fonte noctu comitialibus morbis. Ex eadem ſuſpendio interempti catapotia fe
cit contra canis rabidi morſus Antheus. Atq; etiã quadrupedes homines ſanauere: contra inflatiões boũ
perforatis cornibus inſerentes oſſa humana. Vbi homo occiſus eſſet aut crematus ſiliginem quæ perno-
ctaſſet: ſuũ morbis dando. Procul a nobis noſtriſq; litteris abſint iſta. Nos auxilia dicemus non piacula.
Sicubi lactis puerperarum uſus mederi poterit: ſicubi ſaliua tactuſue corporis cæteraq; ſimilia . Vitam
quidem non adeo extendendam cenſemus: ut quoquomodo pertrahenda ſit. Quiſquis es talis æque mo
riere etiã cum obſcenus uixeris aut nefandus. Quapropter hoc primũ quiſq; ĩ remediis animi ſui habeat:
ex oĩbus bonis quæ homini tribuit natura: nullum melius eſſe tẽpeſtiua morte. In eaq; id optimũ quod
illam ſibi quiſq; præſtare poterit.

### An ſit in medendo aliqua uis uerborũ & ſanari & depelli. Cap. ii.

X homine remediorum primum maxime quæſtionis & ſemper incertæ eſt: ualeãt ne aliquid
e uerba & incantamenta carminum. Quod ſi uerum eſt homini acceptum fieri oportere conue-
niet. Sed uirium ſapientiſſimi cuiuſq; reſpuit fides. In uniuerſum uero omnibus horis hominis
credit uita: nec ſentit. Quippe uictimas cædi ſine præcatione non uidetur referre : nec deos rite conſuli.
Incantationis uel cõmédatióis Præterea alia ſunt uerba impetrantis: alia depulſoris: alia cõmentationis. Vidimuſq; certis precationibus
obſecraſſe ſummos magiſtratus. Et ne quid uerborum prætereatur aut præpoſterum dicatur: de ſcripto
præire aliquem. Ruſuſq; alium cuſtodem dari qui attendat: alium uero præponi : qui faueri linguis iu-
beat. Tibicinem canere: ne quid aliud exaudiatur. Vtraque memoria inſigni : quotiens ipſæ diræ obſtre-
pentes nocuerint

pentes nocuerint:quotienſue præcatio errauerit. Sic repente extis adimi capita uel corda:aut geminari ui
ctima ſtante acciderit Duratq; immenſo exemplo Deciorum patris filiiq; quo ſe deuouare carmen. Ex-
tat. Tuciæ ueſtalis inceſtæ precatio:qua uſa aquã tulit in cribro:anno urbis romæ.dc.nono.Boario uero
in foro græcum græcamq; defoſſos aut aliarum gentium:cum quibus cum res eſſet:etiam noſtra ętas ui
dit.Cuius ſacri precationem qua ſolet præire quindecemuirum collegii magiſter:ſiquis legat pfecto uim
carminum fateatur.Et omnia approbantibus octingentorum.xxx.annorum euẽtibus. Veſtales noſtras
hodie credimus nondum egreſſa urbe mancipia fugitiua retinere in loco precationis.Quod ſi ſemel reci-
piatur ea ratio:& deos preces aliquas exaudire:aut ullis moueri uerbis.confitendum ſit de tota coniecta
tione.Priſci quidem noſtri perpetuo talia prodidere.Difficillimumq; ex iis etiam fulmina elici ut ſuo lo-
co docuimus.L.Piſo primo annalium auctor eſt Tullum Hoſtilium regem ex Numæ libris eodẽ quo
illum ſacrificio Iouem cælo deuocare conatum: quoniam parum ritæ quædam feciſſet fulmine ictum.
Multi uero magnarum rerum fata & oſtenta uerbis permutari.Cum enim in tarpeio fodientes delubro
fundamenta caput humanum inueniſſent:miſſis ob id a ſenatu legatis hetruriæ celeberrimus uates Ole
nus Calenus præclarum id fortunatumq; cernens:interrogatione in ſuam gentem transferre tentauit:ſci-
pione prius determinata templi imagine in ſolo ante ſe.Hoc ergo dicitis romani hic templũ Iouis opti-
mi maximi futurum eſt? Hic caput inuenimus.Conſtantiſſima annalium affirmatione tranſiturum fuiſ
ſe fatum in æthruriam:ni præmoniti a filio uatis legati romani reſpondiſſent:non plane hic ſed romæ in-
uentum caput dicimus.Iterum hic accidiſſe tradunt cum in faſtigium eiuſdem delubri præparatæ qua-
drigæ fictiles in fornace creuiſſent.Et iterum ſimili modo retentum auguriũ.Hæc ſatis ſint exemplis: ut
appareat oſtentorum uires & in noſtra poteſtate eſſe:ac prout quæq; accepta ſunt ita ualere. In auguriũ
certe diſciplina conſtat:neq; diras aues:neq; ulla auſpicia pertinere ad eos:qui quãq; rem ingredientes ob
ſeruare ſe ea nauigauerint. Quo munere diuinæ indulgentiæ maius nullum eſt. Quin etiam & legum
ipſarum.in.xii.tabulis uerba ſunt:qui fruges excantaſſet.Et alibi.Quin malum carmen incantaſſet.Ver
rius Flaccus auctores ponit:quibus credat:in oppugnationibus ante omnia ſolitum a romanis ſacerdo-
tibus euocari deum:cuius in tutela id oppidum eſſet:promittiq; illi eũdem aut ampliorem locum apud
romanos cultumue.Durat in pontificum diſciplina id ſacrum.Cõſtatq; ideo occultatum:in cuius dei tu
tela roma eſſet:ne qui hoſtium ſimili modo agerent.Defigi quidem diris deprecationibus nemo non me
tuit.Huc pertinet ouorum:ut exorbuerit quiſq; calices cochlearumq; protinus frangi:aut eoſdẽ cochlea-
ribus perforari.Hinc Theocriti apud græcos:Catulli apud nos:proximeq; Virgilii incantamẽtorũ ama
toria imitatio.Figlinarum opera multi rumpi credunt tali modo.Non pauci etiam ſerpentes ipſos recã
tari.Et hunc unum eſſe ipſis intellectum:contrahiq; marſorum cantu etiam in nocturna quiete.Etiã pa-
rietes incendiorum deprecationibus conſcribuntur.Neq; eſt facile dictu:externa uerba atq; ineffabilia de
rogent fidem Validius an latina inopinata:& quæ ridicula uideri cogit animus ſemper aliquid ĩmenſum
expectans ac dignũ deo mouẽdo:immo uero q^d numini imperet.Dixit Homerus profluuium ſangui-
nis uulnerato fœmine Vlyxem inhibuiſſe carmine.Theophraſtus iſchiadicos ſanari.Cato pdidit luxatis
membris carmen auxiliari.M.Varro podagris Cæſarem dictatorem poſt unum ancipitem uehiculi ca-
ſum ferunt ſemper ut primum conſediſſet(id quod pleroſq; nunc facere ſcimus)carmine ter repetito ſecu
ritatem itinerũ aucupari ſolitum.Licet hanc in partẽ ſingulorum quoq; conſcientiã coarguere.Cur enim
primum anni incipientis diẽ lætis præcationibus inuicem fauſtum ominamur? Cur publicis luſtris etiã
nomina uictimas ducentium proſpere legimus? Cur & faſcinationibus adoratione peculiari occurrimuſ — proſpera eligimus
Alii græcam Nemeſim inuocantes:cuius ob id romæ ſimulacrum in capitolio eſt: quãuis latinum no-
men non ſit.Cur ad mentionem defunctoram teſtamur memoriã eorum a nobis non ſollicitari? Cur ĩ-
pares numeros ad omnia uehementiores credimus? Idq; in febribus dierum obſeruatione intelligit.Cur
ad primitias pomorũ hæc uetera eẽ dicimus:alia noua optamus? Cur ſternutamẽtis ſalutamus? Quod
etiam Tyberium Cæſarem triſtiſſimum(ut conſtat)hominum in uehiculo exegiſſe tradunt.Et aliq no-
mine quoq; conſalutare religioſius putant. Quin & abſentes tinnitu aurium præſentire ſermões de ſe re-
ceptum eſt.Attalus affirmat ſcorpione uiſo ſi quis dicat duo:cohiberi nec uibrare ictus.et quoniam ſcor
pio admonuit in africa nemo deſtinat aliquid:niſi præfatus africam.In cæteris uero gentibus deos ante
obteſtatur ut uelint.Nam ſi mens aſſit:nullum ponere tranſlaticium uidebimur:quoniam multas etiã
pollere religiones manifeſtũ eſt.Alius ſaliua poſt aurem digyto relata:ſollicitudinem animi propitiat.
Pollices cũ faueamus:premere etiã prouerbio iubemur.In adorãdo dexterã ad oſculum referimus: to-
tũq; corpus circũagimus.Quod in leuũ feciſſe galliæ religioſius credũt. Fulgetras poppyſmis adorare
cõſenſus gentiũ eſt.Incẽdio inter epulas noĩato aquã ſub mẽſa pfundi abominat.recedẽte aliquo ab epu
lis:ſimul uerri ſolũ.Aut bibente cõuiua mẽſam uel repoſitorium tolli inauſpicatiſſimũ iudicatur. Seruii
Sulpitii principis uiri cõmentatio eſt:quãobrem menſa linquẽda nõ ſit. Nondũ enim plures q̃ conuiuæ

Tribus

numerabantur. Nam ſternutamento reuocari ferculum menſamue: ſi non poſtea guſtetur aliquid inter
dira habetur. Omnino autẽ eſſe hæc inſtituere illi: qui omnibus negociis horiſq; intereſſe credebant deos.
Et ideo placatos etiam uitiis noſtris reliquerunt. Quin & repente conticeſcere conuiuium adnotatum ẽ:
non niſi in pari præſentium numero: qua in re fame labor eſt: ad quẽcunq; eorum pertinens. Cibus etiam
e manu prolapſus reddebatur. Atque per menſas uetabantur mundiciarũ cauſa deflare. Et ſunt condita
auguria quid loquenti cogitanti ue id acciderit: inter execratiſſima. Si pontifici accidat ditis cauſa epulan
ti: in menſa utiq; id reponi adoleriq; ad larem piatio eſt. Medicamenta prius q̃ adhibeantur in menſa for-
te depoſita negantur prodeſſe. Vngues reſecari nundinis romanis tacenti atq; a digyto indice: multorũ
pecuniæ religioſum eſt. Capillum uero contractari cõtra defluuia ac dolores capitis. xvii. luna atq;. xxix.
Pagana lege in pleriſq; italiæ prædiis cauetur ne mulieres per itinera ambulãtes torqueant fuſos: aut oĩo
detectos ferant: quoniam aduerſatur id omnium ſpei: præcipue frugum. M. Seruilius Nouianus prin-
ceps ciuitatis non pridem in metu lippitudinis prius q̃ eam ipſam nominaret: aliuſue ei prædiceret: dua-
bus litteris græcis. P &. A chartam inſcriptã circũligatam lino ſubnectabat collo. Mu-
tianus ter conſul eadem obſeruatione uiuentem muſcam in linteolo albo: his remediis carere ipſos lippi
tudine prædicantes. Carmina quædam extant contra grandines. Contraq; morborum genera. Cõtra am
buſta. Quidam etiam in partus. Sed in prodendo obſtat ingens uerecundia in tanta animorum uarieta
te. Qua propter de his ut libitum cuiq; fuerit opinetur.

Remedia ex homine contra magos. Cap. iii.

h Ominum monſtrificas naturas & ueneficos aſpectus plenius diximus in portentis gentium: &
multas animalium proprietates: quæ repeti ſuperuacuum eſt. Quorundam hominũ tota cor
pora proſunt: ut ex iis familiis quæ ſunt terrori ſerpentibus: tactu ipſo leuant percuſſos ſuctu
ue medico. Quorum e genere ſunt pſylli marſiq;: & qui oblongenes uocantur in inſula cypro. Ex qua fa
milia legatus Hexagon nomine a conſulibus romæ in dolium ſerpentium coniectus experimenti cauſa
circũmulcentibus linguis miraculum præbuit. Signum eius familiæ eſt ſi modo adhuc durat uernis tẽ-
poribus odoris uirus. Atq; eorum ſudor quoq; medebatur: non modo ſaliua. Nam in inſula nili tentyri
naſcentes tanto ſunt crocodilis terrori: ut uocem quoq; eorum fugiant. Horum omnium generum ĩ ſua
repugnantia interuentum quoq; mederi conſtat. Sicuti aggrauari uulnera introitu eorum: qui unquam
fuerint ſerpentium caniſue dente læſi. Iidem gallinarum incubitus: pecorum fœtus abortu uitiant. Tan-
tum remanet uirus excepto ſemel malo: ut uenefici fiant uenena paſſi: remedio eſt ablui prius manus eo-
rum: aquaq; illa eos quibus medearis inſpergi. Rurſus a ſcorpione aliquãdo percuſſi nunq̃ poſtea a cra-
bronibus: ueſpis apibuſue feriuntur. Minus miretur hoc qui ſciat: ueſtẽ a tineis non attingi: quæ fuerit in
funere. Serpentes ægre præterq̃ leua manu extrahi.

De quibuſdam ſortilegiis & ſaliua hominis. Cap. iiii.

p Ythagoræ inuentis non temere fallere: impoſitiuorum nominum imparem uocalium numerũ
claudicates: oculorumue orbitatem ac ſimiles caſus dextris aſſignare partibus: parem leuis. Fe
runt difficiles partus ſtatim ſolui: cum quis tectum in quo ſit grauida tranſmiſerit lapide: uel
miſſili ex iis quæ tria animalia ſingulis ictibus interfecerint: hominem: aprum: urſam. Probabilius id fa-
cit haſta uelitaris: euulſa a corpore hominis: ſi terram nõ attigerit. Eoſdem enim illita effectus habet. Sic
& ſagittas corpore eductas ſi terram non attigerint ſubiectas cubantibus amatorium eſſe Orpheus & ar
chelaus ſcribunt. Quin & comitialem morbum ſanari cibo e carne feræ occiſæ eodem ferro quo homo in
terfectus ſit. Quorundam partes medicæ ſunt ſicuti dicimus de Pyrrhi regis police. Et elide ſolebat oſtẽ
di Pelopis haſta: quam eburneam affirmabant. Neuos in facie tondere religioſum habent etiam nũc mul
ti. Omnium uero in primis ieiunam ſaliuam contra ſerpentes præſidio eſſe docuimus. Sed & alios effi-
caces eius uſus recognoſcat uita. Ita deſpuimus comitiales morbos: hoc eſt contagia regerimus. Simili
modo & faſcinationes repercutimus ſiniſtræ dextræque claudicatis occurſu. Veniam quoq; a deis ſpei ali
cuius audacioris petimus in ſinum ſpuendo. Etiam eadem ratione terna deſpuere deprecatione in omni
medicina mos eſt: atque effectus adiuuare. Incipientes furunculos ter præſignare ieiuna ſaliua. Nunc mi
rum dicemus: ſed experimento facile. Si quem pœniteat ictus eminus cominuſue illati: & ſtatim expuat
mediam in manum qua percuſſit: leuatur illico percuſſus a pœna. Hoc ſæpe delumbata quadrupede ap
probatur: ſtatim a tali remedio correcto animalis ingreſſu. Quidam uero aggrauant ictus ante cona-
tum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta. Credamus ergo & lichenas lepraſq; ieiuno illitu aſſiduo arceri.
Item lippitudines matutina quottidie uelut inunctione. Carcinomata malo terræ ſubacto. Ceruicis do
lorem ſaliua ieiuni dextra manu ad dextrum poplitem relata: leua ad ſiniſtrum. Si quod animal aurem
intrauerit: & inſpuatur exire. Inter amuleta eſt editæ quẽq; urinæ expuere. Similiter in calciamentum de
xtri pedis antequã induatur. Item cum quis tranſeat locum in quo aliquod periculum adierit. Martion

Smyrneus

Hoſtilia. uetus lectio. coſtilla uel oſſicula: quæ eburnea

uel percuſſis poena

Smyrneus qui de ſimplicibus effectibus ſcripſit rumpi ſcolopēdrars marinas ſputo tradit. Item rubetas
aliaſq; ranas. Ophilius ſerpentes ſiquis in hiatu earum expuat. Salpe torporem ſedari quocunq; mēbro
inſtupente ſi quis in ſinum expuat. Aut ſi ſuperior palpebra ſaliua tangatur. Nos ſi hæc & illa credamus
rite fieri. Extranei interuentu: aut ſi dormiens expectetur infans a nutrice terna expui quāquam religio-
ne mutatur & faſcinus: Imperatorum quoque non ſolum infantium cuſtos: qui deus inter ſacra romana
a ueſtalibus colitur: & currus triumphantium. Sub his pendens defendit medicus inuidiæ: iubetque eoſ
dem recipere. Similis medicina linguæ ut ſit exorata a tergo fortuna gloriæ carnifex. Morſus hominis in
ter aſperrimos quoque numeratur. Medetur ſordes ex auribus. Ac ne quis miretur etiam ſcorpionū icti
bus ſerpentiumque ſtatim impoſitæ. Melius e percuſſi auribus proſunt. Ita & Redimias ſanari ſerpen-
tium uero ictum contuſi dentis humani farina. Capillus puero qui primum deciſus eſt podagræ impe-
tus dicitur leuare circunligatus. Et in totum impubium impoſitus. Virorum quoq; capillus canis mor-
ſibus medetur ex aceto. Et capitum uulneribus ex oleo aut uino. Si credimus a reuulſo cruci quartanis.
Combuſtis æquæ capillus carcinomati. Pueri qui primus ceciderit dens: ut terram non attingat incluſus
in armillam & aſſidue in brachio habitus muliebrium locorum dolores prohibet. Pollex in pede præliga
tus proximo digyto tumores unguinum ſedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati diſtilla-
tiones atq; lippitudines arcent. Quin & eiectus capillus calculoſo alligatus qui ſupra pubem leuare cæ-
teros dicitur: ac iocineris etiam dolores. Ac celeritatem partus facere. Addidit Granius efficaciorem ad
hoc eſſe ferro exemptum. Partus accelerat uicinos ex quo quæq; conceperit ſi cinctu ſuo ſoluto fœminā
cinxerit: dein ſoluerit: adiecta precatione ſe uinxiſſe eandem & ſoluturum: atq; abierit. Sāguine ipſius ho
minis ex quacunq; parte emiſſo efficaciſſime anginam illini tradunt Orpheus & archelaus. Item ora co-
mitiali morbo lapſorum exurgere enim protinus. Quidam ſi pollices pedum pungantur. Exque iis gut
tæ referantur in faciem. Aut ſi uirgo dextro pollice attingat. Hac coniectura cēſentes uirgines carnes edē
das. Eſchines athenienſis excrementorum cinere anginis medebatur & tonſillis: uuiſq; & carcinomatis.
Hoc medicamentum uocabat botryon. Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur: primoq; fœ-
minarum menſe. Aut ſi non id contingat: longinqua fiunt: maximeq; comitiales. Quin & a ſerpente ac
ſcorpione percuſſos coitu leuari produnt. Verum fœminas uenere ea lædi. Oculorum uitia fieri negant:
nec lippire eos qui cum pedes lauant aqua inde ter oculos tangant. Immatura morte raptorū manu ſtru
mas parotidas guttura tactu ſanari affirmāt. Quidam uero cuiuſq; defuncti dūtaxat ſui ſexus leua ma-
nu auerſa. Et e ligno fulgure icto reiectis poſt terga manibus demorderi aliquid ad dētem qui doleat ad
moueri: remedio eſſe produnt. Sunt qui præcipiant dentem ſuffiri dente hominis ſui ſexus. Et cum q ca-
ninus uocetur in ſepulto exemptum adalligari. Terram ex caluaria pſilothrum eſſe palpebrarum tradūt
Hærba uero ſiqua ibi genita ſit commanducata dentes cadere. Vlcera non ſerpere ex oſſe hominis circū
ſcripta. Alii e tribus puteis pari menſura aquas miſcent: & prolibant nouo fictili. Reliquum dant in ter-
tianis acceſſu febrium bibendum. Item in quartanis fragmentum claui a cruce inuolutum lana collo ſub
nectunt. Aut ſpartum e cruce: liberatoq; condunt cauerna quam ſol non attingat. Magorum hæc com-
menta ſunt. Vt cotem qua ferramenta ſæpe exacuta ſint: ſubiectam ignari ceruicalibus de ueneficio defi-
cientes euocare. Indicium ut ipſe dicat: quid ſibi datum ſit: & ubi: & quo tempore: auctorem tamen non
nominare. Fulmine utiq; percuſſo circūactum in uulnus hominem loqui protinus conſtat. Inguinibus
medentur aliqui licium telæ detractum alligantes nouenis ſeptenisue nodis ad ſingulos nominantes ui-
duam aliquam: atque ita inguina adalligantes licio. Et clauum: aliudue quod quis calcauerit: alligatum
ipſos iubent gerere: ne ſit dolori uulnus. Verrucas auellunt a uiceſima luna in limitibus ſupini ipſam in-
tuentes ultra caput manibus porrectis: & quicquid comprehendere eo fricantes. Clauum corporis cum
cadat ſtella ſi quis diſtringat: uel cito ſanari aiunt. Cardinibus hoſtiorum aceto affuſis lutum fronti illi-
tum capitis dolorem ſedare. Item laqueum ſuſpendioſi circūdatum temporibus. Si quid e piſce hæſerit
faucibus in aquam demiſſis frigidam pedibus cadere. Si uero ex aliis oſſibus: impoſitis capiti ex eodem
uaſe oſſiculis. Si panis hæreat: ex eodē in utranq; aurem addito pane. Quin & ſordes hominis in magnis
fecere remediis quæſtuoſorum gymnaſia græcorum: quippe ea ſtrigmenta molliunt: calfaciunt: diſcuti-
unt: cōplent ſudore & oleo medicinā facientibus. Vuluis inflāmatis contractiſq; admouentur. Sic & mē
ſes cient. Sedis inflāmationes & cōdylomata leniunt. Item neruorum dolores: luxata: articulorum no-
dos. Efficaciora ad eadem ſtrigmenta a balneis: & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamētis. Nam illa
quæ ſunt e cæromate permixto ceno: articulos tūmmolliunt: calefaciūt: diſcutiunt efficacius: ſed ad cætera
minus ualent. Excedit fidē impudens cura: qua ſordes uirilitatis contra ſcorpionū ictus ſingularibus re-
mediis celeberrimi auctores clamāt. Rurſus in fœminis quas infantiū aluo editas in utero ipſo cōtra ſte-
rilitatē ſubdi cēſent: meconiū uocāt. Immo ēt ipſos gymnaſiorū raſere parietes. Et ille quoq; ſordes excal
factoriam uim habere dicuntur. Panos diſcutiunt. Vlceribus ſenū puerorumq; & deſquammatis ambu

Expectet: prior lectio: item qq religione mutat & faſcias.

Ex eiectis

ſtiſue illinuntur. Eo minus omitti conuenit ab animo hominis pēdentes medicinas. Eæ ſunt. A bſtinere a
cibo nimio: aut potu: alias uino tantum aut carne: alias balneis cum quid eorũ poſtulet ualitudo: in præ
ſentiſſimis remediis habetur. His remediis adnumeratur exercitatio: intentio uocis: ungue fricari cum ra
tione: uehemens enim fricatio ſpiſſat: lenis: mollit. Multa adimit corpus. Auget modica. In primis uero
prodeſt ambulatio: geſtatio: & ea pluribus modis. Equitatio ſtomacho & coxis utiliſſima. Phthiſi na-
nauigatio. Longis morbis locorum mutatio. Item ſomno mederi ſibi: aut lectulo aut rara uomitione:
Supini cubitus oculis conducunt: at proni tuſſibus. In latera aduerſum diſtillationes. Ariſtoteles & Fa-
bianus plurimum ſomniari circa uernum & autumnum tradunt: magiſq; ſupino cubitu: at prono nihil.
Theophraſtus celerius concoqui dextri lateris in cubitu: difficilius in ſupinis. Solum quoq; remediorum
maximum ab ipſo ſibi præſtari poteſt: ſicuti linteorum ſtrigiliumq; uehementia. Perfundere caput aqua
calida ante balnearum uaporationem & poſtea frigida: ſaluberrimum ĩtelligitur. Item præſumere cibos:
& interponere frigidam eiuſdēq; potu ſomnos antecedere: & ſi libeat interrumpere. Notandum nullum
aliud animal præter hoĩem calidos potus: ideoq; nō eē naturales. Mero ante ſomnos colluere ora: pp ali
tus. Frigida aqua matutinis impari numero ad cauendum dentium dolores.

Ad lippitudines oculorum. Cap. v.

Tem poſca oculos contra lippitudines. Certa ſunt experimēta totius corporis ualitudinis ua-
i rietate uictus inobſeruata. Hippocrates tradit nō prādentiũ exta celerius ſeneſcere. Verum id
Inciſiis remediis cecinit: nō epulis. Quippe multo utiliſſima eſt tēperantia in cibis. L. Lucullus hanc
de ſe præfecturã ſeruo dederat. Vltimoq; probro maius in cibis triumphalibus ſedenti dicebatur uel ĩ ca
pitolio epulanti pudenda re: Seruo ſuo facilius parere q̃ ſibi.

De ſternutamento & uenere & cæteris remediis. Cap. vi.

Si qs manu: nares ut tradunt & oculos attingat

Ternutamenta pinna grauedinem emendant. Et ſi quis muris nares (ut tradunt) oſculo attin
ſ gat. Sernutamenta & ſingultum. Ob hoc Varro ſuadet palmam altera manu ſcalpere. Ple-
riq; annulum e ſiniſtra in longiſſimum dextræ digytum transferre. Aut in aquam feruentẽ ma
nus immergere. Theophraſtus ſenes laborioſius ſternuere dicit. Venerem damnauit Democritus: ut in
q̃ hō alius exiliret ex homine. Eſt hercule raritas eius utilior. Athletæ lamen torpentes reſtituuntur Ve-
nere uox reuocatur: cum ea candida declinat in fuſcam. Medetur & lumborum dolori: Oculorum hebe
tationi. Mentecaptis ac melancholicis. Aſſidere grauidis uel cum remedium alicui adhibeatur digitis pe
ctinatim inter ſeſe amplexis ueneficiũeſt. Idque compertum tradunt. Alcmena Herculem pariente. Pe-
ius ſi circa unum amboue genua. Item poplites alternis genibus imponi. Ideo hæc in cōſiliis ducum po-
teſtatumue fieri uetuere maiores uelut omnem actum impedientia. Vetuere uero & ſacris uotiſue ſimi-
li modo intereſſe. capita autem aperiri aſpectu magiſtratuum nō uenerationis cauſa iuſſere: ſed ut Var-
ro auctor eſt ualitudinis: quo firmiora conſuetudine ea fierent. Cum quid oculo inciderit: alterum com-
primi prodeſt. Cum aquæ dextræ auriculæ ſiniſtro pede exultare capite in dextrum humerum deuexo in
uicem e diuerſa aure. Si tuſſis concitet: ſaliuam in fronte ab alio afflari. Si iaceat uua: a uertice morſu alte
rius ſuſpendi. In ceruicis dolore poplites fricare. Aut ceruicem poplitum. Pedes in humero deponi ſi ner
ui in his cruribus ue tendantur in lectulo. At ſi in leua parte id accidat: ſiniſtræ plantæ pollicē dextra ma
nu apprehendi. Item e diuerſo. Extremitates corporis uel aurium uelicatibus perſtringi contra horrores
corporis ſanguinēue narium imodicum. Lino uel papyro principia genitalium: femur mediũ ad cohibē
da urinæ profluuia. In ſtomachi ſolutione pedes præſtare: aut manus in feruentem aquam dimittere. Iã
& ſermoni parci multis de cauſis ſalutare eſt. Triennio Mœcenatem Meliſſium accepimus ſilentium ſi-
bi imparauiſſe a cōuulſione reddito ſanguine. Nam e diuerſo ſcandenteſq; ac iacentes: ſi quid ingruat cō-
traq; ictus ſpiritum cohibere ſingularis præſidii eſt. Quod inuentum eſſe animalis docuimus. Clauum
ferreum defigere in quo loco primũ caput defixerit corruens morbo comitiali abſolutorium eius mali di
citur. Contra renum ac lumborũ ueſicæq; cruciatus in balnearum ſoliis pronos urinã reddere mitigato-
rium habetur. Ac uulnera nodo Herculis præligare: mirũ quantum ocior medicina eſt. Atq; etiã quoti
diani cinctus tali modo uim quandam habere utilem dicitur. Quippe cũ Hercules eum prodiderit. Nu
merum quoq; quaternarium Democritus condito uolumine & quare quaterni cyathi ſextariiue nō cēnt
potandi. Contra lippitudines retro aures fricare prodeſt: & lachrymoſis oculis frontē. Augurium ex ho
mine ipſo non eſt timendi mortē in ægritudine: quãdiu oculorum pupillæ imaginem reddãt. Magna &
urinæ non ratio ſolum: ſed etiã religio apud auctores inuenitur digeſta in genera. Spadonũ quoq; ad fœ
cunditatis beneficia. Verum ex iis quæ referre fas ſit: impubium puerorum contra ſaliuas aſpidum quas
ptyadas uocant: quoniã uenena in oculos hominũ expuant. Cōtra oculorũ albugines: obſcuritates: cica-
tricē: argema: palpebras: & cũ erui farina cōtra aduſtiones cōtra auriũ pituitas uermiculoſq; ſi decoquãt
ad dimidias partes cũ porro capitato nouo fictili. Vaporatio quoq; ea mēſes fœminarum cit. Scalpa fo-
uet illa cum

uet illa cum oculos infirmitatis cauſa illinit ſole uſta cum oui albugine efficacius ſtruthiocameli binis ho
ris. Hac & atramenti lituræ abluuntur. Virilis podagris medetur argumento fullonum: quos ideo ten-
tari eo morbo negant. Veteri miſcetur cinis oſtreorum: aduerſus eruptiones in corpore infantium & oĩa
ulcera manantia. Ea excſis ambuſtis: ſedis uitiis: rhagadiis: & ſcorpionum ictibus illinitur. Obſtetricum
nobilitas non alio ſucco efficacius curari pronunciauit corporum pruritus nitro addito ulcera capitum:
prurigines: nomas: præcipue genitalium. Sua cuique autem (quod fas ſit dixiſſe) maxime prodeſt. Con
feſtim perfuſo canis morſu echinorumq; ſpinis inhærentibus & in ſpongia laniſue impoſita aut aduerſus
canis rabidi morſus cinere ex ea ſubacto. Contraq; ſerpentium ictus. Nam contra ſcolopendras mirum
proditur uertice tacto urinæ ſuæ gutta liberari protinus læſos. Auguria ualitudinis ex ea tradunt᷑. Si ma
ne candida dein rufa ſit. Illo modo concoquere: hoc concoxiſſe ſignificatur. Mala ſigna rubræ. Peſſima ni
græ. Mala bullantis & craſſæ. In qua quod ſubſidit ſi album eſt: ſignificet circa articulos aut uiſcera do-
lorem iminere. Eadem uiridis morbũ uiſcerum: pallida bilis: rubẽs ſanguinis. Mala & in aqua ueluti fur
fures atq; nubeculæ apparent. Diluta quoq; alba uitioſa eſt. Mortifera uero craſſa graui odore. Et in pue
ris tenuis ac diluta. Magi uetant eius cauſa contra ſolẽ lunamq; nudari: aut umbrã cuiuſq; ab ipſa reſper
gi. Heſiodus iuxta obſtãtia reddi ſuadet: ne deũ aliquem nudatio offendat. Oſtanes contra mala medi-
camenta oĩa promiſit auxiliari matutinis horis ſuam cuiq; inſtillatam in pedem.

## De remediis mulieribus. Cap. vii.

q Væ ex mulierum corporibus traduntur ad portentorum miracula accedunt: ut ſileamus di-
uiſa membratim in ſcelera. Abortus: menſium piacula: quæque alia non obſtetrices modo: ue
rum etiam ipſæ meretrices prodidere. Capilli mulieris ſi crementur: odore ſerpentes fugari. Eo
dem odore uuluæ morbo ſtrangulatus reſpirare. Cinere eo quidem ſi inteſta ſunt cremati: uel cum ſpu-
ma argenti ſcabricias oculorum ac prurigines emendari. Itẽ uerrucas & infantium ulcera cũ melle. Capi
tis quoq; uulnera & oĩum ulcerum ſinus ſimul addito melle & thure. Panos podagras cum adipe ſuillo
Sacrũ ignẽ ſanguinẽ ſiſti illico: & informicationes corpoꝝ. De lactis uſu conuenit eſſe dulciſſimũ molliſ
ſimumq;. Quare & in lõga febre cœliacis utiliſſimũ: maxime eius quæ iam ĩfantem remouerit. Et in ma-
lacia ſtomachi: in febribus: torſionibus efficaciſſimũ experiunt᷑. Itẽ mãmarum collectionibus cum thure
oculo ab ictu cruore ſuffuſo & in dolore aut epiphoris ſi emulgeatur plurimũ prodeſt. Magiſq; cũ mel-
le & narciſſi ſucco aut thuris polline. Sẽperq; in omni uſu efficacius eſſe eius quæ marẽ enixa ſit: multoq;
efficaciſſimũ eius quæ geminos peperit mares. Et ſi uina ipſa cibiſq; acrioribus abſtineat. Mixto præterea
ouorum candido liquore: madidaq; lana frontibus impoſitum fluctiones oculorum ſuſpendit. Nam ſi
rana ſalua ſua oculum aſperſerit præcipuum eſt remedium. Et contra morſum eiuſdẽ bibitur ſtillaturq;
Qui ſimul matris filiæq; lacte inunctus ſit: liberari oculorum metu in totam uitam affirmant. Aurium
quoq; uitiis medetur modice admixto oleo. Aut ſi ab ictu dolent. Anſerino adipe tepefactum. Si odor
grauior ſit (ut plerunq; ſit) longis uitiis diluto melle lana includitur. Et contra morbum regium in ocu
lis relictum inſtillatur cum elaterio. Peculiariter ualet potum contra uenena quæ data ſunt cum marino
lepore bupeſtriq; ut Ariſtoteles tradit dorycnidion. Et contra inſaniam quæ facta ſit hyoſcyami potu.
Podagris quoque iubent illini cum cicuta. Alii cum hyſopo & adipe anſerino: qualiter etiam uuluarum
doloribus imponitur. Aluum etiam ſiſtit potum ut Rabirius ſcribit Et menſes ciet. Eius uero quæ fœ-
minam enixa ſit ad uitia tantum in facie ſananda præualet. Pulmonum quoq; incommoda lacte mulie-
ris ſanantur: cui admiſceatur impubis pueri urina & mel atticum. Omnia ſingulorum coclearium men
ſura. Marmora quoq; aurium eici inuenio. Eius quæ marem peperit lacte guſtato canes rabioſos fieri ne
gant. Mulieris quoque ſaliuam ieiunæ potentem diiudicat oculis cruentatis. Et ſi contra epiphoras fer-
uentes anguli oculorum ſubinde madeficentur. Efficacius ſi cibo uinoque ſe pridie ea abſtinuerit. Inue-
nio & faſcia mulieris alligato capite dolores minui. Poſt hæc nullus eſt modus. Iam primum abigi grã-
dines turbineſque contra fulgura ipſa in menſe connudata: ſic auerti uiolentiam cæli. In nauigando qui-
dem tempeſtates etiam ſine menſtruis. Ex ipſis uero menſibus mõſtrificis alia (uti ſuo loco ĩdicauimus)
dira & infanda uaticinantur. E quibus dixiſſe non pudeat: ſi in defectu lunæ ſoliſue congruat uis illa: ir-
remediabilem fieri. Non ſegnius & in ſilente luna coitus ſuos maribus exitiales eſſe atque peſtiferos.
Purpuram quoque ab iis eo tempore pollui. Tanto uim eſſe maiorem. Quocunq; autem alio mẽſtruo:
ſi nudatæ ſegetem ambiant: erucas ac uermiculos ſcarabeoſq; ac noxia alia decidere. Metredorus Sce-
ptius in cappadocia inuentum prodit ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua retectis ſu
per clunes ueſtibus. Alibi ſeruatur ut nudis pedibus eant capillo cinctuq; diſſoluto. Cauendum uero ne
id oriente ſole faciant: ſementem enim areſcere. Item Nouella uitis eius tactu in perpetuum læditur. Vt
ad noxiam res medicatiſſima transferatur rutam & hederas illico mori. Multa diximus de hac uiolentia
Sed præter hæc certum eſt tactis aluearis apes fugere. Linaq; cum coquãtur nigreſcere. Aciem in cultris

tonſorum hebetari. Aes contactũ graue uirus odoris accipere & eruginem. Magis ſi decreſcente luna id
accidat. Equas ſi ſint grauidæ tactas arborum pati. Quin & aſpectu omnino quãuis procul uiſas: ſi pur
gatio illa poſt uirginitatem prima ſit: aut in uirginea ætate ſpontanea. Nam bitumen in iudæa naſcẽs ſo-
la hac ui ſponte ſuperari. Et fila ueſtis contactæ ut docuimus: ne igne quidem uincuntur quo cuncta. Ci
niſq; etiam ille ſi quis aſpergat cum lauãdis ueſtibus purpuras mutat. Floribus colorem adimit. Ne ipſiſ
quidem fœminis malo ſuo immunibus. Abortum facit illitus: aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur.
Quæ. Lais & Cleophantus inter ſe contraria prodidere de abortiuis carbone e radice braſſicæ uel myticę
uel tamaricis in eo ſanguine extincto. Itẽ aſinas non concipere tot annis: quot grana hordei contacta ede
rint. Quæq; alia nuncupauere monſtrifica aut inter ſe pugnantia: cum hic fœcunditatẽ fieri iiſdem modis
quibus illa ſterilitatem pronunciaret: melius eſt nõ credere. Bythus dyrrhachinus hebetari aſpectu ſpe-
culorum nitorem. Iiſdem aduerſa rurſus contuentibus omnem talem uim reſolui: ſi multum piſcem ha-
beant ſecum. Multi uero ineſſe etiam remedia tanto malo aiunt. Podagras illini: ſtrumas: & parotidas:
panos: ſacros ignes: furunculos epiphoras tractatu earum mulierum liniri. Lais & Salpe canum rabio-
ſorum morſus & tertianas quartanaſq; febres menſtruo in lana arietis nigri argẽto brachiali incluſo. Dio
Licio thymus thebanus ueſtis oĩo ita infectæ portiuncula acu: uel pelliceo brachiali inſerta. Sotira obſtetrix
tertianis quartaniſq; efficaciſſimum dixit. Plãtas ægrĩ ſubterlini. Multoq; efficacius ab ipſa muliere etiam
ignoranti. Sic & comitiales excitari morboſq; ſanari. Icethidas medicus quartanas coitu finiri incipienti-
bus dũtaxat menſtruis ſpopondit. Inter omnes uero conuenit: ſi aqua potuſq; formidetur a morſu canis
ſuppoſita tantum calici lacinia menſtruo tincta tali: ſtatim metum eum diſcuti uidelicet præualente ſym
pathia illa græcorum. Cum rabiem canum eius ſanguinis guſtatu incipere dixerimus. Cinere eo iumen-
torum omnium ulcera ſanari certum eſt. Addita caminorum farina & cæra. Maculas autem e ueſte eas
non niſi eiuſdem farina ablui. Cinerem per ſe roſaceo mixtum fœminarum præcipue capitis ſedare dolo-
res illitum fronti. Aſperimãq; uim profluiui eius eſſe primis annis uirginitate reſoluta. Id quoq; cõuenit:
quo nihil equidem libentium crediderim: tactis omnino menſtruo poſtibus: irritas fieri magorum artes
generis uaniſſimi ut æſtimare licet. Ponam enim uel modeſtiſſimum e promiſſis eorum. Ex hoĩe ſiquidẽ
reſegmina unguium e pedibus manibuſque cæra permixta: ita ut dicat tertianæ uel quottidianæ uel quar
tanæ febri remedium quæri: ante ſolis ortum alienæ ianuæ affigi iubent ad remedia in iis morbis: quanta
uanitate ſi falſum eſt: quantaue noxa ſi transferunt morbos ad innocentiores. Ex iis oĩum digytorũ reſeg
mina unguium ad cauernas formicarum abiici iubent: eamq; quæ prima cœperit trahere correptam ſub-
necti collo: & ita diſcuti morbum.

Medicinæ ex animalibus peregrinis: de elephanto & leone: & camelo: & hyena: & crocodillo: & cha-
meleonte: & ſtinco: & hippopotamo: & lyncibus. Cap. viii.

h Aec ſunt quæ rettuliſſe fas ſit: ac pleraq; ex iis nõ ſine honore dicto. Reliqua inteſtabilia & in-
fanda: ut feſtinet oratio ab hoĩe fugere. In cæteris claritates animalium aut operum ſequemur
Elephanti ſanguis præcipue maris fluctiones omnes: quas rheumatiſmos uocant: ſiſtit. ramẽ
tis eboris cum melle attico (ut aiunt) nubeculæ in facie. Scobe paronychia tollunt: efficacius ſi extenua-
ta. Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur efficacius ſi & ſternutet. Dextra pars ꝓboſcidis cũ lemnia ru-
brica adalligata impetus libidinũ ſtimulat. Sanguis & iſchiadicis prodeſt: iecurq; comitialibus morbis.
Leonis adeps cũ roſaceo cutẽ in facie cuſtodit a uitiis: candorẽq; ſeruat: & ſanat adusta niuibus articulo-
rumq; tumores. Magoꝝ uanitates perunctis eo adipe faciliorẽ graciã apud reges populoſue promittũt.
Præcipue tamen eo pingui quod ſit inter ſupercilia: ubi eſſe nullũ põt. Similiter dentis maxime ad dexte-
ra parte: uilliq; e roſtro inferiori ꝓmiſſa ſunt. Fel aqua addita claritatẽ oculis inunctis facit. Et cum adipe
eiuſdẽ comitiales morbos diſcutit leui guſtu: & ut ꝓtinus qui ſũpſere curſu id digerãt. Cor in cibo ſump
tum quartanis medet̃. Adeſt cum roſaceo quottidianis febribus. Perunctos eo beſtiæ fugiunt. Reſiſtere
ẽt iĩſidiis uidet̃. Cameli cerebrum arefactũ potũq; ex aceto comitialibus morbis aiunt mederi. Itẽ fel cum
melle potum hoc & anginæ. Cauda arefacta ſolui aluum. Fimi cinere criſpari capillum cũ oleo. Et dyſen
tericis prodeſt illitus cinis potuſq; quantũ trinis digytis capitur: ẽt comitialibus morbis. Vrinã fulloni-
bus utiliſſimam eſſe tradunt. Itẽq; ulceribus manãtibus. Barbaros eã ſeruare quinquẽnio: & heminis po-
ta ciere aluum. Setas e cauda contortas & ſiniſtro brachio illigatas quartanis mederi. Hyenam magi ex
omnibus animalibus in maxĩa admiratione poſuerunt: ut pote cui & ipſi magicas artes dederunt: uimq;
qua alliciat ad ſe homines mente alienatos. Permutationes ſexus ex iis annua uice diximus: cæteraq; mõ-
ſtrifica naturæ eius. Nunc perſequamur quæcunq; medicinis produntur. Præcipue pantheris eſſe in me-
tu hyenæ dicuntur: ut ne conentur quidem reſiſtere. Et aliquid de corio earum habentem non appeti.
Mirumq; dictu ſi pelles utriuſq; contrariæ ſuſpendantur decidere pilos pantheræ. Cum fugiunt uenan-
tem declinant ad dextram: ut prægreſſi hominis ueſtigia occupent. Quod ſi ſucceſſerit: alienari mente
uel ex equo

uel ex equo hominem decidere. At ſi in leuam detorſerit: deficientis argumentum eſſe: celeremq; capturam. Facilius autem capi ſi cinctus ſuos uenator flagellumq; & ipſos equos ſeptenis alligauerit nodis. Mox autem ut eſt ſollers ambagibus uanitas magorum capi iubet geminorum ſignum tranſeunte luna ſinguloſq; prope pilos ſeruari. Capitis dolori alligatam cutem prodeſſe quæ fuerit in capite eius. Lippitudini fel illitum frōtibus. Aut ne omnino lippiatur: decoctum cum mellis attici cyathis tribus & croci uncia illitum. Sic & caligines diſcuti & ſuffuſiones. Claritatem excitari: melius inueterato medicamento.

Aſſeruari autem in cypria pyxide. Eodem ſanari argema: ſcabricias: excreſcētia in oculis: item cicatrices. Glaucomata uero iocineris recentis inaſſati ſanie cum deſpumato melle inunctis. Dentes eius dentium doloribus tactu prodeſſe uel alligatos ordine. Humeros humerorum & lacertorum doloribus. Eiuſdem dētes ſi de ſiniſtra parte roſtri eruti ſint illigatos pecoris aut capri pelle ſtomachi cruciatibus. Pulmones in cibo ſumptos cœliacis. Ventriculis cinerem cum oleo illitum. Neruis medullas e dorſo cū oleo uetere ac felle. Febribus quartanis iecur deguſtatum ante acceſſiones. Podagris ſpinæ cinerem cum lingua & dextro pede uituli marini addito felle taurino omnia pariter cocta atq; illita hyenæ pelle. In eodem morbo prodeſſe & fel cum lapide aſio. Tremulis: ſpaſticis: exilientibus: & quibus cor palpitet aliquid ex corde mandendum: ita ut reliquæ partis cinis cum cerebro hyenæ illinatur. Pilos etiam auferri hac compoſitione illita: aut per ſe felle euulſis: prius quos renaſci non libeat. Sic & palpebris inutiles tolli. Lumborum doloribus carnes e lumbis edendas: illinendaſq; cum oleo. Sterilitatem mulierum emendari oculo cum glycyrrhiza & aneto ſumpto in cibo: promiſſo in triduum conceptu. contra nocturnos pauores umbrarumq; terrorem unus e magnis dentibus lino alligatus prodeſt. Suffiri furentes eodem & circumligari ante pectus ſuum cum adipe renum aut iocinere aut pelle præcipiunt. Mulieri prægnāti a pectore hyenæ caro: & pili ſeptem & genitale a ceruice ſi alligentur dorcadis pelle collo ſuſpenſa cōtineri partus promittuntur. Venerem ſtimulari genitali ad ſexus ſuos in melle ſumpto. etiam ſi uiri mulierum coitus oderint. Quinimmo totius domus concordiam eodem genitali & articulo ſpinæ cū adhærēte corio conſeruatis conſtare: quem ſpinæ articulum ſiue nodum atlantion uocant. Eſt autem primus. In comitialium quoq; remediis habent eum. Adipe accenſo ſerpentes fugari dicunt. Maxillæ parte commmuta ī aniſo & in cibo ſumpta horrores ſedari. Eodem ſuffitu mulieribus mēſtrua euocari. Tantumq; eſt uanitatis: ut ſi ad brachium aligetur ſuperioris roſtri dextræ partis dens: iaculantium ictus deerraturos negent. Palato eiuſdem arefacto & cum alumine ægyptio calefacto ac ter in ore permutato fetores & ulcera oris emendari: Eos uero qui linguam in calciamento ſub pede habeant: non latrari a canibus.

iliacis uetus lectio

Siniſtra parte cerebri naribus illita: morbos pernicioſos mitigari: ſiue hominum: ſiue quadrupedum. Frontis corium faſcinationibus reſiſtere. Ceruicis carnes ſiue mandantur ſiue bibantur arefactæ lumborum medentur doloribus. Neruis a dorſo armiſq; ſuffiendos neruorum dolores. Pilos roſtri admotos mulierum labris amatorium eſſe. Iecur potum torminibus & calculis mederi. Iam cor in cibo potuue ſumptum omnibus doloribus corporum auxiliari. Lyenem lyenibus. Omentum ulcerum inflammationibus cum oleo. Medullas doloribus ſpinæ & neruorum laſſitudini renum. Neruos potos ī uino cum thure fœcunditatem reſtituere ademptam ueneficio. Uuluam cum mali punici dulcis cortice in potu datam prodeſſe mulierum uuluæ. Adipe e lumbis ſuffiri difficulter parientes & ſtatim parere. E dorſo medullā adalligatā cōtra uanas ſpecies opitulari. Spaſticis genitale e maribus ſuffitu. Itē lippiētibus: ruptis: & cōtra inflationes ſeruatos pedes tactu leuos dextris partibus: dexteros leuis. Siniſtrum pedem ſuperlatū parturienti lœtalē eſſe. Dextra illato facile eniti. Mēbranam quæ fel cōtinuerat a cardiciacis potam in uino uel in cibo ſumptā ſuccurrere. Veſicā in uino potā contra urinæ incōtinentiā. Quæ aūt ī ueſica inuēta ſit urina additis oleo & ſeſamo & melle aſiano hauſtā ꝓdeſſe agrimoniæ ueteri. Coſtarū primam & octauā ſuffitu ruptis ſalutarē eſſe. Ex ſpina uero parturiētibus oſſa. Sanguinē cum polenta ſumptum torminibus. Eodē tactis poſtibus ubicunq; magorū infeſtari artes. Non elici deos: nec colloqui: ſiue lucernis: ſiue uiſu: ſiue pluuiis: ſiue aqua: ſiue pila: ſiue quo alio genere tentētur. Carnes ſi edant: contra canis rabidi morſus efficaces eſſe. Etiānum iecur efficacius. Carnes uel oſſa hoīs ſiquæ in uentriculo occiſæ inueniātur ſuffitu podagricis auxiliari. Si ungues inueniātur in iis: mortem alicuius capientium ſignificari. Excrementa ſiue oſſa reddita cum interimitur: contra magicas inſidias pollere. Fimum qui in inteſtinis inuētus ſit: arefactum ad dyſentericos ualere potum. Illitūq; cū adipe anſerino opitulari toto corpore læſis malo medicamēto. A cane uero morſis adipem illitum. Et corium ſi ſit ſubſtractum. Rurſus tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtellæ perunctis omnibus odio euenire. Idem fieri oculo decocto. Super oīa eſt: q; extremā fiſtulam inteſtini contra ducū ac poteſtatū iniquitates cōminiſtrant: & ad ſucceſſus petitionum: iudiciorūq; ac litium euentus: ſi omnino aliquantulum quis ſecum habeat. At eiuſdem cauerna ſiniſtro lacerto religata ſiquis mulierem reſpiciat: amatorium eſſe: tam præſens ut ilico ſequaᷓ, eiuſdem loci pilorum cinere ex oleo illitum uiris qui ſit ꝓbroſæ molicici non modo pudicos: ſed

Acrimōiæ Argemo. ægrimōiç.

& ſeueros mores induere. Proxime fabuloſus eſt crocodilus ingenio quoq; illo: cui uita in aqua terraque
cõmunis Duo enim genera eorum illius e dextra maxilla dentes adalligati dextro lacerto coitus (ſi credi
mus) ſtimulant. Canini eius dentes febres ſtatas arcent repleti. Sunt enim caui ita ne diebus quinque ab
ægro cernantur qui adalligauere. Idem pollere & uētre exemptos lapillos aduerſus febrium horrores ue
nientes tradunt. Hac etiã de cauſa ægyptii perungunt adipe ægros ſuos. Alter illis ſimilis multum infra
magnitudinē in terra tantum: odoratiſſimiſq; floribus uiuit. Ob id inteſtina eius diligenter exquirũtur iu
cundo nidore refracta crocodileam uocant oculorum uitiis utiliſſimam cũ porri ſucco inunctã & contra
Farcta. ſuffuſiones uel caligines. Illita quoq; ex oleo cyprio: moleſtias in facie enaſcētes tollit. Ex aqua uero mor
Refercta. bos omnes: quorum natura ſerpit in facie: nitoremq; reddit. Lentigines tollit ac uaros: omneſq; maculas.
Areſacta. Et contra comitiales morbos bibitur ex aceto mulſo binis obolis. Appoſita menſes ciet. Optimaque eſt
quæ candidiſſima & friabilis: minimeque ponderoſa: cum teratur inter digytos fermenteſcens. Lauatur
ut cæruſa. Adulterant amylo aut cymolia: ſed maxime ſturni captos oryza tantum paſcunt. Felle inunctis
Sturni oculis ex melle contra ſuffuſiones nihil utilius prædicant. Inteſtinis & reliquo corpore eius ſuffiri uulua
quos laboranteis ſalutare tradunt. Item uelleribus circundari uapore eius infectis. Corii utriuſque cinis ex
aceto illitus iis partibus quas ſecari opus ſit: aut nidor cremati ſenſum omnem ſcalpelli aufert.
Sanguis utriuſq; claritatē uiſus inunctis donat: & cicatrices oculorum emendat. Corpus ipſum excepto
capite pedibuſq; elixum manditur iſchiadicis. Tuſſim ueterem emendat: præcipue in pueris. Item lumbo
rum dolores. Et adipem habent: quo tactus pilus defluit. Hic perunctos a crocodilis tuetur. Defluit in
ſtillaturq; morſibus. Cor annexum in lana ouis nigræ: cui nullus alius color incurſauerit: & primo partu
genita ſit quartanas abigere dicitur. Iungemus illis ſimillima & peregrina æque animalia. Priuſq; chame
Deſecratũ leontē peculiari uolumine dignum exiſtimatum Democrito. Et per ſingula membra diſſecatum nõ ſine
magna uoluptate noſtra cognitis proditiſq; mendaciis græcæ uanitatis. Similis eſt magnitudine ſupra-
dicto crocodilo: ſpinæ tantum acutiore curuatura: & caude amplitudine diſtaus. Nullum animal paui-
dius eſſe exiſtimatur: & ideo uerſicoloris eē demutationis. Vis eius maxima contra accipitrũ genus. De-
trahere enim ſupra uolantem ad ſe traditur: & uoluntariũ præbere lacerandum cæteris animalibus. Ca-
put eius & guttur ſi roboreis lignis accendãtur hymbrium & tonitruum concurſus facere Democritus
narrat. Item iecur in tegulis uſtum. Reliqua ad ueneficia pertinentia quæ dicit: q̃q̃ falſa exiſtimãtes omit
temus: præterq̃ in riſu coarguentium. Dextro oculo: ſi uiuenti eruatur: albugines oculorum cũ lacte ca-
prino tolli. Lingua adalligata: pericula puerperii. Eundē ſalutarem eſſe parturiētibus circa domũ. Sin ue
ro domibus inferatur perniciosiſſimum. Linguam ſi uiuenti exempta ſit: ad iudiciorum euentus pollere.
Cor aduerſus quartanas illigatum nigra lana primæ tonſuræ. Pedem e prioribus dextrum genæ pelle il-
ligatum ſiniſtro brachio contra latrocinia terroreſq; nocturnos pollere. Item dextram mamillã contra
formidines pauoreſq;. Siniſtrum uero pedem torreri in furno cum herba: quæ etiam chameleon uocatur
Additoq; unguento in paſtillos digeri. Eos in ligno uaſe conditos: præſtare (ſi credimus) ne cernatur ab
aliis qui habeat. Armum dextrum ad uincendos aduerſarios uel hoſtes ualere utiq; ſi abiectos eiuſdem
neruos calcauerint. Siniſtrum mirum quibus monſtris conſecret qualiter ſomnia quæ uelis: & quibus ue
lis mittantur: putet referre: Omnia ea dextro pede reſolui: ſicut ſiniſtro latere lethargos: quos fecerit dex
trum. Capitis dolores inſperſo uino in quo latus alterutrum maceratum ſit: ſanari fœminis. Si ſiniſtri pe
dis cineri miſceatur lac ſuillum podagricos fieri illitis pedibus. Felle glaucomata & ſuffuſiones corrigi p
pe creditur tridui inunctione. Serpentes fugari liene inſtillato. Muſtellas contrahi in aquam coniecto.
Corpore uero illito detrahi pilos. Idem præſtare narrant iecur cum ranæ rupetæ pulmone illitum. Præte
rea iocinere amatoria diſſolui. Melancholicos autem ſanari ſi ex corio chamæleontis hærbæ ſuccus habē
te bibatur. Inteſtina & fimum eorum cum id animal nullo cibo uiuat cum ſimiarum urina illita inimico
rum imane odium & omnium hominum iis conciliare. Cauda flumina & aquarum impetus ſiſti. Serpē
tes ſoporari. Eadem medicata cedro & myrrha illigataq; gemino ramo palmæ percuſſam aquam diſcu-
ti: ut quæ intus ſint omnia appareant. Atq; utinam eo ramo cõtactus eſſet Democritus: quoniam ita lo-
quacitates imodicas promiſit inhiberi. Palamq; eſt uirum alias ſagacem & uitæ utiliſſimum nimio iuuã
di mortales ſtudio prolapſum. Ex eadem ſimilitudine eſt ſcincus: quem quidam terreſtrem crocodilum
eſſe dixerunt. Candidiore autem & tenuiore cute. Præcipua tamen differētia dinoſcitur a crocodilo aqua
tico ſquãmarũ ſeta a cauda ad caput uerſa. Maximus indicus. Deinde arabicus. Afferuntur ſalſi. Roſtrũ
eius & pedes in uino albo poti cupiditates ueneris accēdunt. Vtiq; cum ſatyrio & erucæ ſemine ſingulis
drachmis omnium ac piperis duabus admixtis: ita ut paſtilli ſingularum drachmarum bibantur per ſe
laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere pari modo potæ efficaciores ad idem creduntur. Pro
deſt contra ſagittas uenenatas: ut Apelles tradit poſtea ſumptus. In antidota quoque nobilia additur.
Seſtius pluſquã drachmæ pondere in uini hemina potum perniciem afferre tradit. Præterea eiuſdem de-
coctum cum

coctum cum melle ſumptum uenerem inhibere. Eſt crocodilo cognatio quædam affinitaſq; amnis eiuſ-
dem geminiq; uictus cum hippopotamo repertore trahendi ſanguinis ut diximus. Plurimi autem ſup
ſaiticam inter ægypti præfacturas. Huius corii cinis cum aqua illitus panos ſanat. Adeps frigidas febres
Item fimus ſuffitu. Dentes parte leua dolores dentium ſcarificatis gingiuis. Pellis eius e ſiniſtra parte frō
tis in inguina adalligata uenerem inhibet. Eiuſdem cinis alopecias explet. Teſticuli drachma ex aqua con
tra ſerpentes bibitur. Sanguine pictores utuntur. Peregrinæ ſunt & lynces: quæ clariſſime oīum quadru
pedum cernunt. Vngues earum oēs cum corio exuri efficaciſſime in carpato inſula tradunt. Hoc cinere
poto propudia uirorum: eiuſdem aſperſu fœminarum libidines ihiberi. Item pruritias corporum. Vrina
ſtillicidia ueſicæ. Itaq; eam protinus terra pedibus aggeſta obruere traditur. Eadem autem & ungularū
aurium dolori monſtratur in remedio hactenus de externis. Nunc reuertemur ad noſtrum orbem. Pri-
mumq; cōmunia animalium remedia atq; eximia dicemus.

Medicinæ cōmunes ex feris animalibus: aut eiuſdem generibus placidis. Lactis uſus & obſeruationes
& caſeis: butyro: & adipe. Cap. ix.

Icuti e lactis uſu utiliſſimū cuiq; maternū concipere: nutricis exitioſum eſt. Hi ſunt enim infan
ſ tes qui coloſtrati appellantur: denſato lacte in caſei ſpecié. Eſt aūt colaſtra prima a partu ſpō-
gioſa denſitas lactis. Maxime aūt alit quodcunq; humanū: mox caprinū. Vnde fortaſſis fabu
læ Iouem ita nutritum dixere. Dulciſſimū ab hoīs camelinum. Efficaciſſimū ex aſinis. Magnoq; anima-
lium & corporum facilius redditur. Stomacho accomodatiſſimū caprinum: quoniā fronde magis q̄ her
ba ueſcuntur. Bubulum medicacius. Ouillum dulcius: & magis alit. Stomacho minus utile: quoniā eſt
pinguius. Omne autem uernum aquatius æſtiuo. Et de nouellis. Probatiſſimum uero quod in ungue hę
ret: nec defluit. Innocencius decoctum: præcipue cum calculis marinis. Aluus maxime ſoluitur bubulo.
Minus īflat quodcunq; decoctum. Sanat uuas lichenas. Ad omnia utile contuſa aut luxata. Maxime re
nes: ueſicam: interanea: fauces: pulmones. Foris pruritum cutis eruptiones pituitæ cibi aut potus abſtinē
tia. Nam ut in achaia bubulum biberēt phthiſici ſincteticiq; & chachectæ diximus in ratione hærbarum. Arcadia
Sunt inter exempla qui aſininū bibendo liberati ſunt podagra chiragraue. Medici ſpeciem unā addidere
lactis generibus: quod ſchiſton appellauere. Id fit hoc modo. Fictili nouo feruet maxīe caprinū: ramiſq;
ficulneis recentibus miſcetur: additis totidem cyathis ne mulſi quot ſint heminæ lactis. Cum feruet cir- aceti mulſi
cunfundatur: præſtat cyathis argenteus cum frigida aqua demiſſus ita ne quid infundať. Deinde igni dē Dioſco.
ptum refrigeratione diuiditur & diſcedit ſerum a lacte. Quidam & ipſum ſerum iam multo potētiſſimū
decoquunt ad tertias partes: & ſub diuo refrigerant. Bibitur autem efficaciſſime heminis per interualla ſa Singulis
nis diebus. v. a potu illius ſolitis geſtari. Datur comitialibus: melancholicis: paraliticis: in lepris: elephan uſq; ad qui
tiis: articularibus morbis. Infunditur quoq; lac contra roſiones a medicamentis factas: Et ſi urat dyſente nas. Dioſ.
ria decoctum cum marinis lapillis: aut cum ptiſana hordeacea. Item contra roſiones inteſtinorum bubu
lum aut ouillum utilius. Recens quoq; dyſentericis infunditur. Ad colum aūt crudum. Item uuluæ: &
contra ſerpentium ictus phthiſicis cantharidum: aut ſalamandræ: aut bupreſtis: aut pityocampes uene-
nis. Priuatim bubulum iis qui colchicon biberint aut cicutam aut dorychnium aut leporem marinum: ſi
cut aſinum contra gypſum & cæruſam: & ſurphur & argentum uiuum. Itē duræ aluo in febri. Gargari-
zatur quoq; faucibus exulceratis utiliſſime. Et bibitur ab ībecillitate uires recolligētibus: quos atrophos
uocant. In febri etiā quæ careat dolore capitis. Pueris ante cibum lactis aſinini heminā dari conuenit. Aut
ſi in exitu cibi roſiones ſentiant. Antiqui in arcanis habuerunt. Sed hoc ſi non eſſet: habuerunt e caprino
bubuli ſerum orthopnoicis prodeſt ante cætera addito naſturtio. Inunguntur etiam oculi in lactis hemi
nis ſeſami additis drachmis quattuor tritis in lippitudine. Caprino lyenes ſanantur poſt bidui inediā ter-
tia die hedera paſtis capris per triduum poto ſine alio cibo. Lactis uſus alias cōtrarius capitis doloribus
Epaticis ſplenicis neruorum uitio febres habentibus: uertigini præterquā purgatiōis gratia grauedini tuſ
ſientibus lippis. Suillum utiliſſimum tenaſmo dyſenteriæ: necnon phthiſicis. Hūc etiam mulieribus qui
dicerent ſaluberrimum fuerunt. De generibus caſeorum diximus: cum de uberibus ſinguliſque anima-
lium membris doceremus. Sextius eoſdem effectus equino quos bubulo tradit. Hos uocat hippacem.
Stomacho utiles: qui non ſunt ſalſi: ideſt recentes. Veteres aluum ſiſtunt: corpuſque minuunt: ſtoma-
cho utiliores. In totum ſalſa minuunt corpus: alunt mollia. Caſeus recens cum melle ſugillata emendat.
Mollis aluum ſiſtit. Sedat tormina paſtillis in uino auſtero decoctis: rurſuſq; in paſtina toſtis cum mel
le. Saprum uocant: qui cum ſale & ſorbis ſiccis e uino tritus potuſque medetur cœliacis. Genitalium car
bunculus caprinus tritus & impoſitus. item accidus cum oxymelle. Maculis in balineo illitus oleo inter
linitur. E lacte fit & butyrū barbararum gentium laudatiſſimus cibus: & qui diuites a plebe diſcernat.
Plurimum e bubulo: & inde nomen. Pinguiſſimum ex ouibus. Fit & ex caprino: ſed hyeme calefacto la-
cte æſtate expræſſo tantum: crebro iactatu in longis uaſis anguſto foramine: ſpiritum accipientibus ſub

C

ipſo ore alias præligato .Additur paulum aquæ ut aceſcat. Quod eſt maxime coactum in ſummo fluit
at id exemptum addito ſale oxygala appellant.Reliqua decoquunt in ollis.Ibi quod ſupernatat:butyrũ
eſt oleoſum natura.Quod magis uirus reſpuit:hoc præſtantius iudicatur.Pluribus compoſitiõibus mi
ſcetur inueteratum.Natura eius aſtringere:mollire:replere:purgare.Oxygala fit & alio modo accido la
cte addito in recens:quod dum aceſcit utiliſſimum eſt ſtomacho.Effectus dicemus ſuis locis . Proxima
in cõmunibus laus eſt adipi:ſed maxime ſuillo.Apud antiquos etiam religioſus erat.Certe nouæ nuptæ
intrantes etiãnum ſolẽne habent poſtes eo attingere.Inueteratur duobus modis:aut cum ſale:aut ſince-
rus:tanto utilior:quanto ſit uetuſtior.Axungiam etiam græci appellauere in uoluminibus ſuis.Neq; eſt
occulta uirium cauſa:quoniam id animal herbarum radicibus ueſcitur.Itaq; etiam fimo innumeri uſus.
Quãobrem non de alia loquemur ſue multo efficaciore fœmina:& quæ non peperit . Multo uero præ-
ſtantior in apris eſt. Vſus igitur axungiæ eſt ad mollienda:excalfacienda:diſcutienda:purgandaq;.Medi
corum aliqui admixto anſeris adipe taurorumq; ſeuo & hyſopo ad podagras uti iubent.Si uero perma-
net dolor cum cæra: myrto:reſina:pice.Sincera axungia medetur ambuſtis uel niue . Pernionibus ãt cũ
hordei cinere & galla pari modo.Prodeſt & confricatis membris.Itinerumq; laſſitudines & fatigationes
leuat.Ad tuſſim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere in uini cyathis tribus addito melle. Ve
tus etiam phthiſin in pilulis ſumpta ſanat:quæ ſine ſale inueterata eſt.Oino enim non niſi ad ea quæ pur-
ganda ſint :aut quæ nõ ſint exulcerata & calida recipitur.Quidam quadrantes axungiæ & mulſi in uini
cyathis tribus decoquunt contra tuſſim:qntoq; die picẽ liquidam in ouo ſumi iubent circũligatis lateri-
bus & pectoribus & ſcapulis eorum qui phthiſin ſentiunt.Tantaq; eſt uis ut genibus etiam adalligata re
deat in os ſapor:eamq; expuere uideantur.E ſue quæ nõ peperit aptiſſime utuntur ad cutẽ mulieres.Con
tra ſcabiem uero quãuis admixto iumentoꝝ ſeuo pro parte tertia & pice pariterq; ſubferuefactis. Sincе-
ra partus in abortũ uergentes nutrit collyrii modo ſubdita.Cicatrices cõcolores facit cæruſa admixta uel
argenti ſpuma.At cum ſulphure unguium ſcabritias emendat.Medetur & capillo fluenti. Et ulceribus i
capite mulieꝝ cũ gallæ parte quarta.Et infumata pilis oculorum.Datur & phthiſicis unciatim cum uini
ueteris hemina decocta:donec tres unciæ e toto reſidant.Alii & mellis exiguum adiciũt.Panos ſanat il-
lita cum calce.Itẽ furunculos:duritiẽq; mãmarũ.Rupta & conuulſa & ſpaſmata & luxata ſanat.Clauos
& rimas colliq; uitia cũ helleboro albo.Parotidas ammixta farina e ſalſamentaria teſta.Quo genere pro
ficit ad ſtrumas.pruritus ad papulas in balneo perunctis tollit.Alioq; etiãnum modo. Podagricis pro-
deſt mixto oleo uetere:cõtrito una ſarcophago lapide & quinquefolio tuſa in uino:uel calce:uel cũ cinere
Facit & peculiare emplaſtrum.lxxxv.pondere.C.ſpumæ argẽteæ mixtis: utiliſſimũ cõtra inflãmationes
ulcerum adipe uerrino cõfici.Et inungi putant utile.Iiſq; quæ ſerpant illinire cũ reſina.Antiqui maxĩe axi
bus uehiculorum perungẽdis ad faciliorẽ circũactum rotaꝝ utebanť:unde nomen.Sic quoq; utili medi
cina cũ illa ferug ne rotarum ad ſedis uitia uirilitatiſq;.Et per ſe axungiã medici antiqui maxime ꝓbabãt
renibus detractã:& exemptis uenis aqua cæleſti fricabant crebro:decoquebãtq; fictili nouo ſæpius: tum
demum aſſeruantes.Cõuenitq; ſalſam magis mollire:excalfacere:diſcutere:utilioremq; eſſe uino lotam .
Maſurius palmam lupino adipi dediſſe antiquos tradit.Ideo nouas nuptas illo perungere poſtes ſolitas
ne quid mali medicamẽti inferretur.Quæ ratio adipis eadẽ in iis quæ ruminant:ſeui eſt:alus modis non
minoris potentiæ.Perficitur omne exemptis uenis aqua marina uel ſalſa lotum:mox ĩ pila tuſum:aſper-
ſum marina.Crebro poſtea coquitur:donec omnis aboleatur odor.Mox aſſiduo ſole ad candorẽ reduci
tur.A renibus aũt oẽ laudatiſſimum eſt.Si uero uetus reuoceť ad curã:liquefieri prius iubẽt.Mox frigi-
da aqua lauari ſæpius:dein liquefacere affuſo uino q̄ odoratiſſimo.Eodẽq; modo iterũ ac ſæpius cogũt:
donec uirus euaneſcant.Multi priuatim ſic tauroꝝ leonũ pantherarũ ac cameloꝝ pinguia curari iubent.
Vſus diceť ſuis locis.Cõmunis & ratio medullarũ eſt.Omnes molliunt:explent:ſiccant:excalfaciunt.
Laudatiſſima ceruina:mox uitulina:dein hircina & caprina.Curanť ante autũnũ recentes lotæ:ſiccatæq;
in umbra per cribrum.Dein liquare per linthea exprimunť:ac reponũtur in fictili locis frigidis . inter oĩa
aũt cõia animalium fel præſtantius in effectu.Eſt enim uis eius excalfacere:mordere:ſcindere:extrahere:
diſcutere.Minorum animalium ſubtilius intelligitur.Et ideo ad oculoꝝ medicamenta utilius exiſtimať
Tauri nõ præcipua potentia etiã in ære pellibuſq; colore aureo ducẽdis.Omne aũt curať recens præliga-
to ore lino craſſo demiſſum in feruentẽ aquã ſemihora:mox ſiccatũ ſine ſole:atq; in melle conditũ.Dãna
Flamini tur equinũ tantũ inter uenena.ideo flaminio ſacroꝝ equũ tãgere non licet cũ romæ publicis ſacris equus
etiam ĩmoletur.Quin & ſanguis eoꝝ ſepticam uim habet.itẽ equarum præterq̃ uirginum erodit:emargi
nat:ulcerat.Taurinus quidem recens inter uenena eſt excepta egyra.ibi enim ſacerdos terræ uaticinatura
tauri ſanguinẽ bibit priuſq̃ deſcendat in ſpecus.Tantũ põt ſympathia illa de qua loquũtur:ut aliquando
religione uel loco fiat.Druſus tribunus plebis tradiť caprinum bibiſſe cum pallore & inuidia uenen ſibi
dati inſimulari.Q.Cepionem inimicum uellet.Hircoꝝum ſanguini tanta uis eſt:ut ferramentorũ ſubti-
litas non

licas non aliter acuatur aut induretur aut ſcabricia poliatur:uehementiuſq; q̄ lima. Non igitur & ſanguis
aīalium inter cōmunia dici poteſt:& ideo ſuis quæq; dicentur effectibus. Digeremus enim ī animalia ſin
gula uſus:plurimumq; contra ſerpentes. Exitio iis eſſe ceruos nemo ignorat:ut ſi quæ ſunt extractas ca-
uernis mandant. Nec uero ipſis ſpirātes tantum aduerſantur:ſed mēbratim quoq; fugari eos nidore cor
nus eorum ſi uratur dictum eſt. At e ſummo gutture uſtis oſſibus congregari dicuntur. Pelles eiuſdem
animalis ſubſtractæ ſecuros præſtant ab eo metu ſomnos. Coagulum quoq; ex aceto potum ab ictu: &
ſi oīno tractum ſit:eo die nō ferit ſerpens. Teſtes quoq; eius inueterati:uel genitale maris:ſalutariter dan
tur in uino. Item uentres qui centipeliones uocantur fugiunt. Et omnino aliquid cerui habentes:aut me- Verr-
dulla perunctos ſeuoue cerui aut uituli. Summis aūt remediis præfertur hinuli coagulum in matris ute Cētip
ro execti ut indicauimus. Sanguine quoq; ceruino ſi una urantur dracontion & cunilago & anchuſa len-
tiſci ligno contrahi ſerpentes dicunt. Diſſipari deinde ſi ſanguine detracto adiiciatur pyretrum. Inuenio
apud auctores græcos animal ceruo minus:& pilo demum ac dente ſimile quod ophion uocatur. Sardi
niam eum tantum ferre ſolitam. Hoc interiiſſe arbitror. Et ideo medicinas ex ea omitto.

### Medicinæ de apro:& capris:& equis feris:& remedia & beſtiis contra omnes morbos. Cap. x.

Pri quoq; cerebrum contra eos laudatur cum ſanguine. Iecur etiam inueteratum potum cum
a ruta & uino. Item adeps cum melle reſinaq;. Simili modo uerrinū iecur exemptis dūtaxat fi-
bris quattuor oboloꝝ pondere:uel cerebrum in uino potum. Capraꝝ cornu uel pilis accenſis
fugari ſerpentes dicunt. Cineremq; eoꝝ potum uel illitū contra ictus ualere. Item lactis hauſtus cū uua
aminea. Vel urinæ cum aceto ſcyllitico. Caſeum caprinum cum origano impoſitum uel ſeuum cum cæ-
ra. Milia præterea remediorū ex eo animali demonſtrantur:ſicut apparebit. Quod quidem miror: cum
febri negetur carere. Amplior potētia feris eiuſdem generis quod numeroſiſſimum eſſe diximus. Alia ue
ro ex hircis. Democritus etiānum effectus auget eius qui ſingularis natus ſit. Fimus quoq; caprarum in
aceto decoctus & illitus in ictus ſerpentium placet:& recentis cinis in uino. Atq; in toto difficilius ſe reco
ligentes a ſerpentium ictu: in caprilibus optime conualeſcunt. Qui medicari efficacius uolunt: occiſæ ca
præ aluum diſſectam cum fimo intus reperto ſtatim illigant. Alii carnem recentem hædorum pilo ſuffi
unt:eodemq; nidore fugant ſerpentes. Vtuntur & pelle eoꝝ recente ad plagas:carne & fimo equi in agro
paſti. Coagulo leporis ex aceto cōtra ſcorpionem & murem araneum. Aiunt autem nō feriri leporis coa
gulo perunctos. Percuſſis a ſcorpione fimum capræ efficacius cum aceto decoctum auxiliatur. Lardum
iuſq; decocti potum iis qui bupreſtim hauſerint. Quinetiam ſiquis aſino in aurem dixerit percuſſum ſe a
ſcorpione tranſire malum protinus tradunt. Venenataque omnia accenſo eius pulmone fugere. Et fimo
uituli ſuffiri percuſſis a ſcorpione prodeſt. Canis rabidi morſu facta uulnera circūcidunt ad uiuas uſque
carnes:quidam carnemq; uituli admouent:& ius ex eodem carnis decoctæ dant potui:aut axungiam cū
calce tuſam. Laudant hirci iecur:quo impoſito ne tentari quidem aquæ metu affirmant. Laudant & ca-
præ fimum ex uino illitum aut melle. Mellis & cuculi & hirundinis decoctum & potum. Ad reliquos be
ſtiarum morſus caprinum:caſeum ſiccum cum origano imponunt:& bibi iubent. Ad hominis morſus
carnem bubulam decoctam. Efficacius uituli ſi non ante quintum diem ſoluant. Veneficiis roſtrum lu-
pi reſiſtere inueteratum aiunt. Ob idque uillarum portis præfigunt. Hoc idem præſtare & pellis e cerui-
ce ſolida manica exiſtimatur:quippe tātas uis eſt animalis. Præter ea quæ rettulimus & ueſtigia eius cal-
caca equis afferunt torporem. Iis qui argentum uiuum biberint lardum remedio eſt. Aſinino lacte poto
uenena reſtringuntur. Peculiariter ſi hyoſcyamum potum ſit:aut uiſcum:aut cicuta:aut lepus marinus
aut opocarpathum:aut pharicon:aut dorycnidium. Et ſi coagulum alicui nocuerit:nam id quoq; uene-
num eſt in prima lactis coagulatione. Multos eius & alios uſus dicemus. Sed meminiſſe oportebit recē
ti utendum:aut non multo poſtea tepefacto. Nullum enim celerius euaneſcit. Oſſa quoq; aſini cōfracta
& decocta contra leporis marini uenenum dantur. Omnia eadem onagris efficaciora. De equiferis non
ſcripſerunt græci:quoniam terræ illæ non gignebant. Verūtamen fortiora eadem q̄ in equis intelligi do-
bent. Lacte equino uenena leporis marini & toxica expugnantur. Nec uros aut biſontes græci in experi-
mentis habent quāquam boue fero refertis indiæ ſiluis portione tamen eadem efficaciora omnia ex iis cre
di par eſt. Sic quoq; lacte bubulo cuncta uenena expugnari tradunt:maxime ſupradicta:& ſi ephemerū
impactum ſit:aut ſi cantharides datæ uomitione omnia egeri. Sic & caprino iure cantharides. Contra ea
uero quæ exulceratione enecant:ſeuum uitulinum ſeu bubulum auxiliatur. Nam contra ſanguiſugas po
tas butyrum remedio eſt cum aceto ferro calefacto. Quod & per ſe prodeſt contra uenena. Nam ſi ole-
um non ſit:uicem eius repreſentat. Multipedum morſus cum melle ſanat. Omnia ſeſami quoq; iure po-
to uenena ſupradicta expurgari putant. Priuatim uero aconita & cicutas. Itemq; uitulino ſeuo. Caprinuſ
caſeus recens iis qui uiſcum biberint. Lac uero contra cantharidas remedio eſt:& contra ephemerum po-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 416 sur 536

rum cũ taminia uua. Sanguis caprinus decoctus cũ medulla: cõtra toxica uenena ſumitur. Hædinus cõ-
tra reliqua. Coagulum hædi contra uiſcum: & chamæleontem album: ſanguinem taurinum: contra quẽ
& leporis coagulum eſt ex aceto. Contra paſtinacam uero & omnium marinorum ictus uel morſus co
agulum leporis: uel hædi: uel agni drachmæ pondere ex uino. Leporis coagulum & contra uenena addi-
tur antidotis. Papilio quoq; lucernarum luminibus aduolans inter mala medicamẽta numeratur. Huic
contrarium eſt iecur caprinum: ſicut fel ueneficiis ex muſtella ruſtica factis. Hinc deinde reuertemur ad
genera morborum. Capilli defluuia urſinus adeps mixto ladano & adiantho continet. Alopeciaſq; emẽ
dat & raritatem ſuperciliorum cum fungis lucernarum ac fuligine quæ eſt in roſtris earum. Porrigini cũ
uino prodeſt. Ad hanc & cornus ceruini cinis e uino: utq; non tedia animalium capillis increſcant. Item
fel caprinum cum creta cymolia & aceto ſic ut paulul um capilli inareſcant. Item fel hircinum cum uri-
urina tauri. Si uero uetus ſit: etiam furfures adiecto ſulphure emendat. Cinere genitalis aſini ſpiſſari ca-
pillum putat & e canitie uindicari ſi raſis illinatur. Plumboq; tritis cum oleo denſari: & aſinini pulli cum
urina: admiſcentq; nardum: faſtidii gratia. Alopecia felle taurino cum ægyptio alumine tepefactas illi-
nunt. Capitis ulcera manantia urina tauri efficaciter ſanat. Item hominis uetus: ſi cyclaminum adici-
atur & ſulphur. Efficatius tamen uitulinum fel. Quo cum aceto calefacto tolluntur & lendes. Seuum
uitulinum cum ſale tritum capitis ulceribus utiliſſimum. Laudatur & uulpinum adeps: ſed præcipue fel
& fimum cum ſinapi pari modo illitum. Caprini cornus farina uel cinis magiſq; hircini addito nitro &
tamarici ſemine: & butyro: oleoq; prius capite raſo mire continent ita fluentem capillum. Sicut & canis
cinere ex oleo illito ſupercilia nigreſcunt. Lacte caprino lendes tolli tradunt. Fimo cum melle alopecias
expleri. Item ungularum cinere cum pice fluentem capillum contineri. Leporinus cinis cũ oleo myrtheo
capitis dolores ſedat. Item aqua pota quæ de bouis aut aſini potu relicta eſt. Et ſi credimus uulpis ma-
ſculæ genitali circunligato. Cornus ceruini cinis illitus ex aceto aut roſaceo: aut ex irino: oculorum epi-
phoras. Eaſq; bubulo ſeuo cum oleo cocto illinunt. Ceruini cornus cinis ſcabricias eodem unguine ſanat.
Mucrones autem ipſos efficatiores putant. Lupi excrementis circunlini ſuffuſiones prodeſt. Cinere eorũ
cum atico melle inungi obſcuritates. Item felle urſino. Epinyctidas adipe aprino cum roſaceo. Vngulæ
aſininæ cinis iunctus e ſuo lactre cicatrices oculorum ſanat & albugines tollit. Medulla bubula ex dex
ero crure priore trita cum fulgine pilis & palpebram uitiis angulorumq; occurit. Calliblepharíq; modo
fuligo in hoc uſu temperatur. Optime ellychnio papyreaceo: Oleoque ſeſamino. Fuligine in nouo uaſe
pennis deterſa. Efficaciſſime tamen euulſos ibi pilos coercet. Felle tauri cum oui albumine collyria fiunt:
aquaq; diſſoluta inunguntur per quatriduum. Senum uituli cum anſeris adipe & ocimi ſucco genarum
uitiis aptiſſimum eſt. Eiuſdem medullæ cum pari pondere ceræ & olei uel roſacei addito ouo duritiæ ge
narum illinuntur. Caſeo molli caprino impoſito ex aqua calida epiphoræ ſedãtur. Si tumor ſit ex melle.
Vtrumq; uero ſero calido fouendum. Sicca lippitudo lumbulis ſuum toſtis atq; contritis & impoſitis
tollitur. Capras negant lippire: quoniam eæ quaſdam hærbas edant. Item dorcades. Et ob id fimum earum cæ
ra circundatum noua luna deuorari iubent: quoniam noctu equæ quoq; cernant. Sanguine hircino ſana
ri luſcioſos putant nyctilopas appellant græci. Capræ uero iocinere in uino auſtero decocto. Quidam
inaſſati iocineris ſanie inũgũt. Aut felle capræ: carneſq; eas ueſci: & dũ coquãtur oculos uaporari his præ
cipiunt. Id quoq; referre arbitrantur. ſi rutili coloris fuerint. Volunt & oculos ſuffiri iocinere in ollis de-
cocto. Quidam inaſſato. Fel quidem caprinum pluribus modis aſſumunt cum melle contra caligines
Cum ueratri candidi tertia parte contra glaucomata. Cum uino contra cicatrices: & albugines: & caligi-
nes: & pterygia: & argemata. Ad palpebras uero euulſo prius pilo cũ ſucco oleris: ita ut uncto inareſcat.
Contra ruptas Tuniculas cum lacte mulieris. Ad omnia autem inueterata fel efficatius putant. Nec ab
dicant fimum ex melle illitum epiphoris. Contraq; dolores medullam. Item pulmonem leporis. Sedat
caliginem fel cum paſſo aut melle. Lupino quoq; adipe uel medulla ſuum fricari oculos contra lippitudi
nes præcipiunt. Nam uulpinam linguam habentes in armilla lippituros negant. Aurium dolori & uitiis
Cicino medetur urina apri in uitro ſeruata. Fel apri uel ſuis uel bubulum cum oleo citreo & roſaceo æquis por-
tionibus. Præcipue uero taurinum cum porri ſucco tepidum: uel cum melle ſi ſuppurent. Contraq; odo
rem grauem per ſe tepefactum in mali corio. In ea parte rupta cum lacte mulierum efficaciter ſanat. qui
dam etiam in grauitate aures ſic perluendas putant. Alii cum ſenecta ſerpentium & aceto includunt la-
na ante aqua calida colluras. Et ſi maior ſi grauitas aurium fel cum myrrha & ruta in mali corio excalfa-
ctum infundunt. Lardum quoq; pingue. Item fimum aſini recens: cui roſaceum inſtillatur. Omniaq; ea
tepefacta. Vtilior equi ſpuma: uel equini fimi recentis cinis cum roſaceo. Seuum bubulum cum adipe
anſerino. Butyrum recens: Vrina capri: uel tauri: aut fullonia uetus calfacta uapore per lagenæ collum
ſubeunte. Admiſcent & aceti tertiam partem. Et aliquid urinæ uituli qui nondum hærbam guſtauerit.
Fimum etiam mixto felle eiuſdem. Et cutem quam reliquunt angues: excalfactis prius auribus. Lana au
tem medicamina

autem medicamina ea includuntur. Prodeſt & ſeuum uituli cum anſeris adipe: & ocimi ſucco cum eiuſ-
dem medulla admixto cumino trito infuſa. Virus uerrinum e ſcropha ex coitu exceptum priuſquã terrã
attingat contra dolores. Auribus fractis glutinum e naturis uitulorum factum & in aqua liquatũ. Aliis
uitiis adeps uulpium. Item fel caprinum cum roſaceo tepido aut porri ſucco: aut ſi ſint rupta ibi aliqua e
lacte mulieris. Si grauitas ſit audiendi: fel bubulum cum urina capræ: uel hirci uel ſi pus ſit. In quocunq;
autem uſu putant hæc efficaciora in cornu caprino per dies. xx. infumata. Laudant & coagulum leporis
tertia denarii parte dimidia quoq; ſagapeni in amineo uino. Parotidas urſinus adeps comprimit pari põ-
dere cæræ & taurini ſeui. Addũt quidam hippociſtidem: & per ſe butirum illitum: ſi prius foueanť fœno
græci decocti ſucco. Efficacius cum ſtrychno. Proſunt & uulpium teſtes: & taurinus ſanguis aridus tri-
tus. Vrina capræ calefacta inſtillata auribus. Fimũq; eiuſdem cum axungia illitum. Dentes mobiles con
firmat ceruini cornus cinis: doloreſq; eorum mitigat: ſiue infricentur ſiue colluãtur. Quidã efficaciorem
ad oẽs eoſdem uſus crudi cornus farinam arbitrãtur. Dentifricia utroq; modo fiunt. Magnum remediũ
eſt & in luporũ capitis cinere. Certumq; eſt in excrementis eoꝝ pleræq; inueniri oſſa. Hæc adalligata eun
dem effectum habent. Item leporina coagula per aurem infuſa contra dolores. Et capitis eoꝝ cinis denti
fricium eſt. Adiectoq; nardo mulcet grauiolentiam oris. Aliqui murinorum capitũ cinerẽ miſcuiſſe ma-
lunt. Reperitur in latere leporis acui os ſimile: hoc ſcarificari dentes in dolore ſuadant. Talus bubulus ac
cenſus eos qui labant cũ dolore admotus confirmat. Eiuſdẽ cinis cũ myrrha dentifriciũ eſt. Oſſa quoque
ex ungulis ſuum cõbuſta eundem uſum præbent. Item oſſa ex acetabulis pernarũ circa quæ coxendices
uertuntur. Iiſdem ſanari dimiſſis in fauces iumentoꝝ uerminationes notum eſt. Sed & corruptos dentes
confirmari. Aſinæ quoq; lacte percuſſu uexatos: aut dentium eiuſdem cinere. Lichene item equi cũ oleo ĩ
fuſo per aurem. Eſt aũt hoc non hippomanes: quod alioquin noxium omitto. Sed in equoꝝ genibus ac
ſuper ungulas: præterea in corde equorum inueniť os dentibus caninis maxime ſimile. Hoc ſcarificari do
lorem. Aut exempto dente emortui equi maxillis ad numerum eius qui doleat demonſtrant. Equarũ ui-
rus a coitu in lychnis accenſum: Anaxilaus prodidit equinoꝝ capitum uiſus repræſentare monſtrifice. Si
militer ex aſinis. Nam hippomanes tantas in ueneficio uires habet. ut affuſum æris mixturæ in effigiem
equæ olympiæ admotos mares equos ad rabiem coitus agat. Medetur dentibus & fabrile glutinũ ĩ aqua
decoctũ illitũq; & mox paulo detractum: ita ut confeſtim colluantur uino: in quo decocti ſunt cortices
mali punici dulcis. Efficax habetur & caprino lacte collui dentes uel felle taurino. Taloꝝ capræ recentiũ
cinis dentifricio placet. Et omnium fere uillaticorum quadrupedũ: ne ſæpius eadem dicãtur. Cutem ĩ fa-
cie erugari & tenereſcere: & candorẽ cuſtodiri lacte aſinino putant. Notũq; eſt quaſdã quotidie. dcc. cu-
ſtodito numero fouere. Poppeaq; hoc uxor Neronis principis inſtituit. Balneaꝝ quoq; ſic ſolio tempera
to: aſinorum gregibus ob hoc eam comitantibus. Impetus pituitæ in facie butyro illito tolluntur. Effica
cius cum cæruſa. Sincero uero ea uitia quæ ſerpunt inſuper impoſita farina hordeacea. Vlcera in facie mẽ
brana e partu bouis madida. Friuolum licet uideatur non tamen omittendũ propter deſideria mulierũ.
Talum candidi iuuenci. xl. diebus noctibuſq; donec reſoluatur in liquorem decoctum & illitum linteolo
candorem cutiſq; erugationem pręſtare. Fimo taurino malas rubeſcere aiunt. nõ ut crocodileam illini me
lius: ſed foueri frigida & ante & poſtea iubent. Aeſtates & quæ diſcolorem faciũt cutem fimum uituli cũ
oleo & gũmi manu ſubactũ emendat. Vlcera oris & rimas ſeuũ uituli uel bouis cum adipe anſeris & oci
mi ſucco. Eſt & alia mixtura ſeuo uituli cum medulla cerui: & albæ ſpinæ foliis una tritis. Idem præſtat:
& medulla cum reſina: uel ſi uaccina ſit: iuſq; e carne uaccina. Lichenas oris præſtantiſſime uincit glutinũ
factum e genitalibus uitulorum liquatum aceto cum ſulphure uino ramo ficulneo permixtum: ita ut bis
die recens illinatur. Item lepras ex melle & aceto decoctum: quas & iecur hirci calidum illitum tollit: ſi-
cut elephantiaſin fel caprinum. Etiãnum lepras ac furfures tauri fel addito nitro. Vrina aſini circa canis
ortum maculas in facie. Fel utriuſq; per ſeſe aqua infractum: euitatiſq; ſolibus ac uentis poſt detractã cu-
tem. Similis effectus & in taurino ſeuo uitulinoue felle cum ſemine cunilæ ac cinere e cornu ceruino: ſi ca
nicula exoriente comburatur. Aſinino ſeuo cicatricibus ac licheni lepriſq; maxime color reddiť. Hirci fel
lintigines tollit admixto caſeo & uino ſulphure ſpongiæq; cinere: ut mellis ſit craſſitudo. Aliqui uetera
to felle uti maluere: mixtis calidis furfuribus pondere obolis unius quattuorque mellis prius defricatis
maculis. Efficax eiuſdem & ſeuum cum melanthio & ſulphure & iride. Labrorum ſciſſuris cum adipe an
ſerino ac medulla ceruina reſinaq; & calce. Inuenio apud auctores iis qui lentiginem habeant negari ma-
gicæ ſacrificiorum uſum. Lacte bubulo aut caprino tonſillæ & alterię exulceratæ leuantur. Gargarizatur
tepidum ut eſt expreſſum aut calefactũ. Caprinum utilius cum malua decoctũ & ſale exiguo. Linguæ
exulcerationi & arteriarum ꝓdeſt ius omaſi ſi gargarizatur. Tonſillis autem priuatim tenes uulpiũ ari-
di cum melle triti illitiq;. Anginæ fel taurinum uel caprinũ cũ melle. Iecur mellis ex aqua oris grauitatẽ.
Vlceraq; butyrum citiſſime ſanat. Spinã aliudue quid faucibus adhærens felis ſextrinſecus fimo perfri-

catis aut reddi aut delabi tradunt. Strumas diſcutit fel aprinum uel bubulum tepidum illitum. Nã coa-
gulum leporis e uino in linteolo exulceratis dũtaxat imponitur. Diſcutit & ungulæ aſini uel equi cinis ex
oleo aqua illit⁹ & urina calefacta. Et bouis ungulæ cinis ex aqua. Fimum quoq; feruens ex aceto decoctũ
teſteſq; uulpini. Prodeſt & ſapo: gallorum hoc inuentum: rutilandis capillis ex ſeuo & cinere. Optimus
fagino & caprino duobus modis ſpiſſus ac liquidus. Vterq; apud germanos maiore in uſu uiris q̃ fœmi-
nis. Ceruicum dolores butyro aut adipe urſino perfricantur. Rigores bubulo ſeuo: quod & ſtrumis pro
deſt cum oleo. Dolorem inflexibilem opiſthotono uocant: leuat urina capræ auribus infuſa: aut fimũ cũ
bulbis illitum. Vngues contuſos fel uniuſcuiuſq; animalis circumligatum. Pterygia digitorum fel tauri-
num aridum aqua calida diſſolutum. Quidam adiiciunt ſulphur & alumẽ: pari põdere omniũ. Tuſſim
iecur lupi ex uino tepido ſanat. Vrſinumq; fel admixto melle. Aut ex cornu bubuli ſũmis partibus cinis.
Vel ſaliua equi: triduo potu eã mori tradunt. Pulmo ceruinus cũ gula ſua arefactus in fumo: dein tuſus:
ex melle quottidiano eclegmate. Efficacior eſt ad id ſubulo ceruorũ generis. Sanguinẽ expuentes ceruini
cornus cinis. Coagulum leporis tertia parte denarii cũ terra ſamia & uino myrteo potum ſanat. Eiuſdẽ
fimi cinis in uino ueſperi potus nocturnas tuſſis. Pili quoq; leporis ſuffiti extrahũt pulmonibus difficiles
excreationes. Purulentas ãt exulceratiões pectoris pulmoniſq; & a pulmone graueolentiã halius butyrũ
efficaciſſime iuuat cum pari modo mellis attici decoctum donec ruſeſcat: & matutinis ſumptum ad mẽ
ſuram ligule. Quidã pro melle laricis reſinam addere maluerunt. Si ſanguis reiiciatur: efficacem tradũt
bubulum ſanguinem modice & cum aceto ſumptum. Nam de taurino credere temerariũ eſt. Sed gluti-
num taurinum tribus obolis cum calida aqua bibitur ĩ uentre ſanguinis excreatione. Stomacũ exulcera-
tum lactis aſinini potus reficit. Item bubuli. Roſiones eius caro bubula ad mixto aceto & uino cocta.
Rheumatiſmos cornus ceruini cinis. Sanguinis excreationes hædinus ſanguis recẽs ad cyathos ternos:
cum aceto acri pari modo feruens potus. Coagulum tertia parte ex aceto potum. Iocineris dolores lupi
iecur aridũ ex mulſo. Aſininum iecur aridum cum petroſelini partibus duabus ac nucibus tribus ac mel-
le tritum & in cibo ſumptũ. Sanguis hircinus cibo aptatus. Suſpirioſis ante omnia efficax eſt potus equi
ferorum ſanguis. Proxime lactis aſini tepidi cum bulbis decocti: ita ut ſerum ex eo bibatur: addito ĩ tres
heminas cyatho naſturtii albi perfuſi aqua: deinde melle diluti. Iecur quoq; uulpinum aut pulmo ĩ uino
nigro: aut fel urſinum in aqua laxat meatus ſpirandi. Lumborum dolores & quæcunq; alia mollire opus
ſit urſino adipe perfricari cõuenit. Cinerem aprini aut ſuilli fimi inueterati aſpergi potione uini. Afferunt
& magi ſua commenta. Primum omnium rabiem hircorum: ſi mulceatur barba mitigari. eadem præ-
ciſa non abire eos in alienum gregem. Huic admiſcent fimum caprinum: & ſubdito linteolo uncto caua
manu quantum pati poſſit feruens: ſuſtineri iubent: ita ut ſi leua pars doleat. Hæc medicina ĩ dextra ma
nu fiat: aut econtrario. Fimum quoq; ad eum uſum acus æreæ punctis tolli iubent. Modus curationis ẽ:
donec uapor ad lumbos ſentiatur peruenire. Poſtea uero manum porro tuſo illinunt. Item lumbos ipſo
fimo cum melle. Suadentq; in eodem dolore & teſtes leporis deuorare. Iſchiadicis fimum bubulum im-
ponunt calfactum in foliis cinere feruenti. In renum dolore leporis renes crudos deuorari iubent: aut cer
te coctos ita ne dente contingantur. Ventris quidem dolore tentari negant talum leporis habentes. Lie-
nem ſedat fel apri uel ſuis potum: uel ceruini cornus cinis in aceto. efficaciſſime tamẽ inueteratus lien aſi-
Polion. ni: ita ut in triduo ſentiatur utilitas. Aſinini pulli fimum quod primum edidit: poleam uocant ſyrii: da-
Ariſto. tur in aceto mulſo. Datur & equi lingua inueterata ex uino præſentaneo medicamento: ut didiciſſe ſe ex
barbaris Celicius & Bion tradidit & lien bubulus ſimili modo. Recens autem aſſus uel elixus in cibo. In
ueſica quoque bouis allii capita. xx. tuſa cum aceti ſextario imponuntur ad lienis dolorem. eadem ex cau
ſa emi lienem uituli quanti indicatus ſit: iubent magi nulla pretii contatione: quoniam hoc quoque reli-
gioſe pertineat. Diuiſumq; per longitudinem annecti tunicæ utrinq; & induentem pati decidere ad pedes.
Dein collectum iu umbra areſacere. Cum hoc fiat ſimul reſidere lienem ægri uitiatum: liberarique cum
morbo dicitur. Prodeſt & pulmo uulpium cinere ſiccatus atque in aqua potus. Item hædorum lien im-
poſitus. Aluum ſiſtit ceruinus ſanguis. Item cornus cinis. Iecur aprinum ex uino potum citra ſalem: re-
cenſque. Item aſſum: ſuillum uel hircinum decoctum in uini hemina. Coagulum leporis in uino ciceris
magnitudine. Aut ſi febris ſit ex aqua. Aliqui & gallã adiiciunt. Alii per ſe leporis ſanguine contenti ſunt
lacte cocto. equini fimi cinis in aqua potus. Taurini cornus ueteris ex parte ima cinis inſperſus potioni
aquæ. Sanguis hircinus in carbone decoctus. Corium caprinum cum ſuo pilo decoctum ſucco epoto.
Coagulum equi & ſanguis caprinus uel medulla uel iecur aluum ſoluit. Fel lupi cum elaterio umbilico
illigatum uel lactis equini potus. item caprini cum ſale & melle. Capræ fel cum cyclamini ſucco & alu-
minis modico. Aliqui & nitrum & aquam adieciſſe malunt. Fel tauri cum abſinthio tritum ac ſubditum
paſtillo. Butyrum largius ſumptum cœliacis & dyſentericis medetur: iecur uaccinum. Cornus ceruini ci
nis tribus digitis captus in potione aquæ. Coagulum leporis ſubactum in pane. Si uero ſanguinem de-
trahunt in

trahunt in polenta. Aprini uel ſuilli uel leporini ſimi cinis inſperſus potioni tepidæ uini. Vituli quo q; ius
uulgariter datum inter auxilia cœliacorum & dyſentericorum tradunt. Lactis aſini potus utilior addito
melle. Nec minus efficax ſimi cinis ex uino utriq; uitio. Item polea ſupradicta. Equi coagulum quod ali-
qui hippacen uocant etiã ſi ſanguinem detrahant: uel ſimi cinis dentiumq; eiuſdem tuſorum farina ſalu-
taris dicitur: & bubuli lactis decocti potus. Dyſentericis addi mellis exiguum præcipiunt. et ſi tormina
ſint cornus ceruini cinerem: aut fel taurinum cymino mixtum. et cucurbitæ carnes umbilico imponere.
Caſeus recens uaccinus immittitur ad utrunq; uitium. Item butyrum heminis quattuor cum reſinæ tere
binthinæ ſextante: aut cum malua decocta: aut roſaceo. Datur & ſeuum uitulinum aut bubulum. Item
medullæ excoquuntur cum farina & cæra exiguoq; oleo: ut ſorberi poſſint. Medulla & in pane ſubigitur
Lac caprinum ad dimidias partes decoctum, Si ſint & tormina: additur protropum. Torminibus ſatis
eſſe remedii in leporis coagulo poto e uino tepido uel ſemel arbitrantur aliqui. Cautiores e ſanguine ca-
prino cum farina hordeacea & reſina uentrem illinunt. Ad omnes epiphoras uentris illini caſeum mollẽ
ſuadent. Veterem autem in farina tritum cœliacis & dyſentericis dari cyatho caſei in uini cyathis tribus.
Sanguis caprinus decoctus cum medulla dyſentericis. Iecur aſſum capræ cœliacis ſubuenit: magiſque
etiam hirci cum uino auſtero decoctum: potumq; uel ex oleo myrteo umbilico impoſitum. Quidã ue-
ro decoquunt a tribus ſextariis aquæ ad heminam addita ruta. Vtuntur & lyene aſſo capræ hircíue & ſe
uo hirci in pane qui cinere coctus ſit: capræ a renibus maxime ut per ſe auriatur: protinuſque modice fri-
gidam ſorberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum ſeuum admixta polenta & cymino & aneto acetoq;.
Illinunt & uentrem cœliacis ſimo cum melle decocto. Vtuntur ad utrunq; uitium & coagulo hædi in ui
no myrteo magnitudine fabæ poto: & ſanguine eiuſdem in cibum formato: quem ſanguiculum uocant.
Infundunt dyſentericis & glutinum taurinum aqua calida reſolutum. inflationes autem diſcutit uituli-
num ſimum in uino decoctum. inteſtinorum uitiis magnopere prodeſt coagulum ceruorum decoctum
cum lente betaq;: atque ita in cibo ſumptum. Leporis pilorum cinis cum melle decoctus. Lactis caprini
potus decoctus cum malua exiguo ſale addito. Et ſi coagulum addatur maioribus emolumentis fiet.
Eademq; uis eſt & in ſeuo caprino & in ſorbitione aliqua uti protinus hauriatur frigida aqua. item fœmi-
num hædi cinis rupta inteſtina ſarcire mire traditur. Fimum leporis cum melle decoctum & quottidie, fa
bæ magnitudine ſumptum ita ut deploratos ſanauerint. Laudant & caprini capitis cum ſuis pilis deco-
cti ſuccum. Tenaſmos ideſt crebra & inanis uoluntas egerendi tollitur poto lacte aſinino. Item bubulo
Tenearum genera pellit ceruini cornus cinis potus. Quæ in excrementis lupi diximus inueniri oſſa ſi ter
ram non attingerint: colo medentur adalligata brachio. Polea quoq; ſupradicta magnopere prodeſt i ſa
pa decocta. Item ſuilli ſimi farina addito cymino i aqua rutæ decoctæ. Cornus ceruini teneri cinis cocleis
africanis cum teſtis ſuis mixtus in uini potione. Veſicæ calculorumq; cruciatibus auxiliatur urina apri:
& ipſa ueſica pro cibo ſumpta. Efficacius ſi prius fumo maceratur utrunq;. Vexicam elixam mandi opor
tet & a muliere fœminæ ſuis. Inueniuntur & in iocineribus eorũ lapilli aut duricie lapillis ſimiles candidi
ſicuti in uulgari ſue: quibus contritis atq; potis in uino pelli calculos aiunt. Ipſi apro tam grauis ſua uri-
na eſt: ut niſi egeſta fugæ non ſufficiat: ac uelut deuinctus opprimatur. Exuri illa tradunt eos. Leporis re
nes inueterati i uino poti calculos pellunt. In perna ſuum articulos eſſe diximus: quorum decoctum ius
facit urinæ utilius. Aſinini renes inueterati tritiq; & in uino mero dati ueſicæ medẽtur. Calculos expellũt
lienes equini ex uino aut mulſo poti diebus xl. Prodeſt & ungulæ equæ cinis in uino aut aqua. Item fi-
mum caprarum in mulſo: efficacius ſiluestrium. Pili quoq; caprini cinis. Verendorum carbunculis cere-
brum apri uel ſuis ſanguiſq;. Vitia uero quæ in eadem parte ſerpunt: iecur eorum combuſtũ maxime iu-
niperi ligno cum charta armeniaca ſanat. Fimi cinis uel bubulum cum alumie ægyptio ac muria ad craſ Et arreni-
ſitudinem mellis ſubactum: inſuper beta ex uino cocta impoſita. caro quoq;. Manantia uero ulcera ſeuũ co uetus le
cum medulla uituli in uino decoctum: uel caprinum cũ melle rubiq; ſucco. Vel ſi ſerpant ſimum etiam ctio.
prodeſſe cum melle dicunt aut cum aceto: & per ſe butyrum. Teſtium tumor cum ſeuo uituli addito ni-
tro cohibetur. Vel ſimo eiuſdem ex aceto decocto. Vrinæ incõtinentiam cohibet ueſica aprina ſi aſſamã-
datur. Vngularum apri uel ſuis cinis potioni inſperſus. Veſica fœminæ ſuis combuſta ac pota. Item hæ-
di. Vel pulmo. Cerebrum leporis in uino. Eiuſdem teſticuli toſti uel coagulum cum anſerino adipe i po
lenta. Renes aſinini in mero triti potique. Magi uerrini genitalis cinere poto ex uino dulci demonſtrant
urinam facere in canis cubiculo: ac uerba adiicere. ne ipſe urinam faciat ut canis in ſuo cubiculo. Rurſus
ciet urinam ueſica ſuis: ſi terram nõ attigerit: impoſita pubi. Sedis uitiis præclare prodeſt fel urſinum cũ
adipe. Quidam adiiciunt ſpumam argenti ac thus. Prodeſt & butyrum cum adipe anſerino ac roſaceo.
Modũ ipſæ res ſtatuunt: ut ſint illitu faciles. Præclare medetur & taurinum fel in linteolis conceptis. Ri
maſque perducit ad cicatricem. inflationibus in ea parte ſeuum uituli maxime ab inguinibus cum ruta.
Cæteris uitiis medetur ſanguis caprinus cum polenta. item fel caprinum condylomatis per ſe. Item fel lu

pinum ex uino. Panos & apoſtemata in quacunq; parte ſanguis urſinus diſcutit. Item taurinus aridus
tritus. Præcipuum tamen remedium traditur in calculo onagri: quē dicunt cum interficiatur reddere uri
nam liquidiorem in initio: ſed in terra ſpiſſantem ſe. Hic adalligatus fœmini omnes ipetus diſcutit: om-
niq; ſuppuratione liberat. Eſt autē rarus inuentu: nec ex omni onagro: ſed celebri remedio. Poteſt & uri-
na aſini cum melanthio. Et ungulæ equinæ cinis cum oleo & aquæ illitus. Sanguis equi præcipue admiſ
ſarii. Et ſanguis bubulus. Item fel. Caro quoq; eoſdē effectus habet calida impoſita. Et ungulæ cinis ex
aqua aut melle. Vrina caprarum. Hircorumq; carnes i aqua decoctæ. Aut fimum ex iis cum melle deco
ctum. Fel urſinum ſiue uerrinum. Vrina ſuum in lana impoſita. Fœmina atteri aduriq; equitatu notum
eſt. Vtiliſſimum eſt ad omnes inde cauſas ſpumam equi ex ore inguinibuſq; illinire. Inguina & ex ulcerū
cauſa intumeſcunt. Remedio ſunt equi ſetæ tres totidem nodis & ceſtros herba adalligatæ intra ulcus.
Podagris medetur urſinus adeps: taurinumq; ſeuum pari pondere & ceræ. Addunt quidam hippociſti-
dam & gallam. Alii hircinum præferunt ſeuum cum fimo capræ & croco ſinapi cum caulibus ederæ tri
tis ac perdicio uel flore cucumeris ſiluestris. Item bouis fimum cum aceti fæce. Magnificant & uituli qui
nondum hærbam guſtauerit fimum. Aut per ſe ſanguinem tauri. Vulpem decoctam uiuam donec oſſa
tantum reſtent. Lupumue uinum oleo cærati modo icoctum. Seuum hircinum cū helxines partæ æqua
ſinapis tertia. Fimi caprini cinerem cum axungia. Quin & iſchiadicos uri ſum pollicibus pedum eo fimo
feruēte utiliſſime tradūt. Articulorumq; uitiis fel urſinum utiliſſimum eſſe & leporis pedes adalligatos.
Podagras quidam mitigari pede leporis uiuentis abſciſo ſiquis ſecum aſſidue habeat. Perniones urſinus
adeps: rimaſq; pedum omnes arcet. Efficatius alumine addito. Seuum caprinum. Dentium equi farina.
Aprinum uel ſuillum fel. Cum adipe pulmo impoſitus. Et ſi ſubtriti ſint contuſiue: offenſatione. Si uero
aduſti frigore: leporini pili cinis. Eiuſdem pulmo contuſus diſſectus: aut pulmonis cinis. Sole aduſta ſe-
uo'aſinino aptiſſime curantur. Item bubulo cum roſaceo. Clauos & rimas callique uitia fimum apri uel
ſuis recens illitum ac tercio die ſolutum ſanat. Talorum cinis pulmo aprinus aut ſuillus: aut ceruinus.
Attritus calcimētorum urina aſini cum luto ſuo illita. Clauos ſeuum bubulum cum thuris polline. Per
niones uero corium combuſtum. Melius ſi ex uetere calciamento. iniurias a calceatu ex oleo corii capri
ni cinis. Varicum dolores ſedat fimi uitulini cinis cum lilii bulbis decoctis addito melle modico. itemq;
omnia inflāmata ac ſuppurationes minantia. Eadem res & podagris prodeſt & articulariis morbis e ma
tribus præcipue uitulis articulorum attritis fel aprorū uel ſuum linteo calefacto impoſitum. Vituliq;
qui nondū hærbam guſtauerit fimum. itē caprinū cum melle & aceto decoctum. Vngues ſcabros ſeuū
uituli emendat. itē caprinū admixta ſandaraca. Verrucas uero aufert uitulini fimi cineris ex aceto. Aſini
urinæ lutum. Comitiali morbo teſtes urſinos ediſſe pdeſt: uel aprinos bibiſſe ex lacte eqno aut ex aqua.
Item aprinam urinā ex aceto mulſo. Efficacius quæ inaruerit in ueſica ſua. Dantur & ſuum teſticuli inue
terati tritiq; in ſuis lacte præcedente uini abſtinētia & ſequente continuis diebus. Dātur & leporis ſale cu
ſtoditi pulmones cum thuris tertia parte in uino albo per dies. xxx. Item coagula. Eiuſdem aſini cerebrū
ex aqua mulſa infumatum prius in foliis ſemūcia per dies. Vel ungularum eius cinis cochlearibus binis
toto menſe potus. Item teſtes ſale aſſeruati & aſperſi potioni i aſinarum maxime lacte uel ex aqua. Mē
brana partus earum præcipue ſi marem peperint: olfacta accedente morbo comitialium reſiſtit. Sunt q
e mare nigroq; cor edendū cum pane ſub diuo prima aut ſecunda luna præcipiant. Alii carnem: aliq ſan
guinem aceto dilutū per dies. xl. bibendum. Quidam urinā equi aquæ ferrariæ ex officinis miſcent. Eadē
potione & lymphaticis medentur. Comitialibus datur & lactis equini potus lichenq; in aceto mulſo bi-
bendum. Dantur & carnes caprinæ in rogo hominis toſtæ ut uolunt magi. Seuum earum cum felle tau
rino pari pondere decoctum: & in folliculo fellis reconditum: ita ne terram attingat. Potum uero ſub-
lime ex aqua. Morbum ipſum deprehendit caprini cornus uel ceruini uſti nidor. Sideratis urina pulli
aſinini nardo admixto perunctione prodeſſe dicitur. Regio morbo cornus ceruini cinis. Sanguis aſi-
nini pulli ex uino. Item fimum aſinini pulli: quod primum edidit a partu datum fabæ magnitudine e
uino medetur intra diem tertium. Eadem & ex equino pullo ſimiliterque uis eſt. Fractis oſſibus præſen
taneus maxillarum apri cinis uel ſuis. item lardum elixum atque circunligatum mira celeritate ſolidat.
Coſtis quidem fractis laudatur unice caprinum fimum ex uino uetere: aperit: extrahit: perſanat. Febres
arcet ceruorum caro: ut diximus. Eas quidem quæ certo dierum numero redeunt: oculus lupi dexter
ſalſus adalligatuſque: ſi credimus magis. Eſt genus febrium: quod amphimerion uocant. Hoc liberari
tradunt: ſiquis e uena auris aſini tres guttas ſanguinis in duabus heminis aquæ hauſerit. Quartanis
ni recedāt magi excrementa felis cum digito bubonis adalligari iubent: & ne recidant: non remoueri ſepteno cir-
cuitu. Quis hoc quæſo iuenire potuit? Quæ eſt iſta mixtura? Cur digitus bubonis potiſſimum electus
eſt? Modeſtiores iecur fellis decreſcente luna occiſæ inueteratum ſale ex uino bibendum: ante acceſſio-
nes quartanæ dixere. idem magi fimi bubuli cinere conſperſo puerorum urina illinunt digitos pedum:
manibuſq;

manibuſq; leporis cor adalligant. Coagulum ante acceſſionē propinant. Datur & caſeus caprinus recens
cum melle diligenter ſero impreſſo. Melancholicis fimum uituli in uino decoctum remedio eſt. Lethar-
gicos excitat aſini lichen naribus illitus ex aceto. Caprini cornus nidor: aut piloꝝ: iecur aprinũ. Itaq; & uē
ternoſis datur. Phthiſicis medentur iecur lupi ex uino. Macræ ſuis fœminæ hærbis paſtæ lardum. Carnes
aſininæ ex iure ſumptæ. Hoc genere maxime in achaia curāt id malum. Fimi quoq; aridi: ſed pabulo uiri-
di paſto boue fumum harundine hauſtum prodeſſe tradunt. Bubuli quoq; cornus mucronem exuſtum
duorum coclearium menſura addito melle pillulis deuoratis. Capræ ſeuo in pulte halicacia & phthiſin:
& tuſſim ſanari. Vel recenti cum mulſo liquefacto: ita ut uncia in cyathum addatur: rutæq; ramo permi
ſceatur: non pauci tradunt. Lupi & capræ ſeui cyatho uel lactis pari menſura deploratum phthiſicum cō
ualuiſſe certus auctor affirmat. Sunt & qui ſuum fimi cinerem profuiſſe ſcripſerint in paſſo. Et cerui pul
monem maxime ſubulonis ſiccatum in fumo: tritumq; in uino. Hydropicis uxiliatur urina ueſicæ apri Capræ.
paulatim data in potus. Efficacius quæ inaruerit cum ueſica ſua. Fimi taurini maxime ſubulōis: ſed & bu Dioſco.
buli: de armentinis liquor. Quidam bolbiton uocant. Cinis cochleariorum tritum in mulſi hemina boui
fœminæ in mulieribus: et ex altero ſexu in uiris: quod ueluti myſteriumoccultarunt magi. Fimum uitu-
li maſculi illitum. Fimi uituli cinis cum ſemine ſtaphylini æqua portione ex uino. Sanguis caprinus cum
medulla. Efficaciorem putant hircorum utiq; ſi lentiſco paſcantur. Igni ſacro urſinus adeps illinitur: ma-
xime qui eſt ad renes. Vitulinum fimum recens uel bubulum. Caſeus caprinus ſiccus cum porro. Ra-
menta pellis ceruinæ deſecta punice ex aceto trita. Ruborem cum prurigine equi ſpuma aut ungulæ ci-
nis. Eruptionibus pituitæ aſinini fimi cinis cum butyro. Papulis nigris caſeus caprinus ſiccus ex melle &
aceto in balneis oleo remoto. Puſtulis ſuilli fimi cinis aqua illitus. uel cornus ceruini cinis. Luxatis recens
fimum aprinum uel ſuillum. Item uitulinum. Verris ſpuma recens cum aceto fimum caprinum cū mel
le. Bubula caro impoſita tumorem ſanat fimum ſuillum in teſta calefactum tritumq; cum oleo duricias
corporum omnes tollit optime adeps e lupis illitus in iis quæ rumpere opus eſt plurimum proficit. Fi-
mum bubulum in cinere calefactum oleo liquefactum ſine ſale. Similiq; modo caprinum: in ambuſtis
Prodeſt urſinus adeps cum lilii radicibus. Aprinum aut ſuillum fimum ſueteratum. Setarum ex iis e pe
nicillis tectoriis cinis cum adipe tritus. Tali bubuli cinis cum cæra & medulla ceruina. Fel tauri. Fimū le
poris. Sed caprarum fimum ſine cicatrice ſanare dicitur. Glutinum præſtantiſſimum fit ex auribus tau-
rorum & genitalibus. Nec quicquā efficacius prodeſt ambuſtis. Sed adulteratur nihil æque qbuſuis pel
libus inueteratis calciamentiſq; etiā decoctis. Rhodiacum uero fideliſſimū. Eoq; pictores & medici utū-
tur. Id quoq; quo candidius: eo probatius. Nigrum & lignoſum dānatur. Neruorū doloribus fimū ca-
prinum decoctū in aceto cum melle utiliſſimum putant: uel putreſcēte neruo. Spaſmata & percuſſu ui-
tiata fimo aprino curant uere collecto & areſacto. Sic & quadrigis agendis tractos: rotaue uulneratos.
Et quoquo modo ſanguine contuſo: uel ſi recens illinat̄. Sunt qui id coxiſſe aceto utilius putent. Quin
& in potu farinam eam ruptis conuulneratiſq; & euerſis ex aceto ſalutarē promittunt. Reuerentiores ci-
nerem eius ex aqua bibūt. Feruntq; & Neronē principem hac potione recreari ſolitū: cum ſic quoq; ſe tri
gario approbare uellet. Proximā ſuillo fimo uim putant. Sanguinē ſiſtit coagulum ceruinum ex aceto.
Item leporis. Huius quidē & pilorum cinis: item ex fimo aſinino cinis. Et pilorū quidē cinis illitus. effi-
cacior uis e maribus aceto admixto. Et in lana ad omne profluuiū impoſito. Similiter ex equino capite
& fœminæ. Aut fimi uitulorum cinis illitus ex aceto. itē caprini cornus uel fimi ex aceto. Hircini uero io
cineris diſſecti ſanies efficacior. Et cinis utriuſq; ex uino potus: uel naribus ex aceto illitus. Hircini quoq;
utris uinarii dūtaxat cinis cum pari pondere reſinæ. Quo genere ſiſtitur ſanguis: & uulnus glutinatur.
Hædinum quoq; coagulum ex aceto: & fœminum eius combuſtorum cinis ſimiliter pollere traduntur.
Vlcera ſanat in tibiis cruribuſq; adeps urſinus admixta rubrica: Quæ uero ſerpunt fel aprinum cū reſi-
na & cæruſa. Maxillarum apri uel ſuum cinis. Fimū ſuum illitum ſiccum. item caprinum ex aceto ſub-
feruefactum. Cætera purgant̄ & explentur butyro. Cornus ceruini cinere. Vel medulla cerui. Felle e tau
rino cum cyprino oleo. Aut fimo aprino. Aut hircino. Fimum recens ſuum. Vel inueterati farina illinit̄
uulneribus ferro factis. Phagedenis in fiſtulis immittitur fel tauri cum ſucco porri aut lacte mulierū. Vel
ſanguis aridus cū cotyledone hærba. Carcinomata curat coagulum leporis cum pari pondere capparis
aſperſum cum uino. Gangrenas urſinum fel penna illitum. Aſini ungularum cinis ea quæ ſerpunt ulce-
ra inſperſus. Sanguis equi adrodit carnes ſtiptica ui. Item fimi equini inueterati fauilla. Ea uero quæ pha
gedenas uocant in ulcerū genere corii bubuli cinis cum melle. Caro uituli recentia uulnera nō patit̄ intu
meſcere. Fimū bubulū cum melle. Fœminū uituli cinis ſordida ulcera: & quæ cacoethe uocāt e lacte mu
lieris ſanat. Recētes uero plagas ferro illatas glutinum taurinum liquefactū tertio die ſolutū. Caſeus ca-
prinus ſiccus ex aceto ac melle purgat ulcera. Quæ uero ſerpunt cohibet ſeuū cum cæra. Item addita pi
ce ac ſulphure percurat. Similiter proficit ad cacoethe hædi fœminum cinis e lacte mulieris. Et aduerſus

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 422 sur 536

carbũculos ſuis fœminæ cerebrum coſtum illitumq;. Scabiem hominis aſininæ medullæ maxime abolẽt
Vrinæ eiuſdem cum ſuo luto illitæ. Butyrum etiam quo in iumentis proficit cum reſina calida. Glutinũ
taurinum ĩ aceto liquefactum addita calce. Fel caprinum cum aluminis cinere. Boas fimum bubulum:
unde & nomen traxere. Canum ſcabies ſanantur bubulo ſanguine recenti: Iterumq; cum inareſcat illito:
& poſtero die abluto cinere lixiuio. Spinæ ac ſimilia corpori extrauntur fellis excrementis. Item capræ
ex uino. Coagulo quocunq;: ſed maxime leporis cum thuris polline & oleo: aut cum muſci pari ponde-
re: aut cum propoli. Cicatrices nigras ſeuum aſininum reducit ad colorem. Fel uituli etenuat calefactum
Medici adiciunt myrrham & mel & crocum: æreaq; pyxide condunt. Aliqui & florem æris miſcẽt. Mu
lierum purgationes adiuuant fel taurinum lana ſuccida appoſitum. Olympias thebana addidit hyſopũ
& nitrum. Cornus ceruini cinis potus. Item uuluæ laboranti. Illitum quoq; & fel taurinum cum opio ap
poſitum obolis binis. Vuluas & pillo ceruino ſuffiri prodeſt. Tradunt ceruas: cum ſenſerint ſe grauidas:
lapillum deuorare: quem in excrementis repertum aut in uulua (nam & ibi inuenitur) cuſtodire partus
adalligatum. Inueniuntur & oſſicula in corde & uulua perquam utilia grauidis parturientibuſq;. Nam
de punice qui in uaccarum uetero ſimili modo reperitur ut diximus in natura boum. Lupi adeps illitus
uuluas mollit. Dolores earum iecur. Carneſq; lupi ediſſe parituris prodeſt. Aut ſi incipientibus parturire
ſit iuſta qui ederit. Adeo ut etiam contra illita noxia ualeat. Eundem uero ſuperuenire perniтioſum eſt.
Magnus & leporis uſus mulieribus. Vulua adiuuat pulmo aridus potus. Profluuia iecur cũ ſamia terra
ex aqua potum. Secundas coagulum. cauẽtur pridiana balnea. Illitum quoq; cum croco & porri ſucco:
uellere appoſitum abortus mortuos expellit. Si uuluæ leporum in cibis ſumantur: mares concipi putãt.
Hoc & teſticulis eorum & coagulo profici. Conceptũ leporis utero exemptum iis quæ parere deſierint:
reſtibilem fœcunditatem afferre. Sed & pro conceptu leporis ſaniem & uiro magi propinant. Item uir-
gini nomen grana fimi ut ſtent perpetuo mammæ. Coagulo quoq;. Ob id cum melle linunt ſanguinem
ubi euulſo pilo renaſci nolunt. Inflationi uuluæ fimum aprinum ſuillumue cum oleo illini prodeſt. Effi-
catius ſiſtit farina aridi aut ſpergatur potioni: uel ſi grauidæ aut puerperæ torqueantur. Lacte ſuis poto
cum mulſo adiuuantur partus mulierum. Per ſe uero potum deficiẽtia ubera puerperarum replet. Eadẽ
circunlita ſanguine fœminæ ſuis minus creſcunt. Si dolent lactis aſinini potu mulcentur. Quod addito
melle ſumptũ & purgatiões earũ adiuuat. Sanat & uuluarũ exulcerationes eiuſdem animalis ſeuũ ueτera
tũ: & in uellere appoſitũ duritiam uuluarum emollit. Per ſe uero recens uel inueteratum ex aqua illitum
pſilothri uim optinet. Eiuſdem animalis lien inueteratus ex aqua illitus mammis abundantiã facit. Vul
uas ſuffitu corrigit. Vngulæ aſininæ ſuffitæ partũ maturant: ut uel abortus euocet̃: nec aliter adhibet̃:
qm̃ uiuentẽ partũ necãt. Eiuſdẽ aialis fimum ſi recens ĩponat̃: ꝓfluuia ſanguinis mire ſedare dicit̃. Nec
non & cinis eiuſdem fimi: & uuluæ ꝓdeſt impoſitus. Equi ſpuma illita per dies. xl. prius q̃ naſcãt̃ primũ
pili reſtringunt̃. itẽ cornus ceruini decocto. Melius ſi recentia ſint cornua. Lacte eqno iuuãtur uuluæ col
lutæ. Quod ſi mortuus partus ſentiat̃ lien ex aqua dulci potus eiicit. Itẽ ungulæ ſuffitu aut fimũ aridũ.
Vuluas ꝓcidẽtes butyrũ infuſum ſiſtit. Induratã uuluã aperit fel bubulũ roſaceo admixto: foris uellere
cũ reſina terebinthina ĩpoſita. Aiũt & ſuffitu fimi e mare boue ꝓcidentes uuluas reprimi: partus adiuuari
Cõceptus uero uaccini lactis potu. Sterilitatẽ ob partus uexationẽ fieri certũ eſt. Hanc emẽdari Olym-
pias thebana affirmat felle taurino & adipe ſerpentiũ & erugine addito melle medicatis locis ante coitus
Vitulinũ quoq; fel ſi in purgatiõibus fuerit ſub coitu aſpſum uuluæ etiã duritiã uentris emollit: & proflu
uium minuit umbilico peruncto adq; ĩ totum uuluæ prodeſt. Modum ſtatuũt fellis pondere denari ad
apii tertiã ammixto amygdalino oleo: quantum eſſe ſatis appareat hoc in uelere imponũt. Maſculi fel
uituli cum mellis dimidio tritum ſeruatur ad uuluas. Carnem uituli ſi cũ ariſtolochia inaſſatam edant
circa conceptum: mares parituras promittunt: Medulla uituli in uino & ex aqua decocta ſeuo exulcera
tionibus uuluarum impoſita prodeſt. Item adeps uulpinũ: excrementũq; feliũ cum reſina & roſaceo ĩpo
ſitũ. Caprino cornu ſuffiri uuluam utiliſſimũ putant. Silueſtriũ caprarũ ſanguis cũ palma marina pilos
trahit. Cæterarum uero fel callum uuluarum emollit inſperſum & a purgatiõe cõceptus facit. Sic quoq;
pſilothri uis efficitur euulſis pilis triduo ſeruatur illitũ. Profluuiũ quãuis ĩmenſum urina capræ pota ſi-
ſti obſtetrices ꝓmittunt: & ſi fimum illinatur. Membrana caprarũ in aqua partu edito inueterata potuq;
ſumpta in uino: ſecũdas pellit. Hædorũ pilis ſuffiri uuluas utile putant. Et in ꝓfluuio ſanguinis coagulũ
bibi aut hyoſcyami ſemine imponi. E boue ſilueſtri nigro ſi ſanguine ricini lũbi perungãtur mulieri tediũ
ueneris fieri dicit Eſchines. Idem amoris pota hirci urina ammixto ꝓpter faſtigiũ nardo. Infantibus nihil
butyro utilius per ſe & cũ melle: priuatim & in dentitione & ad gingiuas: & ad oris ulcera. Dens lupi ad
alligatus infantium pauores ꝓhibet: dentientiũq; morbos. Quod & pellis lupina præſtat. Dentes quidem
eorum maximi eqs quoq; adalligati infatigabilẽ curſum præſtare dicũtur. Leporũ coagulo illito ubere ſi
ſtit̃ infantiũ aluus. Iecur aſini ãmixta modice panace ĩſtillatum in os a comitialibus morbis & aliis infan
tes tuetur

tes tuetur. Hoc. xl. diebus fieri præcipiunt. Et pellis aſinina iniecta impauidos infantes facit. Dentes qui equis primum candunt: facilem dentititionem præſtant infantibus adalligati. Efficatius ſi terram non attigere. Lienem bubulus in melle editur. Et illinitur ad lienis dolores. Ad ulcera. manantia cum melle. Lyen uituli in uino decoctus tritusq; & illitus ulcuſcula oris. Cerebrum capræ magi per annulum aureum traiectum prius quam lac detur infantibus inſtillant contra comitiales: ceterosq; ifantium morbos. Caprinum fimum inquietos infantes adalligatum pãno cohibet: maxime puellas. Lacte caprino uel cerebro leporum perunctæ gingiuæ faciles dentitiones faciunt. Somnos fieri lepore ſumpto in cibis Cato arbitratur. Vulgus & gratiam corpori in nouem dies friuolo quidem ioco. Cui tamen aliqua debeat ſub eſſe cauſa in tanta perſuaſione. Magi felle capræ ſacrificatæ duntaxat illito oculis uel ſub puluino poſito ſonnum allicii dicunt. Sudores inhibet cornus caprini cinis myrteo oleo perunctis. Coitus autem ſtimulat fel aprinum illitum. Item medullæ ſuum hauſtæ. Seuum aſininum anſeris maſculi adipe permixto illitum. Item a coitu equi Virgilio quoq; deſcriptum uirus & teſticuli equini aridi ut potioni interſeri poſſint: dexterue aſini teſtis in uino potus pro portione: uel adalligtus brachiali. Eiuſdem a coitu ſpuma collecta roſeo panno & incluſa argento ut Eſchines tradit. Salpe genitale in oleum feruens mergi iubet ſepties: coq; perungi pertinentes partes. Bialcon cinerem ex eodem bibi uel tauri a coitu urinam: luteoq; ipſo illini pubem. At e diuerſo muris fimo illito cohibetur uirorum uenus. Ebrietatem arcet pulmo apri aut ſuis aſſus a ieiuno cibo præſumptus eo die. Item hædinus.

Sõnioſos. vii. Mart.

Mira de animalibus. Cap. xi.

m Ira præterea traduntur in eiſdem animalibus. Veſtigium equi excuſſum ungula (ut ſolet plerumq;) ſiquis collectum reponat ſingultus remedium eſſe recordantibus quo nam loco id repoſuerũt. Iecur luporum equinæ ungulæ ſimile eſſe. Et rumpi equos qui ueſtigia luporum ſub equite ſequantur. Taliſq; ſuum diſcordia e quandã ineſſe. In incẽdiis ſi fimi aliquid egeratur e ſtabulis facilius extrahi. Nec recurrere oues boueſque. Hircorum carnes uirus non recipere: ſi panem hordeaceũ eo die quo interficiantur ederint: laſſerue dilutum biberint. Nullas uero teredinem ſentire luna decreſcente induratas ſale. Adeoq; nihil omiſſum eſt: ut leporem ſurdum celerius pingueſcere reperiamus. Animalium uero medicina. Si ſanguis profluat iumentis: ſuillum fimum ex uino infundendum. Boum ãt morbis ſeuum ſulphur uiuum allium ſilueſtre ouũ coctũ. Omnia hæc trita in uino danda: aut uulpis adipẽ. Carnem caballinam diſcoctam potu ſuum morbis mederi. Omnium uero quadrupedum morbis capram ſolidam cum corio & ranam rubetam diſcoctas. Gallinaceos nõ attingi uulpibus qui iecur animalis eius aridum ederint. Vel ſi pellicula ex eo collo inducta galli inierint. Similia in felle muſtellæ. Boues in cypro contra tormina hominum excrementis ſibi mederi. Inſuper pedes boum ſi prius cornua pice liquida perungantur. Lupos in agrum non accedere: ſi capti unius pedibus infractis cultroq; adacto paulatim ſanguis circa fines agri ſpargatur: atq; ipſe defodiatur in eo loco: ex quo cœperit trahi. Aut ſi uomerem quo primus ſulcus eo anno in agro ductus ſi excuſſum aratro focus larium quo familia cõuenit abſumat. Ac lupum nulli animalium nociturum in eo agro quãdiu id fiat. Hinc deinde reuertemur ad animalia ſui generis: quæ aut placita non ſunt: aut fera.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIX. PROOEMIVM.

De medicina & inuentoribus eius: de origine medicinæ: & quando primum clinice: & qñdo primum iatraliptice: & de Chryſippo & Eraſiſtrato: & Empirice: & Erophilo: & reliqs illuſtribus medicis: & quotiens ratio medicinæ mutata ſit: & qui primus romæ medicus: & quando: & quid de medicis antiqui romani iudicauerint: & uitia medicinæ. Cap. i.

Atura remediorum atq; multitudo inſtantium ac præteritorum plura de ipſa medendi arte cogũt dicere q̃q̃ nõ ignarus ſi nullis ante hæc latino ſermone cõdita: anceps q; ac lubricum eſſe rerum oium nouaq; principium: nec aliud utiq; gratiæ q̃ ſterilis difficultatis in ꝓmendo. Sed quoniã occurrere uerifimile eſt oium q hæc noſcãt cogitationi: quo nã modo exoluerint in medicinæ uſu quæ tã parata atque ꝑtinentia erãt. Mirũq; & indignũ protinus ſubit: nullã artiũ inconſtantiorẽ fuiſſe. Et etiamnum ſæpius imutari contigerit cum ſit fruticoſior nulla. Diis primum inuentores ſuos aſſignauit: & cælo dicauit. Necnõ & hodie multifariã ab oraculis medicina petitur. Auxit deinde famam etiã crimine: ictum fulmine Aeſculapium fabulata: quoniam Tyndaridam reuocauiſſet ad uitam. Nec tamen ceſſauit narrare alios reuixiſſe opera ſuæ clara troianis temporibus a quibus fama certior uulnerum dũtaxat remediis. Sequentia eius mirum dictu in nocte denſiſſima latuere uſq; ad peloponeſiacũ bellum.

Et tunc eam reuocauit in lucem Hippocrates genitus in inſula co: in primis clara & ualida ac Aeſculapio
dicata. Is cum fuiſſet mos liberatos morbis ſcribere in templo eius dei: qui auxiliatus eſſet: ut poſtea ſimi
litudo proficeret exſcripſiſſe ea traditur. Atq; ut Varro apud nos credit iam templo cremato is inſtituiſ-
ſe medicinam hanc quæ clinice uocatur. Nec fuit poſtea quæſtus modus: quoniam prodicus Selymbriæ
natus diſcipulus eius inſtituiſſet quam uocant iatralepticen. Reunctoribus quoq; medicorum ac medi-
cis in eis uictigal inuenit. Horum placita Chryſippus ingenti garrulitate mutauit. Plurimumq; etiam ex
Chryſippo diſcipulus eius Eraſiſtratus Ariſtotelis filia genitus. Hic Antiocho rege ſanato centum talen
tis donatus eſt a rege Ptolemæo filio eius: ut incipiamus & præmia artis oſtendere. Alia factio ab experi
mentis ſe cognominans Empiricen cœpit in ſicilia a Creonte agrigẽtino Empedoclis phyſici auctoritate
cõmendato. Diſſideruntq; ex ſcholæ: & omnes eas dãnauit. Erophilus in muſicos pedes uenarum pulſu
diſcreto per ætatum gradus. Deſerta deinde & hæc ſecta eſt: quoniam neceſſe erat in ea litteras ſcire. Mu
tata & quã poſtea Aſclepiades (ut rettulimus) inuenerant. Auditor eius Themiſon fuit. Sed quæ inter
initia ſcripſit. Illo mox recedente a uita ad ſua placita mutauit. Sed & illa Antonius muſa eiuſdem aucto
ritate diui Auguſti: quem cõtraria medicina graui periculo exemerat. Multos præterea medicos celeber-
rimoſq; ex iis caſſios carpitanos aruncios albucios rubrios. cc. l. ſeſtertia annua mercede iis fuere apud pri
cipes. Q. uero Stertinius imputauit principibus: q; ſeſtertiis quingenis annuis cõtentus eſſet. Sexcena. n.
ſibi quæſtu urbis fuiſſe numeratis dominus oſtendebat. Par & fratri eius merces a Claudio Cæſare infu-
ſa eſt: cenſus q̃q̃ exhauſtis opibus neapoli exornata ut hæredi. IIs. ccc. relinqueret: quadragena idem Arũ
cius ſolus. Exortus deinde eſt Vectius ualẽs adulterio Meſſalinæ Claudii Cæſaris nobilitatus: pariterq;
eloquentiæ aſſectator. Is eam potentiam nactus nouam inſtituit ſectam. Eadem ætas Neronis principa
tu ad Theſſalum tranſiliuit delentem, cuncta maiorum placita & rabie quadam i oẽs æui medicos pero-
rantem. Quali prudentia ingenioq; æſtimari uel uno argumento abunde poteſt cum nocumento ſuo:
quod eſt appia uia: iatronicen ſe inſcripſerit. Nullius hiſtrionum par: ex quo trigario comitatu regreſſus
in publico erat. Tum Crinas maſſilienſis arte geminata: ut cautior religioſiorque ad ſyderum motus ex
ephemeride mathematica cibos dando: oraſq; obſeruando auctoritate eum præceſſit. Nuperq; ſeſtertia.
c. reliquit muris patriæ mœnibus quoq; aliis pene non minori ſumma extructis. Hi regebant fata: cũ re-
pẽte ciuitatem Carmis ex eadem maſſilia inuaſit: damnatis nõ ſolum prioribus medicis: uerũ & balneis.
Frigidaq; etiam hybernis algoribus lauari perſuaſit. Merſit ægros in lacus. Videbamus ſenes conſulares
uſq; in oſtentationem rigentes. Qua de re extat etiam Annei Senecę aſtipulatio. Nec dubium eſt omnes
iſtos famam nouitate aliqua aucupantes animas ſtatim noſtras negociari. Hinc illæ circa ægros miſeræ
ſententiarum concertationes: nullo idem cenſente ne uideatur aſſertatio alterius. Hinc illa infœlicis mo-
numenti inſcriptio: turba ſe medicorũ periſſe. Mutatur ars quotidie totiens interpollis. Et ingeniorũ græ
ciæ flatu impellimur. Palamq; eſt: ut quiſquis inter iſtos loquendo polleat: imperatorem illico uitæ no-
ſtræ neceſq; fieri. ceu uero non milia gentium ſine medicis degant: nec tamen ſine medicina. Sicut popu-
lus Romanus ultra ſexcenteſimum annũ: neq; ipſe in accipiendis artibus lentus: medicinæ uero etiã aui-
dus donec expertam damnauit. Etenim percenſere inſignia priſcorũ in his moribus cõuenit. Caſſius He-
mina ex antiquis auctor eſt primum e medicis ueniſſe romã peloponẽſem Archagathũ Lyſaniæ filium.
L. Aemilio. M. Liuio coss. anno urbis. d. xxxv. Eiq; ius quiritium datũ & tabernam in compito acilio em
ptam. Ob id publice uulnerariũ fuiſſe eũ tradunt uocatum. Mireq; gratũ aduentum eius initio. Mox a
ſæuitia ſecandi urendiq; tranſiſſe nomen in carnificẽ & in tedium artis. Oẽſq; medicos quod clariſſime in-
telligi poteſt ex. M. Catone: cuius auctoritati triũphus atq; cenſura minimũ conferunt: tanto plus i ipſo
eſt. Quãobrem uerba ipſa ponemus. Dicam de iſtis græcis ſuo loco Marce fili quid athenis exquiſitũ ha
beam, et quod bonum ſit eorum litteras inſpicere non perdiſcere. Vincam nequiſſimũ & indocile genus
illorum: & hoc puta uatem dixiſſe. Quandocunq; iſta gens ſuas litteras dabit: omnia corrumpet. Tunc
etiam magis: ſi medicos ſuos huc mittet. Iurarunt inter ſe barbaros necare oẽs medicina. Sed hoc ipſum
mercede faciunt: ut fides iis ſit: & facile diſperdant. Nos quoque dictitant barbaros: & ſpurcius noſque
& alios opicos appellatione fœdant. Interdicit ibi de medicis. Atq; hic Cato. dc. v. ãno urbis noſtræ obiit
octogeſimoquinto ſuo: ne quis illi defuiſſe publice tempora: aut priuatim uitæ ſpatia ad expediendum
arbitretur. Quid ergo? damnatam ab eo rem utiliſſimam credimus? Minime hercule. Subiicit enim qua
medicina uſus & ſe coniugem uſq; ad longam ſenectam perduxerit: iis ipſis ſcilicet quæ nunc nos trade-
mus. Profiteturque eſſe etiam cõmentarium ſibi quo medeatur filio: ſeruis familiaribus: quæ nos per ge-
nera uſus ſui diſſerimus. Non rem antiqui damnabant: ſed artem. Maxime uero quæſtum eſſe immani
precio uitæ recuſabant. Ideo templum Aeſculapii etiam cum reciperetur is deus: extra urbem feciſſe: ite-
rumq; in inſula tradunt. Et cum græcos italia pellerent: diu etiam poſt Catonẽ excepiſſe medicos. Auge
bo prouidentiã illorũ. Solam hanc artiũ græcarũ nondũ exercet romana grauitas. In tanto fructu pau-
ciſſimi quiritiũ

[Margin:] Seq; inter initia aſcripſit: illo mox recedẽte a uita ſua placita mutauit. ex antiquo exemplari. Præterea

[Margin:] Critias

[Margin:] experiẽdũ uel expendendum.

ciſſimi quiritium attigere: & ipſi ſtatim ad græcos tranſfugæ. Immo uero auctoritas aliter q̃ græce eam tractantibus etiam apud imperitos expertesq; linguæ non eſt. Ac minus credunt: quæ ad ſalutem ſuam pertinent: ſi intelligunt. Itaq; hercule in hac artium ſola euenit: ut cuicunq; medicum ſe profitenti ſtatim credatur: cum ſit periculum in nullo mendacio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blanda eſt ſpirandi per ſe cuiq; dulcedo. Nulla præterea lex quæ puniat inſcitiam capitalem. Nullum exemplum uindictæ. Diſcunt periculis noſtris. Et per experimenta mortes agunt. Medicoq; tantum hominem occidiſſe ſumma impunitas eſt. Quinimo tranſit inconuitium. Et intemperantia culpatur. Vtroq; q perire arguunt. Sed & decuriæ pro more cenſuris principũ examinant. Inquiſitio per parietes agitur. Et qui de nummo iudicet a gradibus columnnisq; Herculis accerſitur. De exilio uero nõ niſi de.xlv. Quinq; electis uiris datur tabella. At de iudice ipſo quales in conſilio eunt: ſtatim occaſuri? Merito dũ memini noſtrum libet ſcire: quod ſaluti ſuæ opus ſit. Alienis pedibus ambulamus. Alienis oculis agnoſimus. Aliena memoria ſalutamus. Aliena uiuimus opera. Perieruntq; rerum naturæ pretia: & uitæ argumenta Nichil aliud pro noſtro habemus quam delicias. Non deſeram Catonem tam ambitioſæ artis inuidia a me obiectum: & a ſenatu illum qui ita cenſebat. Itaq; non criminibus artis arreptis ut aliquis expectauerit. Quid enim uenenorum fertilius: aut unde teſtamentorum plures inſidiæ. Iam uero & adulteria etiam in principum domibus: ut eudemi in Liuia Druſi Cæſaris. Item Valentis in aqua dictum eſt regina. Non ſunt artis iſta ſed hominum. Non magis hæc urbi timuit Cato ut equidem credo quam reginas. Ne auaritiam quidem arguam rapacesq; nũdinas pendentibus fatis & dolorum indicaturam: ac mortis arram aut arcana præcepta. Squamam in oculis emouendam potius quam extrahendam. Per quæ effectum eſt ut nihil magis prodeſſe uideretur quam multitudo graſſantium. Neq; eni pudoris æmuli precia ſummittunt. Notum eſt ab eodem charmide unum ægrum ex prouincialibus ſeſtertiis ducentis conductum Archontio uulnerum medico LIs. C. condẽnato ademiſſe Claudium principem. Eidemq; i galliа exulanti & deinde reſtituto acquiſitum non minus intra paucos annos. Et hæc perſonis imputentur. Ne fæcem quidem aut inſitiam eius turbæ arguamus: ipſorumq; intemperantiam in morbis aquarum calidarum diuerticulis imperioſam inediam. Et ab iiſdem deficientibus cibo ſæpius die igeſto. Mille præterea pœnitentiæ modis: culinarum etiam præceptis & unguentorum mixturis: quando nullas omiſere uitæ illecebras. Inuehi peregrinas merces cõciliariq; externa pretia diſplicuiſſe maioribus crediderim quidem. non tamen hoc Catonem prodidiſſe: cum damnaret artem. Theriace uocatur excogitata compoſitio luxuriæ. Fit ex rebus externis cum tot remedia dederit natura: quæ ſingula ſufficerent. Mithridaticũ antidotum ex rebus. liiii. componitur. Interim nullo pondere æquali: & quarumdam rerum ſexageſima denarii unius imperata. Quo deorum perfidiam iſtam monſtrante? Hominum enim ſubtilitas tãta eſſe non potuit. Oſtentatio artis & portentoſa ſcientiæ uenditatio manifeſta eſt. Ac ne ipſi quidem illam nouere. Comperiq; uulgo procinabari indica in medicamenta minium addi inſcitia nominis: quod eſſe uenenum docebimus inter pigmenta. Verum & hæc ad ſingulorum ſalutem pertinent. Illa autem quæ timuit Cato: atq; prouidit: innocentiora multo & parua opinatu: quæ proceres artis eiuſdem in ſemetipſis fatentur. Illa prodidere imperii mores: Illa quæ ſani patimur luctatus cæromata ceu ualitudinis cauſa inſtituta. Balneæ ardentes quibus perſuaſere in corporibus cibos coqui: ut nemo nõ minus ualidus exiret. Obedientiſſimi uero efferrentur. Potus deinde ieiunorum ac uomitiones: & rurſus perpotationes: ac pilorum euiratio inſtituta reſinis eorum. Itemq; pectines in fœminis quidem publicati. Ita eo profecto: lues morum: nec aliunde maior quam e medicina. Vatem prorſus quottidie facit Catonem eius oraculum. Satis eſſe ingenia græcorum inſpicere. Hæc fuerint dicenda pro ſenatu illo ſexcentiſq; populi romani annis aduerſus artem: in aqua conditione inſidioſiſſima auctoritatem peſſimis boni faciunt. Simul cõtra attonitas quorundam perſuaſiones qui prodeſſe: niſi prætioſa non putant. Neq; enim dubitauerim aliquibus faſtidio futura: quæ dicentur animalia. At non Virgilio nefas fuit nominare formicas nulla neceſſitate: & gurguliones ac lucifugis congeſta cubilia blattis. Non Homero inter prœlia deorum improbitatem muſcæ deſcribere. Non naturæ gignere iſta: cum gignat hominem. Proinde cauſas quiſq; & effectus non res æſtimet. Ordiemur autem a confeſſis: hoc eſt lanis ouibuſq: Vt obiter rebus præcipuis honos in primis perhibeatur. Quædam etiam ſi alienis locis: tamen obiter dici neneſſe erit. Nec deeſſet materiæ pompa: ſic quicquam aliud intueri liberet: quam fidem operis? Quippe inter prima proditis etiam ex cinere phœnicis nidoq; medicinis. Ceu uere id certum eſſet: atq; non fabuloſum. Irridere eſt uitæ remedia poſt mileſimũ annũ reditura monſtrare.

De medicina lanarum. Cap. ii.

L Anis auctoritatem ueteris romani etiam religioſam habuere poſtes a nubentibus attingi iubentes. Præterq; cultum & tutelam contra frigora. Succidæ plurima præſtãt remedia ex oleo uinoq;: aut aceto: prout quæq; mulceri morderiq; opus ſit: & aſtringi laxariue: luxatis membris dolentibuſq; neruis impoſitæ: & crebro ſuffuſæ. Quidam etiam ſalẽ admiſcent luxatis. Alii cũ lana

rutam tritam adipeq; imponunt. Itē contuſis tumentibuſq;. Halitus quoq; oris gratiores facere traditur
confricatis dētibus atq; gingiuis admixto melle. Prodeſt & phreniticis ſuffitu. Sanguinē in naribus ſiſtit
cum oleo roſaceo: & allio indita modico auribus obturatis ſpiſſius. Quin & ulceribus uetuſtis imponit̃
cum melle. Vulnera ex uino uel aceto uel aqua frigida & oleo aſperſa ſanat. Arietis uellera lotu frigidaq;
ex oleo madefacta in muliebribus malis inflammationes uuluæ ſedant. Et ſi procidant ſuffitu reprimūt.
Succida lana impoſita ſubditaq; mortuos partus euocat. Siſtit etiam profluuia earum. At canis rabioſi
morſibus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur. Reduuias ſanat ex aqua frigida. Eadem nitro ſulphu-
re oleo aceto pice liquida feruentibus tincta q̄ calidiſſima impoſita bis die lumborum dolores ſedat. Sā-
guinemq; ſiſtit ex ariete ſuccida: articulos extremitatum præligans. Laudatiſſima omnis e collo. Natio-
ne uero galatica: tarentina: attica: mileſia. Succidam imponunt & deſquamatis: percuſſis: liuidis: contu-
ſis: colliſis: contritis: deiectis. Capitis & aliis doloribus ſtomachi inflammationi ex aceto & roſaceo. Ci-
nis eius illinitur attritis uulneratis ambuſtis. Et in oculorum medicamenta additur. Item in fiſtulas: au-
reſq; ſuppuratas. Ad hæc dentoſam eam alii uero euulſam deciſis ſummis partibus ſiccant. Carpūtque:
& in fictili crudo componunt: ac melle perfundunt utrunq;. Alii haſtulis tedæ ſubiectis: & ſubinde inter
ſtratis: oleo aſperſam accendunt. Cineremq; in labellis aqua addita confricant manu: & conſiderare pa-
tiuntur: idq; ſæpius mutantes aquam donec linguam aſtringat leniter: nec mordeat. Tunc cinerem repo-
nunt. Vis eius ſtiptica eſt: efficaciſſimeq; genas purgat. Quin ipſæ ſordes pecudum ſudorq; fœminum et
alarum adhærentes lanis: oeſpum uocant. Innumeros prope uſus habet. In atticis ouibus genito palma
fit pluribus modis. Sed probatiſſimum lana ab iis partibus recenti concerpta: aut quibuſcunq; ſordibus
ſuccidis primum collectis: ac lento igni in æneo uaſe ſufferuefactis & refrigeratis: pinguiq; quod ſuperna
tat: collecto in fictili uaſe: iterumq; decocta priore materia: quæ pinguitudo utraq; frigida aqua lauatur
& in linteo ſiccatur: ac ſole torretur: donec candida fiat ac tranſlucida. Tum in ſtagnia pyxide conditur.
Probatio autem ut ſordium uirus oleat: & manu fricante ex aqua nō liquet̃: ſed albeſcat ut cæruſa. Ocu-
lis utiliſſimum contra inflāmationes genarūq; callum. Quidam in teſta torrent: donec pinguedinē amit
tat: utile tale exiſtimantes eroſis & duris genis: angulis ſcabioſis & lachrymantibus. Vlcera non oculo-
rum modo ſanat: ſed oris etiam & genitalium cum anſerino adipe. Medetur & uuluæ inflāmationibus:
& ſedis rhagadis: & condylomatis cum meliloto ac butyro. Reliquos uſus eius ſuo loco digeremus. Sor
des quoq; caudarum cōcretæ in pilulas ac ſiccate per ſe tuſæq; farina & illitæ dētibus mire proſunt etiam
labentibus: gingiuiſq; ſi carcinoma ſerpat. Iā uero pura uellera aut per ſe impoſita cæcis doloribus: aut ac
cepto ſulphure & cinis eorum genitalium uitiis. Tantūq; pollent: ut medicamētis quoq; ſuperponantur.
Medētur ante omnia & pecori ipſi: ſi faſtidio non paſcat̃. Cauda enim q̄ arctiſſime præligata euulſa inde
lana ſtatim ueſcuntur. Tradūtq; quod extra nodum ſit e cauda præmori.

De ouorum natura. Cap. iii.

Anæ habent & cum ouis ſocietatem ſimul fronti impoſitæ contra epiphoras. Non opus ē eas
l in hoc uſu radiculis eſſe curatas. Neq; aliud q̄ candidum ex ouo infundi ac pollinem thuris.
Oua per ſe infuſo candido oculis epiphoras cohibent: urenteſq; refrigerant. Quidam cum cro
co præferunt: & pro aqua miſcent collyriis. Infantibus uero contra lippitudines uix aliud remedium eſt:
butyro ammixto recenti. Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt: betæ foliis ſuper illigatis. Candido
ouorum in oculis & pili reclinantur hammoniaco trito ammixtoq;. Et Vari in facie cum pineis nucleis
ac melle medico. Ipſa facies illita ſole non aduritur. Ambuſta aquis ſi ſtatim ouo occupentur: puſtulas
non ſentiunt. Quidam ammiſcent farinam hordeaceam: & ſalis parum. Vulceribus uero ex ambuſto
cum candido ouorum toſtum hordeum: & ſuillo adipe mire prodeſt. Eadem curatione ad ſedis uitia
utuntur. Infantibus quidem etiam ſi quid ibi procidat. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cum
cæruſæ denariorum duorum pondere pari ſpumæ argenti myrrhæ exiguo deinde uino. Ad ignem ſacrū
candido ouorum trito cum amylo. Aiunt & uulnera candido glutinari. Calculoſq; pelli. Lutea ouorum
cocta ut indureſcant: admixto croco modice: item melle & lacte mulieriſ illita dolores oculorum miti-
gant. Vel cum roſaceo & mulſo lana oculis impoſita: uel cum trito apii ſemine ac polenta in mulſo illi-
ta. Prodeſt & tuſſientibus per ſe luteum deuoratum liquidum: ita ut dentibus non attingatur. Thoracis
diſtillationibus. Faucium ſcabriciæ. Priuatim contra hemorrhoidum morſum illinit̃: ſorbeturq; crudū.
Prodeſt & renibus: ueſicæ: roſionibus: exulcerationibuſq;: & cruenta excreantibus. Quinq; ouorum lu-
tea in uini hemina cruda ſorbentur dyſentericis: cum iure puraminis ſui & papaueris ſucco: aut uino.
Dantur cœliacis cum uuæ paſſæ pinguis pari pondere: & malicorio per triduum æquis portionibus. Et
alio modo lutea ouorum trium lardi ueteris & mellis quadrantibus. Vini ueteris cyathis tribus trita ad
craſſitudinem mellis: & cum opus ſit auellanæ nucis magnitudine ex aqua pota. Item ex oleo fricta ter-
na totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic & illita lyenicis. Sanguinem autem reiicientibus cum tribus
cyathis mixti

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 427 sur 536

cyathis mixti. Vtuntur iiſdem ad liuentia ſi uetuſtiora ſint: cum bulbis ac melle. Siſtunt & menſes mu-
lierum cocta & ex uino pota. Inflationes quoq; uuluæ cruda cũ oleo ac uino illita. Vtiliora ſunt & ceru
cis doloribus cum anſerino adipe & roſaceo. Sedis etiam uitiis durata igni: ut calore quoque proſint. Et
condilomatis cum roſaceo: Item ambuſtis durata in aqua mox in pruna putaminibus exuſtiatum lutea
ex roſaceo illinuntur. Fiunt & tota lutea: quæ uocant Siciſta: cum triduo incubata tolluntur. Stomacũ Schiſta
diſſolutum confirmãt pulli ouorum cum gallæ dimidio: ita ut ne ante duas horas alius cibus ſumatur.
Dant & dyſentericis pullos in ipſo ouo decoctos ammixta uini auſteri hemina: & pari modo olei polen
teque. Membrana putaminis detracta ſiue crudo ſiue decocto: labiorum fiſſuris medetur. Putaminis
cinis in uino potus ſanguinis eruptionibus. Comburi ſine membrana oportet. Sic ſit & dentifricum. Idẽ
cinis & mulierum menſes cum mirrha illitus ſiſtit. Firmitas putaminum tanta eſt: ut recta nec ui nec põ
dere ullo frangantur: nec niſi paululum inflexa rotunditate. Tota oua adiuuant partum cum ruta &
anetho & cymino pota ex uino. Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mixtis tollunt. Vlcera
quoq; humida in capite cyclamino ammixta. Ad puris & ſanguinis excreatiões ouum crudum cum por
ri ſectiui ſucco: parique menſura mellis græci calefactum hauritur. Dantur & tuſſientibus cocta & tri-
ta cum melle: & cruda cum paſſo oleique pari modo. Infunduntur & uirilitatis uitiis ſingula cum ter-
nis paſſi amyliq; ſemuncia a balneis. Aduerſus ictus ſerpentium cocta tritaq; adiecto naſturtio illinun-
tur. Cibos quot modis iuuent: notum eſt: cum tranſmittant faucium tumorem calfactuq; obiter foue-
ant. Nullus eſt alius cibus qui in ægritudine alat: neq; oneret. Simulq; uini uſum & cibi habeat. Macera
torum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane ſubactis: cœliaci recreantur. Qui
dam ita reſoluta in patinis torreri putant. Quo genere non aluos tantum ſed & menſes fœminarum ſi-
ſtunt: aut ſi maior ſit impetus cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per ſe lutea ex iis decocta rurſum
in aceto donec indureſcant. Iterumq; cum trito pipere torrentur ad coibendas aluos. Fit & dyſentericis
remedium ſingulare ouo effuſo in fictili nouo eiuſdemq; oui menſura ut paria ſint omnia melle mixto
mox aceto. Item oleo confuſis crebroq; permixtis. Quo fuerint ea excellentiora: hoc præſentaneum re-
medium erit. Alii eadem menſura pro oleo & aceto reſinam adiiciunt rubentem uinumq;: & alio modo
temperant olei tãtum menſura pari pineique corticis duabus ſexageſimis denariorum. Vua eius quod
rhum diximus mellis obolis quinq; ſimul decoctis ita ut cibus alius poſt quattuor horas ſumatur. Tor
minibus quoq; multi medentur oua bina cum alis piſcis quattuor una atterendo uiniq; hemina calefaci
endo atq; ita potui dando. Et ne quid deſit ouorum gratiæ: candidum ex iis admixtum calci uiuæ gluti-
nat uitri fragmenta. Vis uero tanta eſt ut lignum perfuſum ouo non ardeat. Ac ne ueſtis quidem conta
cta aduratur. De gallinarum autem ouis tantum locuti ſumus: cum & reliquarum alitum reſtant ma-
gnæ utilitates ſicut ſuis dicemus locis. Præterea eſt ouorum genus in magna galliarum fama omiſſum
a græcis. Angues ea numerus eſt ouorum conuoluti ſaliuis faucium corporumq; ſpumis at artifici com Angues
plexu glomerantur: ãguinum appellatur. Druidæ ſibilis id dicunt in ſublime iactari: ſagoq; oportere in innumeri
tercipi ne tellurem attingat. Profugere raptorem equo. Serpentes enim inſequi: donec arceantur amnis aſtate
alicuius interuẽtu. Experimentum eius eſſe ſi cõtra aquas fluitet: uel auro cinctũ. Atq; (ut eſt magnorũ
ſolertia occultandis fraudibus ſagax) cera luna capiendum cenſent tanq̃ conſtruere operationẽ eã ſerpen
tium hũani ſit arbitrii. Vidi equidẽ id ouum mali orbiculatim modici magnitudine. Cruſta carthilaginis
uelut acetabulis brachioꝶ polypi crebris: inſigne drudis. At uictorias litium ac regũ aditus maxime lau
datur. Tantæ uanitatis ut habentẽ id in lite in ſinu equitẽ romanũ euocatũ a Diuo Claudio principe iter
emptũ nõ ob aliud ſciam. Hic tamẽ cõplexus anguiũ & efferatoꝶ cõcordia cã uidetur eſſe: quare exteræ
gentes caduceũ in pacis argumẽtis circũdata effigie anguiũ fecerint. Neq; enim criſtatos eſſe in caduceo
mos eſt. De anſerũ ouis magnæ utilitatis. ipſoq; anſeri dicturi hoc uolumine debemus honorẽ comage-
noꝶ clariſſime rei. Fit ex adipe anſerum. Alioqn celeberrimi uſus eſt. At hoc ĩ comage ſyriæ cũ cynnamo
caſia pipere albo hærba quæ comagine uocat̃: obrutis niue uaſis: odore iucũdo: utiliſſimũ ad perfructio
nes: cõuulſiones: cæcos ac ſubditos colores: oĩaq; quæ acopis curant̃. Vnguentũq; pariter & medicamẽ
tum eſt. Fit & in ſyria alio modo. Adipe auiũ curato ut diximus: additis eriſiſceptro xylobalſamo phœ-
niceo elatæ: itẽ calamo ſingulorum pondere qui ſit adipis cũ uino bis aut ter ſubferuefactis. Fit aũt hye-
me: quoniã æſtate nõ glatiat niſi accepta cera. Multa præterea remedia ſunt ex anſere: quod miror æque
q̃ in coruis. Nãq; cum anſere coruus ab æſtate in autũnum morbo cõflictari dicit̃. De anſeꝶ honore quẽ
meruere gallorum in capitolium aſcenſu deprehenſo diximus.

Remedia de cane: & ex animalibus quæ placita non ſunt ſed fera & ex uolucribus: & contra morſus
phalangiorum. Cap. iiii.

e Adem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summanii uiui in
furcas ſambucea arbore fixi. Sed plura de hoc animali dici cogunt priſcorum mores. Catulos

lactentes adeo puros exiſtimabant ad cibum: ut etiam placandis numinibus hoſtiarũ uice uterentur iis.
Genito mane catulo res diuina fit: & ĩ cœnis deorum etiamnum ponitur. Catulina adiicialibus quidem
epulis celebrem fuiſſe. Plauti fabulæ ſunt indicio. Sanguine canino contra toxica nihil præſtantius pu-
tatur. Vomitiones quoq; hoc animal monſtraſſe uidetur. Et alios uſus ex eo mire laudatos referemus
ſuis locis. Nunc ad ſtatutum ordinem pergemus. aduerſus ſerpentium ictus efficacia habentur fimum
pecudis recens in uino decoctum illitumq;. Mures diſſecti & inpoſiti quoq; natura nõ eſt ſpernenda præ
cipue in aſcenſu ſyderum ut diximus: cum lumine lunæ fibrarum numero creſcente atq; decreſcente. Tra
dunt magici iocinere muris dato porcis in fico ſequi dantem id animal: In homine quoq; ſimiliter ualere:
ſed reſolui cyatho olei poto. Muſtellarum duo genera. Alterũ ſilueſtre. Diſtant magnitudine. Græci uo-
cant ictides. Harũ fel contra aſpides dicitur efficax: cætero uenenũ. Hæc aũt quæ in domibus noſtris ob
errat: & catulos ſuos (ut auctor eſt Cicero) quottidie transfert: mutatq; ſedem: ſerpentes proſequitur. Ex
ea inueterata ſale denarii pondus in cyathis tribus datur percuſſis aut uentriculis coriandro farctus inue-
teratuſq; & in uino potus. Et catulus muſtellæ etiam efficacius. Quædam pudenda dictu tanta aucto-
rum aſſeueratione cõmendantur ut præterire fas non ſit. Siquidem illa concordia rerũ: aut repugnantia
medicinæ gignuntur. Veluti cimicũ animalis fetidiſſimi: & dictu quoq; faſtidiendi natura cõtra ſerpẽtiũ
morſus & præcipue aſpidum ualere dicitur. Item contra uenena oĩa. Argumẽto ꝗ dicũt gallinas quo die
id ederint nõ interfici ab aſpide. Carnes quoq; earũ percuſſis plurimum prodeſſe. Ex iis quæ tradũt huma
niſſimum illinere morſibus cum ſanguine teſtudinis. Item ſuffitu eorum abigere ſanguiſugas adhærẽtes
hauſtaſq; ab aĩalibus reſtinguere ĩ potu datos. Quãq̃ & oculos quidã iis inungũt tritis cum ſale & lacte
mulierũ. Aureſq; cũ melle & roſaceo ammixtis. Eos qui agreſtes ſint: & in malua naſcant crematos cine-
re permixto roſaceo infundũt auribus. Cætera quæ de iis tradũt: uomicæ & quartanarũ remedia: aliorũq;
morborũ q̃q̃ ouo aut cæra aut faba incluſos cenſeant deuorandos falſa nec referenda arbitror. Lethargi ta
men medicinæ cũ argumento adhibent: quoniã uincatur aſpidum ſomnifica uis ſeptenos in cyatho aquę
dantes: puerilibus annis quaternos. Et ſtrãguriæ fiſtulæq; impoſuere: adeo nihil illa rerũ oĩum parẽs ſine
ingentibus cauſis ingenuit. Quin & adalligatos leuo brachio binos lana ſubrepta paſtoribus reſiſtere no
cturnis febribus prodiderunt: diurnis in roſaceo panno. Rurſus iis aduerſatur ſcolopendra ſuffituque
necat. Aſpides percuſſos torpere & ſomno necant: oĩum ſerpentium minime ſanabiles. Sed & uenenum
earũ ſi ſanguis attingit: aut recens uulnus ſtatim interimit. Inueteratum ulcus tardius. De cætero potum
quãtalibet copia: nõ nocet. Non enim eſt tabifica uis: itaq; occiſa morſu earum animalia cibis ĩnoxia ſunt
Contarer in proferendo ex iis remedia: niſi. M. Varronẽ ſcirem .lxxxiii. uitæ anno prodidiſſe aſpidũ ictus
efficaciſſime curari hauſta a percuſſis ipſorum urina. Baſiliſci: quẽ etiam ſerpentes ipſi fugiunt alios olfa-
ctu necantem: qui hoĩem uel ſi aſpiciat tantũ: dicitur ĩterimere: ſanguinem magi miris laudibus celebrãt
coeuntem picis modo & colore dilutũ cinnabari clariorẽ fieri. Tribuunt ei & ſucceſſus petitionum a po-
teſtatibus: & a diis etiã precum: morborum remedia beneficiorũ munere. Quidam id ſaturni ſanguinem
appellant. Draco nõ habet uenena. Caput eius limini ianuarum ſubditum propitiatis oratione diis fortu
natam domũ facere promittunt. Oculis eius ĩueteratis & cum melle tritis inunctos non paueſcere ad no
cturnas imagines etiã pauidos cordis. Pingue in melle dorcadũ neruis ceruinis adalligatum in lacerto cõ
ferre iudiciorum uictoriam. Primũ ſpondilum aditus poteſtatum mulcere. Dentes eius illigatos pellibꝰ
caprearum ceruinis neruis: mites præſtare dominos: poteſtateſq; exorabiles. Sed ſuper oĩa eſt compoſi-
tio: qua inuictos faciunt magorũ mendacia. Cauda draconis & capite illis leonis e fronte & medulla eiuſ
dem equi uictoris ſpuma canis unguibus adalligatis ceruino corio: neruiſq; cerui alternatis & dorcadis.
Veneficia Quæ arguiſſe non minus refert: ꝗ contra ſerpentes remedia demonſtraſſe: quoniam hæc morborum be-
neficia ſunt. Draconum adipem uenenata fugiunt. Item uirus ichneumonum. Et cutis cinere in aceto per
unctos. Viperæ caput impoſitum uel alterius ꝗ quæ percuſſerit: ſine fine prodeſt. Item ſi quis eã ipſam
in uapore baculo ſubſtineat; aiunt eum futura præcinere. Item ſi quis exuſtæ eius cinerem illinat. Reuer-
ti autem ad percuſſum ſerpentem neceſſitate naturæ Nigidius auctor eſt. Caput quidem diſſecant ſcy-
thæ: interque aures eximunt lapillum quem aiunt ab ea deuorari territa. Alii ipſo toto capite utuntur.
quaternis Fiunt & ex uipera paſtilli qui theriaci uocantur a græcis: ternis digytis utrinq; amputatis: exemptiſq; in-
teraneis & liuore ſpinæ adhærente: reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto: ſpiniſque exem-
ptis & addita ſimilagine: atq; ita in umbra ſiccatis paſtillis: quibus ad multas medicamenta utuntur. Si-
gnificandum uidetur e uipera tantũ hoc fieri. Quidã purgatæ ut ſupradictum eſt adipem cum olei ſexta
rio decoquunt ad dimidias. Ex eo cum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum perungũtur: ut omnes be-
ſtiæ fugiant eos. Præterea conſtat contra omnium ſerpentium ictus quãuis inſanabiles ipſarũ ſerpentiũ
exta impoſita auxiliari. Eoſq; qui aliquando uiperæ iecur coctum auſerint: nunq̃ poſtea feriri a ſerpente.
Neque anguis uenenatus eſt niſi per menſem luna inſtigatus. Sed prodeſt unius comprehenſus: & in
aqua contuſus:

aqua contuſus.ſi foueatur ita morſus.Quin & ineſſe ei remedia multa creduntur:ut dicemus. Et ideo
Aeſculapio dicatur.Democritus quidem monſtrat quedam ex iis confici.ut poſſint auium ſermones
intelligi.Atqui anguis æſculapius epidauro romam ad aduectus eſt:uulgoq; paſcitur & i domibus. Ac
niſi incendiis ſemina exurerentur non eſſet fœcunditati eorum reſiſtere.In orbe terrarum pulcherimum
anguium genus eſt:quod in aqua uiuit:hydri uocantur: nullis ſerpẽtium inferiores ueneno. Hoꝝ iecur
ſeruatum aduerſus percuſſos ab iis auxilium eſt.Et ſcorpio tritus ſtellionum ueneno aduerſat̃. Fit enim
& e ſtellionibus malum medicamentum. Nam cum immortuus eſt in uino faciem eorum qui biberint
lentigine obducit.Ob hoc inunguento necant cum inſidiantes pellicum formæ.Remediumq; eſt oui lu-
teum & mel ac nitrum.Fel ſtellionum tritum in aqua:muſtellas congregare dicitur. Inter omnia uene-
nata ſalamandræ ſcelus maximum eſt.Cætera.n.ſingulos feriunt:nec plures pariter interimunt ut omit
tam:ꝙ perire conſcientia dicuntur homine percuſſo:neq; amplius admitti ad tertias. Salamandra popu
los pariter necare improuidos potes:Nam ſi arbori irrepſerit:omnia poma inficit ueneno:& eos qui ede
rint necat frigida ui nihil aconito diſtans.Quinimmo ſi contacto ab ea ligno uel pede cruſta panis inco
quatur idem ueneficium eſt: uel ſi in puteum cadat. Quippe cum ſaliua eius quacunq; parte corporis:
uel in pede imo reſperſa omnis in toto corpore defluat pilus. Tamen talis & tanta uis ueneni a quibuſdã
animalium ut ſuibus manditur.dominante eadem illa rerum diſſidentia. Venenum eius extingui primũ
omnium ab iis quæ ueſcantur illa:uerisſimile eſt.His uero ſimilia ſunt:quæ produntur cãtharidũ potu:
aut lacerta in cibo ſumpta .Cætera aduerſantia diximus:dicemuſq; ſuis locis.Ex ipſis quæ magi tradunt
contra incendia:quoniam ignes ſola animalium extinguat:ſi forent uera iam eſſet experta roma.Seſtius
uenerem accendi cibo earũ ſi detractis interaneis & pedibus & capite in melle ſeruent̃ tradit:negatq; re-
ſtingui ignem ab iis.Ex uolucribus in auxilio contra ſerpentes primũ uultur eſt.Annotandũ quoq; mi-
nus uirium eſſe nigris pennaꝝ.Ex iis enim ſi urãtur:nidore fugari eas dicũt.Itẽ cor eius alitis habẽtes tu
tos eſſe ab impetu non ſolũ ſerpentiũ:ſed etiã feraꝝ:& latronum ac regum ira.Carnibus gallinaceorum
ita ut tepebũt auulſæ appoſitis uenena ſerpentiũ domant̃.Item cerebro i uino poto.Parthi gallinæ ma-
lunt cerebrũ plagis imponere.Ius quoq; ex iis potum præclare medet̃:& in multis aliis uſibus mirabile
Pantheræ leoneſq; nõ attingũt perunctos eo:præcipue ſi & alliũ fuerit incoctum.Aluum ſolu;t. Vali-
dius e uetere gallinaceo.Prodeſt & contra longinquas febres:& torpentibus mẽbris tremuliſq;: & arti-
culariis morbis:& capitis doloribus.Epiphoris:inflationibus:faſtidiis incipienti tenaſmo: iocineri reni-
bus ueſicæ.Contra cruditates ſuſpiria.Itaq; etiã faciendi eius extant præcepta.Efficacius enim cocti cum
olere marino:aut cibio:aut cappari:aut apio:aut herba mercuriali:aut polypodio:aut anheto. Vtiliſſi-
me autem in cõgiis tribus aquæ ad tres heminas cum ſupradictis herbis:& refrigeratum ſub diuo dari tẽ
peſtiuis antecedente uomitione.Nõ præteribo miraculum quãq̃ ad medicinã nõ pertinens.Si auro lique
ſcenti gallinaꝝ mẽbra miſceant̃:conſumũt illud in ſe.Ita hoc uenenum auri eſt.At gallinaceis ipſis circu
lo e ſarmentis addito collo non canunt.Auxiliatur contra ſerpentes & columbarum caro recẽs cõſcerpta
& hirũdinum.Bubonis pedes uſti cum plũbagine hærba.Nec omittam in hac alite quoq; exẽplum ma-
gicæ uanitatis.Quippe præter reliqua portentoſa mendacia.Cor bubonis impoſitum mammæ mulieris
dormientis ſiniſtræ tradunt efficere:ut oĩa ſecreta ꝓnunciet.Præterea in pugnã ferentes idẽ fortiores fieri
Eiuſdem ouo ad capillos remedia demõſtrant.Quis aũt quæſo ouum bubonis uidere potuit: cum tam
ipſam auem uidiſſe prodigiũ ſit?quis utiq; experiri & præcipue in capillo?Sanguine quidẽ pulli bubonis
etiã criſpari promittunt capillum.Huius generis prope uideri poſſunt quæ tradunt & e ueſpertilione:q;
ſi ſit circũlatus domui uiuus & per ſe feneſtrã inuerſo capite ĩfigatur amuletũ eſſe. Priuatimq; ouillibus
circũlatum totiens & pedibus ſuſpenſum ſurſum in ſuperliminare.Sanguinẽ quoq; eius cum carduo cõ
tra ſerpentium ictus inter præcipua laudãt.Phalangiũ eſt italiæ ignotũ & plurimũ geneꝝ. Vnum ſimi-
le formicæ:ſed multo maius:ruſo capite:reliqua parte corporis nigra:albis ĩtercurſantibus reſperſus gut
tis.Acerbior huius q̃ ueſpæ ictus. Viuit maxime circa furnos & molas.In remedio eſt ſiquis eiuſdẽ gene
ris alterũ ꝑcuſſo oſtendat.Et hoc ſeruantur cũ mortui ĩueniũtur.Et cortices eorũ contriti & poti meden
tur.Et muſtellæ catuli ut diximus ſupra.Aequæ phalãgion græci uocant ĩter genera araneoꝝ:ſed diſtin
gunt lupi noĩe.Tertium genus eſt eodẽ phalãgii nomine araneus lanuginoſus:grãdiſſimo capite. Quo
diſſecto inueniri dicũtur intus uermiculi duo:adalligatiq; mulieribus ceruina pelle ante ſolis ortum præ
ſtant ne cõcipiant:ut Cecilius in cõmentariis reliquit. Vis ea annua eſt.quã ſolã ex omni atocio dixiſſe fas
ſit:quoniã aliquaꝝ fœcunditas plena liberis tali uenia ĩdiget. Vocat̃ & rhagio acino nigro ſimilis ore mi
nimo ſub aluo pedibus breuiſſimis:tanq̃ ĩperfectis.Dolor a morſu eius qualis a ſcorpione. Vrina ſimi-
lis araneis textis. Idem erat aſtortion:niſi diſtingueret̃ uirgulis albis.Huius morſu genua labefactãtur. Aſterior.
Peior utroq; ẽ cæruleus:lanugine nigra:caliginẽ concitans:& uomitus araneoſos:etiãnũ deterior a cra- Nicander.
brone pẽna tñ differẽs.Hic & ad maciẽ perducit.Myrmecion formicæ ſimilis capite:aluo nigra:guttis



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 430 sur 536

albis diſtinguentibus. Veſparũ dolore torquet. Tetragnathii duo genera habent: peior mediũ caput diſtinguente linea alba & tranſuerſum altera Hic oris tumorem facit. At cinereus poſteriori parte candicans lentior. Minime autem noxius eodem colore qui telas muſcis in parietibus latiſſime pandit. Contra omnium morſus remedium eſt galinaceum cerebꝫ cum piperis exiguo potum in poſca. Item formicæ quinq; potæ. Pecudum fimi cinis illitus ex aceto. Et ipſi aranei quicunq; in oleo putrefacti. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in uino poto. Vngulæ arietinæ cinere cum melle: Muſtellæ catulo ut in ſerpentibus dictum eſt. Si iumenta momorderit: mus recens cũ ſale imponitur: aut fel ueſpertilionis ex aceto. Et ipſe mus araneus contra ſe remedio eſt diuulſus & impoſitus. Nam ſi prægnans momorderit protinus diſſilit. Optimum ſi is imponatur qui momorderit. Sed & alios ad hunc uſum ſeruãt ĩ oleo aut luto circũlinitos. Eſt & contra morſum eius remedio terra ex orbita. Ferunt enim nõ tranſiri ab eo orbitam torpore quodam naturæ. Scorpionibus contrarius maxime inuicem ſtellio tradit̃: ut uiſu quoque pauorem iis afferat: & torporem frigidi ſudoris. Itaq; in oleo putrefaciunt eum: & ita eo uulnera perungunt. Quidam oleo illo ſpumam argenteã decoquunt ad emplaſtri genus atq; illa illinunt. Hunc græci

Coloton. Ariſto.

colotem uocant & aſcalabotẽ & galeotem. In italia non naſcitur. Eſt enim hic plenus lentigine: ſtridoris acerbi. Et ueſcit̃ quæ omnia a noſtris ſtellionibus aliena ſunt. Prodeſt & gallinaꝝ fimi cinis illitus. Draconis iecur. Lacerta diuulſa. Mus diuulſus. Scorpio & ipſe ſuæ plagæ impoſitus aut aſſus cibo ſumptus aut potus in meri cyathis duobus. Propriũ eſt ſcorpionum q̃ manus palmã nõ feriunt: nec niſi pilos attigere. Lapillus qualiſcũq; ab ea parte qua in terra erat appoſitus plagæ lenit dolorẽ. Item teſta ſicut erat terra operta ex aliqua parte ſicut erat impoſita liberare dicitur. Nõ debent reſpicere qui imponunt. Et cauere ne ſol aſpiciat: Vermes terreni triti impoſiti proſunt. Multa & alia ex his remedia ſunt: propter quæ in melle ſeruãtur. Noctua apibus contraria & ueſpis crabronibuſq; & ſanguiſugis. pici quoq; martii roſtrum ſecum habentes nõ feriuntur ab iis. Aduerſantur & locuſtaꝝ minimæ ſine pennis: quas atelabos uocant. Eſt & formicarum genus uenenatũ. Non eas nouere in italia. Solifugas Cicero appellat. Salſugas betica. Iis cor ueſpertilionis contrariũ omnibuſq; formicis & ſalamandris reſiſtit. Cantharidas diximus. Sed & in iis magna quæſtio: quoniã ipſæ uenena ſunt potæ ueſicæ cũ cruciatu præcipuo. Coſſinum equitẽ romanũ amicitia Neronis principis notũ: cum is lichene correptus eſſet: uocatus ex ægypto medicus ad hanc ualitudinẽ eius a Cæſare: cũ cantharidũ potum præparare uoluiſſet: interemit. Verum illitas prodeſſe nõ dubium eſt cũ ſucco taminiæ uuæ: & ſeuo ouis uel capræ. Ipſarũ cantharidũ uenenum in qua parte ſit: non conſtat inter auctores. Alii in pedibus & capite exiſtimant eſſe. Alii negant. Conuenit tamen pennas eaꝝ auxiliari in quacunq; parte ſit uenenũ. Ipſæ naſcuntur ex uermiculo in ſpongia maxie cynhorodi: quæ ſit in caule. Sed fœcundiſſime in fraxino. Cæteræq; in alba roſa minus efficaces. Potẽtiſſime inter omnes uariæ luteis lineis: quas in pennis tranſuerſas habent. Multũ pingues inertiores minimæ latæ piloſæ. Inutiliſſime uero unius coloris macræq;. Condunt̃ in calice fictili non picato & linteo colligato congeſtæ roſa matura: & ſuſpendũtur ſuper acetum cũ ſale feruens: donec per linteolum uaporentur: poſtea reponuntur. Vis eaꝝ adurere corpus: cruſtas obducere. Eadem pityocãpis in picea naſcentibus. Eadem bupreſti: ſimiliterq; præparãtur. Efficaciſſimæ omnes ad lepras lichenaſq; dicũtur. Menſes cit: & urinam. Ideo & Hippocrates hydropicis dabat. Cantharides obiectæ ſunt Catoni uticenſi: ceu uenenum uendidiſſet in auctione regia: quoniam eas ſeſtertiis. lx. addixerat.

De ſeuo camelino: & cane rabido: & lacerta: & anſeribus: & columbis: & muſtelis remedia. Cap. v.

T ſeuum autem ſtrutho camelinum tunc ueniſſe ſeſtertiis. lxxx. obiter dictum ſit: efficacioris ad omnia uiſus q̃ eſt adeps anſerinus. Diximus & mellis uenenati genera. Contra quod utuntur melle: in quo apes ſint mortuæ. Idem potum in uino remedium eſt uitiorum: quæ cibo piſcium gignuntur. in canis rabidi morſu tuetur a pauore aquæ capitis canini cinis illitus uulneri. Oportet igne comburi omnia eodẽ modo: ut ſemel diximus: in uaſe fictili nouo argilla circũlito: atq; ita in furnũ indito. idem in potione proficit. Quidam ob id edendum dederũt. Aliqui in uermem e cadauere canino adalligauere. Menſtruaue canis in panno ſubdidere calici aut intus. ipſius caudæ pilos combuſtos iſuere uulneri. Cor caninum habentem fugiunt canes. Non latrant uero lingua canina in calciamento ſubdita pollici. Aut caudam muſtellæ quæ abſciſa dimiſſa ſit habentes. Eſt limus ſaliuæ ſub lingua rabioſi canis qui datus in potu fieri hydrophanos non patitur. Multo tamen utiliſſime iecur eius qui in rabie momorderit datur. Si poſſit fieri crudum mandendum. Si minus quoquomodo coctum aut ius incoctis carnibus. Eſt uermiculus in lingua canum qui uocatur a græcis lytta: quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt: nec faſtidium ſentiunt. idem ter igni circunlatus datur morſis a rabioſo: ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratum anno tantum eo prodeſt. Aiunt & criſtam galli contritam efficaciter imponi. Et anſeris adipem cum melle. Saliuntur & carnes eorum: qui rabidi fuerunt ad

eadem remedia

eadem remedia in cibo dandæ. Quin & necantur catuli ſtatim in aqua ad ſexum eius qui momorderit: ut iecur crudum deuoretur ex iis. Prodeſt & fimum galliuaceum dumtaxat rufum: ex aceto impoſitū. Et muris aranei caudæ cinis ita ut ipſe cui abſciſſa ſit: uiuus dimittatur. Glebula ex hirundinum nido illita ex aceto: uel pulli hirundinis combuſti. Memoria ſiue ſenectus anguium uernatione exuta cum cancro maſculo trita. Nam etiā per ſe repoſita ī arcis armariiſq; tineas necat. Tanta uis mali eſt urina quoq; calcata rabioſi canis noceat maxime ulcus habentibus. Remedium eſt fimum caballinum aſperſum aceto & calfactum in fico impoſitum. Minus hoc miretur qui cogitet lapidem a cane morſum: uſq; in prouerbium diſcordiæ ueniſſe. Qui in urinam canis ſuam egeſſerit: torporem lumborum dicitur ſentire. Lacerta quam ſepa alii chalcidem uocant ī uino pota: morſus ſuos ſanat. Veneficiis ex muſtella ſlueſtri factis contrarium eſt iis gallinacei ueteres large hauſtum peculiariter contra aconitum addi parum ſalis oportet. Gallinarum fimum dumtaxat candidum in hyſopo decoctum aut mulſo: uenena fungorū bolentorumq; aſtringit. Item in flammationes ac ſtrāgulatiões: quod miremur: cum ſi aliud animal guſtauerit id fimum torminibus & inflationes afficiatur. Sanguis anſerinus contra leporis marinos ualet: cum olei æqua portione. Item cōtra medicamenta mala omnia aſſeruatur cum lemina rubrica & ſpinæ albæ ſucco paſtillorum drahmis quinq; in cyathis ternis aquæ bibantur. Item muſtelæ catulus ut ſupra diximus præparatus. Coagulum quoq; agninum aduerſus omnia mala medicamenta pollet. Item ſanguis anatum ponticarum. Itaq; & ſpiſſatus ſeruatur: uinoq; diluitur. Quidam fœminæ anatis efficatiorem putant. Simili modo contra uenena omnia ciconiarum uentriculus ualet. Coagulum pecoris. Caulis uis ex carne arietum priuatim aduerſus cantharidas. Item ac ouium calidum: præter quam iis qui bupreſtin aut aconitum biberint. Columbarum ſilueſtrium fimum priuatim contra argenti uiui potum. Contra toxica muſtella uulgaris inueterata binis drachmis pota.

Ad alopecias tollendas: & ad pilos reddendos: & ad lendes tollendas: & ad palpebras: & ad glaucomata: & ad oculos: & ad parotidas remedia Cap. vi.

Lopecias replet fimi pecudum cinis cum oleo cyprino & melle. Item ungularum muli uel mu-
a læ ex oleo myrtheo. Præterea (ut Varro noſter tradit) murinū fimum quod item muſcerdas appellat. Et muſcarum capita recentia prius folio ficulneo aſperatis. Alii ſanguine muſcarum utuntur. Alii decē diebus cinerē eaꝝ illinunt cum cinere chartæ uel nucum: ita ut ſit tertia pars e muſcis. Alii lacte mulierum cum braſſica cinerem muſcarum ſubiiciunt: quidam mel tantum. Nullum animal minus docile exiſtimaṫ minoris ue intellectus. Quo mirabilius eſt olympiæ ſacro certamine nubes earū īmolato tauro deo quē Myoden uocāt extra territoriū id abire. Alopecias cinis emurium capitibus caudiſq; & totius muris emendat: præcipue ſi ueneficio acciderit hæc iniuria. Itē herinacei cinis cū melle: aut corium cōbuſtū cū pice liquida. Caput quidē eius uſtum per ſe etiā cicatricibus pilos reddit. Alopecias aūt in ea curatione præparari oportet nouacula & ſinapi. Quidā ex aceto uti maluerunt. Quæ de herinaceis dicūtur oīa tanto magis ualebunt in hyſtrice. Lacertæ quoq; ut diximus cōbuſtæ cum radice recentiſ harundinis: quæ ut una cremari poſſit minutatim findēda eſt. Itēq; myrteo oleo permixto cineres capillorum defluuia continent. Efficacius uirides lacertæ oīa eadem præſtant. Etiānū utilius admixto ſale & adipe urſino & cepa tuſa. Quidā denas uirides in. x. ſextariis olei ueteris diſcoquūt contēti ſemel in mēſe ungere. Pellium uiperinarū cinis alopecias celerime explet. Itē gallinaꝝ fimū recens illitum. Corui ouum ī æreo uaſe permixtum illitumq; deraſo capite nigriciā capillis affert. Sed donec inareſcat: oleum in ore habendū eſt: ne & dentes ſimul nigreſcant. Idq; in umbra faciendū eſt: neq; ante triduum abluendū. Alii ſanguine & cerebro eius utuntur cum uino nigro. Alii excoquunt ipſum: & nocte cōcubia ī plūbeum uas cōdunt. Aliqui alopecias cātharide trita illinunt cū pice liquida: nitro præparata cute. Cauſtica uis earum: cauendumq; ne exulcerēt alte. Poſtea ad ulcera ita facta capita muriū & fel muriū & fimū cum helleboro & pipere illini iubent. Lendes tolluntur adipe canino: uel anguibus in cibo ſumptis anguillaꝝ modo: aut uernatione earum quā exuunt pota. Porrigines felle ouillo cum creta cimolia illita capiti donec inareſcat. Capitis doloribus remedio ſunt cochleæ: eæ quæ nudæ inueniunṫ nondū peractæ ablato capite: & iis lapidea duritia exēpta. Eſt āt ea calculi latitudine: quæ alligatur: & minutæ fronti illinūtur tritæ. Itē eripū oſſa e capite uulturis adalligata: aut cerebrum cum oleo cedrino peruncto capite & intus naribus illitis. Cornicis cerebrum coctum in cibo ſumptum uel noctuæ idem præſtat. Gallinaceuſq; ſi incluſus abſtineatur die ac nocte pari inedia eius qui doleat euulſis collo plumis circūligatiſq; uel criſtis. Muſtellæ cinis illitus. Surculus ex nido milui puluino ſubiectus. Murina pellis cremata ex aceto illito cinere. Limacis inter duas orbitas inuentæ oſſiculum per aurem cum ebore traiectum: uel in pellicula canina adalligatum quod remedium pluribus ſemperque prodeſt. Fracto capiti aranei tela ex oleo & aceto impoſita non niſi uulnere ſanato abſcedit. Hæc & uulneribus tōſtrinaꝝ ſanguinem ſiſtit. A cerebro uero profluenem anſeris ſanguis: aut anatis infuſus adeps ſiſtit. Adepſq; earundem alitum cum roſaceo coctus. Ma-

Aegyptii oſſa e capite aut uulturis . uel oeſypum .

rurino paſcentis harundine caput præciſum maxime luna plena lineo panno adalligāt capitis doloribus
licio. Aut cæra alba fronti illinūt: & pilos caninos pāno adalligant. Cerebrū cornicis in cibo ſumptū pal-
pebras gignere dicit. Oeſypum cum myrrha calidū penicillo illitū. Idem præſtare muſcaꝝ fimi quoque
murini cinerē æquis portionibus: ut efficiatur dimidium pondus denari ꝓmittitur additis duabus ſextis
Oeſypo denarii ſextiui ut oīa hyſopo illinantur. Item murini catuli triti in uino uetere ad craſſitudinē acopi. Pilos
in iis incōmodos euulſos renaſci nō patitur fel herinacei. Ouorum ſtellionis liquor. Salamādræ cinis. Ci
nis lacertæ uiridis: uel in uino albo ſole coactus ad craſſitudinem mellis in æreo uaſe. Hirundinis pulloꝝ
cinis cum lacte tirymalli ſpumaq; cochleaꝝ. Glaucomata dicunt magi cerebro catuli ſeptē dierum emen
dari ſpecillo dimiſſo in dextrā partē ſi dexter oculus curetur: in ſiniſtram ſi ſiniſter. Aut melle recēti aſio-
nis. Noctuarum eſt id genus maximū: quibus pluma auri modo emicat. Suffuſionē oculoꝝ canino fel
Aurium le malebat q̄ hyenæ curari Apollonius putaneus cum melle. Item albugines oculoꝝ. Murium capitum
emicat pi caudarūq; cinere ex melle iūctis claritatem uiſus reſtitui dicūt. Multoq; magis gliris aut muris ſilueſtris
tanæus uel cinere: aut aquilæ cerebro uel felle. Cum attico melle cinis & adeps ſoricis combuſti tritus. Lachrymoſis
tyanæus oculis plurimū confert ſtibi. Quod quid ſit dicemus in metallis. Muſtellæ cinis ſuffuſionibus. Itē lacer-
tæ hirundinis ue cerebrum. Quæ etiam tritæ coctæue fronti illitæ epiphoras ſedant: ſiue per ſe ſiue cum
polline ſiue cum thure. Sic & ſolatis ideſt ſole correptis proſunt. Viuas quoq; cremare: & cinerē eaꝝ cū
melle cretico iungi caligines utiliſſimū eſt. Iumentoꝝ oculis mēbrana aſpidis quā exuerit cum adipe euſ
dem claritatē inunctis facit. Viperā uiuam in fictili nouo comburere addito fœniculi ſucco ad cyathum
Manna unum & thuris māma uua: atq; ita ſuffuſiones oculorum & caligines inungere utiliſſimū eſt. Medicamē
entheon tum id echion uocatur. Fit & collyrium e uipera in olla putrefacta uermiculiſq; enatis cum croco tritis.
Eruitur in olla cum ſale quē lingendo claritatem oculorum conſequuntur: & ſtomachi totiuſq; corporis
tempeſtiuitates. Hic etiam ſal pecori datur ſalubritati cauſa: & in antidothū contra ſerpentes additur. Et
ad totidem Quidā & uiperis utuntur in cibis. Primum omnium occiſæ ſtatim ſalem in os addi iubent:
donec liqueſcat humor quattuor digytorum menſura utrinq; præciſa: exemptiſque interaneis diſcoquūt
in aqua aut oleo ſale anetho: & omnibus aut ſtatim ueſcuntur: aut a pane colligunt ut ſæpius utantur.
Ius præter ſupradicta pediculos e toto corpore expellit: prurituſq; etiam ſummæ cutis. Effectum oſten
dit & per ſe capitis uiperini cinis. Vtiliſſime oculos inungunt. Item adeps uiperinus. De felle non auda-
cter ſuaſerim quæ præcipiunt: quoniam ut ſolo loco docuimus: non aliud eſt ſerpentium uenenum. An-
guium adeps erugini mixtus ruptas oculorum partes ſanat: & membrana ſiue earum ſenectus uernatio
ne exuta ſi adfricetur claritatē oculorum facit. Vlulæ quoq; fel prædicatur ad albugines ſuffuſiones cali-
gines. Adeps ſimiliter ad claritatem. Aquilæ: quam diximus pullos ad contuendum ſolem experiri mix
to felle cum melle attico inunguntur nubeculæ & caligationes ſuffuſioneſq; oculorum. Eadem uis & in
uulturino felle eſt cum porri ſucco & melle exiguo. Item in gallinacei felle alligato ad argema: & ad al-
bugines ex aqua diluto. Item ad ſuffuſiones oculorum maxime candidi gallinacei. Fimum quoque gal-
linaceorum dūtaxat rubrum luuoſis illinendum monſtrant. Laudant & gallinæ fel: ſed præcipue adi-
pem contra puſtulas in pupillis. Hoc ſcilicet eius rei gratia ſaginant. Adiuuat mirifice eruptas oculorū
tuniculas ammixtis ſchiſto & hematite lapidibus. Fimum quoque earum dūtaxat candidum oleo in ue-
tere corneiſq; pyxidibus adſeruant ad pupillarum albugines. Qua in mentione ſignificandum eſt pauo-
nes fimum ſuum reſorbere tradi inuidentes hominum utilitatibus. Accipiter decoctus in roſaceo effica-
ciſſimus ad inunctiones omnium uitiorum putatur. Item fimi eius cinis cum attico melle. Laudatur &
milui iecur. Fimū columbaꝝ ex aceto ad ægylopas. Similiter & ad albugines & cicatrices. Fel anſerinum
ſanguis anatū cōcuſis oculis ita ut poſtea hyſopo & melle inungantur. Fel perdicū cum mellis æquo pon
dere: per ſe uero ad claritatem Dorcados Hippocratis ut putant auctoritate adiicitur: quod in argentea
pyxide adſeruari iubent. Oua perdicum in uaſe æreo decocta cum melle: ulceribus oculorum & glauco
matis medent columbarum turturum palumbium perdicum ſanguis oculis cruore ſuffuſis eximie ꝓdeſt:
In columbis maſculæ efficaciorem putant. Vena autem ſub ala ad hunc uſum inciditur: quoniam ſuo ca
lore utilior eſt. Super imponi oportet ſplenium e melle decoctum: lanamq; ſuccidam ex oleo aut uino.
Earūdem auium ſanguis nyctilopas ſanat. Et iecur ouium. Atq; ut in capris diximus efficacius fuluæ.
Decocto quoq; eius oculos abluere ſuadent: & medulla dolores humoreſq; illinunt. Bubonis oculorum
cinis collyrio mixtus claritatem oculis facere promittitur. Turturis fimū albugines extenuat. Item co-
chlearū cinis. Fimum cenchridis accipitrum generis hanc græci faciūt. Argema ex melle omnibuſq; quæ
ſupra ſcripta ſunt ſanantur. Mel utiliſſimum oculis in quo ſunt apes immortuæ. Ciconiæ pullum q ede
rit: negatur annis continuis lippiturus. Item qui draconis caput habeat. Huiuſq; adipe & melle cū oleo
uetere incipientes caligines diſcuti tradunt. Hirundinum pullos plena luna excæcant: reſtitutaq; eorum
acie capita comburuntur. Hoc cinere cum melle utuntur ad claritatē & dolore ac lippitudines & ictus.
Lacertas quoq;

Lacertas quoq; pluribus modis ad oculoꝝ remedia aſſumunt. Alii enim uiridem includunt nouo ficti-
li ac lapillos qui uocantur cenidia: quæ & inguinum tumoribus adalligari ſolent: nouem ſingulos ſignis zonidia.ue
ſignantes: & ſingulos detrahunt per dies Nono emittunt lacertam. Lapillos ſeruant ad oculorum dolo tus lectio.
res. Alii terram ſubſternunt lacertæ uiridi excecatæ: & una in uitreo uaſe annulos includunt e ferro ſoli- her.Cinæ-
do uel auro: cum recepiſſe uiſum lacertam apparuerit per uitrum emiſſa ea annulis contra lippitudinem dia.
utuntur. Alii capitis cinere pro ſtibio ad ſcabritias. Quidam uiridem longo collo in ſabuloſis naſcentem
comburunt: & incipientem epiphoram inungunt. Et item glaucomata. Muſtelæ etiam oculis pũctu eru
tis aiunt uiſum reuerti: eademq; quæ in lacertis & annulis faciunt. Serpentis oculorum dextrum adalli-
gatum contra epiphoras prodeſſe ſi ſerpens uiua dimittatur. Lachrymantibus ſine fine oculis cinis ſtel-
lionis capitis cum ſtibio eximie medetur. Aranei muſcarii tela: & præcipue ſpelunca ipſa impoſita fronti
ad duo tempora: ita ut a puero impube & capiatur & imponatur. Nec is triduo ſe oſtendat ei cui medea
tur neue alteruter nudis pedibus terram attingat his diebus: mirabiliter epiphoras mederi dicuntur. Al-
bugines quoq; dicitur tollere inunctione araneus candidus longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus contritus
in oleo uetere. Sed is etiam cuius craſſiſſimum textum eſt in contignationibus fere adalligatus pãno epi
phoras ſanare traditur. Scarabei uiridis natura contuentium uiſum exacuit. Itaq; gemmarum ſculptores
contuitu eorum acquieſcunt. Aures purgat fel pecudis cum melle. Caniniq; lactis inſtillatio ſedat dolo-
rem. Grauitatem adeps cum abſinthio & oleo uetere. Item adeps anſerinus. Quidam adiiciunt ſuccũ ce-
pæ & allii pari modo. Vtuntur & per ſe ouis formicarum. Nanq; & huic animali eſt medicina: conſtatq;
urſos ægros hoc cibo ſanari. Anſerum quoq; & omnium auium adeps præparatur: exemptiſq; uenis oi-
bus patina noua fictili operta in ſole: ſubdita aqua feruenti liquatur. Siccaturq; lineis ſaccis in fictili nouo
repoſitus loco frigido minus putreſcit: addito melle. Murium cinis cum melle inſtillatus: aut cum roſa
ceo decoctus aurium dolores ſedat. Si aliquod animal in aurem intrauerit: præcipuum remedium ẽ mu
rium fel aceto dilutum. Si aqua intrauerit: adeps anſerinus cum cepæ ſucco. Gliris detracta pelle: inteſti-
niſq; exemptis decoquit᷑ melle in uaſe nouo. Sed medici malunt nardo decoqui uſq; ad tertias: atq; ita aſ
ſeruari: deinde cum opus ſit ſtrigili tepefacta infundere. Conſtat deplorata aurium uitia eo remedio ſa-
nari. Aut ſi terreni uermes adipe anſeris decocti infundantur. Item ex arboribus rubri cum oleo triti ex-
ulceratis & ruptis auribus præclare medentur. Lacerti inueterati in os pendentium addito ſale contuſi &
ab ictu læſas aures ſanant. Efficaciſſime autem ferrugineas maculas habentes. Lineis etiam per caudam
diſtincte. Millepeda: ab aliis centipeda aut multipeda dicta: animal eſt e uermibus terræ piloſum mul-
tis pedibus arcuatim repens tactuque contrahens ſe: oniſcon græci uocant: alii tilon. Efficaciter ſanat au-
rium dolores in cortice punici mali decoctum & porri ſucco. Addunt & roſaceum & in alteram aurem
infundunt illam autem quæ non arcuatur ſepa græci uocant: alii ſcolopendram minorem pernicioſamq;
Cochleæ quæ ſunt in uſu cibi cum myrrha aut thuris polline appoſitæ. Item minutæ & latæ fracturis au
rium illinuntur cum melle. Senectus ſerpentium feruente teſta uſta inſtillatur roſaceo ammixto contra
omnia quidem uitia efficax: ſed contra grauiolentiam præcipue. Aut ſi purulentæ ſunt ex aceto. Melius
cum felle caprino uel bubulo: aut teſtudinis marinæ. Vetuſtior anno eadem membrana non prodeſt:
nec hymbre perfuſa: ut aliqui putant. Item aranei ſanies cum roſaceo: aut per ſe in lana uel cum croco.
Auribus prodeſt grillus cum ſua terra effoſſus & illitus. Magnam auctoritatem huic animali perhibet
Nigidius: maiorem magi: quoniam retro ambulet: terramq; terebret: ſtridat noctibus. Venatur eũ for-
micæ circunligatæ capillo in cauernam eius coniectæ efflato prius puluere ne ſeſe condat: & ita formicæ
complexu extrahitur. Ventris gallinaceoꝝ membrana quæ abiici ſolet inueterata & in uino trita auribus
purulentis calida infunditur. Gallinaꝝ quoq; adeps. Eſt & quædam pinguitudo blattæ ſi caput auella-
tur. Hanc tritam una cum roſaceo auribus mire prodeſſe dicunt. Sed lanam qua incluſerint poſt paulũ
extrahendam. Celerrime enim id pingue tranſire in animal: fieriue uermiculum. Alii binas ternaſue ĩ oleo
decoctas efficaciſſime auribus mederi ſcribunt: & tritas in linteolo imponi contuſis. Hoc quoq; animal
inter pudenda eſt. Sed propter ammirationem naturæ priſcorumq; curam totum in hoc loco explican-
dum. Plura earum genera fecerunt. Molles quas in oleo decoctas uerrucis efficaciter illini experti ſunt.
Alterum genus Myloecon appellauere circa molas fere naſcens. Has capite detracto attritas lepras ſa- Vel myla
naſſe Muſa & picton in exemplis reliquerunt. Tertium genus & odoris tedio inuiſum exacuta clune cũ cris
piſſeleo ſanare ulcera tradunt alias inſanabilia. Strumas panos diebus. xxi. impoſitas: percuſſa: contuſa:
cacoethe: ſcabiem: furunculoſq; detractis pedibus & pennis. Nos hæc etiam auditu faſtidimus. At hercu
le Diodorus & morbo regio & orthopnoicis reſtitiſſe tradit cum reſina & melle. Tantum poteſtatis ha-
bet ars ea pro medicamento dandi quicquid uelit. Humaniſſimi eorum cinerem crematorum reſeruan-
dum ad hos uſus in cornea pyxide cenſuere. Aut tritas clyſteribus infundendas orthopnoicis: aut rheu-
maticis. Infixa utique corpori illitas extrahere conſtat. Mel utiliſſimum auribus quoque eſt in quo apes

emortuæ ſunt. Parotidas comprimi columbinũ ſtercus uel per ſe: uel cum farina hordeacea aut auenacea
Noctuæq; cerebrum uel iecur cum oleo infuſum auriculæ aut parotidæ. Multipeda cum reſina tertia illi
ta. Grilli ſiue illiti ſiue adalligati. At reliqua morborum genera mediciaſq; ex iiſdem animalibus aut eiuſ
dem generis ſequenti dicemus uolumine.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXX.
## PRAEFATIO.

De origine magicæ artis: quando & a quibus cœperit: & a quibus celebrata
fuerit: & reliquæ ex animalibus medicinæ. Cap. I.

Agicas uanitates ſæpius quidem antecedentis operis parte ubicunq; cauſæ locuſq;
poſcebant: coarguimus. Detegemus etiam nunc in paucis. Tamen digna res eſt de
m qua plura dicantur uel eo ipſo quo fraudulentiſſima artium plurimum in toto ter-
rarum orbe plurimiſq; ſæculis ualuit. Auctoritatem ei maximam fuiſſe nemo mire
tur: quandoquidem ſola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis cõple-
xa in unam ſe redegit. Natam primũ e medicina nemo dubitat: ac ſpecie ſalutari irrepſiſſe uelut altiorem
ſanctioréq; q̃ medicinã ita blandiſſimis deſiderantiſſimiſq; pmiſſis addidiſſe uires religionis: ad quas ma
xime etiãnum caligat humanũ genus. Atq; ut hoc quoq; ſuggeſſerit miſcuiſſe artes mathematicas nullo
non auido futura de ſeſe ſciendi: atque ea e cælo ueriſſime peti credente. Ita poſſeſſis hominum ſenſibus
triplici uinculo in tantũ faſtigii adoleuit: ut hodieq; etiã in magna parte gentium præualeat: & in oriente
regum regibus imperet. Sine dubio illic orta in perſide a Zoroaſtre ut inter auctores conuenit. Sed utrũ
unus hic tantum fuerit: an poſtea & alius non ſatis conſtat. Eudoxus qui inter ſapientiæ ſectas clariſſimã
utiliſſimãq; eam intelligi uoluit. zoroaſtrem hunc ſex milibus annoꝝ ante platonis mortẽ fuiſſe prodidit
Sic & Ariſtoteles. Hermippus qui de tota ea arte diligentiſſime ſcribit: & uicies centum milia uerſuum a
Zoroaſtre condita indicibus quoq; uoluminũ eius poſitis explanauit. Etiam præceptorem a quo inſtitu
tũ diceret tradidit Agonacem. Ipſum uero q̃nq; milibus annoꝝ ante troianum bellum fuiſſe. Mirũ hoc i
primis: duraſſe memoriã artẽq; tam longo æuo cõmentariis non intercedentibus: præterea nec claris nec
continuis ſucceſſionibus cuſtoditã. Iſtos enim quiſq; cõi auditu ſaltem cognitos habet: qui ſoli cognomi-
nantur. Apuſcorum & zaratum medos: babyloniumq; Marmaridium: & arabem. Hippocum: aſſirium
uero zarmocenidam: quorum nulla extant monumenta maxime tamẽ mirum eſt in bello troiano tantũ
de ea arte ſilentium fuiſſe Homero: tantumq; operis ex eadem in Vlyxis erroribus: adeo ut totum opus
nõ aliunde conſtet. Siquidem prothea & ſirenum cantus apud eũ non aliter intelligi uolunt. Circen utiq;
& inferorũ euocationem ſolum hac agi. Nec poſtea quiſquã dixit: quoniã modo uẽniſſet telmeſſum reli-
gioſiſſimã urbem quando tranſiſſet ad theſſalas urbes: quaꝝ cognomen diu optinuit in noſtro orbe alie
Quõdam næ gentis. Troianis itaq; tẽporibus quom Chironis medicinis contenta eſſet ſolo Marte fulminante. Mi
trãſiſſetq; ror equidem illis populis famã eius in tantum adhæſiſſe ut Menander quoq; litterarũ ſubtilitatibus peri
prior lecto tus in eadẽ telmeſſo genitus theſſalam cognominarit fabulam complexam ambages fœminarum detra-
hentium lunam. Orphea putarem e propinquo primum intuliſſe ad uicinas uſq; ſuperſtitiones ac medi-
cinæ profectum: ſi nõ ex perſis eſſet uis tota: in thraciãq; magice delata fuiſſet. Primus q̃ extet: ut equidẽ
inuenio cõmentatus de ea erat Hoſthanes. Xerſem regem perſarum bello: quod is gratiæ intulit comita
tus: ac uelut ſemina artis portentoſæ aſperſiſſe obiter interfecto quacunq; cõmeauerat mundo. Diligen-
tiores paulo ante hunc ponunt zoroaſtrem alium procõneſium. Quod certum eſt: hic maxime Hoſtha
nes ad rabiem nõ auiditatem modo ſcientiæ eius græcoꝝ populos egit. Quãquã animaduertam ſummã
litteraꝝ claritatem gloriamq; ex ea ſcientia antiquitus & pene ſemper petitam. Certe pythagoras. Em-
pedocles: Democritus Plato ad hanc diſcendam nauigauere: exiliis uerius q̃ peregrinationibus ſuſceptis.
Hanc reuerſi prædicauere: hanc in archanis habuere. Democritus Apollonicen Captidenem & Darda-
num e phœnice illuſtrauit uoluminibus Dardani e ſepulchro eius petitis: ſuis uero ex diſciplina eoꝝ edi-
tis. Quæ recepta ab aliis hoĩum atq; tranſiſſe per memoriam æque ac nihil in uita mirandũ eſt. In tãtum
fides iſtis faſq; omne deeſt: adeo ut ii qui cætera de uiro illo probant hæc eius opera eſſe inficientur. Sed
fruſtra. Hunc enim maxime affixiſſe animis eã dulcedinẽ conſtat. Plerũq; miraculi & hoc pariter utraſq;
artes efloruiſſe. medicinam dico: magicenq;: eadem ætate illam Hippocrate: hanc Democrito illuſtran
tibus circa peloponneſiacum græciæ bellum: quod geſtum eſt a trecenteſimo urbis noſtræ anno. Eſt &
Iochapela alia magices factio a Moſe etiamnum: & Lotopea iudæis pendens: ſed multis milibus annorum poſt
Io chabela zoroaſtrem. Tanto recentio eſt cypria. Non leuem & Alexandri magni temporibus auctoritatem ad-
Iotopata didit profeſſione

didit profeſſione ſecundus Hoſthanes comitatu eius exornatus. Planeq; quod nemo dubitet orbē terrarum peragrauit. Extant itaq; & apud italas gentes ueſtigia eius in.xii. tabulis noſtris aliiſq; argumentis: quæ priori uolumine expoſui. Dc.lvii. demum anno urbis Cn. Cornelio Lentulo. P. Licinio Craſſo coss. ſenatuſconſultū factū eſt: ne homo imolaretur: palamq; in tēpus ſiluit ſacri ꝓdigioſi celebratio. Gallias utiq; poſſedit & quidē ad noſtrā memoriā. Nāq; Tiberii Cæſaris principatus ſuſtulit druidas eorum: & hoc genus uatum medicorūq;. Quid ipſe ego hāc memorem artē occeanū quoq; tranſgreſſam: & ad naturæ inane peruectam in britāniam: quæ hodie eam attonite celebrat tantis cerimoniis: ut dediſſe perſis uideri poſſit. Adeo iſta toto mundo conſenſere q̄q̄ diſcordi & ſibi ignoto. Non ſatis extimari poteſt quātum romanis debeatur: qui ſuſtulere monſtra: in quibus hoiem occidere religioſiſſimum erat: mandi uero etiam ſaluberrimum. Vt narrauit Hoſthanes: ſpecies eius plures ſunt.

Vituperatio Neronis Cæſaris. Cap. ii.

n

Anq; & ex aqua ſphæris & ex aere & ſtellis & lucernis ac peluibus ſecuribuſque & multis aliis modis diuina ꝓmittit: præterea umbrarum: inferorumq; colloquia. Quæ omnia ætate noſtra princeps Nero uana falſaq; cōperit. Quippe non citharæ tragiciq; cantus libido illi maior fuit Fortuna rerum humanarum ſumma geſtiente in profundis animi uitiis: primūq; imperare diis concupiuit: nec quicquā generoſius uoluit. Nemo unq̄ ulli artium ualidius fauit. Ad hæc nō opes illi defuere: nō uires: nō diſcēdi ingenium aliaq; non patiente mundo. Immenſum & indubitatū exēplum eſt falſæ artis: quam dereliquit Nero: utināq; inferos potius & quoſcunq; de ſuſpitionibus ſuis deos conſuluiſſet q̄ lupanaribus atq; proſtitutis mandaſſet inquiſitiones eas. Nulla profecto ſacra barbari licet feriq; ritus nō mitiora q̄ cogitationes eius fuiſſent. Sæuius ſic nos repleuit umbris. Sūt quædam magis perfugia ueluti lētiginem habentibus non obſequi numina ut cerni nō poſſint. Forte hoc in illo? Nihil mēbris defuit. Nam dies eligere certos liberū erat. Pecudes uero quibus nō niſi ater colos eſſet: facile. Nam hoiem imolare ēt gratiſſimum. Magus ad eum Tiridates uenerat: armeniacum de ſe triumphum afferens: & ideo prouintiis grauis. Nauigare noluerat: quoniā expuere in maria: aliiſq; mortalium neceſſitatibus uiolare naturā eam fas nō putant. Magos ſecum adduxerat. Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Nō tamen cū regnū ei daret hanc ab eo accipere artem ualuit. Proinde autem ita perſuaſum ſit inteſtabilem irritam inanē eſſe habentem tamen quaſdam ueritatis umbras: ſed in iis ueneficas artes pollere: nō magicas. Quærat aliqs quæ ſint mētiri ueteres magi cū adoleſcentibus nobis uiſus. Appion grāmaticæ artis prodiderit cynocephaliā hærbā quæ in ægypto uocaretur oſirites diuinā & cōtra oīa ueneficia. Sed ſi ea erueretur: ſtatim eū qui eruiſſet: mori. Seq; euocaſſe umbras ad percontandū. Homerus qua patria quibuſq; parentibus genitus eſſet. Non tamē auſus profiteri quid ſibi reſpondiſſe diceret.

De talpis & reliquæ medicinæ per morbos digeſtæ in animalibus: quorum genera placida ſunt aut fera. Cap. iii.

p

Eculiare uanitatis ſit argumentum: q; animalium cunctorū talpas maxime mirantur: tot modis a rerum natura dānatas cæcitatis perpetuæ tenebris etiānum aliis defoſſas ſepultiſq; ſimiles. Nullis æque crudunt extis. Nullū religionis capacius iudicant animal. Vt ſi quis cor eius recens palpitanſq; deuorarit: diuinationis & reꝝ efficiendarum euentus promittant. Dēte talpæ uiuæ exēpto ſanari dentium dolores adalligato affirmant. Cætera ex eo animali placita eorum ſuis reddemus locis. Nec quicquā probabilius inuenitur q̄ muris aranei morſibus aduerſari eas: quoniam & terram ut diximus orbitis depreſſam auerſatur. Cæterum dentium doloribus (ut iidem narrant) medetur canum q̄ rabiem præferunt: capitum crematorum cinis ſine carnibus inſtillatus ex oleo cyprio per aurem cuius e parte doleant. Caninus dens ſiniſter maximus circūſcarificato eo qui doleat: aut draconis os e ſpina. Item enydridis. Eſt autem ſerpens maſculus & albus. Huius maximo dente circunſcarificant. At in ſuperiore dolore duos ſuperiores adalligant: e diuerſo inferiores. Huius adipe punguntur qui crocodillum captāt Dentes ſcarificant & oſſibus lacertæ e fronte luna plena exēptis: ita ne terram attingant. Colluunt caninis dentibus decoctis in uino ad dimidias partes. Cinis eorum pueros tarde dentientes adiuuat cum melle. Fit eodem modo & dentifricium e caninis dentibus. Cinis e murino fimo iditus: uel iecur lacertarum aridum. Anguinum cor ſi mordeatur aut alligetur efficax habetur. Suntq; inter eos qui murem bis in menſe iubeant mandi: doloreſq; ita caueri. Vermes terreni decocti in oleo infuſiq; auriculæ: cuius e parte doleant præſtant leuamentum. Eorundem cinis exeſis dētibus coniectus ex facili cadere eos cogit. Integros dolent illitus iuuat. Comburi autem oportet in teſta. Proſunt & cum mori radice in aceto ſcyllite decocti ita ut colluantur dentes. Is quoq; uermiculus qui in hærba quæ Veneris labrum appellatur inuenitur canis dentium inditus mire prodeſt. Nam erucæ braſſicæ eius contactu cadunt. Et e malua cimices infunduntur auribus cum roſaceo. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum cauis dētium inditæ ſtatim liberant dolore. Cochlearum inanium cinis cum mura gingiuis prodeſt. Serpentis cum ſale in olla



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 436 sur 536

exuſtæ cinis cum roſaceo in contrariam aurem infuſus. Anguinæ neruationis membra cum oleo tædæq;
reſina calefacta & auri alterutri infuſa. Adiiciunt aliqui thus & roſaceū. Eademq; cauis indita ut ſine mo-
leſtia cadant præſtat. Vanū eſſe arbitror canis ortu angues cauda membranam exuere: quoniam neutrū
in italia uiſum eſt. Multoq; minus credibile in tepidis regionibus tam ſero exui. Hanc autem uel inuete-
ratam cum cæra celerrime dentes euellere tradunt. Et dens anguium alligatus dolores minuit. Sunt qui
& araneum animal ipſum ſiniſtra manu captum tritumq; in roſacco: & in aurem infuſum: cuius a parte
doleat prodeſſe arbitrentur. Oſſiculis gallinarum in pariete ſeruatis fiſtula ſalua adacto dente uel gingi-
ua ſcarificata proiectoq; oſſiculo ſtatim dolorem abire tradunt. Item fimo corui lana adalligato: uel paſ
ſerum cum oleo calefacto & proximæ auriculæ infuſo pruritum quidem intolerabilem facit. Et ideo uti-
lius eſt paſſeris pullorum ſarmentis crematorum cinerem ex aceto infricare. Oris ſaporem emendari af-
firmant murino cinere cum melle ſi fricentur dentes. Admiſcent quidam marathri radices. Penna uultu-
ris. ſi ſcalpantur dentes acidum halitum faciunt. Hoc idem hiſtricis pinna feciſſe ad firmitatem pertinet.
Linguæ ulcera & labroꝝ hirundines in mulſo decoctæ ſanant. Adeps anſeris aut gallinæ rimas. Oeſypū
cum galla araneorum telæ candidæ: & quæ in trabibus paruæ texuntur. Si feruentia os intus exuſſerint:
lacte canino ſtatim ſanabitur. Maculas in facie. Oeſypum cum melle corſico quod aſperimum habetur
extenuat. Item ſcobem curis in facie cum roſaceo impoſitum uellere: Quidam & butyrum addunt. Si
uero utiligines ſint: fel caninum prius acu cōpunctas. Liuentia & ſuggilata pulmones arietū pecudūq;
in tenues conſecti membranas calidi impoſiti: uel columbinum fimū. Cutem in facie adeps anſeris uel
gallinæ cuſtodit. Lichenas & murino fimo ex aceto illinunt: & cinere herinacei ex oleo. In hac curatione
prius nitro ex aceto faciem foueri præcipiunt. Tollit ex facie uitia & cochlearum quæ lactæ & minutæ
paſſim ī ueniuntur cum melle cinis. Omnium quidem cochleaꝝ cinis ſpiſſat calfacit ſmectica ui. Et ideo
cauſticis commiſcetur pſoriſq; & lepris & lentigini illinitur. Inuenio & formicas herculaneas appellatas
quibus tritis adiecto ſale exiguo talia uitia ſanentur. Bupreſtis animal eſt rarum in italia: ſimilimum ſca
rabeo longipedi. Fallit inter hærbas bouem maxime: unde & nomen inuenit deuoratūq; tacto felle ita in
flāmat: ut rumpat. Hæc cum hircino ſeuo lichenas illita ex facie tollit ſmectica ui: ut ſupra dictum eſt.
Vulturinus ſanguis cum chamæleonis albæ: quam hærbam eſſe diximus: radice & cedria tritus contri-
tuſq; braſſica lepras ſanat. itē pedes locuſtaꝝ cum ſeuo hircino triti. Varos adeps gallinaceus cū cepa tri-
tus & ſubactus utiliſſimum & in facie ſæpe mel in quo apes ſint emortuæ. Præcipue tamen faciem pur-
gat atque erugat cygni adeps. Stigmata delentur columbino fimo ex aceto. Grauedinem inuenio finiri:
ſi quis nares murinas oſculetur. Vua & faucium dolor mitigatur fimo agnorum priuſq̄ hærbā guſtaue-
rint in umbra arefacto. Vua ſucco cochleæ acu tranſfoſſæ illita: ut cochlea ipſa in fumo ſuſpendatur. Hi
rundinum cinere cum melle. Sic & tonſillis ſuccurritur. Tonſillas & faces lactis ouilli gargarizatio adiu
uat. Multipeda trita. Fimum columbinum cum paſſo gargarizatum etiam cum fico arida ac nitro īpo-
ſitum extra aſperitatem faucium & diſtillationes leniunt. Cochleæ coqui debent in lacte. demptoq; tātū
terreno conteri: & in paſſo dari potui. Sunt qui aſtypaleicas efficaciſſimas putent: & in iis ſmegma earū.
Lenit & gryllus infricatus. Aut ſi quis manibus quibus eum contriuerit: tonſillas attingat. Anginis felle
anſerino cum elaterio & melle citiſſime ſuccurritur. Cerebro noctuæ cinere hirundinis ex aqua calida po
to. Huius medicinæ auctor eſt Ouidius poeta. Sed efficaciores ad omnia quæ ex hirundinibus monſtrā
tur: pulli ſilueſtrium. Figura nidorum eos deprehendit. Multo tamen efficaciſſime ripariarum pulli. Ita
uocant in riparum cauis nidificantes. Sunt multi qui cuiuſcunq; hirundinis pullum edendum cenſent: ne
toto anno metuatur id malum. Strangulatos cum ſanguine comburunt ī uaſe: & cinerem cum pane aut
potu dant. Quidam & muſtella cineres pari modo admiſcent. Sic & ad ſtrumæ remedia. Dant & comitia
libus quottidie potu. In ſale quoq; ſeruatæ hirundines ad anginam una drachma bibuntur. Cui malo &
nidus earum mederi dicitur potus. Millepedam illini anginis efficaciſſimū putāt. Alii. xxi. tritas ī aquæ
mulſæ hemina dari ꝑ harundinē: quoniam dentibus tactis nihil proſunt. Tradunt & murē cū uerbenaca
excoctum: ſi bibatur is liquor. remedio eſſe. Et corrigiam caninā ter collo circundatā. Fimū columbinū
uino & oleo permixtum. Ceruicis neruis & opyſthotono ex milui nido ſurculus uitis adalligatus auxi-
liari dicitur. Strumis exulceratis muſtellæ ſanguis. Ipſa decocta in uino: non tamen ſectis admouetur.
Aiunt & ī cibo ſumptā idem efficere. Vel cineri eius ſarmentis combuſtæ miſcetur axungia. Lacertus ui
ridis adalligat̄. Poſt dies xxx. oportet alium adalligari. Quidā cor eius in argento uaſculo ſeruāt. Ad fœ
minarum ſtrumas ueteres cochleæ cum teſta ſua tuſæ illinunt̄: maxime quæ frutetis adhærēt. Itē cinis aſ
pidū cū ſeuo taurino imponit̄. Anguinus adeps mixtus oleo. Itē āguiū cinis ex oleo illitus: uel cū cæra.
Ediſſe quoq; eos medios abſciſis utrinq; extremis artubus aduerſus ſtrumas ꝓdeſt. Vel cinerē bibiſſe in
nouo fictili ita crematoꝝ. Efficacius multo īter duas orbitas occiſoꝝ. Et gryllū illinire cū ſua terra defoſ
ſum ſuadēt. Itē fimū colūbaꝝ per ſeſe cum farina hordeacea: uel auenacea ex aceto. Talpę cinere ex melle
illinire. Alii

illinire. Alii iecur eiuſdem contritum inter manus illinunt: & triduo non abluunt. Dextrum quoque pe-
dem eius remedio eſſe ſtrumis affirmant. Alii præcidunt caput: & cum terra a talpis excitata tuſum dige
runt in paſtillos pyxide ſtagnea: & utuntur ad omnia quæ intumeſcũt: & quæ apoſtemata uocãt: quæq;
in ceruice ſunt. Veſcique ſuilla tunc uetant. Tauri uocantur ſcarabei terreſtres Ricino ſimiles: nomen cor
nicula dedere. Alii pediculos terræ uocant. Ab iis quoq; terram egeſtam illinunt ſtrumis & ſimilibus ui-
tiis: & podagris. Triduo non abluunt: prodeſtq; hæc medicina in annum. Omniaque his aſcribunt: quæ
nos in grillis rettulimus. Quidam & a formicis terra egeſta ſic utũtur. Alii uermes terrenos totidẽ quot
ſunt ſtrumæ adalligant: paríterq; cum iis areſcunt. Alii uiperam circa canis ortum circuncidunt: ut dixi-
mus. Dein mediam comburunt Dein cinerem eum dant bibendum ter ſeptenis diebus quantum prahẽ
ditur ternis digitis. Sic ſtrumis medentur Aliqui uero circunligant eas lino: quo præligata infra caput ui
pera pependerat: donec exanimaretur. Et millepedis utuntur addita reſinæ terebinthinæ parte quarta.
Quo medicamento omnia apoſtemata curari iubent. Humeri doloribus muſtelæ cinis cum cæra mede
tur. Ne ſint malæ hirſutæ formicarum oua pueris infricata præſtant. Item mangonibus: ut lanugo tar-
dior ſit pubeſcentium ſanguine e teſticulis agnorum qui caſtrantur. Qui euulſis pilis illitus & contra ui-
rus proficit. Præcordia uocamus uno nomine exta in homine: quorum & dolore cuiuſcunq; partis ſi ca-
tulus lactens admoueatur: apprimaturq; iis partibus: tranſire in eum morbus dicitur. Idq; exenterato p Hæc quoq;
fuſoq; uino deprehendi uitiato uiſcere illo quod doluerit hominis & obrui aliis religio eſt. Ii quoq; quos Quas me
meliteos uocamus: ſtomachi dolorem ſedant applicati ſæpius. Tranſireq; morbos ægritudine eorum in lolonthas
telligitur: plærunq; & morte. Pulmonum uitiis medentur & mures: maxime africani detracta cute ĩ oleo prior lectõ
& ſale decocti: atque in cibo ſumpti. Eadem res & purulentis uel cruentis excreationibus medetur. Præci
pue uero cochlearum cibus ſtomacho. In aqua eas ſubferuefieri intacto corpore earum oportet: mox in
pruna torreri nihil addito: atq; ita e uino garoque ſumi: præcipue africanas. Nuper hoc compertum plu
rimis prodeſſe. Id quoq; obſeruant: ut numero impari ſumant. Virus tamen earum grauitatem halitus
facit. Proſunt & ſanguinem excreantibus dempta teſta tritæ aquæ potu. Laudatiſſime autem ſunt africa-
næ ex iis ſolitanæ. Ex iis olitanæ aſtypaleicæ. Siculæ modicæ: quoniam magnitudo duras facit: & ſine ſuc
co. Balearicæ quas cauaticas uocant: quoniam in ſpeluncis naſcuntur. Laudatæ & ex inſulis caprearum.
Nullæ earum autem cibis gratæ: neq; ueteres: neq; recentes. Fluuiales & albæ uirus habent: necnon ſilue-
ſtres: ſtomacho inutiles: aluum ſoluunt. Item omnes minutæ. Contra marinæ ſtomacho utiliores. Effica
ciſſimæ tamen in dolore ſtomachi. Laudatiores traduntur: quæcunq; uiuæ cum aceto deuoratæ. Præte-
rea ſunt quæ aceratæ uocantur late multifariamq; naſcentes: de quarum uſu ſuis dicemus locis. Gallina-
ceorum uentris membrana inueterata & inſperſa potioni diſtillationes pectoris & humidam tuſſim: uel
recens toſta lenit. Cochleæ crudæ tritæ cum aquæ tepidæ cyathis tribus ſi ſorbeantur: tuſſim ſedant. Di-
ſtillationes ſedat & canina cutis cuilibet digyto circundata. Iure pecudum ſtomachus recreatur. Iocine-
rum doloribus medetur muſtela ſilueſtris in cibo ſumpta uel iocinera eius. Item uipera porcelli modo i-
aſſata. Suſpirioſis multipedæ ita ut ter ſeptenæ in attico melle diluantur: & per harundinem bibantur.
Omne enim uas earum nigreſcit contacta. Quidam torrent ex iis ſextarium in patina donec candidæ fi-
ant. Tunc mel immiſcent. Alii centipedam necant: & ex aqua calida dari iubent. Cochleæ ĩ cibos iis quos
linquit animus: aut quorum alienatur mens: aut quibus uertigines fiunt: ex paſſi cyathis tribus ſingulæ
contritæ cum ſua teſta & calefactæ in potu datæ diebus plurimum nouem. Aliqui ſingulas primo die de
dere: ſequenti binas: tertio ternas: quarto duas: quinto unam. Sic & ſuſpiria emendant & uomicas. Eſſe
animal locuſtæ ſimile ſine pennis: quod tryxalis græce uocatur: latinum nomẽ nõ habet. Aliqui arbitran Troxalis.
tur auctores nec pauciores hoc eſſe quod gryllus uocetur. Ex iis uiginti torreri iubent: ac bibi emulſa cõ Aelian.
tra orthopnoeneas: ſanguineq; expuentibus. Eſt qui cochleis illotis quibuſdam ꝓtropũ infundat: uel ma
rinã in aquã ita decoquat: & in cibo ſumat: aut ſi tritæ cum teſtis ſuis ſumantur cũ protropo. Sic & tuſſi
medentur ac uomicas priuatim ſanãt melle in quo apes ſint emortuæ. Sanguinem reiicientibus pulmo
uulturinus uitigineis lignis combuſtus adiecto flore mali punici ex parte dimidia. Item cotoneoꝝ lilio-
rũq; iiſdem portionibus potus mane atq; ueſperi in uino ſi febris abſit. Si minus: ex aqua in qua cotonea
decocta ſunt. Pecudis lyen recens magicis præceptis ſuper dolentem lyenem extendit: dicente eo q me-
deatur lyeni ſe remedium facere. Poſt hæc iubent eum in pariete dormitorii eius tectoue includi & obſi-
gnari anulo ter: nouieſq; carmẽ dici. Caninus ſi uiuenti exprimat & in cibo ſumatur: liberat eo uitio. Qui
dam recentẽ ſuperilligant. Alii duoꝝ dierum catuli ex aceto ſcyllitico dant ignoranti fel: uel herinacei lye
nem: Item cochlearum cinerem cum ſemine lini & urticæ addito melle donec perſanet. Eliberat & lacerta
uiridis eo dolore uiua in olla ante cubiculum dormitorii eius cui medet ſuſpenſa: ut egrediens reuertẽſq;
attingat manu. Cinis e capite bubonis cum unguento. Mel in quo apes ſunt emortuæ. Araneus & maxi
me qui lycos uocatur. Vpupæ cor. in lateris doloribus laudatur & cochlearum cinis in ptiſana decocta

rum:quæ & per ſe illinuntur.Canis rabioſi caluariæ cinis potioni inſpergitur. Lumborum dolori ſtellio
tranſmarinus capite ablato & inteſtinus decoctus in uino cum papaueris nigri denarii pondere dimidio
eo ſucco bibitur.Lacertæ uirides deciſis pedibus & capite in cibo ſumuntur . Cochleæ tres contritæ cum
teſtis ſuis atq; in uino decoctæ cum piperis granis.xv.Aquilæ pedes euellunt in aduerſum a ſuffragine
ita:ut dexter dexteræ partis doloribus adalligetur:ſiniſter leuæ.Multipeda quoq; etiam oniſcos appel-
lauimus medetur denarii pondere ex uino cyathis duobus pota. Vermem terranum catillo ligneo ante
fiſſo & ferro uincto impoſitum aqua excepta perfundere & defodere unde effoderis magui iubent :mox
aquam bibere eatillo:mire id prodeſſe iſchiadicis.affirmantes.Dyſentericos recreant fœmina pecudum
decocta cum lini ſemine aqua pota.Caſeus ouillus uetus .Seuum ouium decoctum i uino auſtero.Hoc
& ileo medetur.Et tuſſi ueteri.Dyſentericis ſtellio tranſmarinus ablatis inteſtinis & capite pedibuſq; ac
cute decoctuſq; & in cibo ſumptus Cochleæ duæ cum ouo utraq; cum putamine contritæ: atq; i uaſe no
uo addito ſale & paſſi cyathis duobus:aut palmarum ſucco & aquæ cyathis tribus ſubferuefactis & i po
tu datis.Proſunt & combuſtæ ut cinis earum bibatur in uino addito reſinæ momento.Cochleæ nudæ de
quibus diximus in africa maxime inueniuntur:utiliſſimæ dyſentericis.Quinæ cumbuſtæ cum denarii põ
dere dimidii acaciæ.Ex q; eo cinere dantur coclearia bina in uino myrtite: aut quolibet auſtero cum pari
modo calidæ.Quidam omnibus africanis ita utuntur.Alii totidem africanas:uel latas ĩfundunt potius.
Et ſi maior fluctio ſit addunt acaciam fabæ magnitudine.Senectus anguium dyſentericis & taneſmis in
ſtagneo uaſe decoquitur cum roſaceo. Vel ſi ĩ alio cum ſtagno illinitur. Ius e gallinaceo iiſdem medetur
ſed ueteris gallinacei uehementius.Salſum ius aluum cit. Membrana gallinarum toſta & data in oleo
ac ſale cœliacorum dolores mulcet.Abſtinere autem frugibus ante & gallinarum & hominem oportet.
Fimum columbinum toſtum potumq; . Caro palumbi in aceto decocta dyſentericis & cœliacis mede-
tur.Turdus inaſſatus cum myrti baccis dyſentericis.Item merulæ.Item medetur mel in quo ſint immor
Ileos tuæ apes decoctum .Grauiſſimum uitium Apuleios appellatur.Huic reſiſti aiunt diſcerpti ueſpertilio-
nis ſanguine.Etiã illito uentre ſubuenire.Reſiſtit & cochlea ſicut diximus in ſuſpirioſis temperata. Item
cinis earum quæ uiuæ crematæ ſint potus ex uino auſtero. Gallinaceorum iecur aſſum cum uentriculi
membrana:quæ abiici ſolet inueterata:ammixto papaueris ſucco. Alii recẽtem torrent ex uino bibẽdam.
Ius perdicum & per ſe uentriculus contritus ex uino nigro . Item palumbus ferus & e poſca decoctus.
Lyen pecudis toſtus & in fimo tritus. Fimum columbinum cum melle illitum. Oſſifragi uenter arefa-
ctus & potus iis qui cibos non conficiunt utiliſſimus:uel ſi manu tantum teneant capientes cibum.Qui
damq; adalligant ex hac cauſa ſed continuare non debent.Maciem enim facit.Siſtit et anatum maſcula-
rum ſanguis .Inflationem diſcutit cochlearum cibus.Tormina ſanat lyen ouium toſtus:atque e uino po
Vetus le- tus.Palumbus ferus ex poſca decoctus.Apodes ex uino.Cinis ibidis ſine pennis crematæ potus. Quod
ctio atipſo præterea traditur in torminibus mirum eſt ante appoſita uentri tranſire morbum : anatemque emori.
dis Tormina et melle curãtur in quo ſunt apes immortuæ decocto. Coli uitium efficaciſſime ſanatur ab aue
galerita aſſa in cibo ſumpta.Quidam in uaſe nouo cum plumis exuri iubent : contereque in cinerem : bi-
bique ex aqua coctum cochlearibus ternis per quatriduum.Quidam cor eius adalligari fœmini . Alii re
cenſque repenſque adhuc deuorari.Conſularis aſpernatum domus eſt:in qua alter e fratribus colo libera
tus eſt aue hac in cibo ſumpta:& corde eius armilla aurea incluſo : alter ſacrificio quodam facto crudis
laterculis ad formam camini:atque ut ſacrum peractum erat obſtructo ſacello.Vnum eſt oſſifrago inte
ſtinum mirabili natura omnia deuorata conficienti.Huius partem extremam adalligatam prodeſſe con
tra colum conſtat.Sunt occulti interaneorum morbi:de quibus mirum proditur.Si catuli priuſquã ui-
deant applicentur triduo ſtomacho maxime ac pectori : & ex ore ægri ſuctum lactis accipiant tranſire
uim morbi:poſtremo exanimari:diſſectiſque palam fieri ægri cauſas.Mori & humari dedere eos obru-
tos terrra.Magi quidem ueſpertilionis ſanguine contacto uentre in totum annum caueri dolorem tra-
dunt.Aut in dolore ſiquis aquam per pedes fluentem haurire ſuſtineat.Murino fimo contra calculos il-
linire uentrem prodeſt. Herinacei carnem iucundam eſſe aiunt:ſi capite percuſſo uno ictu interficiatur
priuſq̃ in ſe urinam reddat.Eos qui carnem ederint ſtranguriæ morbum contrahere minie poſſe.Hæc ca
ro ad hunc modum occiſa ſtillicidia ueſicæ emendat.Item ſuffitus ex eodem.Quod ſi urinam in ſe red-
diderint:eos qui carnem ederint:ſtranguriæ morbum contrahere traditur.Iubent & uermes terrenos bi-
bi ex uino aut paſſo ad cõminuendos calculos:uel cochleas decoctas uti ſuſpirioſis.Eaſdem exemptis te
ſtis tritiſq; tres in uini cyathis bibi:ſequenti die duas:tertia die unam:ut ſtillicidia urinæ emendent. Te-
ſtarum uero inanium cinere ad calculos pellẽdos.Item hydri iecur bibi.Vel cinerem ſcorpionũ aut pane
ſumi.Vel ſi quis cum locuſta edit.Lapillos qui ĩ gallinaceorum ueſica:aut in palumbiũ uentriculo inue
niantur conteri:& potioni inſpergi.Item membranam e uentriculo gallinacei aridam:uel ſi recens ſit to-
ſtam.Fimum quoq; palumbium in faba ſumi contra calculos & alias difficultates ueſicæ. Similiter plu-
rimarũ cinerem

marum cinerem palumbinum ferorum ex aceto mulſo. Et inteſtinorum ex iis cinerem cochlearibus tri-
bus e nido hirundinum. Gryllum dilutum aqua calida. Oſſifragi uentrem areſactum. Turturis fimum
in mulſo decoctum: uel ipſius decoctæ ius. Turdos quoq; ediſſe cum baccis myrti prodeſt urinæ. Cica-
das toſtas in patellis. Millepedam oniſcon bibiſſe. Et in ueſicæ doloribus decoctum agninorum pedum
Aluum cit & gallinaceorum decoctum ius: & acria mollit. Cit & hirundinum fimum adiecto melle ſub
ditum. Sedis uitiis efficaciſſima ſunt oeſypum. Quidam adiiciunt pompholigen: & roſaceum. Canini
capitis cinis ſenecta ſerpentis ex aceto ſi rhagades ſint. Cinis fimi canini candidi cum roſaceo. Aiuntque
inuentum Aeſculapii eſſe. Et eodem uerrucas efficaciſſime tolli. Murini fimi cinis. Adeps cygni. Adeps
bouis. Procidentia alui. Succus cochlearum punctis euocatus illita depellit. Attritis medetur cinis mu-
ris ſiluatici cum melle uel herinacei uel ueſpertilionis. Et anſerinus cum cerebro & alumine & oeſypo. Fi-
mum columbinum cum melle. Condylomatis priuatim araneus dempto capite pedibuſq; ifricatus. Ne
acria perurant adeps anſerinus cum cæra punica cæruſa roſaceo. Adeps cygni. Hæc & hemorrhoidas ſa-
nare dicuntur Iſchiadicis cochleas crudas tritas cum uino amineo & pipere potu prodeſſe dicunt. Lacer-
tam uiridem in cibo ablatis pedibus interaneis capite. Sic & ſtellionem adiectis huic papaueris nigri obo
lis tribus. Ruptis conuulſis fel ouium cũ lacte mulierum. Verendorum formicationibus uerruciſq; me
detur arietini pulmonis inaſſati ſanies. Cæteris uitiis uellerum eius uel ſordidorum cinis ex aqua. Seuũ
ex omento pecudis & præcipue a renibus ammixto cinere pumicis ex ſale. Lana ſuccida ex aqua frigida.
Carnes pecudis combuſtæ ex aqua. Mulæ ungularum cinis. Dentis caballini contuſi farina inſperſa. Te
ſtibus uero farina ex oſſibus canini capitis ſine carne tuſis. Si decidat teſtium alter: ſpumam cochlearum
illitam remedio eſſe tradunt. Tetris ibi ulceribus & manantibus auxiliantur canini capitis recentis cine-
res. Cochleæ latæ paruæ contritæ ex aceto uel cinis eius. Mel in quo apes ſunt emortuæ cum reſina. Co-
chleæ nudæ quas in africa gigni diximus tritæ cum thuris polline & ouorum albo .xxxq. die reſoluunt.
Aliqui pro thure bulbum ammiſcent. Hydrocelicis ſtelliones mire prodeſſe traduntur capite pedibus i-
teraneiſq; demptis: reliquum corpus inaſſatum. In cibo id ſæpius datur. Sicut ad urinæ incontinẽtiam.
Caninum adipem cum alumine ſciſſo fabæ magnitudine. Cochleas africanas cum ſua carne & teſta cre-
matas poto cinere. Anſerum trium linguas inaſſatas in cibo huius rei auctor eſt Anaxilaus. Panos ape-
rit ſeuum pecudum cum ſale toſto. Murinum fimum ammixto thuris polline: ſandaraca impoſita diſcu
tit. Lacertæ cinis: & ipſa diuiſa impoſita. Item multipeda contrita: ammixta reſina terebinthina ex parte
tertia. Quidam & ſinopidem ammiſcent cochleæ contuſæ & per ſe cinis inanium cochlearum cæræ mix-
tus diſcuſſoriam uim habet. Fimum columbarum per ſeſe: uel cum farina hordeacea: aut auenacea illitũ
Cantharides mixta calce panos ſcalpelli uice auferunt. Inguinum tumorem cochleæ minutæ cum melle
illitæ leniunt. Varices ne naſcantur: lacertæ ſanguie pueris crura ieiunis a ieiuno illinuntur. Podagras le-
nit oeſypum cum lacte mulieris & cæruſſa. Fimum pecudum quod liquidum reddunt. Pulmones pecu
dum. Fel arietis cum ſeuo muris diſſecti impoſiti. Sanguis muſtelæ cum plantagine illitus & uiuæ com
buſtæ cinis ex aceto & roſaceo ſi penna illinatur. Vel ſi cæra & roſaceum ammiſceatur fel caninum ita ne
manu attingatur: ſed penna illinatur. Fimum gallinarũ uermium terrenorum cinis cum melle: ita ut ter-
tio die ſoluantur. Alii ex aqua illinire malunt. Alii ipſo aceto menſura cum mellis cyathis tribus pedibus
ante roſaceo perunctis. Cochleæ latæ potæ tollere dicuntur pedum & articulorum dolores. Bibũtur aũt
binæ in uino tritæ. Eædem illinũtur cum helſines hærbæ ſucco. Quidam ex aceto intriuiſſe contenti ſunt
ſale. Quidam ſale cum uipera crematis in olla noua & ſæpius ſumptis aiunt podagra liberari. Vtile eſſe
& adipe uiperino pedes perungi. Et de miluo affirmant: ſi inueterato tritoq; quantum tres digyti capiãt
bibatur ex aqua. Aut ſi pedes ſanguinem cum urtica uel pennis eorum cum primum naſcentur tritis cũ
urtica. Quin & fimus eorum articularibus doloribus illinitur. Item cinis muſtellæ aut cochlearum & cũ
amylo uel tragacantho. Incuſſos articulos aranei telæ cõmodiſſime curant. Sunt qui cinere earũ uti ma-
lint ſicut fimi columbini cinere: cum polenta & uino albo. Articulis luxatis præſentaneum eſt & ſeuum
pecudis cum cinere & capillo mulierum. Pernionibus quoq; imponitur ſeuum pecudum cum alumine.
Canini capitis cinis aut fimũ murium. Quod ſi putrida ſint ulcera cæra ad cicatricẽ perducunt: uel gryl
lorum crematorum fauilla ex oleo. Item muris ſiluatici cum melle. Vermiũ quoq; terrenorum cũ oleo
uetere. Et cochleæ quæ nudæ inueniuntur. Vlcera omnia pedum ſanat cinis earum quæ uiuæ combuſtæ
ſint. Fimiq; gallinacei cinis exulcerationes columbini fimi cinis ex oleo. Attritus etiã calciamentorum ue
teris ſoleæ crematæ cinis. Agninus pulmo & arietis ſanant. Dentis caballini contuſi farina priuatim ſub-
leuat. Lacertæ uiridis ſanguis ſubtritus & hominum & iumentoꝝ pedes ſublitus ſanat. Clauos pedum
urina muli mulæue cũ luto ſuo illita. Fimũ ouium. Iecur lacertæ uiridis: uel ſanguis floccoipoſitus. Ver
mes terreni ex oleo. Stellionis caput cum uiticis pari modo tritum ex oleo. Fimum colũbinum decoctũ
ex aceto. Verrucas uero omnium generũ urina canis recens cum ſuo luto illita. Fimi canini cinis cum cæ

ra.Fimum ouium.Sanguis recens murinus illitus:uel ipſe mus diuulſus:Herinacei fel . Caput lacertæ
uel ſanguis uel cinis totius.Membrana ſenectutis anguium.Fimum gallinaceum cum oleo & nitro.Cá-
tharides uua taminia intritæ exedunt.Sed ita eroſas aliis quæ ad præſananda ulcera monſtrauimus cura
oportet.Nũc autem reuertemur ad ea quæ totis corporibus medẽda ſunt . Fel canis nigri maſculi amur
letum eſſe magi dicunt domus totius. Suffitæ eo purificateue contra omnia mala medicamenta . Item
ſanguine canis reſperſis parietibus gẽitaliq; eius ſub limine ianuæ defoſſo. Minus mirentur hæc qui ſciũt
fœdiſſimum animalium quantum magnificent ricinum: quoniam uni nullus ſit exitus saginæ nec finis
alia quam morte:diutius in fame uiuenti.Septenis ita diebus duraſſe tradunt.At ĩ ſacietate paucioribus
dehiſcere.Sunt qui hunc ex aure ſiniſtra canis omnes dolores ſedare adalligatum . Funditum in augurio
Eundem uitalium habent.Nam ſi æger ei reſpondeat qui intulerit a pedibus ſtanti : ĩterrogantiq; de morbo ſpem
uitæ certam eſſe.Moriturum nihil reſpondere.Adiiciunt ut euellatur ex aure leua canis:cui non ſit alius
quam niger color.Nigidus fugere tota die canes conſpectum eius qui e ſue id animal euellerit ſcriptum
reliquit.Rurſus magi tradunt lymphatos ſanguinis talpę aſperſura reſipiſcere.Eos uero qui a nocturnis
diis fauniſq; agitentur:draconis lingua & oculis & felle:inteſtiniſq; in uino & oleo decoctis:ac ſub diuo
noctu refrigeratis perunctos matutinis ueſpertiniſq; liberari perfrictionibus.Remedio eſſe tradit.Nican
der amphyſbenam mortuam adalligatam uel pellem tantum eius.Quinimo arbori quæ cædatur adal-
ligata non algere cædentes:faciliuſq; ſuccidere. Itaque ſola ſerpentium frigori ſe committit prima omni-
um procedens & ante cuculi cantum.Aliud eſt cuculo miraculum:quo quis loco primum audiat alitẽ
illam ſi dexter pes circunſcribatur:ac ueſtigium id defodiatur:non gigni pulices ubicunq; ſpargatur.Pa-
ralyſis cauentibus pinguia glirium decoctorum & ſoricum utiliſſima tradunt eſſe.Millepedas aut in an
ginis diximus potas.phthiſin ſentientibus lacertam uiridem decoctam in uini ſextariis tribus ad cyathũ
unum ſingulis cochlearibus ſumptis per dies donec conualeſcant.Cochlearum cinerem potum in uino.
Comitialibus morbis oeſypum cum myrrhæ momento & uini cyathis duobus dilutum magnitudine
nucis auellanæ a balneo potum.Teſticulos arietinos inueteratos tritoſq; dimidio denarii pondere ĩ aqua
uel lactis aſini hemina.Interdicitur uini potus quinis diebus ante & poſtea.Magnifice laudatur & ſan-
guis pecudum potus.Item fel cum melle præcipue agninum.Catulus lactens ſumptus abſciſo capite pe
dibuſque ex uino & myrrha . Lyen multæ potus in oxymelite cyatis tribus.Stellionis tranſmarini cinis
potus in aceto.Tunicula ſtellionis quam eodem modo ut anguis exuit pota. Quidam & ipſum harũdi
ne exenteratum inueteratumque bibendum dedere .Alii in cibo in ligneis uerubus inaſſatum.Operæpre
tium quomodo præcipiatur ſcire cum exuitur membrana hyberna alias deuorati eam : quoniam nullũ
animal fraudulentus inuidere homini tradunt.Inde ſtellionum nomen aiunt in maledictum trãſlatum.
Obſeruant cubile eius æſtatibus.Eſt autem ĩ locis hoſtiorum feneſtrarumque aut cameris ſepulchriſue.
Ibi uere incipiente fiſſis harundinis textas opponunt caſas quarum anguſtis etiam gaudet : eo facilius
exuens circundatum torporem.Sed eo derelicto non poteſt remanere.Nihil ei remedio in comitialibus
morbis præfertur Prodeſt & cerebrum muſtelæ inueteratum potumq;:& iecur eius. Teſticuli. uuluæ
que aut uentriculus inueteratus cum coriandro:ut diximus:item cinis . ſilueſtris uero tota in cibo ſum-
pta.Eadem omnia prædicantur ex uipera.Lacerta uiridis cum condimentis quæ faſtidium abſtergant:
ablatis pedibus & capite.Cochlearũ cinis addito ſemine lini & urticæ cum melle inunctos ſanat .Magis
placet draconis cauda in pelle dorcadis alligata ceruinis neruis. Vel lapilli e uentre pulloꝝ hirundinum
ſiniſtro lacerto annexi.Dicuntur enim excluſo pullo lapillum dare.Quod ſi pullus is detur incipienti in
cibo:quem primum peperit:cum quis primũ tentatus ſit:liberatur eo malo.Poſtea medetur hirundinũ
ſanguis cum thure:uel cor recens deuoratum.Quin & e nido earum lapillus ĩpoſitus recreare dicitur cõ
feſtim:& adalligatus perpetuo tueri.Prædicatur & iecur milui deuoratum : & ſenectus ſerpentium. Ie-
cur uulturis tritum cum ſuo ſanguine ter ſeptenis diebus potum.Cor pulli uulturini adalligatum . Sed
& ipſum uulturem in cibo dari iubent : & quidem ſatiatum humano cadauere . Quidam pectus ei bi-
bendum cenſent:& in cerrino calice. Aut teſtes gallinacei ex aqua & lacte antecedente quinque dierum
abſtinentia uini ob id inueteratos . Fuere & qui. xx. unam muſcas ruffas : & quidem emortuas in po-
tu darent:infirmioribus pauciores. Morbo reſiſtunt regio ſordes aurium : aut mammarum pecudis de
narii pondere cum myrrhæ momento & uini cyathis duobus.Canini capitis cinis in mulſo. Multipeda
in uini hemina.Vermes terreni in aceto mulſo cum myrrha Gallina ſi ſit luteis pedibus prius aqua puri
ficatis:dein colluitis uino quod bibatur.Cerebrum perdicis aut aquilæ in uini cyathis tribus . Cinis plu-
marum aut iteraneoꝝ palumbi: ſed in mulſo ad cochlearia tria. Paſſerum cinis ſarmentis crematorum
cochlearibus duobus in aqua mulſa . Auis icterus uocatur a colore : quæ ſi ſpectetur : ſanari id malum
tradunt & auem mori. Hanc puto latine uocari galgulum . Phreniticis prodeſſe uidetur pulmo pecu-
dum calidus circa caput alligatus.Nam non modo muris cerebrum dari potui ex aqua : aut cinerẽ mu-
ſtelæ:uerum

ſtellæ. uerum etiam inueteratas herinacei carnes quis poſſit furenti etiam ſi certa ſit medicina ? Bubonis
quidem oculorum cinerem inter ea quibus prodigioſe uitam ludificantur: acceperim . Præcipueq; febriũ
medicina placitis eorum renunciat. Namq; & in. xii. ſigna digeſſere eam ſole tranſmeante: iterumq; luna:
quod totum abdicandum paucis exemplaribus docebo. Siquidem crematis tritiſque cum oleo perungi
iubent ægros: cum geminos tranſit ſol: criſtis: & auribus & unguibus gallinaceorum . Si luna raſis bar-
bis eorum. Si uirginem alteruter hordei granis. Si ſagittarium ueſpertilionis alis. Si leonem luna tama-
ricis fronde: & adiiciunt ſatiuæ. Si aquarium e buxi carbonibus tritis. Ex iſtis confeſſa aut certe ueriſimi-
lia ponemus: ſicut & lethargum olfactoriis excitari. Inter ea fortaſſis muſtelæ teſticulis inueteratis : aut
iocinere uſto. his quoq; pulmonem pecudis calidum circa caput adalligari putant utile. In quartanis me
dicinæ clinice prope modum nihil pollet. Quamobrem plura eorum remedia ponemus . Primumq; eũ
quem adalligari iubent puluerem: in quo ſe accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo. Canis nigri den-
tem longiſſimum. Pſeudophecen uocant ueſpam: quæ ſingularis uolitat. Hanc ſiniſtra manu apprehen-
ſam ſubnectũt. Alii uero quam quis eo anno uiderit primam. Viperæ caput abſciſum in linteolo: uel cor
uiuentis exemptum. Muris roſtellum auriculaſq; ſummas roſeo panno: ipſumq; dimittunt. Lacertæ ui-
ridis dextrum oculum effoſum mox cum capite ſuo deciſo in pellicula caprina. Scarabeus qui pilulas uo
luit. Propter hunc ægypti magna pars ſcarabeos inter numina coliturioſa. Appionis interpretatõe qua
colligit ſolis operum ſimilitudinem huic animali eſſe ad excuſandos gentis ſuæ ritus. Sed & alium adalli
gant magi cui ſunt cornicula reflexa ſiniſtra manu collectum. Tertiũ qui uocatur fullo albis guttis diſſe
ctum utriq; lacerto adalligant. Cætera ſiniſtro: cor anguium ſiniſtra manu exemptũ uiuentibus . Scor-
pionis caudæ quattuor articulos cum aculeo panno nigro: ita ut nec ſcorpionem dimiſſum: nec eum qui
alligauerit: uideat æger triduo: Poſt tertium circũitum id condat. Erucam in linteolo ter lino circundant
totidem modis ad ſingulos dicentes: quare faciant: qui medebũtur. Limacem in pelliculam uel quattuor
limacum capita præciſa harundine. Multipedam lana inuolutã. Vermiculos ex quibus tabani fiunt: ante
q̃ pennas germinẽt. Alios e ſpinoſis frutetis lanuginoſos. Quidam ex illis quaternos incluſos iuglandis
nucis putamine adalligant. Cochleaſq; quæ nudæ inueniuntur. Stellionem incluſum capſulis ſubiiciunt
capiti: & ſub dieſſu febris emittunt. Deuorari autem iubent cor mergi marini ſine ferro exemptum: iue-
teratumq; conteri: & in calida aqua bibi. Corda hirundinum cũ melle. Alii fimum drachma una in lactis
caprini: uel ouilli: uel paſſo cyathis tribus ante acceſſiones . Sunt qui totas cenſeant deuorandas . Aſpi-
dis cutem pondere ſexta parte denarii cum pipere pari modo parthorum gentes in remedium quartanæ
bibunt. Chryſippus philoſophus tradididit phryganion adalligatum remedio eſſe quartanis. Quod eẽt
animal: nec ille deſcripſit: nec nos inuenimus qui nouiſſet. Demonſtrandum tamen fuit a tam graui au-
ctore dictum: ſi cuiuſquam cura efficacior eſſet ad inquirendum. Cornicis carnes eſſe: & nidum illinire in
longiſſimis morbis utiliſſimum putant. Et in tertianis fiat poteſtas experiendi: quoniã miſeria copia ſpei   Eius erit
deiecta: anne aranei quem lycum uocant tela: cum ipſo ſpecu toto reſina ceraq; impoſita utriſq; tempo-   copia ſpei
ribus & fronti proſit. Aut ipſe calamo adalligatus qualiter & aliis febribus prodeſſe traditur . Item lacer   detecto
ta uiridis adalligata uiua in eo uaſe quo cibum capiat. Quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmãt
Hydropicis oeſypum ex uino addita myrrha modice potui datur nucis auellanæ magnitudine . Aliqui
addunt & anſerinum adipem & oleum myrteum. Sordes ab uberibus ouium eundem effectum habent
Item carnes inueteratæ herinacei ſumptæ. Vomitus quoq; canum illitus uentri aquam trahere promitti
tur. Igni ſacro medetur oeſypum cum pompholyde & roſaceo. Ricini ſanguis. Vermes terreni ex aceto
illiti. Gryllus contritus in manibus. Quo genere p̃ſtat: ut qui id fecerit anteq̃ incipiat uitium: toto eo an-
no careat. Oportet autem eum ferro cum terra cauernæ ſuæ tolli. Adeps anſeris . Viperæ caput aridum
aſſeruatum & combuſtum: dein ex aceto impoſitum. Senectus ſerpentium ex aqua illita a balneo cũ bi-
tumine & ſeuo agnino. Carbunculus fimo colũbino deletur per ſe illito: uel cum lini ſemine ex aceto mul
ſo. Item apibus quæ in melle ſunt ĩmortuæ ĩpoſitis. Polentaq; ĩpoſita inſperſa. Si in uerendis ſit: cæteriſq;
ibi ulceribus occurrit e melle oeſypum cum plũbi ſquamis . Item fimum pecudũ incipientibus carbun-
culis. Tubera & quæcunq; molliri opus ſit efficaciſſime anſerino adipe curantur. Idem præſtat & gruum
adeps. Furunculis mederi dicitur araneus ſi priuſquã nominetur ſit impoſitus & tertia die ſolutus. Mus
araneus pendens enecatus ſic ut terram nec poſtea attingat: ter circundatus furunculo toties expuẽtibus
medente & cui medebitur. Ex gallinaceo fimo quod eſt rufum maxime recens illitum ex aceto . Ventri-
culus ciconiæ decoctus. Muſcæ ĩpari numero infricatæ digyto medico. Sordes ex pecudum auriculis.
Seuum ouium uetus cum cinere e capillis mulierum. Seuum arietis cum cinere punici & ſalis pari pon   Pumicis
dere. Ambuſtis capitum canis cinis medetur. Item gliriũ cum oleo. Fimum ouium cum cera cõmixtum.
Murium cinis & cochlearum. Eoq; ſic ut ne cicatrix quidem appareat. Item adeps uiperinus. Fimi colũ-
bini cinis ex oleo illitus cyprino. Neruorum nodis medetur capitis uiperini cinis ex oleo cyprino illitus.

Terreni uermis cinis cum melle illitus etiam dolores tollit. Item amphiſbena mortua adalligata. Adeps
ulturinus cum uentre areſactus contrituſq; cum adipe ſuillo inueterato. Cinis e capite bubonis in mul
ſo potus cum lilii radice: ſi magis credimus. In contractione neruorum caro palumbina in cibis prodeſt
& inueterata. Herinacei ſpaſticis. item muſtellæ cinis. Serpentiũ ſenectus in pelle taurina adalligata ſpaſ-
mos fieri prohibet. Opiſthotonicis milui iecur aridum tribus obolis in aquæ mulſæ cyathis tribus potũ
Reduuias & quæ in digytis naſcuntur pterygia tollunt canini capitis cinis aut uulua decocta in oleo ſu-
per illito butyro ouillo cum melle. item folliculus cuiuſlibet animalis fellis. Vnguium ſcabriciã canthari
des cum pice tertio die ſolutæ: aut locuſtæ frictæ cum ſeuo hircino. Pecudũ ſeuum. Aliqui miſcent uiſcũ
& portulacam: uel æris florem. ita ut tertio die ſoluant. Sanguinem ſiſtit e naribus ſeuum ex omento pe
cudum illitum. item coagulum ex aqua maxime agninum ſubditum uel infuſum etiam ſi alia non pro-
ſint. Adeps anſerinus cum butyro pari pondere paſtillis ingeſtus. Cinis cochlearum terrenarum. Sed &
ipſæ extractæ teſtis. E naribus fluentem ſanguinem ſiſtunt cochleæ contritæ frõti illitæ. Aranei telæ ſup-
poſitæ. Gallinacei cerebellum: uel ſanguis profluuia a cerebro. item columbinus ſanguis ob id ſeruatus
concretuſq;. Si uero ex uulnere immodice fluat fimi caballini cum putaminibus ouorum cremati cinis ĩ
poſitus mire ſiſtit. Et uulneribus medentur oeſypum cum hordei cinere & ærugine æquis partibus. Ad
carcinomata ac ſerpentia quoq; ualet. Erodit & ulcerum margines. Carneſq; quæ excreſcunt ad æqualita-
tem redigit. Explet quoq;: & ad cicatricem perducit. Magna uis & in cinere pecudum fimi ad carcinoma
ta addito nitro: aut cinere ex oſſibus fœminum agninorum: maxime in iis ulceribus quæ cicatricem non
trahunt. Magna & pulmonibus præcipue arietum. Excreſcentes carnes in ulceribus ad æqualitatem effi
caciſſime reducunt. Fimo quoq; ipſo ouium ſub teſta calefacto & ſubacto tumor uulnerum ſedatur. Fi-
ſtulæ purgantur ſananturq;. Item epinyctides. Summa uero uis in canini capitis cinere. Excreſcentia oĩa
ſpodii uice erodit ac perſanat. item murino fimo eroduntur. itemq; muſtellæ fimi cinere. Duricias etiã in
alto ulcerum & carcinomata perſequitur multipeda trita: admixta reſina terebinthina & ſinopide. Eadẽq;
utiliſſima ſunt in iis ulceribus quæ uermibus periclitantur. Quin & uermium ipſorum genera mirandos
uſus habet. Coſſes qui in ligno naſcuntur ſanant ulcera omnia. Nomas uero combuſti cum pari ponde-
re aniſi & ex oleo illiti. Vulnera recentia conglutinant terreni: adeo ut neruos quoq; abſciſſos illitis ſolida
ri infra ſeptimum diem. Democritus perſuaſerit. Itaque in melle ſeruandos cenſet. Cinis eorum margines
ulcerum duriores abſumit cum pice liquida uel ſimblio melle. Quidã areſactis in ſole ad uulnera ex ace
to utuntur: nec ſoluunt niſi biduo intermiſſo. Eadem ratio & terrenarum cochlearum eſt: quæ tuſæ & ĩ-
poſitæ recentia uulnera conglutinant: & nomas ſiſtunt: quæ non adhærent. Herpes quoque animal a
græcis uocatur: quo præcipue ſanantur quæcunque ſerpunt. Cochleæ quoque proſunt cum teſtis ſuis tu
ſæ cum myrrha quidem & thuræ etiam præciſos neruos ſanare dicuntur. Draconum quoque adeps ſic-
catus in ſole magnopere prodeſt. Item gallinacei cerebrum recentibus plagis ſale uiperino in cibo ſum-
pto. Tradunt & ulcera tractabiliora fieri: & ſanari celerius. Antonius muſa medicus cum incidiſſet in-
ſanabilia ulcera: uiperas edendas dabat: miraque celeritate perſanabat. Tryxalidum cinis margines ul-
cerum duros aufert cum melle. Item fimus columbinus cum arſenico & melle ea quæ erodenda ſunt. Bu
bonis cerebro cum adipe anſerino mire uulnera dicuntur glutinari. quæ uocantur cacoethe. Cinis etiam
fœminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis ſanat. Vlula quoque auis cocta in
oleo cui liquato miſcetur butyrum ouillum & mel: ad ulcera ſanãda ualet. Vlcerum labra duriora apes
in melle emortuæ emolliunt. Et elephantiaſin ſanguis & cinis muſtelæ. Verberum uulnera atque uibices
pellibus ouium recentibus impoſitis oblitterantur. Articulorum fracturis cinis fœminum pecudis pecu
liariter medetur. Efficacius cum cæra. Idem medicamentum fit ex maxillis ſimul uſtis: cornuq; ceruino:
& cæra mollita roſaceo. Oſſibus fractis caninum cerebrum linteolo illito ſuperpoſitis lanis: quæ ſubide
ſubfundantur fere quattuordecim diebus ſolidat. Nec tardius cinis ſilueſtris muris cum melle: aut cum
uermium terrenorum cinere. Qui etiam oſſa extrahit. Cicatrices ad colorem reducit pecudũ pulmo præ
cipue ex ariete ſeuum ex nitro. Lacertæ uiridis cinis. Vernatio anguium ex uino decocta. Fimum colum
binum ex melle. Item uitiligines albas ex uino. Ad uitiliginem & cãtharides cum rutæ foliorum duabus
partibus in ſole: donec formicet cutis: tolerandæ ſunt. Poſtea fouere: oleoque perungere neceſſarium:
iterumq; illinire: idq; diebus pluribus facere cauentes exulcerationem multam. Ad eaſdem uitiligines: &
muſcas illini iubent cum radice lapathorum. Gallinarum fimum candidum ſeruatum in oleo uetere cor
nea pyxide. Veſpertilionum ſanguinem. Fel herinacei ex aqua. Ad ſcabiem uero bubonis cerebrum cum
aphronitro. Sed ante omnia ſanguis caninus. Sedant pruritum cochleæ minutæ latæ contritæ illitæ. Ha
rundines & tela quæq; alia extrahenda ſunt corpori: euocat mus diſſectus ĩpoſitus. Præcipue uero lacer-
ta diſſecta: & uel caput eius tantum contuſum cum ſale impoſitum. Cochleæ ex iis quæ gregatim folia ſe
ctantur contuſæ ĩpoſitæq; cũ teſtis: & eæ quæ manduntur exemptæ teſtis. Sed cum leporis coagulo ef-
ficaciſſimæ.

ficaciſſimæ. Oſſa anguium eundem cum coagulo cuiuſcunq; quadrupedis intra tertium diem approbāt
effectum.

Ad muliebria mala medenda: & conceptus maturandos. Cap.iiii.

Audantur & canthandes tritæ cum farina hordeacea. Muliebribus malis membranæ a partu
l ouiū proficiunt: ſicut in capris rettulimus. Fimū quoq; pecudum eodē uſus habet. Locuſtarū
ſuffitu ſtranguriæ maxime mulieꝝ iuuatur. Gallinaceoꝝ teſtes ſubinde ſi a conceptu edat mu
lier: mares in utero fieri dicuntur. Partus conceptos hiſtricum cinis potus continet. Maturat caninū lac
epotum. Euocat mēbrana e canum ſecundis: ſi terram nō attigerit. Lumbos parturientium potus lactis.
Fimū murinum aqua pluuia dilutum mām̄as mulierum a partu tumeſcentes reficit. Cinis herinaceorū
cum oleo perunctaꝝ cuſtodit partus contra abortus. Facilius enituntur quæ fimum anſerinū cum aquę
cyathis duobus ſorbuere. Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas. Vermes terreni illiti ī
ceruices & ſcapulas: ne nerui doleant: præſtant. Grauidis ſecundas pellunt in paſſo poti. Iidem per ſe im-
poſiti: mām̄arū ſuppurationes concoquunt & aperiunt extrahuntq;: & ad cicatricē perducunt. Lac deuo
cant poti cum mulſo. Inueniūtur & in gramine uermiculi qui adalligati collo continēt partū. Detrahūtur
aūt ſub partu: alias eniti nō patiuntur. Cauendū etiā ne in terrā ponanť. Conceptus quoq; cauſa dantur ī
potu quini aut ſepteni. Cochleæ in cibo ſumptæ accelerant partū. Item conceptum impoſitæ cum croco.
Eædem ex amylo & tragacātho illitæ profluuia ſiſtunt. Proſunt & purgationibus ſumptæ ī cibo: & uul-
uam auerſam corrigunt cū medulla ceruina: ita ut uini cochleæ denarii pondus addatur & cypri. Infla-
tiones quoq; uuluarum diſcutiunt exemptæ teſtis: tritæq; cum roſaceo. Ad hoc aſtypaleicæ maxime eli-
guntur. Alio modo africanæ binæ cum fœnogræco quod tribus digytis capiatur additis mellis cochlea-
ribus quattuor. Illinuntur aluo prius irino ſucco perunctæ. Sunt & minutæ longæq; cādidæ cochleæ paſ
ſim oberrantes. Eæ arefactæ ſole in tegulis: tuſæq; in farina miſcentur lomento æquis portionibus. Cādo
remq; & leuorem corpori afferunt. Scabendi deſideria tollunt minutæ & latæ cum polenta. Viperā mu-
lier prægnans ſi tranſcenderit: abortum faciet. Item amphiſbenam mortuā dūtaxat. Nam uiuam haben
tes in pyxide impune trāſeunt: etiam ſi mortua ſit. Atq; adſeruata partus faciles præſtat uel mortua. Mi
rum ſi non adſeruatam tranſcenderit grauida: innoxiam fieri: ſi protinus tranſcēdat adſeruatam. Anguis
inueterati ſuffitus menſtrua adiuuant. Anguium ſenectus adalligata lumbis faciliores partus facit pro-
tinus a puerperio remouenda. Dant & in uino bibendum cum thure. Aliter ſumpta abortum facit. Bacu
lus quo angui rana excuſſa ſit: parturientes adiuuat. Tryxalidum cinis illitus cum melle purgationes.
Item araneus qui filum deducit ex alto: capi debet manu caua tritusq; admoueri. Quod ſi redeuntē pre-
henderit: inhibebit idem purgationes. Lapis aetites in aquilæ repertus nido cuſtodit partus cōtra omnes
abortuum inſidias. Penna uulturina ſubiecta pedibus adiuuāt parturientes. Ouum corui grauidis cauē
dum conſtat: quoniam tranſgreſſus abortus aſperos facit. Fimum accipitris in mulſo potum uidetur fœ
cundas facere. Vuluarum duricias & collectiones adeps anſerinus aut cygni emollit. Mammas a partu
cuſtodit adeps anſeris cū roſaceo & araneo. Phryges & lycaones mammis puerperio uexatis īuenere oti
dum adipem utilem eſſe & in iis quæ uulua ſtrangulentur: & blattas illinunt. Ouorum perdicis putami
num cinis cadmiæ mixtus & ceræ ſtantes mammas ſeruat. Putant & ter circundatas ouo perdicis nō in
clinari. Et ſi ſorbeantur eadem: fœcunditatem facere: lactis quoq; copiam. Cum anſerino adipe perūctis
mammis dolores minuere. Molas uteri rumpere. Scabiem uuluarum ſedare ſi cum cimice trito illinanť.
Veſpertilionum ſanguis pſilothri uim habet: ſed malis puerorum illitus non ſatis proficit niſi erucæ uel
cicutæ ſemen poſtea inducatur. Sic enim aut in totum tollūtur pili: aut non excedunt lanuginem. Idem
& cerebro eorum profici putant. Eſt autem duplex: rubens utiq; & cādidum. Aliq ſanguinē & iecur eius
ammiſcent. Quidam in tribus heminis olei diſcoquunt uiperam exemptis oſſibus & pſilothri uice utun
tur: euulſis prius pilis: quos renaſci nolūt. Fel herinacei pſilothrum eſt utiq; mixto cerebro ueſpertilionis
& lacte caprino. Item per ſe cinis cum lacte. Canis primi partus euulſis pilis quos renaſci nolunt: uel nō-
dum natis perunctis partibus: alii non ſurgunt. Idem euenire traditur ſanguine ricini euulſi cani. Itē hirū
dinino ſanguine uel felle.

Promiſcuæ medicinæ. Cap.v.

Vis formicarum ſupercilia denigrari cum muſcis tritis tradunt. Si uero oculi nigri naſcentiū
o placeant: ſoricem prægnanti edendum. Capilli ne caneſcant: uermium terrenorum cinere præ
ſtari admixto oleo. Infantibus qui lacte concreto uexantur præſidium eſt anguinum coagu-
lum ex aqua potum. Aut ſi uitium coagulato lacte acciderit: diſcutitur coagulo ex aceto dato. Ad den-
titionem cerebrum pecoris utiliſſimum eſt. Oſſibus in canino fimo inuentis adſtio infantium: quæ
uocatur ſiriaſis adalligatis emendatur. Ramices infantium lacertæ uirides admotæ dormientibus mor
ſu emendantur. Poſtea harundini adalligatæ ſuſpenduntur in fumo. Traduntque pariter cum ea expi-

rante ſanari infantem. Cochlearum ſaliua illita infantium oculis: palpebras corrigit gignitq;. Ramicoſis cochlearum cinis cum thure ex oui albi ſucco illitus per dies .xxx. medetur. Inueniuntur in corniculis cochlearum harenaceæ duriciæ. Ex dẽtitionem facilem præſtant adalligatæ. Cochlearum inanium cinis admixtus ceræ procidentium interaneorum partes extremas prohibet. Oportet autem cineri miſceri ſaniẽ punctis emiſſam e cerebro uiperæ. Cerebrum uiperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat. Ad idem ualent & grandiſſimi dentes ſerpentium. Fimum corui lana adalligatum infantium tuſſi medetur. Vix ẽ ſerio complecti quædam non omittenda tamen: quia ſunt prodita. Ramici infantium lacerta mederi iubent. Marem hanc prehendi. Id intelligi & quod ſub cauda unam cauernam habeat. Id agendum ut per aurum aut argẽtum aut oſtrum mordeat uitium. Tum in calice nouo illagatur. & in fimo ponitur. Vrina infantium cohibetur muribus elixis in cibo datis. Scarabeorum cornua grandia denticulata adalligata in iis amuleti naturam obtinent. Bouis capiti lapillum tradũt ineſſe: quem ab eo expui ſi necem timeat inopinatis præciſo capite exemptum adalligatumq; mire prodeſſe dentitioni. Item cerebrum eiuſdem ad eundem uſum adalligari iubent. Et limacis lapillum ſiue oſſiculum quod inuenitur in dorſo. Magnifice iuuat & ouis cerebrum gingiuis illitum. Sicut aures adeps anſerinus cum ocimi ſucco impoſitus. Sunt uermiculi in ſpinoſis hærbis aſperi: lanuginoſi. Hos adalligatos protinus mederi tradũt infantibus: ſi qd ex cibo hæreat. Somnos allicit odypum cum myrrhæ momento in uini cyathis duobus dilutum: uel cũ adipe anſerino & uino myrtite. Auis cuculus leporina pelle adalligatus. Ardeolæ roſtrum in pelle aſinina fronti adalligatum. Putant & per ſe roſtrum eiuſdem effectus eſſe uino collutum. E diuerſo ſomnum arcet ueſpertilionis caput aridum adalligatum. In urina uirili lacerta necata uenerem eius qui fecerit cohibet. Nam inter amatoria eſſe magi dicunt. Inhibet & fimum cochleæ & columbinum cum oleo & uino potum. Pulmonis uulturini dextrę partes uenerem concitant uiris adalligatæ gruis pelle. Item ſi lutea ex ouis quinq; columbarum admixta adipis ſuilli denarii pondere ex melle ſorbeantur. Paſſeres in cibo uel oua eorum. Gallinacei dexter teſtis arietina pelle adalligatus. Ibicum cineres cum adipe anſeris & irino pe unctis ſi conceptus fit: partus continere. Contra ĩhibere uenerem pugnatoris galli teſticulis anſerino adipe illitis adalligatiſq; pelle arietina tradunt. itẽ cuiuſcũq; galli gallinacei ſi cũ ſanguine gallinacei lecto ſubiciãtur. Cogunt concipere inuitas ſetæ ex cauda mulæ ſi iunctis inter ſe colligentur in coitu. Qui ĩ urinam canis ſuam ingeſſerit: dicit' ad uenerem pigrior fieri. Mirum & de ſtellionis cinere (ſi uerum eſt) in linamento inuolutum in ſiniſtra manu uenerem ſtimulare. Si transferatur in dextram inhibere. Itẽ ueſpertiliõis ſanguinem collectum flocco ſuppoſitumq; capiti mulierum libidinem mouere: aut anſeris linguã in cibo uel potione ſumptam. Phthiriaſen a toto corpore pota membrana ſenectutis anguinum triduo inhibet. Ac ſerum exempto caſeo potum cum exiguo ſale. Caſeos in cerebrum muſtellæ coagulo addat': negant corrũpi uetuſtate: aut a muribus attingi. Eiuſdẽq; muſtellæ cinis ſi detur in offa gallinaceis pullis & columbinis tutos eſſe a muſtellis. Iumentorum urinæ tormina ueſpertilione adalligato finiunt'. Vermicatio ter circunlato uerendis palumbo mirum dictu palumbis emiſſus moritur: iumentumq; liberat' confeſtim. Ebrioſis oua noctuæ per triduum data in uino: tedium eius adducunt. Ebrietatem arcet pecudum aſſus pulmo præſumptus. Hirundinis roſtri cinis cum myrrha tritus & in uino quod bibatur ĩſperſus: ſecuros præſtabit a temulentia. Inuenit hoc Horus aſſyriorũ Rex. Præter hæc ſunt notabilia animalium ad hoc uolumen pertinentium. Gromphenam auem in ſardinia narrant grui ſimilem ignotam iam etiam ſardis: ut exiſtimo. In eadem prouincia eſt ophion ceruis tantum pilo ſimilis: nec alibi naſcẽs. Iidẽ auctores nominauere ſirulugum. Quod nec quale eſſet animal: nec ubi naſceretur tradiderũt. Fuiſſe quidem non dubito: cum & medicinæ ex eo ſint demonſtratæ. M. Cicero tradit animalia bituros uocari: qui uites in campania rodant.

De miraculis quarundam beſtiarum. Cap. vi.

r

Eliqua mirabilia ex iis quoq; dicemus. Non latrari a cane membranam ex ſecundis canis habentem: aut leporis fimum uel pilos tenentem. In culicum genere muliones non amplius quã uno die uiuere. Eoſq; qui arborarii pici roſtrum habeant: & mella eximant: ab apibus nõ attingi. Porcos ſequi eos a quibus cerebrum corui acceperint in offa. Puluerem in quo ſe mula uolutauerit corpori inſperſum mitigare ardores amoris. Sorices fugari: ſi unus caſtratus emittatur. Anguina pelle & ſale & farre cum ſerpillo contritis uno die: deiectiſq; cum uino in fauces boum uua mateſcente: toto anno eos ualere. Vel ſi hirundinum pulli tres tribus offis dentur. Puluere e ueſtigio anguiũ collecto: ſparſas apes in aluearia reuerti. Arietis dextro teſte præligato oues tantum gigni. Non laſſeſcere in ullo labore qui neruos ex alis & cruribus gruis habeant. Multas non calcitrare cum uinum biberint. Vngulas tantum mularum repertas: neq; aliam ullam materiam quæ non perroderetur a ueneno ſtygis aquæ: cum id dandum Alexandro Magno Antipater mitteret memoria dignum eſt: magna Ariſtotelis infamia excogitatum. Nunc ad aquatilia reuertemur.

Caii Plinii

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXI.
## PROOEMIVM.

### Medicinæ ex aquatilibus. Aquarum mirabilia. Cap. i.

Quatilium ſequuntur in medicina beneficia: opifice natura ne in illis quidẽ ceſſan-
a ter: & pe undas fluctuſq; ac reciprocos æſtus amniumq; rapidos curſus improbas exerente uires. Nuſq̃ potẽtia maiore: ſi uerum fateri uolumus. Quippe hoc elemẽtum cæteris oĩbus imperat. Terras deuorant aquæ. Flammas necant. Scandunt in ſublime: & cælum quoq; ſibi uendicant. Ac nubium obtentu uitalẽ ſpiritũ ſtrangulant. Quæ cã fulmina edidit: ipſo ſecũ diſcordante mũdo. Quid eſſe mirabilius põt aquis in cælo ſtantibus? At illæ ceu parum ſit in tantam peruenire altitudinem rapiunt eo ſecum piſcium examina. Sæpe etiã lapides ſubeunt portantes aliena pondera. Eædem cadentes oĩum terra naſcentium cauſa fiunt: prorſus mirabili natura. Si quis uelit reputare ut fruges gignantur arbores fruticeſq; uiuant ĩ cælum migrare aquas animãq; etiam hærbis uitalem inde deferre uicta confeſſione. Omnis quoq; terræ uires aquarum eſſe beneficii. Quapropter ante omnia ipſarum potentiæ exẽpla ponemus. Cũctas enim quis mortalium enumerare queat?

### De differentia aquarum medicinis: & obſeruationibus. cc. lxvi. Cap. ii.

Micant benigne paſſimq; in plurimis terris alibi frigidæ: alibi calidæ: alibi iunctæ: ſicut in tar-
e bellis aquitanica gente. Exin in pyreneis montibus tenui interuallo diſcernente. Alibi tepidæ gelidæq; auxilia morboꝝ conferentes. Et e cunctis animaliũ hoĩum tantum cauſa erũpentes. Augent numerũ deorum noĩbus uariis urbeſq; condunt: ſicut puteolos in cãpania: Statielas in liguria: Seſtias in narbonenſi ꝓuincia. Nuſq̃ tamen largius q̃ in baiano ſinu: nec pluribus auxiliandi generibus: aliæ ſulphuris: aliæ aluminis: aliæ ſalis: aliæ nitri: aliæ bituminis: nõnulla etiam acida ſalſaue mixtura. Vapore quoq; ipſo aliquæ proſunt. Tantaq; eis eſt uis ut balneas calefaciant: ac frigidã etiã in ſolis feruore cogant quæ in baiano poſſideanæ uocantur noĩe accepto a Claudii Cæſaris libero. Obſonia quoq; percoquunt. Vaporant & in mari ipſo quæ Licinii Craſſi fuere. Medioſq; inter fluctus exiſtit aliquid ualitudini ſalutare. Iam generatim neruis proſunt pedibuſue aut coxendicibus: aliæ luxatis fractiſue. Inaniunt aluos. Sanant ulcera. Capiti auribuſq; priuatim medentur. Oculis uero ciceronianæ. Digna memoratu uilla eſt ab auerno lacu puteolos tendentibus impoſita littori: celebrata porticu ac nemore. Quam & uocabat. M. Cicero academiam ab exẽplo athenaꝝ: ibi cõpoſitis uoluminibus eiſdem noĩbus. In qua & monumentũ ſibi inſtaurauerat. Ceu uero nõ & in toto terrarum orbe feciſſet. Huius in parte prima exiguo poſt obitũ ipſius. Antiſtio uetere poſſidente erumperunt fontes calidi perquã ſalubres oculis celebrati carmine Laureæ Tulli qui fuit e liberis eius. Vt protinus noſcatur etiam miniſterium eius hauſtus ex illa maieſtate. Ponam enim ipſum carmen dignum ubiq; & non ibi tantum legi.

Quod tua romanæ uindex clariſſime linguæ
Silua loco melius ſurgere iuſſa uiret.
Atq; academiæ celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu ſub potiore uetus.
Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ.
Languida quæ infuſo lumina rore leuant.
Nimirum locus ipſe ſui Ciceronis honori
Hoc dedit: hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur ſine fine per orbem:
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.

In eadem campaniæ regione ſinueſſanæ aquæ ſterilitatem fœminarum & uirorum inſaniam abolere produntur. In ænaria ĩſula calculoſis mederi. Et quæ uocatur acidula ab teano ſidicino quattuor milibus paſſuum frigida. Item in ſtabiano quæ dimidia uocatur: & in uenafrano ex fonte acidulo. Idem contingit in uelino lacu potantibus. item in ſyriæ fonte iuxta taurum montem. Auctor eſt. M. Varro. Et in phrygiæ gallo flumine Callimachus. Sed ibi in potando neceſſarius modus: ne lymphatos agat. Quod in æthiopia accidere iis qui e fonte rubro biberint Cteſias ſcribit. iuxta romam albulæ aquæ uulneribus medent̃. Prægelidæ eæ. Sed ſubcutilæ in ſabinis gelidiſſimæ ſuctu quodam corpora inuadunt: ut prope morſus uideri poſſit. Aptiſſimæ ſtomacho: neruis: uniuerſo corpori. Theſpieorum fons conceptus mulieribus repræſentat. Item in arcadia flumen elatum. Cuſtodit autem partum linus fons in eadem arcadia abortus fieri non patitur. E diuerſo in pyrrha flumen quod aphrodiſium uocatur: ſterilis facit. Lacus Amphion Amphryſum

E

uitiligines tollit. Varro auctor eſt Titium quendam prætura functum marmorei ſigni faciem habuiſſe
propter id uitium. Cidnus ciliciæ amnis podagricis medetur: ſicut apparet in epiſtola Caſſii Parmẽſis ad
M. Antonium. Contra aquarum culpa in troezene omnium pedes uitia ſentiunt. Tungri ciuitas galliæ
fontem habet inſignem plurimis bullis ſtillantem: ferruginei ſaporis quod ipſum non niſi in fine potus i-
telligitur. Purgat hic corpora. Tertianas febres diſcutit: calculorumq; uitia. Eadẽ aqua igne admoto tur-
bida fit. Ad poſterum rubeſcit. Leucogei fontes inter puteolos & neapolim oculis & uulneribus meden-
tur. Cicero in admirandis poſuit reatinis tantum paludibus ungulas iumentorum indurari. Eudicus in
heſtiæa euthice fontes duos tradit eſſe: ceronem: ex quo bibentes oues nigras fieri: mellem ex quo albas:
ex utroq; autem uarias. Theophraſtus in thuriis crathin cãdorem facere: ſybarim nigriciam bobus ac pe-
coribus. Quin & homines ſentire differentiam eam. Nam qui ſabyrim bibant: nigriores eſſe: durioreſque
& criſpo capillo. Qui ex cratide candidos: mollioreſque ac porrecta coma. Item ĩ macedonia quæ uelint
ſibi candida naſci ad haliacmon ducere. Quæ nigra aut fuſca ad axium. Idem omnia fuſca quibuſdam in
locis tradit naſci: & fruges quoq;: ſicut in meſſapiis. At in luſis archadiæ quodam fonte mures terreſtres
bibere & conuerſari. Erythris aloes amnis pilos gignit in corporibus. In boeotia ad trophonium deum
iuxta flumen orchomenon duo ſunt fontes: quorum alter memoriam: alter obliuionem affert: inde nu-
minibus inuentis. In cicilia apud oppidum iuſgum riuus fluit unus: ex quo bibentium ſubtiliores ſenſus
fieri Varro tradit. In cea inſula fontem eſſe qui habetes facit. Zame in africa ex quo canoras uoces. Vinũ
tedio uenire iis qui ex clitorio lacu biberint. At Eudoxus & Theopompus inebriari fontibus iis quo dixi-
mus aſſerunt. Mutianus andrie fonte Liberi patris ſtatis diebus ſeptenis eiuſdem dei uinum fluere. Si au
feratur e conſpectu templi ſapore in aquam tranſeunte. Polyclytus explere olei uicem iuxta ſolos ciliciæ
fontem. Throphraſtus hoc idem fieri in æthiopia eiuſdem uirtutis fonte lycos in indiæ terris fontem eſſe
cuius aqua lucernæ ardeant. Idem ecbathanis traditur. Theopompus in ſcotuſis lacum eſſe dicit: qui uul
neribus medetur. iuba in troglodytis lacum inſanum malefica ui appellatum: ter die fieri amarum ſal-
ſumque: ac deinde dulcem: totienſque etiam noctu ſcatentem albis ſerpentibus uicenum cubitorum. idẽ
in arabia quoque fontem exilire tanta ui ut nullum non pondus impactum reſpuat. Theophraſtus mar
ſyæ fontem in phrygia ad celenarum oppidum ſaxa egere. Nõ procul ab eo duo ſunt fontes clæon & ge-
lon ab effectu græcorum nominum dicti. Cyzice fons Cupidinis uocatur: ex quo potantes amorem de-
ponere Mutianus credit. Crãnone eſt fons calidus citra ſummum feruorem qui ĩ uinum additus triduo
calorem potionis cuſtodit in uaſis. Sunt & mattiaci in germania fontes calidi trans rhenum: quorũ hau-
ſtus triduo feruet. Circa margines uero pumicem faciunt aquæ. Quod ſi quis fide carere ex iis aliqua ar-
bitratur: diſcat in nulla parte naturæ maiora eſſe miracula: q̃q̃ inter initia operis abũde multa rettulimus
Silian. Cteſias tradit ſiderim uocari ſtagnũ ĩ idis in quo nihil innatet: ſed oĩa mergantur. Celius apud nos ĩ auer
ſtrab. no ait etiam folia ſubſidere. Varro aues quæ euolauerit emori. Contra in africæ lacu apuſcidamo omnia
fluitant: nihil immergitur. Item in ſiciliæ fonte ephintia: ut Appion tradit. Et in medorum lacu puteoq;
Saturni Neptunni fons limire tranſire ſolet in loca uicina portendens aliquid. Mirum quoq; eſt q; cum
piſcibus tranſit. Reſponſa ab iis petunt incolæ cibo: quem rapiunt annuentes. Si uero euentum negent:
Aleos caudis abigunt. Amnis olachas in bithinia Brietium alluit: hoc eſt & templo & deo nomen: cuius gurgi-
Briazim te periuri notantur pati uelut flammam urentem. In cantabria fontes tamarici in aurio habentur. Tres
ſunt octonis pedibus diſtantes. In unum alueum coeunt uaſto amne. Singulis ſiccantur duodecies die-
bus: aliquando uicies citra ſuſpitionem ullam aquæ: cum ſit illis uicinus fons ſine intermiſſione largus.
Dirumque eſt non profluere eos aſpicere uolentibus: ſicut proxime Lartio Licinio legato poſt præturã:
poſt ſeptem dies accidit. In iudæa riuus ſabbatis omnibus ſiccatur. E diuerſo miracula alia dira Cteſias ĩ
armenia ſcribit eſſe fontem: ex quo nigros piſces ilico mortem afferre ĩ cibis. Quod ex citra danubii exor
tum audiui: donec ueniatur ad fontem alueo appoſitum: ubi finitur id genus piſcium. Ideoque ibi caput
eius amnis intelligit fama. Hoc idem & in lydia in ſtagno nympharum tradunt. In arcadia ad pheneum
aqua profluit e ſaxis ſtyx appellata: quæ illico necat: ut diximus. Sed eſſe piſces paruos ĩ ea tradit Theo-
phraſtus lœtales & ipſos: quod non in alio genere mortiferorum fontium. Necare aquas Theopompus
Chytros & in trechea apud cychros dicit. Lycus in leontinis tertio die ſi quiſquam biberit. Varro ad ſoracten ſcri-
pſit eſſe fontem: cuius ſit latitudo quattuor pedum: ſole oriente eum exundare feruenti ſimilem: aueſque
quæ guſtauerint: iuxta mortuas iacere. Nanque & hæc inſidioſa conditio q; quædam etiam blandiuntur
aſpectu: ut ad nonacrin arcadiæ. Omnino enim nulla deterrent qualitate: ſed hanc putant nimio frigore
eſſe noxiam: utpote cum profluens ipſa lapideſcat. Aliter circa theſſalica tempe quoniam uiſus omnibus
terrori eſt. Traduntque etiam æs ac ferrum erodi illa aqua. Profluit ut indicauimus breui ſpatio. Mirũq;
ſiliqua ſilueſtris amplecti radicibus fontem eum dicitur ſemper florens purpura. Et quædam ſui generis
hærba in labris fontis uiret. In macedonia non procul ab Euripidis poetæ ſepulchro duo riui confluunt:
alter ſaluberrimi

alter ſaluberrimi potus: alter mortiferi. In perperenis fons eſt qui quacunq; rigat lapideam facit terram. Item calidæ aquæ in euboea. Lebedon nanq; alluit riuus: in quo ſaxa in altitudinem creſcunt. in eurymenis deiectæ coronæ in fontem lapides fiunt. In colloſis flumen eſt: in quo lateres coniecti lapides extrahuntur. In ſcyretico metallo arbores quæcunq; flumine alluuntur ſaxa fiunt cũ ramis. Diſtillantes quoq; guttæ in lapides dureſcunt. in antris coryciis. nam miææ in macedonia etiã pendentes in ipſis cameris. At in corintho cum decidere in quibuſdam ſpeluncis utroq; modo columnas faciunt: ut in phauſia cherſonneſi rhodo in antro magno etiam diſcolori aſpectu. Et hactenus contenti ſimus exẽplis. Rhodiorũ

De qualitate aquarum in ſalubritate uel cõmoditate earum. Cap. iii.

Væritur inter medicos cuius generis aquæ ſint utiliſſimæ. Stagnantes pigraſq; merito damnant: utiliores quæ profluunt exiſtimantes. Curſu enim percurſuque ipſo extenuari atque proficere. Eoque miror ciſternarum ab aliquibus maxime probari. Sed ii rationem afferunt: quoniam leuiſſima ſit hymbrium aqua: ut quæ ſubire potuerit ac pendere in aere. ideoque & niues præferunt imbribus: niuibuſque etiam glatiem uelut ad infinitum coacta ſubtilitate. Leuiora enim hæc eſſe & glaciẽ multo leuiorem aqua. Horum ſentẽtiã refellere intereſt uitæ. in primis enim leuitas illa depræhẽdi aliter quam ſenſu uix poteſt: nullo pene momento ponderis aquis inter ſe diſtantibus. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubiſſe eam in cælum: cum etiam lapides ſubire appareat: cadenſque inficiatur halitu terræ. Quo fit ut pluuiæ aquæ ſordium ineſſe plurimum ſentiatur: citiſſimeq; ideo calefiat aqua pluuia. Niuem quidem glaciemque ſubtiliſſimum elementi eius uideri miror: appoſito grandinum argumẽto e quibus peſtilentiſſimum potum eſſe conuenit. Nec uero pauci inter ipſos e contrario: ex gelu ac niuibus inſaluberrimos potus prædicant: quoniam exactum ſit inde: quod tenuiſſimum fuerit. Minui certe liquorem omnem congelatiõe deprehenditur: & rore nimio ſcabiem fieri. Pruina uredinem cognatis & niuis cauſis. Pluuias quidem aquas celerrime putreſcere conuenit: minimeque durare in nauigatione. Epigenes autem aquam quæ ſepties putrefacta purgata ſit perhibet amplius non putreſcere. Nam ciſternas etiam medici confitentur inutiles aluo duricias facientes facibuſq; etiam limi non aliis ineſſe plus: aut animalium quæ faciunt tedium confitendum habent. Nec ſtatim amnium utiliſſimas eſſe: ſicuti nec torrentium ullius: lacuſque plurimos ſalubres maxime. Quædam igitur & huius generis aptiſſimæ aliæ alibi. Parthorum reges ex coaſpe & euleo tantum bibunt. Eæ quãuis in longinqua comitantur illos. Et horũ placere potum non quia ſint amnes apparet. quoniam nec e tigri nec euphrate: nec e multis aliis bibunt. Limus aquarum uitium eſt: ſi tamen idem amnis anguillis ſcateat ſalubritatis indicium habetur. Sicuti frigoris tineas in fonte gigni. Ante omnia damnantur amaræ: & quæ ſcobem ſtatim implent: quod euenit troezene. Nam nitroſas atque ſalmacidas & fæculentas in deſertis rubrum mare petentes addita polenta utiles intra duas horas faciunt: ipſaque ueſcuntur polenta. Damnantur in primis fontes qui cœnũ faciunt: quinq; malum colorem bibentibus referunt: & ſi uaſa ære inficiunt: aut ſi legumina tarde percoquunt. Si liquatæ leniter terram reliquunt: decoctæque craſſis obducunt uaſa cruſtis. Eſt etiamnum uitium non fetidæ modo uerum omnino quicquam recipientis iucundum, ſit illud licet gratumque: & ut ſæpe ad uicina lactis accendens. Aquam ſalubrem aeri quã ſimillimam eſſe oportet. Vnus in toto orbe traditur fons aquæ iucunde olentis in meſapotamia cabure. Fabulæ rationem afferunt: quoniam eo iuno perfuſa ſit. De cætero aquarum ſalubrium ſapor odorue nullus eſſe debet. Quidam ſtatera iudicant de ſalubritate: fruſtrante diligentia: quando perrarum eſt ut leuior ſit aliqua. Certior ſubtilitas inter pares meliorem eſſe quæ calefiat refrigereturq; celerius. Quin exhauſtam uaſis ne manus pendeant depoſitiſq; in humum tepeſcere affirmant. Ex quonam ergo genere maxime probabilis contingit? Puteis nimirum ut in oppidis conſtare uideo. Sed iis quibus exercitationis ratio crebro hauſtu cõtingit: & illa tenuitas colante terra. Salubritati hæc ſatis ſunt. Frigori & opacitas neceſſaria. Vt quæ cælum uideant ſuper omnia obſeruatio una. Eadem & ad perennitatem pertinet: ut illa uado exiliat uena non e lateribus. Nam ut tactu gelida ſit: etiam arte contingit. Si etiam expreſſa in altum: aut e ſublimi deiecta uerberatu corripiat aera. In natando quidem ſpiritum continentibus frigidior ſentitur: Eadem Neronis principis inuentum eſt decoquere aquã: uitroq; demiſſam in niueis refrigerare. Ita uoluptas frigoris cõtingit ſine uitiis niuis. Omnem utique decoctam utiliorem eſſe conuenit. Item calefactam magis refrigerari ſubtiliſſimo inuento. Vitioſæ aquæ remedium eſt ſi decoquatur ad dimidias partes. Aqua frigida iniecta ſiſtitur ſanguis. Aeſtus in balneis arcetur ſi quis ore teneat: Quæ ſunt hauſtu frigidiſſimæ: non perinde & tactu eſſe alternante hoc bono multi familiari exemplo colligunt. Clariſſima aquarum omnium toto orbe frigoris ſalubritatiſque palma præconio urbis martia eſt: inter reliqua deum munera urbi tributa. Vocabatur hæc quõdam auſeia. Fons autem ipſe piconia. Oritur in ultimis montibus pelignorum. Tranſit marſos & fucinum lacum romam non dubie petens. Mox ſpecu merſa in tyburtina ſe aperit nouem milibus paſſuũ fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in urbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius unus e regi-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 448 sur 536

bus.Poſtea Q.Martius rex in prætura.Rurſuſq; reſtituit.M.Agrippa.Idem & uirginẽ adduxit ab octa
ui lapidis diuerticulo duo milia paſſuũ preneſtina uia .Iuxta eſt herculaneus riuus:quem refugiens uir-
ginis nomen obtinuit . Horum amniũ comparatione differentia ſupradicta deprehenditur cum quan-
tum uirgo tactu præſtet martia hauſtu.Quanqam utriuſq; iampridem urbi periit uoluptas ambitione
Decoquentibus prior lectio. auaritiaque in uillas ac ſuburbana detorquentibus publicam ſalutem.Non abre ſit querendi aquas iun
xiſſe rationem.Reperiuntur in conuallibus maxime:& quodam conuexitatis cardine aut montium ra-
dicibus.Multi ſepentrionales ubique partes aquoſas exiſtimauere. Qua in re uarietatem naturæ ape-
ruiſſe conuenit.In hyrcanis montibus a meridiano latere non pluit.Ideo ſiluigeri ab aquilonis tantum
parte ſunt.At olympus oſſa parnaſus appenninus alpes undiq; ueſtiuntur: amnibuſq; perfunduntur.
Aliqui ab auſtro ſicut in creta albi montes. Nihil ergo in iis perpetuæ obſeruationis indicabitur. Aqua
rum ſunt notæ iuncus aut harundo:aut hærba de qua dictum eſt. Multumq; alicui loco pectore incu-
bans rana.Salix.n.erratica & alnus aut uitex aut hedera ſponte proueniunt & corriuatione aquæ pluuiæ
in locum humiliorem e ſuperioribus defluentis augurio fallaci.Certior multo nebuloſa exhalatio eſt an
te ortum ſolis longius intuentibus.Quod ex edito quidam ſpeculantur proni terram mento attingẽte.
Eſt & peculiaris æſtimatio peritis tantum notata:quam feruentiſſimo æſtu ſequuntur dieiq; horis ardẽ
tiſſimis:qualis ex quoq; loco repercuſſus ſplendeat.Nam ſi terra ſitiente humidior eſt ille: indubitata
ſpes promittitur.Sed tanta intentione oculorum opus eſt ut indoleſcat.Quod fugientes ad alia experi-
menta decurrunt loco ina'titudinem pedum quinq; defoſſo.Olliſq; e figulino opere crudis : aut perun-
cta pelui ærea cooperto lucernaq; ardente concamerata frondibus:dein terra. Si figulinũ humidum rup
tumue:aut ĩ ære ſudor uel lucerna ſine defectu olei reſtincta:aut etiã uellus lanæ madidum reperiatur:
non dubie promittunt aquas.Quidam & igne prius excolunt locum:tanto efficatiore uaſorum argu-
mento .Terra uero ipſa promittit candicantibus maculis:aut tota glauci coloris. In nigra enĩ ſcaturigi-
nes non fere ſunt perennes.Figularis creta ſemper adimit ſpes.Nec amplius puteum fodiunt coria terræ
obſeruantes:ut a nigra deſcendat ordo ſupradictus.Aqua ſemper dulcis ĩ argilloſa terra frigidior ĩ toſo:
Namq; & hic probatur.Dulces enim leueſq; facit:& colando continet ſordes. Sabulum exiles limoſaſq;
promittit.Glarea incertas uenas:ſed boni ſaporis. Sabulum maſculum & harena carbunculoſa certas
ſtabileſq; & ſalubres .Rubra ſaxa optimas ſpeiq; certiſſimæ.Radices montium ſaxoſæ:& ſilex:hoc am-
plius rigentes.Oportet autem fodientibus humidiores aſſidue reſpondere glebas: faciliuſq; ferramenta
deſcendere.Depreſſis puteis ſulphurata uel aluminoſa ocurrentia putearios necant. Experimentũ huius
periculi eſt demiſſa ardens lucerna ſi extinguatur.Tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra fodiuntur
æſtuaria:quæ grauiorem illum halitum recipiant.Fit & ſine his uitiis altitudine ipſa grauior aer : quam
emendant aſſiduo linteorum iactatu euentilando cum ad aquam euentum eſt ſine harenato opus ſurgit
ne uenæ obſtruantur.Quædam aquæ uere ſtatim incipiente frigidiores ſunt:quarum non in altum ori-
go eſt:hybernis enim conſtant hymbribus.Quædam canis ortu ſicut in macedonia apparet.Vtrunque
ante oppidum pellam.Incipiente enim æſtate frigida eſt paluſtris:dein maximo æſtu in excelſioribus op
pidi riget.Hoc & in chio euenit.Simili ratione portus & oppidi Athenis enneacrunos nymboſa æſtate
frigidior eſt:quam puteus in Iouis ortu.At ille ſiccitatibus riget.

Aquarum ſubito naſcentium: aut deſinentium. Cap.iiii.

m Axime autem putei circa arcturum.Nam ipſa æſtate deficiunt:omneſq; quatriduo eo ſubſi-
dunt.Iam uero multi hyeme tota ut circa olympum uere primum aquis redeuntibus.in ſici-
lia quidem circa meſſanam & mylas hyeme in totum inareſcant fontes.Aeſtate exundant am
nemque faciunt.Apolloniæ in ponto fons iuxta mare æſtate tantum ſuperfluit : & maxime canis ortu:
parcius ſi frigidior ſit æſtas.Quædam terræ hymbribus ſicciores fiunt:uelut in narnienſi agro: quod ad
mirandis:ſuis inſeruit.M.Cicero:ſiccitate lutum fieri prodens:hymbre autem puluerem . Omnis aqua
hyeme dulcior eſt.Aeſtate autem minus.Autumno minime.Minuſq; per ſiccitates. Neque æqualis am
nium plerunq; guſtus eſt.Magna aluei differentia . Quippe tales ſunt aquæ qualis terra per quam flu-
unt.Qualeſque hærbarum quas lauant ſucci.Ergo iidem amnes parte aliqua reperiuntur ĩſalubres. Mu
tant ſaporem & influentes riui ut boryſthenem uictique diluuntur.Aliqui uero & hymbre mutantur.
Ter accidit in boſphoro:ut ſalſi deciderent:necarentque frumenta.Totiens & nili rigua pluuiæ amara fe
cere:magna peſtilentia ægypti.Naſcuntur fontes deciſis plerunque ſiluis:quos arborum alimenta con-
ſumebãt.Sicut in hemo obſidente gallos Caſſandro:cũ ualli gratia ſiluas cecidiſſent . Plerunq; uero dã-
noſi torrentes corriuantur detracta collibus ſilua continere nymbos ac digerere conſueta.Et coli moue-
riq; terram callumq; ſummæ cutis ſolui aquarũ intereſt.Proditur certe in creta expugnato oppido quod
uocabatur arcadia:ceſſaſſe fontes:amneſq; q in eo ſitu multi erant.Rurſus condito poſt ſex annos emer
ſiſſe uti quæque cœpiſſent partes coli.

Obſeruatio

Obſeruatio hiſtorica. Cap.v.

t

Erræ quoque motus profundunt ſorbentq; aquas: ſicut circa pheneum arcadiæ quinquies accidiſſe conſtat. Sicut & in corico monte amnis erupit: poſtea quam cœptus eſt coli. Illa mutatio mirabilis nulla euidẽte cauſa apparet: ſicut in magneſia calidas factas frigidas alias nõ mutato ſapore. Et in caria ubi Neptunni templum eſt amnis qui fuerat ante dulcis mutatus in ſalem. Eſt & illa miraculi plena arethuſam ſyracuſis ſimum redolere per olympia: uerique ſimile: quoniam alpheus in ea inſula ſub ima maria permeet. Rhodiorum fons in cheronneſo nono anno purgamenta egerit. Mutãtur & colores aquarum: ſicut babyloniæ lacus æſtate rubras habet diebus undecim. Et boryſthenes æſtatis temporibus cæruleus fertur: quãquam omniũ aquaꝝ tenuiſſimus. Ideoque innatans hypani. In quo & illud mirabile. Auſtris flantibus ſuperiorem hypanim fieri. Sed tenuitatis argumentum: & aliud eſt: quod nullum halitum non modo nebulam emittit Qui uolunt diligentes circa hoc uideri: dicunt aquas grauiores poſt brumam fieri.

Ratio quæ ducendæ: & quomodo medicatis utendum: & quid proſit nauigatio & medicinæ aquæ marinæ. Cap.vi.

Aetterum a fonte duci fictilibus tubis utiliſſimum eſt: craſſitudine binum digytorum cõmiſſuris pixidaris ita ut ſuperior intret calce uiua ex oleo leuigatis. Libramentum aquæ in centenos pedes ſurſum elici: minimum erit ſi uno cuniculo uenit in binos actus: laminæ eſſe debebunt p quas ſurgere in ſublime opus fuerit e plumbo: ſubit altitudinem exortus ſui: ut ſi longiore tractu ueniat ſubeat crebra: deſcendatque libramenta ne pereant. Fiſtulas denum pedum longitudinis eſſe legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt ſexagena pondo pendere. Si octonariæ centena. Si denariæ centena uicena. Ac deinde ad has portiões. Denaria appellatur: cuius laminæ latitudo antequam curuetur digytorum decem eſt dimidioque eius quinaria. In omni anfractu enim collis quinariam fieri ubi dometur impetus: neceſſarium eſt. Item caſtella prout res exiget. Homerum calidorum fontium mentionem non feciſſe demiror: cum alioquin lauari calida frequenter indiceret: uidelicet quia medicina tunc non erat hæc: quæ nunc aquarum perfugio utitur. Eſt autem utilis ſulphurata neruis. Aluminata paralyticis: aut ſimili morbo ſolutis. Bituminata aut nitroſa qualis cutilia utilis eſt bibendo: atque purgationibus. Plerıq; in gloria ducunt: plurimis horis perpeti calorem earum: quod eſt inimiciſſimum. Namque paulo diutius q̃ balneis uti oportet. Ac poſtea frigida dulci ſine oleo diſcedentibus: quod uulgus alienum arbitratur. Idcirco nõ alibi corporibus magis obnoxiis. Quippe & uaſtitate odoris capita replentur: & frigore infeſtantur ſudãtia: reliqua corporum parte merſa. Similis error quo quidam plurimo potu gloriantur. Vidique iam turgidos bibendo: in tantũ ut annuli integerentur cute: cum reddi non poſſet hauſta multitudo aquæ. Nec hoc ergo fieri conuenit ſine crebro ſalis guſtu. Vtuntur & cœno fontium ipſorum utiliter: ſed ita ſi illitũ ſole inareſcat. Nec uero omnes quæ ſint calidæ: medicatas eſſe credendum: ſicut in egeſta ſiciliæ: lariſſa troadæ magneſia: melo: lipara. Nec decolor ſpecies æris argentiue (ut multi exiſtimauere) medicaminũ argumentum eſt. Quando nihil eorum in patauinis fontibus ne odoris quidem differentia aliqua deprehenditur. Medendi modus. Item & in marinis erit: quæ calefaciunt ad neruorum dolores ferruminata & fracturas oſſaque contuſa. idem ad corpora ſiccanda. Qua de cauſa & frigido mari utuntur. Præterea ẽ alius uſus multiplex. Principalis uero nauigandi phthiſi effectis ut diximus: aut ſanguinem egerentibus ſicuti proxime Anneum Gallionem feciſſe poſt conſulatum meminimus. Neq; enim ægyptus propter ſe petitur: ſed propter longinquitatem nauigandi. Quin & uomitiones ipſæ inſtabili uolutatione commotæ pluribus modis capitis oculorum pectoris medentur. Omnibuſque propter quæ helleborum bibitur. Aquam uero maris per ſeſe efficatiorem diſcutiendis tumoribus putant medici: ſi illa decoquatur hordeacea farina ad parotidas. Emplaſtris etiam maxime albis & malagmatis miſcent. Prodeſt & infuſa crebro ictu. Bibitur quoque quãuis non ſine iniuria ſtomachi ad purganda corpora bilemque atram: aut ſanguinem concretum reddendum alterutra parte. Quidam & in quartanis dedere eam bibendam. Et in tenaſmis articularibuſque morbis aſſeruatam: & in hoc uetuſtate uirus deponentem. Aliqui decoctam: omnes ex alto hauſtam: nullaque dulcium mixtura corruptam. In quo uſu præcedere uomitum uolunt Tunc quoque acetum aut uinum aqua miſcent. Qui puram dedere raphanos ſuper mandi ex mulſo aceto iubent: ut ad uomitiones reuocent. Clyſteribus quoque marinam infundunt tepefactam. Teſtiũ quidem tumori fouendo: non aliud præferunt. Item pernionum uitio ante ulcera. Simili modo pruritibus: pſoris: & lichenum curationi. Lendes quoque & tetra capitis animalia hac curantur. Et liuentia reducit eadem ad colorem. In quibus curationibus poſt marinam aceto calido fouere plurimum prodeſt. Quin & ad ictus uenenatos ſalutaris intelligitur: ut phalangiorum & ſcorpionum: & ptyadi aſpide reſperſis. Calida autem in iis aſſumitur. Suffitur eadem cum aceto capitis doloribus. Tormina quoque & colerã calida infuſa clyſteribus ſedant. Difficilius perfrigeſcunt marina calefacta. Mammas rigentes præcordia



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 450 sur 536

maciemque corporis piſcinæ maris corrigunt. Aurium dolores: capitis grauitates cum aceto feruentium uapor. Rubiginem ferro marinæ celerrime exterunt. Pecorum quoque ſcabiem ſanant: lanaſq; emolliūt. Nec ignoro hæc mediterraneis ſuperuacanea uideri poſſe. Verum & hæc cura præuidit inuenta ratione qua ſibi quiſque aquam maris faceret. Illud in ea ratione mirum ſi plus quam ſextariis ſalis cum quattuor aquæ ſextariis mergatur: uinci aquam : ſalemq; nō liquari. Cætero ſextarius ſalis cum quattuor aquæ ſextariis ſalſiſſimi maris uim & naturam implet. Moderatiſſimum autem putant ſupradictam aquæ mēſuram octonis cyathis ſalis temperari: quoniam ita & neruos calefaciat: & corpus non exaſperet. Inueteratur quod uocatur thalaſſomeli æquis portionibus maris: mellis hymbris ex alto: & ad hunc uſum aduehunt: fictiliq; uaſe & picato condunt. Prodeſt ad purgationes maxine ſine ſtomachi uexatione & ſapore grato & odore. Hydromeli quoq; ex hymbre puro cum melle temperabatur quondam quod daretur appetentibus uinum ægris: ueluti innocentiore potu. Damnatum iam multis annis iiſdem uitiis quibus uinum: nec iiſdem utilitatibus. Quia ſæpe nauigantes defectu aquæ dulcis laborant. Hæc quoq; ſubſidia demonſtrabimus. Expanſa circa nauim uellera madeſcunt accepto halitu maris quibus humor dulcis exprimitur. Item demiſſæ reticulis in mari concauæ e cæra pilæ: uel uaſa inania obturata dulcem itra ſe colligunt humorem. Nam in terra marina aqua argilla percolata dulceſcit. Luxata hominum corpora & quadrupedum natando in cuiuſlibet generis aquam facillime in artus ardeūt. Eſt & in metu peregrinantium : ut tentent ualitudinem aquæ ignotæ. Hoc cauent a balneis egreſſi ſtatim frigidam ſuſpectā hauriendo. Muſcus qui in aqua fuerit podagris illitus prodeſt. Item oleo admixto talorum dolori tumoriq;. Spumaq; aquæ affrictu uerrucas tollit. Nec non harena littorum maris: præcipue tenuis & ſolibus candens in medicina eſt ſiccandis corporibus coopertis hydropicorum aut rheumatiſmos ſentientium. Et hactenus de aquis. Nunc & de aquatilibus. Ordiemur autē ut in reliquis a principalibus eorum: quæ ſunt ſal & ſpongia.

De generibus ſalis: & confecturis: & medicinis & obſeruationibus. Cap. vii.

ſ

Al omnis aut fit: aut gignitur: Vtrūq; pluribus modis: ſed cauſa gemina coacto humore uel ſiccato. Siccatur in lacu tarentino æſtiuis ſolibus: totumq; ſtagnum in ſalem abiit modicum alioquin altitudine genua non excedens. Item in ſicilia in lacu qui cocanicus uocatur: & alio iuxta gelam. Horum extremitates tantum inareſcunt. ſicut in phrygia cappadocia. Aſpendi ubi largius coquitur & uſq; ad medium lacum. Aliud etiam in eo mirabile: quod tantūdem noctu ſubuenit: quantum die auferas. Omnis eſt alius ſal minutus: atq; non gleba eſt. Aliud genus ex aquis maris ſponte gignitur ſpuma in extremis littoribus ac ſcopulis relicta. Hæc enim omnis rore denſatur. Et eſt acrior quæ in ſcopulis inuenitur. Sunt etiam naturales differentiæ tres. Nanq; in bactris duo lacus uaſti : alter ad ſcythas uerſus: alter ad Darios ſale æſtuant. Sicut ad citticium in cypro & circa memphin extrahunt lacu dein ſole ſiccant. Sed & ſumma fluminū denſantur in ſale: amne reliquo ueluti ſub gelu fluente: ut apud caſpias portas: quæ ſalis flumina appellantur. Itē circa mardos & armenios. Præterea apud bactros amnis ochus & oxus ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. Sunt & in africa lacus & quidem turbidi ſalem ferentes. Ferunt quidem & calidi fontes ſicut pegaſei. Et hactenus habent ſe genera ex aquis ſponte prouenientia. Sunt & montes natiui ſalis: ut in indis oromenus: in quo lapidicinarū modo cæditur renaſcens: maiuſq; regum uectigal ex eo eſt q̄ ex auro atque margaritis. Effoditur & e terra: ut palam eſt hūore denſato in cappadocia. Ibi quidem cæditur ſpecularium lapidum modo. Pondus magnum glebis: quas micas uulgus appellat. Carrhis arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciunt: aqua ferruminantes: Inuenit & iuxta peluſium Ptolemæus rex cum caſtra faceret. Quo exemplo poſtea inter ægyptum & arabiam etiam ſqualentibus locis cœptus eſt inueniri detractis harenis. Qualiter & per africæ ſitientia uſq; ad Hāmonis oraculum. Is quidem creſcens cum luna noctibus. Nam cyrenaici tractus nobilitantur hāmoniaco & ipſo quia ſub harenis his inueniatur appellato. Similis eſt colore alumini: quod ſchiſton uocant: longis glebis: neq; perlucidis ingratus ſapore: ſed medicinæ utilis. Probatur quam maxime perſpicuus rectis ſciſſuris. inſigne: De quo proditur: quod leuiſſimus intra ſpecus ſuos in lucem uniuerſam ꝑlatus: uix credibili pondere ingraueſcat. Sed cauſa euidens cuniculorum ſpiritu madido ſic adiuuāte molientes ut adiuuat aquæ. Adulteratur ſiculo: quem cocanicum appellauimus: necnon & cyprio mire ſimili. In hiſpania quoq; citeriore egelaſte cæditur glebis pene tranſlucentibus. Cui iampridem palma a pleriſq; medicis inter omnia ſalis genera perhibetur. Omnis locus in quo reperitur ſal ſterilis eſt : nihilq; gignit: & in totum ſponte naſcens. Inter hæc ſunt factitii uaria genera. Vulgaris pluribuſque in ſalinis mari adfuſo: non ſine aquæ dulcis riguis: ſed hymbre maxime iuuante: ac ſuper omnia ſole multo : nō aliter inareſcens. Africa circa uticam conſtruit aceruos ſalis ad collium ſpeciem. Qui uero ſole lunaq; indurure. nullo humore liqueſcunt: uixq; etiam ferro cæduntur. Fit tamen & in creta ſine riguis in ſalinas mare infundentibus. Et circa ægyptum ipſo mari influente in ſolum ut credo nilo ſuccoſum. Fit & e puteis in ſalinas ingeſtis.

Ad Arios

Vel iaxartes uel laxtes.

ſalinas ingeſtis. Prima déſatio babyloniæ in bitumen liquidum cogitur: oleo ſimile: quo & ĩ lucernis utũ
tur. hoc detracto ſubeſt ſal. & in cappadociæ puteis ac fonte quem in ſalinas ingerunt. In chaonia exco-
quunt aquam ex fonte: refrigerandoque ſalem faciunt inertem nec candidum. Galliæ germaniæque ardẽ
tibus lignis aquam ſalſam infundunt. Hiſpaniæ quadam ſui parte e puteis hauriunt muriam appellãtes
Et illi quidem etiam lignum referre arbitrant̃. Quærcus omnia ut quæ per ſe cinere ſincero uim ſalis red
dat. Alibi corylus laudatur. Ita infuſo liquore ſalſo. Carbo etiã in ſalem uertitur. Quicunq; ligno confici
tur ſal niger eſt. Apud Theophraſtũ inuenio imbrios harũdinis & iunci cinerem decoquere aqua ſolitos: Vmbros.
donec exiguum ſupeſſet humoris. Quin e muria ſalſamentorum recoquitur: iterumq; conſumpto liquo Vetuſta
re ad naturam ſuam redit uulgo e menis iocundiſſimus. Marinorum maxime laudatur cyprius a ſalami Exẽplaria.
ne. At e ſtagnis tarentinus: Ac phrygius qui tattæus uocatur. Hi duo oculis utiles. A cappadocia uero
qui laterculis affertur cutis nitorem dicitur facere. Magis tamen extẽdit is quem cittieum appellauimus.
Itaque a partu uentrem eo quem melanthio illinunt. Salſiſſimus ſal qui ſicciſſimus ſuauiſſimus omniũ
tarentinus atque candidiſſimus. Et de cætero fragilis qui maxime candidus. Pluuia dulceſcit omnis. Sua
uiorem tamen rores faciunt. Sed copioſum aquilonis flatus. Auſtro non naſcitur. Flos uero ſalis non fit:
niſi aquilonibus. In igni nec crepitat: nec exilit tragaſeus: neque acanthius ab oppido appellatus. Nec ul-
lius ſpuma: aut ramentum aut tenuis. Agrigentinus ignium patiens ex aqua exilit. Sunt & colorum dif-
ferentiæ. Rubet memphi. Ruffus eſt circa oxum. Centuripis purpureus. Circa gelam in eadem ſicilia tã
ti ſplendoris: uti imaginem recipiat. In cappadocia croceus effoditur tranſlucidus & odoratiſſimus. Ad
medicinæ uſus antiqui tarentinum maxime laudabant. Ab hoc uero quæcũq; e marinis ex genere eo: præ
cipue ſpumeum. Iumentorũ uero & boum oculis trageſeum & beticum. Ad obſoniũ & cibũ utilior qſqs
facile liqueſcit. Itẽ humidior minorem enim amaritudinem habent: ut atticus & euboicus. Seruandis car
nibus aptior acer & ſiccus: ut megaricus. Conditur etiam odoribus additis: & pulmentarii uicem implet
excitans auiditatem: inuitanſque in omnibus cibis: ita ut ſit peculiaris ex eo intellectus inter innumera cõ
dimenta. Ita eſt in mandendo quæſitus garo. Quin & pecudes armentaq; & iumenta ſale maxime ſolici-
tantur ad paſtum: multo largiores lacte: multoq; gratiore etiam in caſeo dote. Ergo hercule uita huma-
nior ſine ſale nequit degere: adeoque neceſſarium elementum eſt: ut tranſierit intellectus ad uoluptates
animi quoque. Nam ita ſales appellantur: omniſque uitæ lepos & ſumma hylaritas laborumque requies Animi
non alio magis uocabulo conſtat. Honoribus etiã militiæq; ĩterponitur ſalariis inde dictis: magna apud quoq; ſam
antiquos auctoritate: ſicut apparet ex nomine ſalariæ uiæ: quoniam illa ſal in ſabinos portari conſuerat. nia ſales
Ancus Martius rex ſalis modia ſex milia in congiario dedit populis: & ſalinas primus inſtituit. Varro ẽt
pulmentarii uice uſos ueteres auctor eſt. Eſitaſſe enim ſalem cum pane & caſeo: ut prouerbio apparet.
Maxime tamen in ſacris intelligitur auctoritas quando nulla conficiuntur ſine mola ſalſa. Salinarum ſyn
ceritas ſummam fecit ſuam differentiam. Quædam enim fauilla ſalis: quæ leuiſſima ex eo eſt & candidiſ
ſima flos ſalis appellatur. Et flos quidem ſalis in totum diuerſa res humidioriſque naturæ & croci colo
ris aut ruffi ueluti rubigo ſalis. Odore quoque ingrato ceu gari diſſentiens a ſole non modo a ſpuma. In
ægypto inuenitur uideturque nilo deferri. Et fontibus tamen quibuſdam innatat. Optimum ex eo quod
olei quandam pinguitudinem reddit. Eſt enim ĩ ſale pinguitudo: quod miremur. Adulteratur autem tin
giturq; rubrica: aut plerunq; teſta trita. Qui fucus aqua deprehenditur diluente factitium colorem: cum
uerus ille non niſi oleo reſoluatur: & unguentarii propter colorem eo maxime utantur. Canicia in uaſis
ſumma eſt. Media uero pars humidior ut diximus Floris natura aſpera excalfactoria ſtomacho inutilis
Sudorem cit. Aluum ſoluit in uino & aqua acopicis & ſmegmaticis utilis. Detrahit & ex palpebris pilos
efficaciſſime. Fæces imæ concutiuntur ut color croci redeat. Præter hæc etiamnum appellatur in ſalinis
ſalſugo: ab aliis ſalſilago tota liquida marina aqua ſalſior ui diſtans. Aliud etiamnum liquoris exquiſi-
ti genus quod garon uocauere inteſtinis piſcinm cæteriſque quæ abiicienda eſſent: ſale maceratis: ut ſit il-
la putreſcentium ſanies. Hoc olim conficiebatur ex piſce quem græci garon uocabant. Capite eius uſto
ſuffitu extrahi ſecundas morantes.

De ſcombro piſce & muria. & alece. Cap. viii.

Vnc e ſcombro piſce laudatiſſimum in finibus carthaginis ſpartarie & cetariis: ſociotum ap-
n pellatur ſingulis milibus nummum permutantibus congios pene binos. Nec liquor ullus pe
ne præter unguenta maiore in precio eſſe cœpit: nobilitatis etiam gentibus. Scombros quidẽ
& mauritania beticaque & carteia ex occeano intrantes capiunt ad nihil aliud utiles. Laudatur & clazo-
mene garo. Pompeiiq; & leptis. Sicut muria antipolis ac thuria. Iam uero in dalmatia. Vitium huius eſt
alex imperfecta nec colata fæx. Cœpit tamen & priuatim ex inutili piſciculo minimoque confici. Apuam
noſtri aphyen græci uocant: quoniam is piſciculus e pluuia naſcitur. Foroiulienſes piſcem ex quo faciunt
lupum appellant. Tranſit deindẽ in luxuriam creueruntque genera ad infinitum: ſicuti garum ad colorẽ



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 452 sur 536

mulſi ueteris:adeoq; dilutam ſuauitatem ut bibi poſſit.Aliud uero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem:
etiam ſacris iudæis dicatum:quod fit e piſcibus ſquamma carentibus. Sic alex peruenit ad oſtreas echi-
nos urticas cammaros mullorum iocinera.Innumeriſq; generibus ad ſaporem gulæ cœpit ſal tabeſcere.
Hæc obiter indicata ſint deſideriis uitæ:& ipſa tamen nonnulli uſus in medendo. Nanq; & al ece ſcabies
pectoris ſanatur infuſa per cutem inciſam.Et contra canis morſus draconiſq; marini prodeſt.In linteolis
autem concerptis imponitur . Et garo ambuſta recentia ſanantur:ſi quis infundat ac nō nominet garum
Contra canum quoq; morſus prodeſt:maximeq; crocodili:& ulceribus quæ ſerpunt:aut ſordidis . Oris
quoq; & aurium ulceribus aut doloribus mirifice prodeſt.Muria quoq; ſiue illa ſalſugo ſpiſſat:mordet:
extenuat:ſiccat. Dyſentericis utilis eſt etiam ſi nome inteſtina corripit.Iſchiadicis cœliacis ueteribus īfun
ditur.Fotu quoq; apud mediterraneos aquæ marinæ uicem penſat.

De natura ſalis & eius medicinis. Cap.ix.

ſ Alis natura eſt per ſe ignea & inimica ignibus fugiens eos:oīa erodēs. Corpora uero aſtringēs
ſiccans alligans. Defuncta autem ac putreſcentia ita uendicans ut durent ea per ſecula. In me
dendo uero mordens:adurens:repugnans:extenuans:diſſoluens.Stomacho tantum inutilis
præterquā ad excitandam auiditatem.Aduerſus ſerpentium morſus cum origano melle hyſopo . Con-
tra ceraſtem cum origano aut cædria aut pice aut melle.Auxiliatur contra ſcolopendras ex aceto potus.
Aduerſus ſcorpionum ictus cum quarta parte lini ſeminis:ex oleo uel aceto illitus. Aduerſus crabrones
uero uel ueſpas ſimiliaq; ex aceto.Ad heterocranas capitiſque ulcera & puſtulas papulaſue & incipientes
uerrucas cum ſeuo uitulino.Item oculorum remediis:&ad excreſcentes ibi carnes totiuſq; corporis ptery
Tattæus gia.Sed in oculis peculiariter.Ob id collyriis emplaſtriſque additur.Ad hoc maxime ꝓbatur tragaſæus
aut caunites.Ex ictu uero ſuffuſis cruore oculis ſuggillatiſque cum myrrhæ pari pondere ac melle : aut
cum hyſopo ex aqua calida:utq; foueantur ſalſugine.Ad hæc hiſpanienſis eligitur : contraq; ſuffuſiones
oculorum cum lacte in coticulis teritur.Priuatim ſugillationibus in linteolo inuolutus crebroq; ex aqua
feruenti impoſitus.Vlceribus oris manantibus in linteolo concerpto.Gingiuarum tumori infricatus.Et
contra ſcabritiem linguæ frictus cōminutuſque.Aiunt dentes non erodi neq; putreſcere ſi quis quottidie
mane ieiunus ſalem cōtineat ſub lingua:donec liqueſcat.Lepras idem:& furunculos:& lichenas : & pſo-
ras emendat cū paſſa uua exemplo eius ligno:& ſeuo bubulo atq; origano ac fermento uel pane:maxime
thebaicus.Hic & ad pruritus eligitur.Tonſillis & uuis cum melle prodeſt.Quicūq; ad anginas.Hic am
plius cum oleo & aceto.Eodem tempore extra fauces illitus cum pice liquida. Emollit & aluum in uino
mixtus.Idem noxia:& tinearum genera pellit in uino potus.Aeſtus balnearum conualeſcentes ut tolera
ri poſſint:linguæ ſubditus præſtat.Neruorum dolorem maxime uſurpanda obſeruatione circa hume-
ros & renes in ſaccis aqua feruēti crebro madefactus leuat.Colum torminaq; & coxarum dolores potus
& in iiſdem ſiccis impoſitus candens.Podagras cum farina ex melle & oleo tritus.Ibi maxime obſeruan
da uſurpatione qua quidem totis corporibus nihil eſſe utilius ſale & ſole dicūt.Itaq; cornea uidemus cor
pora piſcatorum.Sed hoc præcipuum dicatur in podagris.Tollit & clauos pedum.Item perniōes.Am-
buſtis ex oleo imponitur:aut cōmanducatus:puſtulaſq; reprimit.Ignibus uero ſacris ulceribuſq; quæ ſer
pūt ex aceto aut hyſopo.Carcinomatis cum uua taminia.Phagedenis ulcerum tritus cum farina hordei
ſuper impoſito linteolo madente uino.Morbo regio laborantes donec ſudent ad ignem contra pruritus
quos ſentiunt ex oleo & aceto infricatus iuuat & fatigatos ex oleo.Multi & hydropicos ſale curauere:fer
uoreſq; febrium cum oleo perunxere:& tuſſim ueterem linctu eius diſcuſſere.Clyſteribus īfudere iſchia-
dicis.Vlceribus excreſcentibus uel putreſcentibus impoſuere.Crocodilorum morſibus ex aceto in linteo
Vt aſtrin- lis:ita ut batuerentur ante ictum ulcera.Bibitur & contra oppium ex aceto mulſo. Luxatis imponiť cū
ganť arcte farina & melle.Item extuberationibus.Dentium dolori cum aceto potus & illitus cum reſina ꝓdeſt.Ad
uinctu lo omnia autem ſpuma ſalis iucundior utiliorq;.Sed quicūq; ſal acopis additur ad excalfactiones. itē ſmeg
ca. Dioſc. maticis ad extrahendam cutem leuandāq;.Pecorum quoq; ſcabiem & boum illitus tollit.Datuſq; lingē-
dus:& oculis iumentorum inſpuitur.Hæc & de ſale dicta ſint.

De nitri generibus:& confecturis:& medicinis:
& obſeruationibus. Cap.x.

n On eſt differentia & nitri natura non multum a ſale diſtans:& eo diligentius dicenda:quia pa
lam eſt & medicos qui de eo ſcripſere ignoraſſe naturam.Nec quēquam Theophraſto diligen
tius tradiſſe.Exiguū fit apud medos caneſcentibus ſiccitate conuallibus:quod uocāt halmira
ga.Minus etiam in thracia iuxta philippos ſordidum terra:quod appellant agrium.Nam quercu crema
ta nunquam multum factitatum eſt:& iampridem in totum omiſſum.Aquæ uero nitroſæ pluribus lo-
Cliatis uel cis reperiuntur:ſed ſine uiribus denſandi.Optimum copioſumq; in clicis macedoniæ:quod uocant cale-
letis ſtricum:candidum:purumq;:proximum ſali.Lacus eſt nitroſus exiliente e medio dulci fonticulo. Ibi fit
nitrum circa

nitrum circa canis ortum nouenis diebus:totidemq; ceſſat:ac rurſus innatat:& deinde ceſſat.Quo appa
ret ſoli naturam eſſe quæ gignat:quoniam compertum eſt nec ſoles proficere quicquã cũ ceſſet:nec hym
bres.Mirum eſt & illud ſcatebra fonticuli ſemper emicante:lacum nec augeri nec effluere. Iis autem die-
bus quibus gignitur ſi fuere hymbres:ſalſius nitrum faciunt:aquilones deterius:quia ualidius cõmouẽt
limum.Et hic quidem naſcitur.In ægypto autem conficitur multo abundantius:ſed deterius . Nam fu-
ſcum lapidoſumq; eſt.Fit pene eodem modo quo ſal:niſi ꝙ ſalinis mare infundunt. Nilum autem nitra-
riis.Excedente nilo ſiccantur:decedente madẽt ſucco nitri.xl.diebus cõtinuis.non ut in macedonia ſtatis.
Si autem hymbres affuerint:minus de flumine addũt: ſtatimq; ut denſari eſt cœptum:rapitur ne reſol-
uatur in nitrariis.Sic quoque olei natura interuenit.Ad ſcabiem animalium utilis.Ipſum autem conditũ
in aceruis durat.Mirum in lacu aſcanio & quibuſdam circa chalcida fontibus ſummas aquas dulces eſſe:
potarique:inferiores nitroſas.In nitro optimum quod tenuiſſimum & ideo ſpuma melior.Ad aliqua tan
tum ſordidum tanquã ad inficiendas purpuras tincturaſq; omnes.Magnus & nitro uſus qui dicetur ſuo
loco.Nitrariæ egregiæ ægyptiis.Nam circa naucratin & memphí tantum ſolebant eſſe. Circa memphin
deteriores.Nam & lapideſcit ibi in aceruis:multiq; ſunt tumuli ea de cauſa ſaxei.Faciunt ex iis uaſa . Nec
non frequenter liquatum cum ſulphure coquentes in carbonibus.Ad ea quoq; quæ inueterari uolunt illo
nitro utuntur.Sunt ibi nitrariæ:in quibus & ruffum exit a colore terræ.Spumam nitri quæ maxime lau-
datur:antiqui negabant fieri:niſi cum ros cecidiſſet:prægnantibus nitrariis:ſed nondum parĩetibus.Itaq;
non fieri incitatis etiam ſi caderet:alii operimentorum fermento gigni exiſtimauere.Proxima ætas medi
corum aphronitrum tradidit in aſia colligi in ſpeluncis mollibus diſtillans.Specus eos colligas uocant.
Dein ſiccant ſole.Optimum putatur lydium.Probatio ut ſit minime ponderoſum & maxime friabile.
Colore pene purpureo.Hoc in paſtillis affertur.ægyptium in uaſis picatis:ne liqueſcat.Vaſa quoq; ea ſo
le inareſcentia perficiuntur.Nitri probatio:ut ſit tenuiſſimum & quam maxime ſpongioſum fiſtuloſũq;
adulteratur in ægypto calce.Deprehenditur guſtu.Sincerum enim facile reſoluitur. Adulteratum pun-
git.Calce aſperſum reddit odorem uehementer.Vritur in teſta opertum ne exiliat:alias igni non exilit ni
trum:nihilq; gignit aut alit.Cum in ſalinis hærbæ gignantur:& in mari tot animalia: tantum algæ . Sed
maiorem eſſe acrimoniam nitro apparet:non hoc tantum argumento:ſed & illo ꝙ nitrariæ calciamenta
protinus conſumunt.Alias ſalubres:oculorumque claritati utiles.In nitrariis non lippiunt. Vlcera alla-
ta eo celerrime ſanantur.Ibi facta tarde.Cit & ſudorem cum oleo perunctis:corpuſque emollit. In pane
ſalis uice utuntur calaſtrico.Ad raphanos ægyptio:teneriores eos facit. Sed obſonia alba & deteriora:
olera uiridiora.In medicina autem calfacit:extenuet:mordet:ſpiſſat:ſiccat:exulcerat . Vtile iis quæ euo-
canda ſint aut diſcutienda:& lenius mordenda atque extenuanda:ſicut in papulis puſtuliſque. Quidam
in hoc uſu accẽſum uino auſtero reſtingunt:atque ita trito in balneis utuntur ſine oleo . Sudores nimios
inhibet cum arida iride adiecto oleo uiridi.Extenuat & cicatrices oculorum & ſcabricias genarum cum fi
co illitum aut decoctum in paſſo ad dimidias partes.Item contra argemas oculorum.Vngues decoctũ
cum paſſo in mali punici calice adiuuat nitrum.Claritatemque uiſus cum melle inunctum.Prodeſt den-
tium dolori ex uino ſi cum pipere colluantur.Item cum porro decoctũ.Nigreſcente ſdentes crematum
dentifricio ad colorem reducit. Capitis animalia: & lendes necat cum ſamia terra illitum ex oleo.Auri-
bus purulentis uino liquatum infunditur.Sordes eiuſdem partes erodit ex aceto.Sonitus & tinnitus di
ſcutit ſiccum additum. Vitiligines albas cum cymolia creta æquo pondere ex aceto in ſole illitum emen-
dat.Furunculos admixtum reſinæ extrahit aut cum uua alba paſſa:nucleis eius ſimul tritis.Teſtium in-
flammationi occurrit.item eruptionibus pituitæ in toto corpore cum axungia.Contraque canis morſus
addita reſina initiis cum aceto illinitur.Sic & ſerpentium morſibus:phagedenis:& ulceribus quæ ſerpũt
aut putreſcunt cum calce ex aceto.Hydropicis cum fico tuſum datur illiniturque .Diſcutit & tormina ſi
decoctum bibatur pondere drachmæ cum ruta uel anetho uel cymino.Reficit laſſitudines cum oleo ex
aceto perunctorum:& contra algores horroreſque prodeſt manibus pedibuſq; confricatis cum oleo.Cõ
primit & pruritus ſuffuſorum felle:maxime cum aceto datum.Succurrit & uenenis fungorum ex poſca
potum.Aut ſi bupreſtis paſta ſit ex aqua:uomitioneſque euocat.iis qui ſanguinem tauri biberint cum la
ſere datur.In facie quoq; exulcerationes ſanat cum melle & lacte bubulo.Ambuſtis toſtum donec nigre
ſcat tritumque illinitur.infunditur urceis & renum doloribus:aut rigori corporum neruorumque dolo-
ribus.Paralyſi lingua cum pane imponitur:Suſpirioſis in ptiſana ſumitur . Tuſſim ueterem ſanat flore
mixto galbani:reſinæ terebinthinæ pari pondere omnium:ita ut fabæ magnitudo deuoretur . Coquitur
dilutumque poſtea cum pice liquida ſorbẽdum in angina datur.Flos eius cum oleo cyprio articulorum
doloribus in ſole iucundus eſt.Regium quoque morbum in uino exterminat potum . Et inflationes di-
ſcutit.Sanguinis profluuium ſiſtit e naribus ex feruenti aqua uapore naribus rapto. Pruriginem alumi-
ne permixto tollit . Alarum uirus ex aqua quottidiano fotu . Vlcera ex pituita nata cera permixtum.

Quo genere neruis quoque prodeſt. Cœliacis infunditur. Perungi ante acceſſiones frigidas nitro & oleo multi præcepere. Sic & aduerſus lepras lentigines. podagricis in balneis uti ſolia nitri ꝑdeſt: atrophis opiſthotonis: tetanis. Sal & nitrum ſulphuri concoctum in lapidem uertitur. Solio

De ſpongiarum natura. Cap. xi.

s Pongiarum genera diximus in naturis aquatilium marinorum. Quidam eas ita diſtinguunt. Alias ex iis mares exiſtimauere tenui fiſtula ſpiſſioreſq; perſorbentes: & quæ tinguntur in deliciis aliquando & purpura. Alias fœminas maioribus fiſtulis ac perpetuis. E maribus duriores. Alias quas appellant tragos tenuiſſimis fiſtulis æque denſiſſimis. Candidæ cura fiunt: e molliſſimis recẽtes per æſtatem tinctæ ſalis ſpuma: ad lunam & pruinas ſternuntur inuerſæ: hoc eſt qua parte adhæſere: ut candorem bibant. Animal eſſe docuimus etiam cruore inhærente. Aliqui narrãt: & auditu regi eas: cõtrahiq; ad ſonum: exprimentes abundantiã humoris: nec auelli petris poſſe: ideo abſcindi & ſaniem emittere. Quin & eas quæ ab aquilone ſint genitæ præferunt cæteris. Nec uſquã diutius durare ſpiritum medici affirmant. Sic & prodeſſe corporibus: quia noſtro ſuum miſceant: & ideo magis recentes: magiſque humidas. Sed minus in calida aqua minuſq; unctas: aut unctis corporibus impoſitas. Et ſpiſſas minus adhæreſcere. Molliſſimum genus earum penicelli oculorum tumores leuant ex mulſo impoſiti. Item abſtergendæ lippitudini utiliſſimi. Eam quæ tenuiſſima eſt molliſſimam quoq; eſſe oportet. Imponunt ſpõgiæ ipſæ epiphoris ex poſca: & ex aceto calido ad capitis dolores. De cætero recentes diſcutiunt: molliũt: mitigant. Veteres conglutinant uulnera. Vſus earum ad abſtergenda: fouenda: operiẽda a fotu dũ aliud imponatur. Vlcera quoq; humida & ſenilia impoſitæ ſiccant. Fracturæ & uulnera ſpongiis utiliſſime fouentur. Sanguis rapitur inſecando ut curatio perſpici poſſit. Et ipſæ uulnerum inflãmationibus imponũtur: nunc ſiccæ: nunc ex aceto inſperſæ: nunc e uino: nũc ex aqua frigida. Ex aqua uero cæleſti impoſitæ ſectã. Recentia nõ patiuntur intumeſcere. Imponuntur & integris partibus & fluctione occulta laborantibus quæ diſcutienda ſunt: & iis quæ apoſtemata uocant melle decocto perunctis. Item articulariis alias aceto ſalſo madidæ: alias e poſca. Si ferueat impetus ex aqua eandem callo ſalſa madidæ. At contra ſcorpionum ictus ex aceto. In uulnerum curatione & ſuccidæ lanæ uicem implent. Nũc ex uino & oleo: nũc ex eadem. Differentia hæc ꝙ lanæ emolliunt ſpongiæ coercent rapiuntq; uitia ulcerum. Circũligantur & hydropicis ſiccæ: uel ex aqua tepida poſcaue utcunq; blandioribus opus eſt opeririue aut ſiccare cutem. imponuntur & iis morbis: quos uaporari oporteat: feruenti ex aqua perfuſæ expreſſæq; inter duas tabulas. Sic & impoſitæ ſtomacho proſunt: & in febri contra nimios ardores. Sed ſpleniticis e poſca. ignibus ſacris ex aceto. Efficaciores quando aliud imponi oportet: ſic ut ſanas quoq; partes ſpatioſe operiant. Sanguiois profluuium ſiſtunt ex aceto: aut frigida. Liuorem ab ictu recentem ex aqua ſalſa calida ſæpius mutata. Tolluntq; teſtium tumorem doloremq; ex poſca. Ad canum morſus utiliter conciſæ imponuntur: ex aceto aut frigida: aut melle abunde ſubinde humectandæ. Africanæ cinis cum porri ſectiui ſucco ſanguinem reiicientibus hauſtu ſalis ex frigida prodeſt. idem cinis cum oleo uel aceto fronti illitus tertianas tollit. Priuatim africanæ ex poſca tumorem diſcutiunt. Omnium autem cinis cum pice crematarum ſanguinem ſiſtit uulnerum. Aliqui raras tantum ad hoc cum pice urunt. Et oculorum cauſa comburuntur in cruda olla figulini operis: plurimum proficiente eo cinere contra ſcabricias genarum excreſcenteſq; carnes: & quicquid opus ſit ibi deſtringere: ſpiſſare: explere. Vtilius in eo uſu lauarẽ cinerem. Præſtant & ſtrigilum uicem lintheorũq; affectis corporibus. Et contra ſolem apte protegunt capita. Medici inſcitia ad duo noĩa eas redegere Africanas: quarum firmius ſit robur. Rhodiacaſq; ad fouendum molliores. Nunc autem moliſſimæ circa muros antiphelli urbis reperiuntur. Trogus auctor eſt circa lyciã penicillos molliſſimos naſci in alto unde ablatæ ſint ſpongiæ. Polybius ſuper ægrum ſuſpenſos quietiores facere noctes. Nunc præuertemur ad marina animalia & aquatilia.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXII.

## PROOEMIVM.

### Medicinæ ex aquatilibus.

u Entum eſt ad ſumma naturæ exemplorumq; per rerũ ordinem: & ipſum ſua ſponte occurrit immenſum potentiæ occultæ documentum: ut prorſus nec aliud ultra quæri debeat: nec par aut ſimile poſſit inueniri: ipſa ſe uincente natura: & quidẽ numeroſis modis declarãte. Quid enim uiolentius mari uentiſue: & turbinibus ac procellis: quo maiore hoĩum ingenio in nulla ſui parte adiuta eſt: ꝙ uelis remiſq;? Addatur his & reciproci æſtus inenarrabilis uis: uerſumq; totum mare in flumen.

De echenide

De echeneide piſce:& mirabili eius proprietate:& torpedine:& marino
lepore:& mirabilia rubri maris. Cap.i.

t

Amẽ omnia hæc pariterq; eodem impellentia:unus ac paruus admodum piſciculus echeneis
appellatus in ſe tenet. Ruant uenti licet:& ſæuiant procellæ:imperat furori:uireſq; tantas com
peſcit &:cogit ſtare nauigia:quod non uincula ulla.nõanchoræ pondere irreuocabili factæ.In
frenat impetus:& domat mundi rabiem:nullo ſuo labore:non retinendo : aut alio modo quam adhæ-
rendo. Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus:ut uetet ire nauigia.Sed armatæ claſſes imponunt ſibi
turrium propugnacula:ut in mari quoque pugnet̃ uelut e muris. Heu uanitas humana cum roſtra illa
ære ferroq; ad ictus armata ſemipedalis inhibere poſſit:ac tenere deuincta piſciculus. Fertur acciaco mar
te tenuiſſe prætoriam nauim Antonii properantis circumire & exhortari ſuos : donec tranſiret in aliam.
Ideoque cæſariana claſſis impetu maiore protinus uenit . Tenuit & noſtra memoria . Caii principis ab
aſtura antium remigantis ut res eſt etiam auſpicalis piſciculus. Siquidem nouiſſime tum in urbem re-
uerſus ille imperator:ſuis telis confoſſus eſt. Nec longa fuit illius moræ admiratio ſtatim cauſa intel-
lecta:cum e tota claſſe quinqueremis ſola non proficeret:& exilientibus protinus qui id quærerent circa
nauim inuenere adhærentem gubernaculo : oſtenderuntq; Caio indignanti hoc fuiſſe quod ſe reuo-
caret : quadringentorũq; remigum obſequio contra ſe intercederet . Conſtabat peculiariter miratum
quomodo adhærens tenuiſſet : nec idem polleret in nauigium receptus . Qui tunc poſtea quam uideret
eum limaci magnæ ſimilem eſſe dicunt. Nos plurimorum opiniones poſuimus in natura aquatilium:
cum de eo diceremus. Nec dubitamus idem ualere ad omnia genera cũ celebri & conſecrato etiam exem
plo apud gnidiam Venerem conchas quoque eiuſdem potentiæ credi neceſſe ſit. E noſtris quidam la-
tinis remoram appellauere eum. Mirumq; e græcis:alii lubricos partus atq; procidentes cõtineri ad ma
turitatem alligato eo( ut diximus )prodiderunt . Alii ſale adſeruatum adalligatumq; grauidis partus
ſoluere:ob id alio nomiue odinolyontem appellauere. Quocunq; modo iſta ſe habeant : quis ab hoc te/
nendi nauigia exemplo de ulla potentia naturæ atq; effectu in remediis ſponte naſcentium rerum dubita
re debeant? Quin & ſine hoc exemplo per ſe ſatis eſſet. Ex eodem mari torpedo etiam procul & e longin
quo: uel ſi haſta uirga ue attingatur quanuis prævalidos lacertos torpeſcere :quamlibetq; ad curſum ue
loces alligari pedes proditur. Quod ſi neceſſe habemus fateri hoc exemplo eſſe uim aliquam quæ odore
tantum & quadam aura ſui corporis afficiat membrana : quid non de remediorum omnium momẽtis
ſperandum eſt? Non ſunt minus mira quæ e lepore marino traduntur. Venenum eſt aliis in potu: aut in
cibo datus:aliis etiam uiſus. Siquidem grauidæ ſi omnino aſpexerint fœminam ab eo genere dumtaxat
ſtatim nauſea & redundatione ſtomachi uitium fatentur:ac deinde abortum faciunt . Remedio eſt mas
ob id induratus ſale ut in brachialibus habeant. Eadem res in mari & tactu quidem nocet. Veſcitur eo
unum tantum animalium:ut non intereat Mullus piſcis:& tenereſcit tantum:& ingratior uiliorque fit.
Homines quibus in paſtu eſt:piſcem olent hoc primo argumento ueneficium id deprehenditur. Cætero
moriuntur totidem diebus quot uixerit lepus. Incertiq; temporis ueneficium id eſſe auctor eſt Licinius
macer. In india affirmant non capi uiuentem. Inuicemque ibi hominem ibi pro ueneno eſſe : ac uel digy
to omnino in mari tactum mori. Eſſe autem ampliorem multo ſicut reliqua animalia. Iuba in iis uolu-
minibus quæ ſcripſit ad Caium Cæſarem Auguſti filium de arabia:tradit uitulos marinos ternas hemi-
nas capere. Cetos ſexcentorum pedum longitudinis : & trecentorum ſexaginta latitudinis in flumen ara
biæ intraſſe:pinguique eius negociatores:& omnium piſcium adipe camelos perungi in eo ſitu:ut aſilos
ab iis fugent odore.

De ingeniis:& manſuetudine quorundam piſcium & ibi ex manu
edant:& ubi reſponſa dantur ex piſcibus. Cap.ii.

m

Ibi uidentur mira & quæ Ouidius prodidit piſcium ingenia in eo uolumine quod halieuticon
inſcribitur. Scarum incluſum naſſis non fronte erumpere:nec infeſtis uiminibus caput inſere-
re:ſed auerſum caudæ ictibus crebris laxare fores:atq; retrorſum ita erumpere. Quem lucta-
tum eius ſi forte alius ſcarus extrinſecus uideat:apprehenſa mordicus cauda adiuuare nixus erumpentis
Lupum piſcem rete circundatum harenas arare cauda:atque ita conditum tranſire rete. Murenam macu
las appetere ipſas conſciam teretis ac lubrici tergi:tum multiplici flexu laxareq; donec euadat. Polypum
hamos appetere brachiiſque complecti:non morſu nec prius dimittere q̃ eſcam circunroſerit: aut harun-
dine leuatum extra aquam. Scit & mugil eſſe in eſca hamum:inſidiaſque non ignorat:auiditas tamen tã
ta eſt : ut cauda uerberando excutiat cibos . Minus in prouidendo lupus ſollertiæ habet: ſed magnũ
robur in pœnitendo . Nam ut hæſerit in hamo : tumultuoſo diſcurſu laxat uulnera : donec excidant in
ſidiæ ..Murenæ amplius deuorant hamum:admouentq; dentibus lineas:atque erodunt. Pytheas id tra
dit. Idem infixam hamo inuertere ſe:quoniam ſit dorſo cultellato:ſpinaque lineam præſecare . Licinius

Macer murenas tantum fœminini ſexus eſſe tradit: & concipere e ſerpentibus: ut diximus ob id ſibilo
a piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari & capi pingueſcere iactatu. Fuſte non interimi. Eaſdem feru
la protinus. Animam in cauda habere certum eſt: eaq; icta celerrime exanimari: & capitis ictu difficulter
Nouacula & ferrum quæ piſce tacta ſunt: olent. Duriſſimum eſſe piſciũ conſtat qui orchis uocetur: rotũ
dus eſt: & ſine ſquammis: totuſque capite conſtat. Miluago quotiens cernatur extra aquam uolitans: tẽ-
peſtates mutari Trebrius Niger auctor eſt. Xiphiam ideſt gladium roſtro mucronato eẽ: ab hoc naues
perfoſſas mergi in oceano ad locum mauritaniæ qui cotta uocetur: non procul a lyxo flumine. Idem Lo
ligines euolare aqua tradit: tanta multitudine ut nauigia demergant. Et manu ueſcuntur piſces in pluri-
bus quidem Cæſaris uillis. Sed quæ ueteres prodidere in ſtagnis nos in piſcinis ammirati in eloro ſiciliæ
caſtello non procul ſyracuſis. Item in labra Cnidii Iouis fonte Anguillas. Et eæ in aures additas gerunt.
Piſce uaca Similiter in chio iuxta ſenum delubrum. in meſopotamiæ quoque fonte cabura de quo diximus piſce.
reuidetur. Nam in lyciæ lymira fonte Apollinis: quem dinum appellant ter fiſtula euocati ueniunt ad augurium.
Diripere eos carnes abiectas lætum eſt conſultantibus: caudis abigere dirum hierapoli ſyriæ in lacu Ve
neris æadituorum uocibus parent uocati: exornati auro ueniunt adulantes. Scalpuntur ora hiantia mani-
bus inſerendis præbent. In ſtabiano campaniæ ad Herculis petram: melanuri in mari panem abiectum
rapiunt. Iidemq; ad nullũ cibum in quo hamus ſit: accedunt. Nec illa in nouiſſimis mira: amarariſſimos
eſſe piſces ad pelen inſulam & ad clazomenas. Contra ad ſcopulum ſiciliæ: ac leptin africæ & euboeã &
dyrrhachium. Rurſus ita ſalſos: ut poſſint ſalſamenta exiſtimari. Circa cephaleniam & ampelon paron:
& deli petras in portu eiuſdem inſulæ dulces. Quam differentiam pabulo conſtare: non eſt dubium. Ap
pion maximum piſcium eſſe tradit porcum: quem lacædemonii orthragoriſcum uocant. Grunire eum
cum capiatur. Eſſe uero illam naturæ accidentiam quod magis miremur etiam in locis quibuſdam: ap-
poſito occurrit exemplo. Siquidem ſalſamenta omnium generum in italia beneuenti recentia effici con-
ſtat. Piſces marinos in uſu fuiſſe protinus a condita roma: auctor eſt Caſſius Hemina: Cuius uerba de
ea re hic ſubiiciam. Numa conſtituit: ut piſces qui ſquamoſi non eſſent ni pollincerent patrimonia com-
mentus ut conuiuia publica: & priuata cœnæque ad puluinaria facilius compararentur: ni qui ad pollin-
ctum emerent: precio minus parcerent: eaque præmercarentur. Quantum apud nos indicis margaritis
pretium eſt: de quibus ſuo loco ſatis diximus tantum apud indos in chorallio. Namque iſta perſuaſione
gentium conſtant. Gignitur quidem & in rubro mari: ſed nigrius. Item in perſico uacatur iace. Laudatiſſi
mum in gallico ſinu: circa orchadas inſulas. Et in ſiculo circa heliam & drepanum. Naſcitur apud graui-
ſcas: & ante neapolin campaniæ: maximeque rubens: ſed molle: & ideo utiliſſimum erythris. Forma ẽ ei
fruticis: color uiridis. Baccæ eius candidæ ſub aqua ac molles. Exemptæ confeſtim durantur & rubeſcũt:
quaſi corna ſatiua ſpecie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapideſcere: ſi uiuat. Itaque occupari
Ciraliũ uel euelliq; retibus. aut acri ferramento præcidi. Hac de cauſa ceralium uocitatum interpretantur. Probatiſſi
Curallium mum quam maxime rubent: & quam ramoſiſſimum: nec ſcabroſum: aut lapideum: uel rurſus inane: aut
Scabioſũ. concauũ. Auctoritas baccarũ eius nõ minus indorũ uiris quoq; præcioſa eſt: q̃ fœminis noſtris uniones ĩ
Dioſco. dici. Auriſpices eorum uateſq; in primis religioſum id geſtamen amoliendis periculis arbitrantur. Itaq; &
decore & religione gaudent. Priuſquã hæc noteſcerent: galli gladios: ſcuta galeas adornabant eos. Nunc
tanta penuria eſt uendibili merce: ut per quam raro cernatur in ſuo orbe. Surculi infantiæ adalligati: tute
lam habere creduntur. Contraq; torminũ ac ueſicæ & calculorum mala: in puluerem igne redacti: potiq;
cum aqua auxiliantur. Simili modo ex uino poti: aut ſi febris ſit: ex aqua ſomnum afferunt. Ignibus diu
repugnant. Sed eodem medicamine ſæpius poto tradunt lyenem quoque abſumi. Sanguinem reiicienti
bus excreantibuſue medentur. Cinis eorum miſcetur oculorum medicamentis. Spiſſat enim: ac refrigerat
Vlcerum caua explet. Cicatrices extenuat. Quod ad repugnãtiam rerum attinet: quam græci antipathiã
uocant: nihil eſt uenenatius uſquam: q̃ in mari paſtinaca: utpote cum radio eius arbores necari diximus
Hanc tamen perſequitur galeos. Idem & alios quidem piſces: ſed paſtinacas præcipue. Sicut in terra ſer-
pentes muſtela. Tanta eſt auiditas ipſius ueneni. Percuſſis uero ab ea medetur & hic quidem: ſed & mul
lus ac laſſer.

De his quibus in terris & in aquis uictus eſt: & de caſtoreis medicinæ: & obſeruationes. Cap. iii.

Pectabilis naturæ potentia in iis quoque quibus & in terris: & in aqua uictus eſt: ſicut & fi-
s bris quos caſtores uocant & caſtorea teſtes eorum. amputari hos ab ipſis cum capiuntur ne-
gat Seſtius diligentiſſimus medicinæ. Quinimmo paruos eſſe ſubſtrictoſque & adhærentes
ſpinæ: nec adimi ſine uita animalis poſſe. Adulterari autem renibus eiuſdem qui ſint grandes: cum ueri
teſtes parui admodum reperiantur. Præterea ne ueſicas quidem eſſe cum ſint geminæ: quot nulli ani-
malium. In iis foliculis inueniri liquorem: & aſſeruari ſale. Itaque inter probationes falſi eſſe folliculos
geminos

geminos ex uno nexu dependentes: quod ipſum corrũpi fraude cõiicientibus gummi cũ. Sanguine: aut
hammoniacum: quoniam hammoniaci coloris eſſe debeant tunicis circundati liquore ueluti mellis cæ-
roſi: odoris grauis: guſtu amaro & acri friabiles. Efficaciſſime e ponto galaciæ: mox africæ. Sternutamẽ
ta olfactu mouẽt. Somnum conciliant cũ roſaceo: & peucedano peruncto capite. Et per ſe poti in aqua.
Ob id phreniticis utiles. Item lethargicos odoris ſuffitu excitãt. Vuluarumq; exanimatiões uel ſubditi:
& menſes ac ſecundas ciunt duabus drachmis ex aqua cum puleio poti. Medentur & uertigini: opiſtho
tonis: tremulis: ſpaſticis: neuorum uitiis: iſchiadicis: ſtomachicis: paralyticis perunctis omnibus. Vel
triti ad craſſitudinem mellis cum ſemie uiticis ex aceto: aut roſaceo. Sic & cõtra comitiales ſumpti poti
uero contra inflationes: tormina: uenena. Differentia tantum contra genera eſt mixturæ. Quippe aduer
ſus ſcorpiones ex uino bibuntur. Aduerſus phalangia & araneos ex mulſo: ita ut uomitione reddantur.
Aut ut retineãtur cum ruta. Aduerſus chalcidas cum myrtice. Aduerſus ceraſten & præſteras com pa- Chalcidi-
nace: aut ruta ex uino. Aduerſus cæteros ſerpentes cum uino. Dari binas drachmas ſatis eſt: eorum quæ cas.
adiiciantur ſingulas. Auxiliantur priuatim contra uiſcum ex aceto. Aduerſus aconitũ ex lacte: aut aqua
Aduerſus helleborum album ex aqua mulſa nitroq;. Medentur & dentibus infuſi cum oleo triti in aurẽ
a cuius parte doleant. Aurium doloribus melius ſi cum meconio. Claritatem uiſus faciunt cum melle at
tico iuncti cohibent ſingultus ex aceto. Vrina quoq; fibri reſiſtit uenenis: & ob id in antidota additur.
Adſeruatur autem optime in ſua ueſica: ut aliqui exiſtimant.

De teſtudine: & multorum piſcium medicinæ: & obſeruationes. Cap. iiii.

g Eminus ſimiliter uictus in aquis terraq; & teſtudinum effectus quoq; pari honore habẽdi uel Naturæq;
propter excellens in uſu pretium figuræq; ueræ proprietatem. Sunt ergo teſtudinum genera: ꝓprietatẽ
terreſtres: marinæ: lutariæ: quæ in dulci aqua uiuunt. Has quidam e græcis emydas appellant
Terreſtrium carnes ſuffuſionibus proprie: magiciſque artibus refutandis: & contra uenena ſalutares pro
duntur. Plurimæ in africa. Hæ ibi amputato capite pedibuſque pro antidoto dari dicuntur: & ex iure in
cibo ſumptæ. Strumas diſcutere ac lyenes tollere. Itẽ comitiales morbos. Sanguis earum claritatẽ uiſus
facit: ſuffuſioneſque oculorum tollit. Et contra ſerpentium omnium & araneorum & ſimillium: & rana-
rum uenena auxiliatur. Sanguine ſeruato in farina pilulis factis: & cum opus ſit in uino datis. Felle teſtu
dinum cum attico melle glaucomata inungi prodeſt. Et ſcorpionum plagæ inſtillari. Tegumenti cinis
uino & oleo ſubactus pedum rimas ulceraque ſanat. Squammæ e ſumma parte deraſæ: & in potu datæ
uenerem cohibent. Eo magis hoc mirum: quoniam totius tegumenti farina accendere traditur libidinem
Vrinam earum aliter q̃ in ueſica diſſectarum: inueniri poſſe non arbitror: & intra eam eſſe. Hæc quoque
portentoſa magis demonſtratur aduerſus aſpidum ictus ſingulare remediũ. Efficacior eſt tamen ut aiũt
cimicibus ammixtis. Oua durata illinuntur ſtrumis & ulceribus frigore: aut aduſtione factis. Sorbẽtur
in ſtomachi doloribus. Marinarum carnes ammixtæ ranarum carnibus contra ſalamandras præclare au
xiliatur. Neq; eſt teſtudine aliud ſalamãdræ aduerſius. Sanguine alopeciarum inanitas & porrigo oĩaq;
capitis ulcera curantur. Inareſcere autem eum oportet: lenteq; ablui. Inſtillatur & dolori aurium cum la-
cte mulierum. Aduerſus comitiales morbos manditur cum polline frumẽti. Miſcetur autem ſanguis he
minis tribus aceti hemina uini addita iis: & cum hordeacea farina: aceto quoq; admixto: ut ſit quod de-
uoretur fabæ magnitudine. Hæc ſingula & matutina & ueſpertina dantur: dein poſt aliquot dies ueſpe-
ra. Comitialibus inſtillatur ore deductis labris iis: qui modice corripiantur. Spaſmo cum caſtoreo cly-
ſtere infunditur. Quod ſi dentes per annum colluuntur teſtudinum ſanguine immunes a dolore fiunt.
Et anhelitus diſcutit: quaſque orthopnoes uocant: ad has in polenta datur. Fel teſtudinum claritatẽ ocu
lorum facit. Cicatrices extenuat. Tonſillas ſedat: & anginas & omnia oris uitia. Priuatim nomas ibi. Itẽ
ardentium teſtium. Naribus illitum comitiales erigit: attollitque. Idem cum uernatione anguium aceto
ammixto: unice purulentis auribus prodeſt. Quidam bubulum fel ammiſcent: decoctarumq; carnium
teſtudinis ſuccum addita æquæ uernatione anguium. Sed diu in uino teſtudinem excoquunt. Oculorũ
quoq; uitia omnia fel inunctum cum melle emendat. Suffuſiones etiam marinæ felle: uel cum fluuiatili
ſanguine & lacte mulierum capillus inficitur. Fel & contra ſalamandras: uel ſuccum decoctum bibiſſe:
ſatis eſt. Teſtudinum eſt tertium genus in ceno & paludibus uiuentium. Latitudo iis in dorſo pectori ſi
milis nec conuexo incurua calice: ingrata uiſu. Ex hac quoq; aliqua contingunt auxilia. Tres nãq; in ſuc-
cenſa ſarmenta coniectæ & diuidentibus ſe tegumẽtis rapiunt. Tũ euulſæ carnes earũ coquuntur ĩ aquæ
cõgio ſale modice addito. Ita decoctarum ad tertias partes ſuccus paralyſin & articularios morbos ſen
tientibus bibitur. Detrahit item fel pituitas ſanguinemque uitiatum. Siſtitur ab eo remedio aluus aquæ
frigidæ potu. Ex quarto genere teſtudinum quæ ſunt in amnibus diuulſarum pinguia cum aizoo herba
tuſa ammixto unguento & ſemine lilii ante acceſſiones perunguntur ægri: præter caput mox conuolu-
ti: calidam aquam bibunt: quartanis liberari dicuntur. Hanc teſtudinem quintadecima luna capi opor-

tere:ut plus pinguium reperiatur. Verum ægrum ſexta decima luna perungi tradunt. Ex eodem genere
teſtudinum ſanguis inſtillatus crebo capitis dolores ſedat. Item ſtrumas. Sunt qui teſtudinum ſangui-
nem cultro æreo ſupinarum capitibus præciſis excipi nouo fictili iubeant. Ignem ſacrum cuiuſcūq; gene-
ris ſanguine illini. Item capitis ulcera manantia: & uerrucas. idem promittunt teſtudinum omnium fimo
panos diſcuti. Et licet incredibile dictu ſit: aliqui tradunt: tardius ire nauigia: teſtudinis pedem dextrum
uehentia. Hinc deinde in morbos digeremus aquatilia. non quia ignoremus gratiorem eſſe uniuerſita-
tem animalium: maioriſq; miraculi: Sed hoc utilius eſt uitæ cōtributa habere remedia: cū aliud alii ꝓſit.
Aliud alibi facilius inueniatur. Venenatum mel diximus ubi naſceretur. Auxilio eſt piſcis aurata in cibo.
Vel ſi ex melle ſincero faſtidium cruditaſue quæ ſit grauiſſima incidat. Teſtudinem circunciſis pedibus:
capite cauda decoctam anidotū eſſe auctor eſt Pelops Scincoq; Appelles. Qui eſſet Scincus. diximus.
Sæpius uero quantum ueneficium preſtaret menſtruis mulierum. Contra omnia ea auxilatur: ut dixi-
mus: mullus. Item contra paſtinacam & ſcorpiones terreſtres marinoſq;: & dracones & phalangia illi-
tus ſumptuſue in cibo. Eiuſdem recentis e capite cinis contra omnia uenena: priuatim contra fungos.
Mala medicamenta inferri negant poſſe: aut certe nocere ſtella marina uulpino ſanguine illita: & affixa
limini ſuperiori: aut clauo æreo ianuæ. Draconis marini ſcorpionumq; ictus carnibus earum impoſitus:
item araneorum morſus ſanantur. In ſumma contra omnia uenena: uel potu: uel ictu: uel morſu noxia.
Succus earum ex iure decoctam: efficaciſſimus habetur. Sunt & ſeruatis piſcibus medicinæ. Salſamen-
torumq; cibus prodeſt a ſerpente percuſſis & contra beſtiarum ictus mero ſubinde hauſtero: ita ut ad
elape uesperam cibus uomitione reddatur. Peculiariter a chalcide ceraſte: aut quas ſepas uocant: aut elope
dipſade ue percuſſis. Contra ſcorpiones largius ſumi. Sed non euomi ſalſamenta prodeſt: ita ut ſitis to-
leretur: & imponere e adem plagis conuenit. Contra crocodilorum quidem morſus non aliud præſenti-
us habetur. Priuatim contra præſteris morſum ſarda prodeſt. Imponitur ſalſamenta & contra morſum
canis rabioſi: uel ſi non ſint ferro uſtæ plagæ corporaq; clyſteribus exinanita. Hæc per ſe ſufficit. Et cōtra
draconum marinum ex aceto imponitur. Iidem & ex cybio profectus. Draco enim marinus ad ſpinæ
ſuæ qua fuerit uenenum ipſe impoſitus: uel cerebro toto prodeſt. Ranarum marinarum ex uino & aceto
decoctarum: ſuccus contra uenena bibitur: & contra ranæ rubetæ uenenum: & contra ſalamandras.
Fluuitiales ſi carnes edantur iuſue decoctarum ſorbeatur: proſunt: & contra leporem marinum: & con-
tra ſerpentes ſupradictas. Contra ſcorpiones ex uino: Democritus quidem tradit: ſiquis extrahat ranæ
uiuenti linguam nulla alia corporis parte adhærente: ipſaq; dimiſſa in aqua imponat ſupra cordis palpi-
tationem mulieri dormiemti: quæcunque interrogaueris: uera reſponſuram. Addunt etiamnum alia
magi: quæ ſi uera ſunt: multo utiliores uitæ exiſtimantur ranæ quā leges. Namque harundine tranſfixa
natura per os: ſi ſurculus in menſtruis defigatur a marito adulterorum tedium fieri. Carnibus earum uel
hamo additis: præcipue purpuras certum eſt allici. Iecur ranæ geminum eſſe dicunt: obiicique formicis
oportere eam partem quam appetant contra omnia uenena eſſe pro antidoto. Sunt quæ in uepribus tan
tum uiuunt: ob id rubetarum nomine ut diximus: quas græci phrynos uocant: grandiſſimæ cunctarū:
geminis ueluti cornibus plenæ ueneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores. Illatis in populum
ſilentium fieri. Oſſiculo quod ſit in dextro latere in aquam feruentem deiecto refrigerari uas: nec po-
Id inueniri ſtea feruere niſi exempto. Adinueniri obiecta rana formicis: carnibuſque eroſis ſingula inſolium addi.
Et aliud eſſe in ſiniſtro latere: quo deiecto feruere uideatur: apocynon uocari. Canum impetus eo cohi-
beri. Amorem concitari: & iurgia addito in potionem. Venerem adalligatum ſtimulare. Rurſus a dex-
tro latere refrigerari feruentia. Hoc & quartanas ſanari alligato in pellicula agnina recenti: aliaſque fe-
bres. Amorem inhiberi eo. Item ex iis ranis lyen contra uenena: quæ fiant ex ipſis auxiliatur. Cor uero
etiam efficacius eſt. Coluber eſt in aqua uiuens: huius adipem & fel habentes qui crocodilos uenentur mi
re adiuuari produntur: nihil contra bælua audente. Efficacius etiamnum ſi hærba potamogeton miſcea-
tur. Cancri fluuitiales triti potiq; ex aqua recentes ſeu cinere adſeruato: contra uenena omnia proſunt: pri
uatim contra ſcorpionū ictus cum lacte aſinino: uel ſi non aſſit: caprino uel quocūq;. Addi & uinū opor-
tet. Necant eos triti cum ocimo admoti. Eadē uis contra uenenatorum oīum morſus: priuatim ſcytalen
& angues: & contra leporem marinum: ac ranam rubetam. Cinis eorum ſeruatus prodeſt pauori. Pro-
deſt periclitantibus ex canis rabioſi morſibus. Quidam adiciunt gentianam: & dant in uino. Nam ſi iā
pauor occupauerit: paſtillos uino ſubactos deuorandos ita præcipiunt. Decem uero cancris cum ocimi
manipulo adalligatis: omnes qui ibi ſunt ſcorpiones ad eum locum coituros magi dicunt. Et cum oci-
mo ipſos cinerēue eorum percuſſis imponunt. Minus in omnibus iis marini proſunt: ut Traſillus au-
ctor eſt. Nihil autem æque aduerſari ſerpentibus q̄ cancros. Sueſq; percuſſas hoc pabulo ſibi mederi. Cū
ſol ſit in cancro: torqueri ſerpentes. Ictus ſcorpionum carnes fluuitialium cochlearum reſiſtunt crudæ
uel coctæ. Quidam ob id ſalſas quoque adſeruant. Imponunt & ipſis plagis. Coracini piſces nilo qui-
dem peculiares

dem peculiares ſunt. Sed nos hæc omnibus terris demonſtramus. Carnes eorum aduerſus ſcorpiones ua-
lent impoſitæ. Inter uenena ſunt piſcium porci marini ſpinæ in dorſo cruciatu magno læſorum: remediũ
eſt limus ex reliquo piſcium eorum corpore. Canis rabidi morſu potum expaueſcentibus faciem perun-
gunt adipe uituli marini. Efficacius ſi medulla lyene & oleũ e lentiſco & cæra miſceatur. Murenæ morſus
ipſarum capitis cinere ſanantur. Et paſtinaca contra ſuum ictum remedio eſt cinere ſuo ex aceto illito: uel
alterius. Cibi cauſa extrahi debet e dorſo eius quicquid ſimile eſt croco: caputque totum. Et hanc autem
& oĩa teſtacea modice collui in cibis: quia ſaporis gratia perit. Leporis marini ueneficium reſtringũt porci
hippocampi. Contra dorycnium echini maxime proſunt. Et iis qui ſuccum carpathi biberint: præcipue
eius iure ſumpto. Et cancri marini decocti ius contra dorycnium efficax habetur. Peculiariter uero con-
tra leporis marini uenena & oſtrea aduerſantur. Idem uidetur: nec poteſt uideri ſatis dictum eſſe de iis:
cum palma menſarũ diu iam tribuatur illis. Gaudent dulcibus aquis: & ubi plurimi influũt amnes. ideo
pelagia parua & rara ſunt. Gignuntur tamen in petroſis: carentibuſque aquarum dulcium aduentu: ſicut
circa grynum & myrinam. Grandeſcunt ſyderis quidem ratione maxime: ut in natura aquatilium dixi-
mus. Sed priuatim circa initia æſtatis multo lacte prægnantia: atque ubi ſol penetret in uada. Hæc uide-
tur cauſa quare minora in aliis locis reperiuntur. Opacitas enim prohibet incrementum: & triſtitia mi-
nus appetunt cibos. Variant coloribus. Rufa in hiſpania. Fuſca in illyrico. Nigra & carne & teſta circeis.
Præcipua uero habentur in quacunque gente ſpiſſa: nec ſaliua ſua lubrica. Craſſitudine potius ſpectanda
ꝗ̃ latitudine. Neque in luto capta: neque in harenoſis. Sed ſolido uado ſpondylo breui atque non carno-
ſo: nec fibris lacinioſo: ac tota in aluo. Addunt petitiores notam: ambiente purpureo crine fibras: eoque
argumento generoſa interpretãtur calliblephara appellantes. Gaudent & peregrinatione transferrique in
ignotas aquas. Sic brunduſina in auerno. Compaſta & ſuum retinere ſuccum: & a Lucrino adoptare cre-
duntur. Hæc ſint dicta de corpore. Dicemus & de nationibus: ne fraudentur gloria ſua littora. Sed dice-
mus aliena lingua: quæque periſſima huius cenſura in noſtro æuo fuit. Sunt ergo Mutiani uerba quæ
ſubiiciam. Cyzicena maiora lucrinis: dulciora britannicis: ſuauiora edulis: acriora lepticis: pleniora lucẽſi-
bus: ſicciora coryphantenis: teneriora iſtriois: candidiora circeienſibus. Sed iis neque dulciora: neque te-
neriora eſſe ulla compertum eſt. In indico mari Alexandri rerum auctores pedalia inueniri prodidere.
Necnon inter nos nepotis cuiuſdam nomenculator tridacna appellauit: tantæ amplitudinis intelligi cu-
piens ut ter mordenda eſſent. Eorum dos in medicina hoc in loco tota dicetur. Stomachum unice refici-
unt. Faſtidiis medentur. Addiditque luxuria frigus obrutis niue: ſu..ma montium & maris ima miſcens
Molliunt aluum leniter. Eadem cocta cum mulſo teneſmo: qui ſine exulceratione ſit: liberant. Veſica-
rum ulcera quoque repurgant. In conchis ſuis cocta ſiue uti clauſa uenerint: mire diſtillatiõibus proſunt
Teſtæ oſtreorum cinis uuam ſedat & tonſillas ammixto melle. Eodem modo parotidas: panos mãma-
rumque duricias: capitum ulcera ex aqua: cutemque mulierum extendit. Inſpergitur & ambuſtis. Et den-
tifricio placet. Pruritibus quoq; & eruptionibus pituitæ ex aceto medetur. Crudæ ſi tundatur ſtrumas ſa-
nant & perniones pedum. Purpuræ quoque contra uenena proſunt. Et algam maris theriacen eſſe Ni-
cander tradit. Plura eius genera uti diximus. Longo folio & latiore: rubente: aliaue criſpo. Laudatiſſi-
ma: quæ in creta inſula iuxta terram in petris naſcitur. Tingendis etiam lanis ita colorem alligans: ut
elui poſtea non poſſit. E uino iubet eam dari. Alopecias replet hippocampinus cinis nitro & adipe ſuillo
mixtus: aut ſincerus ex aceto. Præparant cutem ſepiarum cruſtæ farina medicamentis. Cutem replet &
muris marini cinis cum oleo. Item echini cum carnibus ſuis cremati cinis. Fel ſcorpionis marini. Rana-
rum quoque trium ſi oliuæ in olla concrementur cinis cum melle. Melius cum pice liquida. Capillum
denigrant ſanguiſugæ: quæ in uino nigro diebus. xl. computruere. Alii in aceti ſextariis duobus ſangui-
ſugarum ſextarium in uaſe plumbeo iubent putreſcere totidem diebus: mox illini in ſole. Sornatius tan-
tam uim habere tradit: ut niſi oleum ore contineant qui tingunt: dentes quoque eorum denigrari dicat.
Capitis ulceribus muricum: uel purpurarum teſtæ cinis cum melle utiliter illinitur conchyliorum: uel ſi
non urantur farina ex aqua doloribus. Caſtoreum cum peucedano & roſaceo. Omnium piſcium fluui-
tialium marinorumque adeps liquefactus oleo ammixto melle oculorum claritati plurimum confert.
Item caſtoreum cum melle. Callionymi fel cicatrices ſanat: & carnes oculorum ſuperuacuas conſumit.
Nulli hoc piſcium copioſius: ut exiſtimauit Menander quoque in comœdiis. idem piſcis & uranoſcopos
uocatur ab oculo quem in capite habet. Et coracini fel excitat uiſum. Et marini ſcorpionis ruffi cum oleo
uetere: aut melle attico incipientes ſuffuſiones diſcutit. inungi ter oportet intermiſſis diebus. Eadem ra-
tio albugines oculorum tollit. Mulorum cibo aciẽ oculorum hebetari tradunt. Lepus marinus ipſe qui-
dem uenenatus eſt: ſed cinis eius in palpebris pilos inutiles euulſos cohibet. Et ad hunc uſum utiliſſi-
mi minimi. Item pectunculi ſalſi triti cum cædria. Ranæ quas dryphytas & calamitas uocant: ſanguis
earum cum lachryma uitis ſi euulſo pilo palpebris illinatur. Oculoꝝ tumorem ruboremq; ſepiæ cortex

cum lacte mulieris illitus ſedat:& per ſe ſcabritias emendat. Inuertunt itaq; genas id agentes: & medica-
mentum auferunt poſt paulum: roſaceoq; inungunt: & pane impoſito mitigant nocte. Eadem cortice &
nyctilopes curantur in farina trita: & ex aceto illita. Extrahit & ſquammas eius cinis. Cicatrices oculorũ
cum melle ſanat pterygia cum ſale: & cadmia ſingulis drachmis. Emendat & albugines oculorum iumẽ
torum. Adiiciunt & oſſiculis eius genas ſi terantur ſanari. Echini ex aceto epinyctidas ſanant eundem cõ
buri cum uiperinis pellibus raniſq;: & cinerem aſpergi potioni iubent magi: claritatem uiſus promitten-
tes. Ichthyocolla appellatur piſcis: cui glutinoſum eſt corium. Idemq; nomen glutino eius. Hic epinicti-
das tollit. Quidam ex uentre non ex corio fieri dicunt. Ichthyocolla ut glutinum taurinum laudatur.
Pontica candida: & carens uenis ſquammiſq;: & quæ celerrime liqueſcit. Madeſcere autem debet conciſa
in aqua aut aceto nocte ac die. Mox tundi marinis lapidibus: ut facilius liqueſcat. Vtilem eam in capitis
doloribus affirmant: & tetanothris. Ranæ dexter oculus dextro: ſiniſtro leuus ſuſpenſi e collo natiui co-
loris panno lippitudines ſanant. Quod ſi per coitum ranæ eruantur: albuginem quoq;. Alligati ſimiliter
in putamine oui. Reliquæ carnes impoſitæ ſugillationem rapiunt. Cancri etiam oculos adalligatos col-
lo mederi lippitudini dicunt. Eſt parua rana in arundinetis & hærbis: maxime uiuens muta: ac ſine uoce
uiridis ſi forte hauriatur: uentres boum diſtens huius corporis humorem penicillis deraſum claritatem
oculis inunctis narrant afferre. Ipſaſque carnes doloribus oculorum ſuperponunt. Ranas etiam quinde-
cim coniectas in fictili nouo iuncis configunt quidam ſuccum earum qui ita effluxerit admiſcent lachry-
mæ: quæ ex alba uite emanat: atque ita palpebras emanant inutilibus pilis exemptis acu inſtillantes hũc
Mecenas ſuccum in ueſtigia euulſorum. Meges pſilothrum palpebrarum faciebat in aceto enecans putreſcentes:
& hoc utebatur in multis uariſque per aquationes autumni naſcentibus. Idem præſtare ſanguiſugarum
Channæ cinis ex aceto illitus putatur. Comburi eas oportet nouo uaſe. Idem tæniæ iecur ſiccatum põdere. xiii. cũ
oleo cædrino perunctis pilis nouem menſibus. Auribus utiliſſimum bati piſcis fel recens: ſed inueteratũ
Myxinon uino. Item banchi quem quidam myxona uocant. Item callionymi cum roſaceo infuſum. Vel caſtoreũ
cum papaueris ſucco. Vocant & in mari pediculos eoſque tritos inſtillari ex aceto auribus iubent. Et per
ſe conchylio infecta lana magnopere prodeſt. Quidam aceto & nitro madefaciunt. Suntq; qui præcipue
Sociorum contra omnia aurium uitia laudent gari excellentis ſuccum cyathis mellis dimidio amplius aceti cyathũ
in calice nouo lenta pruna decoquere. Deinde ſpuma pennis deterſa: & poſtquam deſierit ſpumare tepi-
dum infundere. Si tumeant aures coriandri ſucco prius mitigandas iidem præcipiunt. Ranarum adeps
inſtillatus ſtatim dolores tollit. Cancrorum fluuitalium ſuccus cum farina hordeacea aurium uulneri-
bus efficaciſſime prodeſt. Parotides muricum teſtæ cinere cum melle: uel conchyliorum ex mulſo curan
tur. Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini ſcarificatis gingiuis. Cerebro caniculæ in oleo de-
cocto adſeruatoque: ut ex eo dentes ſemel anno colluantur. Paſtinacæ quoq; radio ſcarificare gingiuas:
& in dolore utiliſſimum. Conteriturq; iis: & cum helleboro albo illitus dentes ſine uexatione extrahit.
Salſamentorum etiam fictili uaſe combuſtorum cinis: addita farina marmoris inter remedia eſt. Et cy-
bia uetera eluta in nouo uaſe: deinde trita proſunt doloribus. Atque prodeſſe dicuntur omnium ſalſa-
mentorum ſpinæ combuſtæ tritæque & illitæ. Decoquuntur & ranæ ſingulæ in aceti heminis: ut dentes
ita colluantur: contineaturq; in ore ſuccus. Si faſtidium obſtaret: ſuſpendebat pedibus poſterioribus eas
Saluſtius Dionyſius: ut ex ore uirus deflueret in acetum feruens: idque e pluribus ranis. Fortioribus ſto
machis ex iure edendas dabat. Maxillareſq; ita ſanari dentes præcipue putant. Mobiles uero ſupradicto
aceto ſtabiliri. Ad hæc quidam ranarum corpora binarum præciſis pedibus in uini hemina macerant: &
ita collui dentes labentes iubent. Aliqui totas adalligant maxillis. Alii denas in aceti ſextariis tribus de-
coxere ad tertias partes: ut mobiles dentium ſtabilirent. Necnon. xxxvi. ranarum corda in olei ueteris ſex
tario ſub æreo teſto diſcoxere: ut infunderent per aurem dolentis maxillæ. Alii iecur ranæ decoctum &
tritum cum melle impoſuere dentibus. Omnia ſupraſcripta ex marina rana efficaciora. Si carioſi & feti-
di ſunt centum in furno areſieri per noctem præcipiunt. Poſtea tantundem ſalis addi atque fricari. Eny-
dris uocatur a græcis coluber in aquis uiuens. Huius quattuor dentium ſuperioribus in dolore ſuperio-
rum gingiuas ſcarificant: inferiorum inferioribus. Aliqui canino tantum earum contenti ſunt. Vtuntur
& cancrorum cinere: nam muricum cinis dentifricium eſt. Lichenas & lepras tollit adeps uituli marini.
Murenarum cinis cum mellis obolis ternis. iecur paſtinacæ in oleo decoctum. Hippocampi & delphini
cinis ex aqua illitus. Exulcerationem ſequi debet curatio: quæ perducit ad cicatricem. Quidam delphini
iecur in fictili torrent: donec pinguitudo ſimilitudine olei fluat: ac perungunt. Muricum uel conchylio-
rum teſtæ cinis maculas in facie mulierum purgat cum melle illitus: cutemq; erugat: extenditq; ſeptenis
Corycia diebus illitus: ita ut octauo candido ouorum foueantur. Muricum generis ſunt quæ uocant græci coly-
cia: alii corythia: turbinata æque. Sed minora multo: efficaciora etiã & horis halitũ cuſtodiẽtia. Ichthyo
colla erugat cutem: extenditque: in aqua decocta horis quattuor: dein contuſa: colluta: & ſubacta ad li-
quorem uſq;

quorem uſq; mellis. Ita præparata in uaſe nouo conditur: & uſu quattuor drachmis eius binæ ſulphuris:
& anchuſæ totidé: octo ſpumæ argenteæ adduntur: aſperſaq; aqua terũtur una. Sic illita facies poſt quta
tuor horas abluitur.

Promiſcue medicinæ. Cap.v.

Edentur & lentigini cæteriſq; uitiis ex oſſibus ſepiarum cinis. Idem & carnes excreſcentes tollit:
m & humida ulcera. Pſoras tollit rana decocta in heminis quinq; aquæ marinæ. Excoqui debet: do
nec ſit craſſitudo mellis. Fit & in mari halcyoneum appellatum ex nidis (ut aliqui exiſtimant)
halcyonum & ceicum: alii e ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus. Alii e limo: uel quadam maris lanu-
gine. Quattuor eius genera. Cinereum ſpiſſum odoris aſperi. Alterũ molle lenius odore fere algæ. Ter
tium candidioris uermiculi Quartum pumicoſius: ſpongiæq; putri ſimile pene purpureum. Quod opti
mum: id & mileſium uocatur. Quo candidius autem hoc minus probabile eſt. Vis eorum: ut exulce-
rent: purgent. Vſus toſtis & ſine oleo mire lepras: lichenas: lentigines tollunt cum lupino: & ſulphuris
duobus obolis. Halcyoneo utuntur & ad oculorum cicatrices. Andrias ad lepras cancri cinere cum oleo
uſus eſt. Attalus thynni recentioris adipe ulcera. Menarum muria & capitum cinis cum melle ſanat ſtru
mas. Pungi piſcis eius qui rana in mari appellatur: oſſiculo de cauda: ita ut non uulneret: poteſt. Id faciẽ
dum quottidie: donec procurentur. Eadem uis & paſtinacæ radio & lepore marino impoſito: ita ut celeri
ter remoueatur. Echini teſtis contuſis & ex aceto illitis. Item ſcolopendræ marine e melle. Cancri fluuia
tiles contriti: uel combuſti ex melle Mirifice proſunt: & ſepiæ oſſa cum axungia uetere contuſa & illita.
Sic & ad parotidas utuntur: & ſcauri piſcis marini iocineribus. Quin & teſtis cadi ſalſamentarii tuſis
cum axungia uetere: muricumque cinere ex oleo ad parotidas ſtrumaſq;. Rigor ceruicis mollitur cum
marinis: qui pediculi uocantur drachma pota. Caſtoreo poto cum pipere ex mulſo mixto ranis de-
coctis ex oleo & ſale: ut: ſorbeatur ſuccus. Sic & opiſtotono medentur: tetano: ſpaſticis uero pipe-
re adiecto. Anginas menarum ſalſarum ex capitibus cinis ex melle illitus abolet: Ranarumque deco-
ctarum ex aceto. Succus hic & contra tonſillas prodeſt. Cancri fluuiatiles triti ſinguli in heminam
aquæ: anginis medẽtur gargarizati aut e uino: aut calida aqua poti. Vuæ medetur garum cochlearibus
ſubditum. Vocem ſiluri recentes ſi ue in cibo ſumpti adiuuant. Vomitiones mulli inueterati tritique
in potione concitant ſuſpirioſis caſtoreo cum hammoniaci exigua portione ex aceto mulſo ieiunis uti-
liſſime pota. Eadem potio ſpaſmos ſtomachi ſedat ex aceto mulſo calido. Tuſſim ſanare dicuntur piſci-
um modo e iure decoctæ in patinis ranæ. Suſpenſæ autem pedibus: cum diſtillauerit in patina ſaliua
earum exenterari iubentur: abiectiſq; interaneis condiri. Eſt rana parua arborum ſcandens & ex ea uo-
ciferans. In huius os ſiquis expuat ipſamq; dimittat: tuſſim liberare dicuntur. Præcipiunt & cochleæ cru-
dæ carnem tritam bibere ex aqua calida in tuſſi cruenta. Iocineris doloribus ſcorpio marinus in uino ne-
catur: ut deinde bibatur. Conchæ longæ carnes ex mulſo potæ cum aqua pari modo: aut ſi febres ſint: ex
aqua mulſa. Lateris dolores leniunt hippocãpi toſti ſumpti. Tethyaq; ſimilia oſtreæ in cibo ſumpta. Iſ-
chiadicorum muria ſiluri clyſtere infuſa. Dantur autem conchæ ternis obolis dilutæ in uini ſextariis duo
bus per dies quindecim. Aluum emollit ſilurus e iure & torpedo in cibo. Et olus marinum ſimile ſatiuo
ſtomacho inimicũ aluum facillime purgat. Sed propter acrimoniã cum pingui carne coquitur. Et oium
piſcium ius. Idem & urinas cit e uino maxime. Optimum e ſcorpionibus & iulide: & ſaxatilibus: nec ui-
rus recipientibus. Coqui debent cum anheto: apio: coriandro: porro: additis oleo & ſale. Purgant & cy-
bia uetera: priuatimq; cruditates pituitas bilemq; trahunt. Purgant & myaces: quorum natura tota ĩ hoc
loco dicetur. Aceruantur muricum modo: uiuuntq; in algoſis: gratiſſimi autumno: & ubi multa dulcis
aqua miſcetur mari: ob id in ægypto laudatiſſimi. Procedente hyeme: amaritudinem trahunt: coloremq;
rubrum. Horum ius traditur aluum & ueſicas exinanire. Interanea diſtringere. Omnia adaperire. Renes
purgare. Sanguinem adipemq; minuere. itaq; utiliſſimi ſunt hydropicis mulierum purgationibus: mor-
bo regio: articulari: inflationibus. item prodeſſe felli pituitæq; pulmonis: iocineris ſplenis uitiis: rheuma-
tiſmis. Fauces tantum uexant: uoceſque obtundunt. Vlceraq; quæ ſerpant: aut ſint purganda: ſanant. itẽ
carcinomata Cremati autem ut murices & morſus canum hominumq; cum melle: lepras: lentigines. Ci
nis eorum potus emendat caligines. Gingiuarum & dentium uitia: eruptiones pituitæ: & cõtra doricniũ
aut opocarpathon antidoti uicem obtinent. Degenerant in duas ſpecies in mytulos: qui ſalem uiruſq; re-
cipiunt: myiſcaſque. Quæ rotunditate differunt: minores aliquanto atque hyrtæ tenuioribus teſtis: car-
ne duriores. Mytuli quoque ut murices cinere cauſticam uim habent: & ad lepras: lentigines: maculas.
Lauantur quoq; plumbi modo ad genarum craſſitudines: & oculorum albugines: caligineſque. Atq; in
aliis partibus ſordida ulcera: capitiſque puſtulas. Carnes uero eorum ad canis morſus imponũtur. Et pe
lorides emolliunt aluum. Item caſtorea ex aqua mulſa: drachmis binis. Qui uehementius uolunt ut: ad
dunt cucumeris ſatiui radicis ſiccæ drachmam: & aphronitri duas. Tethya torminibus & iflatiõibus ſuc-

curſũt: inueniuntur hæ in foliis marinis ſuggentis: fungorum uerius generis q̄ piſcium. Eædem & tenaſ-
mum diſſoluunt: renumq; uitia. Naſcitur & in mari abſinthium: quod aliqui ſeriphum uocant: circa ta-
phoſyrin maxime ægypti: exilius terreſtri. Aluum ſoluit: & noxiis animalibus inteſtina liberat. Soluunt
& ſepiæ. In cibo dantur cum oleo & ſale: & farina decoctæ. Menæ ſalſæ cum felle taurino illitæ umbilico,
aluum ſoluunt. Ius piſcium in patina coctorum cum lactucis tenaſmum diſcutit. Canceri fluuitiales triti
ex aqua poti. aluum ſiſtunt. Vrinam ciunt. in uino aluum. Ademptis branchiis calculos pellunt tribus
obolis cum myrrhæ tritæ ſingularibus eorum drachmis. Ileos & inflationes caſtoreũ cum dauci ſemine
& petroſelini quantum ternis digytis ſumatur ex mulſi calidi cyathis quattuor. Tormina uero cum ace
to uino mixto. Erythini in cibo ſumpti ſiſtunt aluum. Dyſentericis medentur ranæ cum ſcylla decoctæ:
ita ut paſtilli fiant. Fel ſiue cor earum cum melle tritum: ut tradit Niceratus. Morbo regio ſalſamentum
cum pipere: ita ut reliqua carne abſtineatur. Lyeni medetur ſola piſcis impoſitus. item torpedo. Itẽ rhom
bus uiuus: dein remittitur in mare. Scorpius marinus necatus in uino: ueſicæ uitia & calculos ſanat. La-
Blennorũ pis qui inuenitur in ſcorpionis marini cauda pondere oboli potus. Enydridis iecur. Blenniorum cinis cũ
Banchi ruta. Inueniuntur & in branchii piſcis uel capite ceu lapilli. Hi poti ex aqua calculoſis præclare medẽtur.
Aiuntq; & urticam marinam in uino potam prodeſſe. item pulmonem marinum decoctũ in aqua. Oua
ſepiæ urinam mouent: renumq; pituitas extrahunt. Rupta conuulſa canceri fluuitiales triti in aſinino la-
cte maxime ſanant. Echini uero cum ſpinis ſuis contuſi: & uino poti calculos. Modus ſingulis hemina bi
bitur: donec proſit: & alias in cibis ad hoc proficiunt. Purgatur ueſica & pectinum cibo. Ex iis mares alii
donacas alii aulos uocant fœminas onychas. Vrinam mares mouent. Dulciores fœminæ ſunt & unico-
lores. Sepiæ quoq; oua urinam mouent: renes purgant. Enterocelæ lepus illinitur tritus cum melle. iecur
quoq; aquatici colubri. item hydri tritum potumq; calculoſis prodeſt. iſchiadicos autem liberant ſalſamẽ
ta ex ſiluro infuſa clyſtere euacuata prius aluo. Sed attritis cinis e capite mugillum mulorumq;. Combu
runtur autem in fictili uaſe. Illini cum melle debent. item capitis menarum cinis ad rhagadas: & ad con-
dylomata utilis: ſicut pelamidum ſalſarum capitum cinis: uel cybiorum cum melle. Torpedo appoſita
procidentis interanei morborum ibi coheret. Cancrorum fluuitialium cinis ex oleo & cæra: rimas in ea-
dem parte emendat. Item & marini cancri polline. Panos ſalſamenta coracini diſcutiunt. Sciænæ iteranea
& ſquammæ combuſtæ. Scorpio in uino decoctus: ita ut foueantur ex illo. At echinorum teſtæ contuſæ
& ex aqua illitæ incipientibus panis reſiſtunt. Muricum uel purpurarum cinis utroq; modo: ſiue diſcute
re opus ſit incipientes: ſiue concoctos emittere. Quidam ita componunt medicamentum: cæræ & thuris
drachmas. xx. Spumæ argenti. xl. Cineris muricum. x. Olei ueteris heminam. Proſunt per ſe ſalſamenta
cocta. Canceri fluuiatiles triti uerendorum puſtulas diſcutiunt. Cinis ex capite menarum. Item carnes de
coctæ & impoſitæ. Similiter percæ ſalſæ e capite cinis melle adito. Pelamidum capitis cinis aut ſquatinæ
piſcis cutis cõbuſta. Hæc eſt qua diximus lignũ poliri: quia & e mari fabriles uſus exeũt. Proſunt & ſmari
des illitæ. Item muricum uel purpurarum teſtæ cinis cum melle. Efficacius crematarum cũ carnibus ſuis
Carbunculus uerendorum priuatim ſalſamenta cocta cum melle reſtringuunt. At teſtem ſi deſcenderit:
cochlearum ſpuma illini uolunt. Vrinæ incontinentiam hippocampi toſti: & in cibo ſæpius ſumpti emẽ-
Scombro. dant. item opidion piſciculus gongro ſimilis cum lilii radice. Piſciculi minuti ex uentre eius quos deuora
prior lectõ uerit: exempti & cremati: ita ut cinis eorũ bibatur ex aqua. iubent & cochleas africanas cum ſua carne cõ-
buri: cineremq; ex uino ſignino dari. Podagris articularibuſque morbis utile eſt oleum: i quo decocta eſt
rana: & ipſarum inteſtina: & rubetæ cinis cum adipe uetere. Quidam & hordei cinerem adiiciunt: trium
rerum æquo pondere. iubent & lepore marino recenti podagram fricari. Fibrinis quoque pellibus calcia
ri maxime pontici fibri. item uituli marini. Cuius & adeps prodeſt. item & bryon de quo diximus lactu-
cæ ſimile: rugoſioribus foliis: ſine caule. Natura eſt ei ſtiptica. impoſitum lenit impetus podagræ. item
alga: de qua ſupra dictum eſt. Obſeruaturq; in ea: ne arida imponatur. Perniones emendant pulmo ma-
rinus. Cancrique marini cinis ex oleo. item fluuiatiles triti ſicq; cinere & oleo ſubacti: & ſiluri adeps. Et in
articulis morborum impetus ſedant ranæ ſubinde recentes impoſitæ: quas quidam diſſectas iubent im-
poni. Morbos abigit ius Mytulorum: & concharum comitiales: & ut diximus: coagulũ uituli marini bi
bunt cum lacte equino aſininoue: aut cum punici ſucco. Quidam ex aceto mulſo. Necnon aliqui per ſe
pilulas deuorant. Caſtoreum in aceti mulſi cyathis tribus ieiunis datur: iis uero qui ſæpius corripiuntur:
clyſtere infuſum mirifice prodeſt. Caſtorei drachmæ duæ eſſe debebunt: mellis & olei ſextarius: & aquæ
tantundem. Ad præſens uero correptis olfactu ſubuenit cum aceto. Datur & muſtelæ marinæ iecur. itẽ
muris uel teſtudinum ſanguis.

Ad febrem omnium generum: & contra diuerſas infirmitates. Cap. vi.

f Ebrium circuitus tollit iecur delphini guſtatum ante acceſſiones Hippocampi necantur in
roſaceo: ut perungantur ægri in frigidis febribus. Et ipſi adalligantur ægris: item ex aſello pi-
ſce lapilli

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 463 sur 536

ſcæ lapilli qui plena luna inueniuntur: in capite alligantur in linteolo. Pagri fluuitialis longiſſimus dens
capillo adalligatus: ita ut quinq; diebus eum qui alligauerit: non cernat æger: Ranæ uero in triuo deco-
ctæ oleo abiectis carnibus perunctos liberant quartanis. Sunt qui ſtrangulatas in oleo ipſas clam adal-
ligent: oleoq; eo perungant. Cor earum adalligatum frigora febrium minuit. Et oleum in quo in teſtina
decocta ſint. Maxime autem quartanis liberant ablatis unguibus ranæ & alligatæ & rubetæ. Iecur eius:
uel cor adalligatur in panno leucophæo. Cancri fluuitiales triti in oleo & aqua perunctis ante acceſſiones
in febribus proſunt. Aliqui & piper addunt. Alii decoctos ad quartas in uino e balneo egreſſis bibere ſua
dent in quartanis. Aliqui uero ſiniſtrum oculum deuorari iubent. Magi quoq; oculis earum ante ſolis
ortum adalligatis ægro: ita ut cæcas dimittant in aquam: tertianas abigi promittunt. Eoſdemq; oculos
cum carnibus luſciniæ in pelle ceruina adalligatos præſtare uigiliam: ſomno fugato tradunt. In lethar-
gumq; uergentibus coagulo balenæ: aut uituli marini ad olfactum utuntur. Aliqui ſanguinem teſtu-
dinum: lethargicis illinunt. Tertianis mederi dicitur: & ſpōdylus per ſe adalligatus. Quartanis cochleæ percæ pri-
fluuitiales in cibo recentes. Quidam ob id aſeruant ſale: ut dent tritas in potu. Strombi in aceto putrefa us ſcribe-
cti lethargicos excitant odore. Proſunt & in cardiacis. Cachecticis quorum corpus macie conficitur. batur rhō-
Techya utilia ſunt cum ruta ac melle. Hydropicis medetur adeps delphini liquatus. & cum uino potus. bi. uel ſcō-
Grauitati ſaporis occuritur tactis naribus unguento: aut odoribus: uel quoquo modo obturatis. Strum bri antiqui
bi quoq; carnes tritæ: & in mulſi tribus heminis pari modo aquæ: aut ſi febres ſint: ex aqua mulſa datæ codices.
proficiunt. Item Succus cancrorum fluuitialium cum melle. Ranæ quoq; aquaticæ in uino uetere & far
re decoctæ: ac pro cibo ſumptæ: ita ut bibatur ex eodem uaſe. Vel teſtudo deciſis pedibus capite cauda
& inteſtinis exemptis: reliqua carne ita condita ut citra faſtidium ſumi poſſit. Cancri fluuitiales ex iure
ſumpti & phthiſicis prodeſſe traduntur. Aduſta ſanantur cancri marini uel fluuitialis cinere. Et ea quæ
feruenti aqua combuſta ſint. Hæc curatio etiam pilos reſtituit cum cancrorum fluuitialium cinere. Pu-
tantq; utendum cum cæra & adipe urſino. Prodeſt & febri ranarum fellis cinis. Ignes ſacros reſtiguunt
ranarum uiuentium uentres ipoſiti: pedibuſq; poſterioribus pronas adalligari iubent: ut crebriore anhe
litu proſint. Vtuntur & ſilurorum capitum cinere ſalſamentorum ex aceto. Pruritum ſcabiemq; nō ho-
minum modo: ſed & quadrupedum afficaſſime ſedat iecur paſtinacæ decoctum in oleo. Neruos præci-
ſos purpurarum cauum quo ſe operiunt tuſum glutinat. Lethargicos coagulum uituli adiuuat in uino callum
potum oboli pondere. Item ichthyocollæ. Tremulos iuuat caſtoreum ſi ex oleo peruugantur. Mullos
in cibo inutiles neruis inuenio fieri. Sanguinem piſcium putant cibo ſiſti polipo tuſo illitoq;. De quo &
hæc traduntur muriam ipſum ex ſeſe emittere: & ideo non debere addi. In coquendo ſecari harundine:
ferro enim intingi uitiumq; trahere natura deſerente. Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cine
rem uel ſanguinem inareſactum. Quidam ex ea rana quam græci calamiten uocant: quoniam inter ha-
rundines fruticeſque uiuat: minima omnium & uiridiſſima. Cinerem fieri iubent. Aliqui & naſcentium
ranarum in aqua quibus adhuc cauda eſt: in calice nouo combuſtarum cinerum ſi per nares fluat inficiē-
dum. Diuerſus hirudinum quas ſanguiſugas uocant ad extrahendum ſanguinem uſus eſt. Quippe eadē
ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium ad corpora leuanda ſanguine ſpiramenta laxanda iudicā-
tur. Sed uitium quod admiſſæ ſemel deſiderium faciūt circa eadem tempora anni ſemper eiuſdem medi
cinæ. Multi podagris quoq; admittenda cenſuere. Decidunt ſacietate & pondere ipſo ſanguinis detractæ
aut ſale aſperſæ. Aliquando tamen adfixa relinquunt capita quæ cauſa uulnera inſanabilia facit: & multoſ
interimit: ſicut Meſſalinum e conſularibus patriciis cū ad genua admiſiſſet. Inuehunt uirus remedio uer Inueniunt
ſo: maximeq; ruffæ ita formidantur. Ergo ſuggētia ora forficibus præcidunt: ac ueluti ſiphonibus defluit legunt alii
ſanguis: paulatimq; morientium capita ſe contrahunt: nec relinquuntur. Natura earum aduerſatur cimi-
cibus: & ſuffitu necat eos. Fibrinarum pellium cum pice liquida combuſtarum cinis narium profluuia ſi
ſtit ſucco porri mollitus. Extrahit tæla corpori inhærentia. Sepiarum teſtæ ex aqua ſalſamentorū carnes
Cancri fluuiatiles triti. Siluri fluuiatilis qui & alibi q̄ in nilo naſcitur carnes impoſitæ recentes ſiue ſalſæ.
Eiuſdem cinis extrahit & adeps: & cinis ſpinæ eius uicem ſpodii præbet. Vlcera quæ ſerpunt & quæ ex iis
excreſcunt ex capite menarum cinis uel ſiluri coercet. Carcinomata per earum capita ſa ſarum: efficacius
ſi cineri earum miſceatur ſal & cunila capita: oleoq; ſubigantur. Cancri marini cinis uſti cum plumbo car
cinomata compeſcit. Ad hoc & fluuiatilis ſufficit cum melle: lineaq; lanugine. Sed aliqui malunt alumē
melq; miſcere cineri. Phagedenæ ſiluro inueterato: & cum ſandaraca trito. Cachothæ & nomæ & putreſcē
tia, cybio uetere ſanantur. Vermes uero innati ranarum felle tolluntur. Fiſtulæ aperiuntur: ſiccanturq; ſal
ſamentis cum lintheolo immiſſis. Intraq; alteram diem callum omnem auferunt: & putreſcentia ulcerū
quæq; ſerpunt emplaſtri modo ſubacta & illita. Et ſalpes expurgat ulcera in lintheolis concerptis. Item
echinorum teſtæ cinis. Carbunculos, coracinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamen
ti cinis. Quidam capite tantum utuntur cum melle: uel coracinorum carne. Muricum cinis cum oleo tu



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 464 sur 536

mores tollit. Cicatrices fel ſcorpionis marini. Verrucas tollit glani iecur tritum. Capitis menarum cinis
cum allio tritus ad thymia crudis utuntur fel ſcorpionis marini ruffi. Smarides tritæ illitæ. Hallex defer
uefacta unguium ſcabriciã ciniſq; e capite menarum extenuat. Mulieribus lactis copiam facit glauciſcus
e iure ſumptus: & ſmarides cum ptiſana ſumptæ: uel cũ fœniculo decoctæ. Mammas ipſas muricum uel
purpuræ teſtarum cinis cum melle efficaciter ſanat. Cancri fluuiatiles illiti uel marini pilos in mãma: uel
muricũ carnes appoſitæ tollunt. Squatinæ illitæ creſcere mammas nõ patiuntur. Delphini adipe linamẽ
ta accenſa excitant uuluæ ſtrangulatu oppreſſas. Item ſcombri in aceto putrefacti. Percarum uel menaꝝ
capitis cinis ammixto ſale & cunila oleoq; uuluæ medetur. Suffitione quoq; ſecũdas extrahit. Item uituli
marini adeps inſtillatur igni naribus ītermortuarum uuluæ uitio: & cum coagulo eiuſdem in uellere im-
poſitus. Pulmonis marini cinis adalligatus egregie profluuia purgat. Echini uiuentes tuſi & in uino dul-
ci poti. Siſtunt & cancri fluuiatiles triti in uino potique. Item ſiluri ſuffitu præcipue africi faciliores par-
tus fieri dicuntur. Cancri ex aqua poti profluuia ſiſtere. Ex hyſopo purgare. Et ſi partus ſtranguletur: ſi
militer poti auxiliantur. Eoſdem recentes uel arido bibunt ad partus continendos. Hippocrates ad pur-
gationes mortuoſq; partus utitur illis cum quinis lappati radicibus cum ruta & fuligine tritis: & in mul-
ſo datis potui. Itẽ ī iure cocti cum lappato & appio mẽſtruas purgatões expediunt. Lactiſq; ubertatẽ fa-
ciunt. Item ī febri quæ fit cũ capitis doloribus & oculoꝝ palpitatõe. Mulieribus ī uino auſtero poti ꝓdeſ
ſe dicuntur. Caſtoreum ex mulſo potum purgatiõibus prodeſt. Contraq; uuluã olfactum cum aceto &
pice: aut ſubditum paſtillis. Ad ſecundas etiam uti eodem prodeſt cum panace ī quattuor cyathis uini.
Et a frigore laborantibus ternis obolis. Sed ſi caſtoreum fibrũue ſuperegrediatur grauida: abortum face
re dicitur: & periclitari partus ſi ſuperferatur. Mirum & quod de torpedine īuenio. Si capiatur cum luna
ī libra fuerit. triduoq; aſſeruetur ſub diuo: faciles partus facere: poſtea quotiens īferatur adiuuare. Et pa-
ſtinacæ radius adalligatus umbilico exiſtimatur idem facere ſi uiuenti ablatus ſit: ipſaq; denuo ī mare di-
miſſa. Inuenio apud quoſdã oſtracium uocari: quod aliqui onychen uocant: hoc ſuffitum uuluæ pœnis
mire reſiſtere. Odorem eſſe caſtorei: meliuſq; cum eo uſtum proficere. Vetera quoq; ulcera & cacoethæ
eiuſdem cinere ſanari. Nam carbunculos & carcinomata in mulierum parte præſentiſſimo remedio ſana
ri tradunt cancro fœmina cum ſalis flore cõtuſo poſt plenam lunam: & ex aqua illita. Pſilothrũ eſt cynni
ſanguis: fel: iecur ſiue recentia ſiue ſeruata. Iecur etiam tritum mixtoq; cædrio plumbea pyxide aſſeruatũ
Ita pueros pubeſcere negauit. Mango ſalpe obſtetrix. Eadem uis eſt pulmõis marini. Leporis marini ſan
guine & felle: uel ſi ī oleo lepus hic necetur. Cancri ſcolopendræ marini cinis cum oleo. Vrtica marina tri
ta ex aceto ſcyllite. Torpedinis cerebrum cum alumine illitum. xvi. luna. Ranæ paruæ quã in oculorum
curatione deſcripſimus ſanies efficaciſſime pſilothrum eſt: ſi recens illinatur: & ipſa arefacta ac tuſa: mox
decocta tribus heminis ad tertias: uel in oleo decocta æreis uaſis. Eadem menſura alii ex quindecim ranis
conficiunt pſilothrum: ſicut in oculis diximus. Sanguiſugæ quoque toſtæ in uaſe fictili: & ex aceto illitæ
eundem contra pilos habent effectum. Et ſuffitus urentium eas necat cimices inuectas. Caſtoreo quoq;
cum melle pro pſilothro uſi pluribus diebus reperiuntur. In omni autem pſilothro uellẽdi prius ſunt pi
li. Infantium gingiuis dentitionibuſque multum confert delphini cum melle dentium cinis: & ſi ipſo den
te gingiuæ tangantur. Adalligatuſq; idem pauores repentinos tollit. idem effectus & caniculæ dentis. Vl
cera uero quæ in auribus aut ulla corporis parte fiant cancrorum fluuiatilium ſuccus cum farina hordea
cea ſanat. Et ad reliquos morbos triti in oleo perunctis proſunt. Siriaſciſque infantium ſpongia frigida ce
rebro humefacto rana inuerſa adalligata efficaciſſime ſanat: quam aridam inueniri affirmant. Mullus in
uino necatus: uel piſcis rubellio: uel anguillæ duæ. item uua marina in uino putrefacta iis qui inde bibe-
rint tedium uini affert. Venerem inhibet. Echeneis & hippopotami frontis e ſiniſtra parte pellis in agni-
na adalligata. Fel ue torpedinis uiuæ genitalibus illitum. Concitant cochlearum fluuiatilium carnes ſale
Dryopetes adſeruatæ: & in potu ex uino datæ. Erythini in cibo ſumpti. Iecur ranæ dryophytes & calamitæ in pelli-
cula gruis alligatum: uel dens crocodili maxillaris annexus brachio: uel hippocampus: uel nerui rubetæ
dextro lacerto adalligati. Amorem finit in pecoris recenti corio rubeta alligata. Equorum ſcabiem ranæ
decoctæ in aqua extenuant: donec illini poſſit. Aiuntque ita curatos non repeti poſtea. Et ſalpe negat ca-
nes latrare: quibus in offa rana uiua data ſit. Inter aquatilia dici debet: & calamochnus latine adarcha ap
pellata. Naſcitur circa harundines tenues e ſpuma aquæ dulcis ac marinæ: ubi ſe miſcent. Vim habet cau
ſticam. ideo acopis additur contra perfrictionum uitia. Tollit & mulierum lentigines in facie. Et calami
ſimul dici debent. Phragmitis radix recens tuſa luxatis medetur: & ſpinæ doloribus ex aceto illita. Cyprii
uero qui & donax uocatur cortex alopeciis medetur uſtus: & ulceribus ueteratis. Folia extrahunt quæ in
fixa ſunt corpori & igni ſacro. Paniculæ flos ſi aures intrauerit exſurdat. Sepiæ atramento tanta uis eſt:
ut in lucerna addito æthiopas uideri ablato priore lumine Anaxilaus tradat. Rubeta decocta & in aqua
potu data ſuum morbis medetur: uel cuiuſcunq; ranæ cinis. Pulmone marino ſi confricetur lignum: ar-
dere uidetur

dere uidetur:adeo ut faculam ita prælucear.

Animalium omnium in mari uiuentium.clxxvi. genera eſſe. Capi.vii.

P Eracta aquatilium dote non alienum uidetur indicare per tot maria tam uaſta & tot milibus paſſuum terræ infuſa:extraq; circundata menſura pene ipſius mundi quæ intelligantur animalia centum ſeptuagintaſex omnium generum eſſe:eaq; nominatimcomplecti. Quod in terreſtribus uolucribuſq; fieri non quit. Neq; enim omnis indiæ athiopiæq; aut ſcythiæ deſertorumue n ouimus feras aut uolucres cum hominum ipſorum multo plurimæ ſint differentiæ quas inuenire potuimus. Accedat his taprobane inſulæq; aliæ oceani fabuloſe narratæ. Profecto conueniet: non poſſe omnia genera in contemplationem uniuerſam uocari At hercule in tanto mari oceano quæq; naſcuntur certa ſunt:notioraq; quod miremur quæ profundo natura merſit. Vt a beluis ordiamur:arbores phyſeteres: balneæ: priſtes:tritones::nereides:elephanti:homines qui marini uocantur:rotæ:orcæ:arietes:muſculi: & alii piſcium forma arietes delphini:celebreſq; Homero uituli. Luxuriæ uero teſtudines: & medicis fibri:quorũ e genere lutras nuſquam mari accepimus mergi:tantum marina dicentes. iam caniculæ:dromones:cornutæ:gladii:ſerræ:communeſque mari terræ amni hippopotami:crocodili. Et amni tãtum ac mari thynni:thynnides:ſiluri:coracini:percæ. Peculiaris autem maris accipenſer:aurata:aſellus:acarne:aphia:Alopecias:anguilla:araneus:box:batis:banchus:batrachus:belonæ:quos aculeatos uocamus:balanus: cornus:citharus. Chromborum genera peſſimus chalcis cobio. Callarias aſellorũ generis ni minor eſſet:Colias Siue parianus ſiue ſaxitanus a patria bætica:lacertorũ minima:ab iis mæotici: cybium. Ita uocatur conciſa pelamis:quæ poſt.xl. dies a ponto in mæotin reuertitur. Cordilla & hæc pelamis puſilla: cum in pontum e mæotide exit hoc nomen habet:cantharus:callyonimus: ſiue uranoſcopus:cinædi: ſoli piſciũ lutei Cnide quã nos urticam uocamus, Cancrorum genera chame trachea:chame leos:chame pelorides: generis uarietate diſtantes: & rotunditate:chame glyciamerides:quæ ſunt maiores q̃ pelorides:Glycia ſiue corophia. Conchaq; genera inter quæ & margaritiferæ cochleæ: quarum generis pẽtadactyles:melicẽbales:echinophoræ. dicuntur quibus cantant. Extra has ſunt rotũdæ in oleario uſu cochleæ:cucumis: cynopus:cammarus:cynoſdexia:draco. Quidam aliud uolunt eſſe dracũculum. Eſt autem graculo ſimilis. Aculeos in branchiis habet ad caudam ſpectantis. Sic & ſcorpio lædit dum manu tollitur: erythinus echeneis:echinus. Elephanti locuſtarum generis nigri:pedibus quaternis:biſulcis. Præterea brachia duo: binis articulis:ſinguliſq; forficulis denticulatis. Fabri ſiue zeus Glauciſci:glanius:gonger:gerres:galeos: garus:hippus:hippuros hirundo:halipleumon:hippocampos: Heparcotinos: Sunt lacertorum genera lolligo uo itans:locuſtæ:lucernæ:liparis:lamyrus:lepus:leones:quorum brachia cancris ſimilia ſunt. Reliq̃ ps locuſtæ:mullus:merula inter ſaxatiles laudata:mugil:melanurus:mena:metis:murena:Mys myllus:myſtus murex:oculata:ophidion:oſtria:otia:orcynõ. Hic eſt pelamidũ generis maximus. Neq; redit in mæotin:ſimilis tritoni:uetuſtate melior. Orphus orthragoriſcus:phager:phycus ſaxatilium:pelamis earum generis maxima apolectũ Durius tritone:phorcus:phitharus:paſſer: paſtinaca Polyporũ genera:pectines maximi & nigerrimi æſtate. Laudatiſſimi mitylenis:tyndaride ſalonis:altini:antii:in inſula alexãdriæ in ægypto. pectũculi:purpuræ:percides. pinna:pinnotheræ:rhina quẽ ſquatinã uocamus. Rhombus:ſcarus principalis hodie. Solea:ſargus:ſcylla:ſarda. Ita uocatur pelamis longa ex oceano ueniens. Scomber:ſalpa:horus:ſcorpena:ſcorpios:ſciadeus ſciæna:ſcolopendra:ſmyrus:ſcepini:ſtrombus ſolen ſiue aulos ſiue donax ſiue onix ſiue dactylus ſpondylus:ſmarides:ſtella:ſpongia. Turdus inter ſaxatiles nobilis. Tomus:taurianus:quem alii xiphiam uocant. Theſſa: torpedo:tethea: Triton. Pelamidum generis magni:ex eo ſerena cybia fiunt. Vrenæ:uua xiphiæ. His adiiciemus apud Ouidium poſita nomina:quæ apud neminem alium reperiuntur. Sed fortaſſis in ponto naſcuntur:ubi id uolumen ſupremis ſuis temporibus inchoauit. Bopgyrum in ſcopulis uiuentem. Orphum rubentem:rhacinumq; pullum:pictas mormyras:aureiq; coloris chryſon. Præterea paruum teragum: & placentem cauda labrum Epodas lati generis. Præter hæc inſignia piſcium tradit:channem ex ſeipſa concipere. Glaucum æſtate nũquam apparere. Pomphilum qui ſemper comitetur nauigiorum curſus. Chromin qui nidificet in aquis. Helopen quoq; dicit eſſe noſtris incognitum undis. Ex quo apparet falli eos qui eundem accipenſerẽ exiſtimauerunt. Helopi palmam ſaporis inter piſces multi dedere. Sunt præterea a nullo auctore noĩati ſudis latine appellata:a græcis ſphyræna roſtro ſimilis noĩe magnitudine iter ampliſſimos rarus:ſed tñ nõ degener: & pernæ concharum generis circa pontias inſulas frequentiſſimæ. Stãt uelut ſuillo crure longo cuharena defixæ hianteſque qua limpitudo eſt:pedali non minus ſpatio. Cibum uenantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos. Intus proſpondylo grandis caro eſt. Et hyenam piſcem uidi in oenaria inſula captum caput excreuentem. Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna: & algis potius annumeranda q̃ animalibus.

Quæ naſcuntur uel quot quot

Lytras

Drymones alii codices.

boca uetuſ lectio

Caraborũ ſiue cãmarorum.

Cyprinus.

Colycia ſiue Coryphia.

uel cynopſ

Hepar:

Helacatenes.

Meryx

Mythus.

Saurus uł

Sparus

Sepiæ

Vræa ſiue horæa

Pompiũ.

Pompilũ.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXIII.

## PROOEMIVM.

### Metallorum naturæ.

m

Ecalla nunc ipſæq; opes : & rerum pretia dicentur:tellurem intus exquirente cura multiplici. Modo quippe alibi diuitiis foditur quærente uita aurum argentum æs electrum . Alibi deliciis gemmas : & parietum digitorumq; pigmenta . Alibi temeritati ferrum auro etiam gratius inter bella cædeſq;. Perſequimur omnes eius fibras uidemuſq; ſuper excauatos montes mirantes dehiſcere aliquando aut intremiſcere illam. Ceu uero non hoc etiam exemplum indignationis ſacræ parētis exprimi poſſit. Imus ĩ uiſcera eius: & in ſede manium opes quærimus:tāquam parum benigna fertiliq; qua ſecetur. Inter hæc minimum remediorum gratia ſcrutamur. Cui enim fodiendi cauſa medicina eſt? Quā quam & hæc ſumma ſui parte tribuit ut minime parca:faciliſq; in omnibus quæ proſunt. Illa nos premūt illa nos ad inferos agunt quæ occultauit atq; demerſit. Illa quæ non naſcuntur:ut repente mens ad inane euolans reputet quis deinde futurus finis eſt:ſæculis omnibus exhauriendi eam quouſq; penetret auaritia Quam innocens q̄ beata:immo uero & delicata eſſet uita. ſi nihil aliud de ea niſi quod ſupra terras concupiſcerēt:haberetq; non niſi quod ſecum eſt? Eruitur:quidem aurum & chryſocolla iuxta: ut pretioſior uideatur nomen ex auro cuſtodiens. Parum enim erat naturæ unam inueniſſe uitæ peſtem : niſi in pretio etiam eſſet ſanies auri. Quærebat argentum auaritia. Boni conſuluit interim inueniſſe minium:rubentiſque terræ excogitauit uſum. Heu prodigioſa ingenia quot modis auximus precia rerum? Acceſſit ars picturæ: & aurum argumentumq; cælando carius fecimus. Didicit homo naturā prouocare. Auxere & artem uitiorum irritamēta. In poculis libidines cælare iuuit:ac per obſcenitates bibere. Abiecta ſunt deinde hæc: & ſordere cœpere: & auri argēti nimiūq; fuit. Murrhina & cryſtallina ex eadē terra effodimus:quib9 precium faceret ipſa fragilitas hoc argumentum opum:hæc uera luxuriæ æſtimata ē gloria:habere quod poſſet ſtatim totum perire. Nec hoc fuit ſatis turba gemmarum potamus: & ſmaragdis teximus calices ac temulentiæ cauſa tenere indiam iuuat: & aurum iam acceſſio eſt.

Quæ prima commendatio metallorum auri: & de origine annulorum aureorum: & modo auri apud antiquos & equeſtri ordine: & de iure annulorum aureorum. Cap. i.

u

Vtinamq; poſſet e uita in totum abdicari aurum ſacra fames:ut celeberrimi auctores dixere: ꝓſciſſum conuitiis ab optimis quibuſq;: & ad perniciem uitæ repertum. Quantum fœliciore æuo cum res ipſæ permutabantur inter ſe: ſicut & troianis temporibus factitatum Homero credi cōuenit. Ita enim (ut opinor) commercia uictus gratia inuenta: alios coriis boum : alios ferro captiuiſq; rebus emptitaſſe tradit: q̄q̄ & ipſe miratus aurum æſtimationes rerum ita fecit: ut centum boum arma aurea permutaſſe Glaucum diceret cum Diomedis armis nouem boum. Ex qua conſuetudine mulcta legū antiquarum pecore conſtat etiam romæ. Peſſimum uitæ ſcelus fecit: qui annulum primus induit digytis Nec hoc quis fecerit traditur. Nam de prometheo omnia fabuloſa arbitror: q̄q̄ illi quoq; ferreum annulū dederit antiquitas: uinculumq; id non geſtamen intelligi uoluerit. Midæ quidam annulū quo circūacto habentem nemo cerneret: quis nō etiam fabuloſiorem fateatur? Manus & prorſus ſiniſtræ maximam auctoritatem conciliauere auro: non quidem Romani quorum more ferendū erat bellicæ uirtutis inſignæ. De regibus romanis nō facile dixerim. Nullum habet Romuli in capitolio ſtatua: nec præter Nummæ Seruiq; Tullii alia. Nec. L. quidē bruti. Hoc in Tarquiniis maxime miror: quorum egregia fuit origo: unde hic annulorum uſus uenit: quāquā etiam nunc lacedæmone ferreo utantur . Sed a Priſco Tarquinio oīum primo filium cum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem bulla aurea donatū conſtat: unde mox bullæ durauit : ut eorum qui equo meruiſſet filii id inſigne haberent : cæteri lorum. Et ideo miror Tarquinii eius ſtatuam ſine annulo eſſe. Quāquam & de nomine ipſo ambigitur. Id græci a digitis appellauere. Apud nos priſci ungulum uocabāt. Poſtea & græci & noſtri ſymbolum . Longo certo tēpore ne ſenatū quidem Romanum habuiſſe aureos: manifeſtum eſt. Siquidē iis tantum qui legati ad exteras gētes ituri eſſent: annuli publice dabantur credo: quoniā ita exterorū honoratiſſimi intelligebantur. Neque aliis uti mos fuit: q̄ qui ex ea cauſa publice accepiſſet: uulgoq; ſic triumphabāt. Et cum corona ex auro etruſca ſuſtineretur a tergo: annulus tamen in digyto ferreus erat: æqua fortuna triumphantis & ſerui coronam ſuſtinentis. Sic triumphauit de Iugurta. C. Marius. Aureum non ante tertium conſulatum ſumpſiſſe traditur. Ii quoq; qui ob legationē acceperāt: aureo in publico tm̄ utebantur: itra domos uero ferreis . Quo argumēto etiā nunc ſponſæ annulus ferreus mittitur. Iſq; ſine gēma. Nec iliacis tp̄ibus ullos fuiſſe annulos uideo: nuſq̄ certe Homerus dicit: cum & codicillos miſſitatos epiſtolarū gratia indicet: & cōditas arte ueſtes:

te uestes:ac uaſa aurea argenteaq;:& ea colligata nodi non annuli nota Sortiri quoq; contra prouocatio
nem duces nõ annulis tradit.Fabricæ etiam deum fibulas:& aliam mulieribus cultus:ſicut inaures in pri
mordio factitaſſe ſine mentione annulorum.Et qui primus inſtituit cunctanter id fecit:leuiſq; manibus ac
latentibus induit cum ſi honos ſecurus fuiſſet:dextra fuerit oſtentandus. Quod ſi impedimentum potu
it in ea aliquod intelligi:etiam conſertoris uſu argumentum eſt maius in leua fuiſſe qua ſcutum rapitur.
Eſt quidem apud eundem Homerum uirorum crinibus aurum implexum. Ideo neſcio an prior uſus a
fœminis cœperit.Romæ quidem non fuit aurum: niſi admodum exiguum longo tempore. Certe cum
a gallis capta urbe pax emeretur : non plus quam mille pondo effici potuere. Nec ignoro. M. Craſſum
duo milia pondo auri rapuiſſe ſuo:& Pompeii tertio conſulatu e capitolini Iouis ſolio a Camillo ibi con
dita:& ideo a pleriſq; exiſtimari duo milia pondo collata.Sed quod acceſſit:eſt gallorum præda fuit:de-
tractumq; ab his in parte captæ urbis delubris.Gallos autem cum auro pugnare ſolitos Torquatus in-
dicio eſt.Apparet ergo gallorum templorumq; tantundem nec amplius fuiſſe.Quod quidem in augu-
rio intellectum eſt:cum capitolinus duplum reddidiſſet.Illud quoq; obiter indicari conuenit : quoniam
de annulis ſermonem repetimus:æditum cuſtodiæ eius deprehenſum fracta in ore annuli gemma ſta-
tim expiraſſe:& indicium ita extinctum.Ergo ut maxime duo tantum milia pondo cum capta eſt.Roma
anno trecenteſimo.lxiiii.fuere : cũ iã capitum liberorum cenſa eſſent.c.lii.milia quingenti.lxxxiii. Eadem
poſt annos.ccc.vii.quod ex capitolinæ ædis incendio cæteriſq; omnibus delubris.C. Marius filius prene
ſte detulerat tredecim milia pondo:ſub eo titulo in triumpho tranſtulit Sylla.Et argenti.vii.milia.Idem
ex reliqua omni uictoria pride tranſtulerat auri pondo.xv.milia:argenti pondo.c.xv.milia. Frequentior
autem uſus annulorum non ante.Cn.Flauium Annii filium deprehẽditur. Hic nanq; publicatis diebus
faſtis: quos populus a paucis principum quottidie petebat: tantam gratiam plebis adeptus eſt:alioquin
libertino patre genitus:& ipſe Apii Cæci ſcriba:cuius hortatu ex ceperat eos dies: conſultando aſſidue ſa
gaci ingenio promulgaueratq;:ut ædilis curulis crearetur cum.Q.Anitio preneſtino:quam paucis ante
annis hoſtis fuerat:preteritis.C.Petilio & Domitio: quorum patres conſules fuerant. Additum Flauio
ut ſimul Tribunus plebis eſſet. Quo facto tanta ſenatus indignatione exarſit : ut annulos ab eo abie-
ctos fuiſſe in antiquiſſimis reperiatur annalibus. Fallit pleroſq; qui tum & equeſtrem ordinem id feciſſe
arbitrantur:Etenim abiectum hoc quoq;.Sed & phaleras poſita propter quæ nomen equitum adiectũ
eſt.Annulos quoq; depoſitos a nobilitate in annales relatum eſt:non a ſenatu uniuerſo. Hoc actum.P.
Sempronio Longo.L.Suſpitio cons.Flauius uouit ædem concordiæ : ſi populo reconciliaſſet ordines.
Et cum ad id pecunia publica non decerneretur : ex mulctaticia fœneratoribus condemnatis ædiculam
æream fecit in græcoſtaſi:quæ tunc ſupra comitium erat.Inciditq; in tabula ærea eam ædem.ccc.quattu- Græcoſta-
or annis poſt capitolinam dedicatam.Ita quadringentis.xlviii.a condita urbe geſtum eſt: & primum an ſio
nulorum ueſtigium extat.Promiſcui autem uſus alterum ſecundo punico bello.Neq; enim aliter potuiſ
ſent trimodia illa annulorum carthaginem ab Hannibale mitti.Inter cepionem quoq; & Druſum ex an-
nulo in auctiõe nauali inimicitiæ cœpere.Vnde origo ſocialis belli:& exitia rerum.Ne tum quidem om-
nes ſenatores habuerunt :utpote cum memoria auorum multi prætura functi in ferreo conſenuerint : ſi
cut Calphurnium & Manilium:qui legatus.C.Marii fuerat iugurtino bello Feneſtella tradit. Et multi.
Fufidium illum quem Scaurus in uita ſua ſcribit.In Quintiorum uero familia aurum ne fœminas qui-
dem habere mos fuerit.Nulloſq; omnino annulos maior pars gentium hominumq; etiam qui ſub impe
rio noſtro degunt hodie habeat.Non ſignet oriens aut ægyptus etiam nunc litteris contenta ſolis.Mul-
tis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit:gemmas addendo exquiſiti fulgoris:cenſuq; opimo di-
gytos onerando:ſicut dicemus in gemmarum uolumine.Mox & affigies uarias cælando:ut alibi ars:ali
bi materia eſſet in pretio. Alias deinde gẽmas uiolari nefas putauit: ac ne quis ſignandi cauſam in annu
lis eſſe intelligeret:ſolidas induit.Quaſdam uero neq; ab ea parte quæ digito occultatur:auro cluſit au-
rumq; milibus lapillorum uilius fecit.Contra uero multi nullas admittunt gẽmas:auroq; ipſo ſignant
ut Claudii Cæſaris principatu repertum.Necnon & ſeruitia iam ferrum auro cingunt:alia per ſeſe mero:
auro decorant:cuius licentiæ origo nomine ipſo in ſamothracia id inſtitutum declarat. Singulis primo
digytis gerere mos fuerat : qui ſunt minimis proximi.Sic in Nummæ & Seruii Tulli ſtatuis uidemus.
Poſtea pollici proximo ĩduere etiam deorum ſimulacris.Dein iuuit & minimo dare Galliæ brithaniæq;
medio dicuntur uſæ.Hic nunc ſolus excipitur:cæteri omnes onerantur:atq; etiam priuatim articuli mi-
noribus aliis.Sunt qui tres uni minimo congerant.Alii uero & huic unum tantum:quo ſignãda ſignẽt.
Conditurq; ille ut res rara & ad iniuriæ uſus indigna: uelut e ſacrario promitur.Et unũ in minimo digy
to habuiſſe precioſioris eſt in recondito ſuppellectilis oſtentatio.Iam alii pondera eorum oſtentãt.Aliis
plures q̃ unum geſtare labor eſt.Alii bratteas inſerunt leuiore materia:& propter caſum gẽmarum totã
ſollicitudinem putant.Alii ſub gemmis uenena cludũt:ſicut Demoſtenes ſummus oratorum gratiæ:an Amputát



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 468 sur 536

nuloſq; mortis gratia habent. Demũq; ut plurimum opum ita ſcelera annulis fiunt. Quæ fuit illa priſco
rum uita: qualis innocentia in qua nihil ſignabatur? At nunc cibi quoq; ac potus uindicantur annulo a ra
pina. Hoc profecere mancipiorum legiones: & in domo turba externa acta. Seruorum quoq; cauſa no-
menculator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli marcipores lucipores ue dominorum genti-
les omnem uictum in promiſcuo habebant: nec ulla domi cuſtodia a domeſticis opus erat. Nunc rapiẽ
dæ comparantur epulæ: pariterq; qui rapiant eas. Sed & claues quoq; ipſas ſignare non eſt ſatis: grauatis
ſomno: aut morientibus annuli detrahuntur: maiorq; uitæ ratio circa hoc iſtrumentũ eẽ cœpit: incertum
a quo tempore. Videmur tamen poſſe in externis auctoritatem eius rei intelligere circa Polycratem ſa-
mi tyrannum: cui dilectus ille annulus in mare abiectus capto relatus eſt piſce ipſo circiter ducenteſimũ
xxx. annum urbis noſtræ interfecto. Celebratiorem quidem uſum cum fœnore cœpiſſe argumento ẽ con
ſuetudo uulgi ad ſponſiones etiamnum annulo exiliente: ab eo tempore quo nondum erat arra uelocior:
ut plane affirmare poſſimus: nummos ante apud nos cœpiſſe: mox annulos. De nummis paulopoſt di-
cetur. Annuli deſtinxere alterum ordinem a plebe: ut ſemel cœperãt eſſe celebres: ſicut tunica ab annu'is
ſenatum tantum: q̃q̃ et hoc ſero: uulgoq; purpura latiore tunica uſos inuenimus etiam præcones: ſicut
patrem. L. Helii. Stilonis. Præconini ob id cognominati. Sed annuli plane medium ordinem tertiumq;
plebi & patribus inſeruere. Ac quod antea militares equi nomen dederant: hoc nunc pecuniæ iudices
tribuunt. Nec pridem id factum. Diuo. n. Auguſto decurias ordinante: maior pars iudicum in ferreo an
nulo fuit. Iiq; non equites: ſed iudices uocabantur. Equitum nomen ſubſiſtebat in turmis equorum pu-
blicorum. Iudicum quoq; non niſi quattuor decuriæ fuere primo. Vixq; milia ſingula in decuriis inuenta
ſunt: nondum prouinciis ad hoc munus admiſſis. Seruatumq; in hodiernum diem eſt: ne quis e nouis ci
uibus in iis iudicaret.

De decuriis iudicum: & quotiens nomina equeſtris ordinis immutata: & donis milita
ribus & quando primum corona aurea. Cap. ii.

Ecuriæ quoq; ipſæ pluribus diſcrete noĩbus fuere Tribunorũ æris & Selectorum & iudicũ pp
d hoc etiãnum Nongẽti uocabant̃ ex noĩbus Selecti ad cuſtodiẽda ſuffragiorum ſcita in comitiis.
Et diuiſus hic quoq; ordo erat ſuperba uſurpatiõe noĩum cũ alius ſe Nongentũ alius Selectũ:
alius Tribunũ appellaret. Tyberii demũ pricipatus nono anno ĩ unitatẽ uenit equeſter ordo annulorũq;
auctoritati forma conſtituta eſt. C. Aſinino Pollione. C. Antiſtito Vetere coss. anno urbis conditæ. dcc.
ſeptuageſimoquinto. Quod miremur futili pene de cauſa: cum. C. Sulpitius Galba iuuenalem famam
apud principem popinarũ pœnis aucuparetur: occupatuſq; in his eſſet quæſtus in ſenatu uulgo inſtito-
res eius culpæ defendi annulis. Hac de cã conſtitutũ: ne cui ius eius eſſet: niſi cui ingenuo ipſi patri auoq;
paterno ſeſtertia. cccc. cenſusfuiſſet: & lege iulia theatrali in. xiiii. ordinibus ſedendi. Poſtea gregatim inſi-
gne id appeti cœptũ. Propterq; hæc diſcrimina Caius Princeps decuriã quintã adiecit: tantũq; natum eſt
faſtis: ut quæ ſub Diuo Auguſto ĩpleri nõ potuerant decuriæ nõ capiãt eũ ordinẽ paſſimq; ad ornamen-
ta ea etiam ſeruitute liberati trãſiliant: quod antea nunq̃ erat factum: quoniam in ferreo annulo equites
iudiceſq; intelligebãtur: adeoq; promiſcuum id eſſe cœpit: ut apud Claudium Cæſarẽ in cẽſura eius unus
ex equitibus Flauuius Proclus. cccc. ex ea cauſa reos poſtularet. Ita dum ſeparat̃ ordo ab ĩgenuis: cõica
tus eſt cũ ſeruitiis. iudicum aũt appellatione ſeparari eum ordinem primi oĩum inſtituere Gracchi diſcor
di popularitate in contumeliam ſenatus mox ea debellata: auctoritas noĩs uario ſeditionum euentu cir-
ca publicanos ſubſtitit: & aliquãdiu tertiæ uires publicani fuere. M. Cicero demum ſtabiliuit equeſtre no
men in conſulatu ſuo ei ſenatum concilians: ex eo ſe ordine prouectũ eſſe celebrans: & eius uires peculiari
popularitate quærens. Ab illo tempore plane hoc tertium corpus in republica factum eſt. Cœpitq; adiici
ſenatui populoque Ro. equeſter ordo. Qua de cauſa & nũc poſt populum ſcribitum: quia nouiſſime cœ
ptus eſt adiici. Quin etiam ipſum equitum nomen ſæpe uariatum eſt: in iis quoq; qui ad equitatum tra-
hebantur. Celeres ſub Romulo regibuſque appellati ſunt. Deinde flexumines. Poſtea troſſuli: cum oppi
dum in thuſcis citra uolſinios hoc nomine paſſuum. ix. milia ſine ullo adiumento peditũ cœpiſſent. Eius
uocabuli uis durauit ultra. C. Gracchum: iunius certe qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus ẽ ſcri-
ptum reliquit iis uerbis. Quod ad equeſtrem ordinem pertinet antea troſſulos uocabant: nũc equites uo
cant. ideoq; quia non intelligunt troſſulos nomẽ quid ualeat: multoſq; pudet eo nomine appellari: & cau
ſam quæ ſupradicta eſt: exponit. Inuitoſq; etiãnum tamen toſſulos uocari. Sunt adhuc aliquæ non omit
tendæ in auro differentiæ. Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere: at ciues nõ niſi argẽ
teis. Præterq; armillas ciuibus dedere: quas nõ habẽt externi. Iidẽ quod magis miremur coronas ex auro
dedere ciuibus. Quis primus donatus ſit ea nõ ĩueni. ſed qs primũ donauerit a. L. Piſone tradit̃. A Poſtu
mius dictator apud lacũ regillũ caſtris latinorum expugnatis ei cuius maxime opera capta eẽnt: hãc coro-
nã ex præda dedit. Itẽ. L. Lentulus conſul Seruilio Cornelio merẽdæ ſamnitum oppido capto. Sed qnq;
librarum corona

libraꝝ corona Piſo frugi filium ex priuata pecunia donauit:eãq; coronã teſtamento reipublicæ legauit.

De reliquo uſu auri in uiris & mulieribus: & de nũmo aureo: & quando primum ſignatum eſt æs ar-
gentum & aurum: & ante q̃ ſignaretur qui mos in ære: & quæ maxima pecunia primo cenſu: & quotiens
& quibus temporibus auctoritas auri. Cap.iii.

Eorum uero honori in ſacris nihil aliud excogitatum eſt : q̃ ut auratis cornibus hoſtiæ maiores
d dumtaxat immolarentur. Sed in militia quoq; in tantum adoleuit hæc luxuria: ut. M. Bruti in
philippicis campis epiſtolæ reperiantur frementes fibulas tribunicias ex auro geri. At Hercules
idem tu Brute mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti. Cuius ſceleris nos coarguimus illum primum
qui auro dignitatem per annulos fecit: ut habeant in lacertis iam quidem & uiri quod e dardanis uenit ita
que & dardanium uocabatur. Viriæ celticæ dicuntur. Viriles celtibericæ. Habeant fœminæ in armillis di
gytiſque totis collo auribus. Per has diſcurrãt catenæ circa latera: & inſerta margaritarum pondera e col
lo dominarum auro pendeant: ut in ſomno quoque unionum conſcientia adſit. Etiamnum pedibus idui
tur: atque inter ſtolam plebemque hunc medium fœminarum equeſtrem ordinem facit Honeſtius uiri
pedagogis id damus: balneaſque diues puerorum forma conuertit. iam uero etiam Harpocratem ſta-
tuaſque ægyptiorum numinum in digytis uiri quoq; portare icipiunt. Fuit & alii Claudii principatu dif
ferentia inſolens iis quibus admiſſionem liberti eius dediſſent: imaginem principis in annulo ex auro ge-
rendi: magna criminum occaſione quæ omnia ſalutaris exortus Veſpaſiani principis aboleuit: æqualiter
publicãdo principem. De annulis aureis eorumque uſu hactenus dictum ſit proximum ſcelus fecit : qui
primus ex auro denarium ſignauit: quod & ipſum latet auctore incerto. Populus Romanus ne quidem
argento ſignato ante Pyrrhum regem deuictum uſus eſt. Libralis unde etiam nunc libella dicitur: & di-
pondius appendebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expenſa in orationibus dicuntur.
Item impendia & pondera. Quin & militum ſtipendiorum : hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores libri
pendes dicuntur. Qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancupi ſunt : etiam nunc libra interponi-
tur. Seruius rex primus ſignauit æs. Antea rudi uſos romæ. Tumeus tradit. Signatum eſt nota pecu-
dum: unde & pecunia appellata. Maximus cenſus. c. x. milia aſſium fuit illo rege. Et ideo hæc prima claſ
ſis. Argentum ſignatum eſt anno urbis quingenteſimooctogeſimoquinto. Q. Fabio conſule quinq; an-
nis ante primum bellum punicum. Et placuit denarius pro decem libris æris: quinarius pro quinq; ſeſter
tium pro dipondio ac ſemiſſe. Libræ autem pondus æris immunitum bello punico primo cum impen-
ſis reſpublica non ſufficeret. Conſtitutumq; ut aſſes ſextantario pondere ferirentur. Ita quinq; pars factæ
lucri diſſotutumq; æs alienum. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus: ex altera roſtrum nauis. In
triente uero & quadrante rates: quadrans antea triuncis uocatus a tribus unciis. Poſtea Hannibale urgẽ
te. Q. Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti. Placuitq; denarium. xvi. aſſibus permutari. quinari-
um octonis: ſeſtertium quaternis. Ita reſpub. dimidium lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemper
denarius pro decem aſſibus datus. Nota argenti fuere bigæ: atq; quadrigæ: & inde bigati quadrigatiq; di
cti. Mox lege papyriana ſemunciales aſſes facti. Liuius Druſus in tribunatu plebis : octauam partem
æris argento miſcuit. Qui nunc uictoriatus appellatur: lege clodia percuſſus eſt. Antea enim hic num-
mus ex illyrico aduectus mercis loco habebatur. Eſt autem ſignatus uictoria: & inde nomen. Aureus
nummus poſt annum. lxii. percuſſus eſt quam argenteus: ita ut ſcrupulũ ualeret ſeſtertiis uicenis: quod
efficit in libras ratione ſeſtertii: qui tunc erant ſeſtertios nongentos. Poſt hæc placuit. xl. milia. Sed ſigna
ri ex auri libris: paulatimq; principes imminuere põdus: minutiſſimus uero ad. xlv. milia. Sed a nummo
prima eſt origo auaritiæ excogitata fœnore quæſtuoſa ſegnitia. Hæc paulatim exarſit rabie quadam non
iam auaritia : ſed fames auri : utpote cum Septimuleius. C. Gracchi familiaris auro repenſum caput
eius exciſum ad Opimium tulerit: plumboque in os addito parcidio ſuo rempublicam etiam circunſcri
pſerit. Nec iam quiritium aliquo: ſed uniuerſo nomine Romano infami Rex Mithridates Aquillo duci
capto aurum in os infudit. Hæc parit habendi cupido. Pudet intuentem tantum omnia iſta quæ ſubinde
noua græco ſermone excogitantur expreſſo argenteis uaſis auro aut incluſo: quibus deliciis ueneunt tam
aurea q̃ aurata: cum ſciamus interdixiſſe caſtris ſuis ſpartacum ne quis aurum haberet : aut argentum.
Tanto fuit plus animini fugitiuis noſtris. Meſſala orator prodidit Antonium triũuirum aureis uſum ua
ſis in omnibus obſcenis deſideriis: pudendo etiam crimine Cleopatræ. Sũmæ apud exteros licentiæ fue-
rat poculo aureo puluino ſubdito Philippum regem dormire ſolitum Agonẽteium Alexandri Magni
præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas Antonius Sopus in contumeliam naturæ uilitatem auro fe-
cit opus proſcriptione dignum: Sed ſpartici equidem miror Populum Roma. uictis gentibus in tributo
ſemper argentum imperitaſſe: non aurum ſicut carthagini cum Hannibale uictæ argenti pondo annua
in quinquaginta annos nihil auri. Nec poteſt uideri penuria mundi id ueniſſe. Nam Mida : ſed & Crœ-
ſus: infinitum poſſederant. Iam Cyrus deuictæ aſia pondo. xxxiiii. milia inuenerat : præter uaſa aurea

Viriolæ. alii peris.

Aſſis anti quuslibet.

Sopus exẽplaria non habet

aurumq; factum:& in eo folia ac platanum uitemq;. Qua uictoria argenti quingenta milia talentorum reportauit:& craterem Semiramidis:cuius pondus.xv. talentorum colligebat. Talentum autem ægyptium pondo.lxxx.patere Varro tradit. Iam regnauerat in colchis Salauces & Eſubopes qui terram uirginem nactus plurimum argenti auriq; eruiſſe dicitur in ſuanorum gente:& alioquin uelleribus aureis inclyto regno. Sed & illius aureæ:& cameræ & argenteæ trabes narrãtur:& columnæ atq; paraſtatæ:uicto Seſoſtri ægypti rege tam ſuperbo:ut prodatur annis quibuſque ſorte reges ſingulos e ſubiectis iungere ad currum ſolitus ſicq; triumphare. Et nos fecimus quæ poſteri fabuloſa arbitretur. Cæſar qui poſtea dictator fuit:primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu harenæ argenteo uſus eſt: feraſque argenteis uaſis inceſſere tum primum uiſum. Mox quod etiam in municipiis æmulantur.C. Antonius ludos ſcœna argentea fecit. Item.L. Murena:& Caius princeps in circo pegma duxit. In quo fuere argenti pondo.c.xxiiii.Claudius ſucceſſor eius:cum de britãnia triumpharet: inter coronas aureas unam vii.pondo habuit:quam contuliſſet hiſpania citerior.alteram.ix.quam gallia comata ſicut titulus indicauit. Huius deinde ſucceſſor Nero Pompeii theatrum operuit auro in unum diem quo Tyridati regi armeniæ oſtenderat. Et quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem: Auri in ærario Populi Roma.fuere Sex. Iulio.L. Aurelio coss.ſeptem annis ante bellum punicum tertium pondo.dcc.xxvi. argenti nonagintaduo milia & extra numerum.ccc.&.lxxv.milia. Item Sex. Iulio.L. Martio conſ.hoc ẽ belli ſocialis initio:octingenta.xlvi.auri pondo.C. Cæſar primo introitu urbis in ciuili bello ſuo & ærario protulit laterum aureum.xxvi.milia:& numero pondo.ccc. Nec fuit aliis temporibus reſpu.locupletior. Intulit & Aemilius Paulus perſeo rege macedonico deuicto prædam pondo trium milium:a quo tempore populus Roma.tributum pendere deſiit. Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur:poſt Carthaginem euerſam primo inaurata ſunt in capitolio cenſura.L. Mummii. Inde tranſiere cameras. In parietes quoque:qui iam & ipſi tanquam uaſa inaurantur:cum ſua ætas uaria de Catulo exiſtimauerit:q; tegulas æreas capitolii inauraſſet primus. Inuentores auri ſicut metallorum fere omnium:ſeptimo uolumine diximus præcipuam gratiam huic materiæ fuiſſe arbitror: nõ colore qui in argento clarior eſt:magiſq; diei ſimilis:& ideo militaribus ſignis familiarior: quoniam is longius fulget: manifeſto errore eorum qui colorem ſyderum placuiſſe in auro arbitrantur:cum in gemmis aliiſq; rebus nõ ſit præcipuus. Nec pondere aut facilitate materiæ prælatum eſt:cæteris metallis:cum cedat per utrunq; plumbo. Sed quia rerum uni nihil igne deperit:tuto etiam ĩ incendiis rogiſq; durãte materia. Quinimmo quo ſepius arſit:proficit ad bonitatem. Auriq; experimento ignis eſt:ut ſimili colore rubeat ignis. Atq; ipſum obryzum uocant. Primum autem bonitatis argumentum eſt q̃ difficillime accendi. Præterea mirum prunæ uiolentiſſimæ ligni indomitum:palea citiſſime ardeſcere:atq; ut purgentur cum plumbo coqui. Altera cauſa precii maior q; minimum uſus deterit.cum argento ære plumbo l neæ præducãtur: manuſq; ſordeſcant decidua materia. Nec aliud laxius dilatatur:aut numeroſius diuiditur: utpote cuius unciæ in ſeptuagenas & quinquagenas pluresq; bratteas quaternum utroq; digytorum ſpargantur. Craſſiſſimæ ex iis preneſtinæ uocantur:etiãnum retinentes nomen fortunæ inaurato ibi fideliſſime ſimulacro. Proxima brattea quæſtoria appellatur. Hiſpania ſtrigiles uocat auri paruulas maſſas:quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur. Cum cætera in metallis reperta igni perficiantur hoc ſtatim aurum eſt:conſumatamq; materiam protinus habet cum ita inuenitur. Hæc enim inuentio eius naturalis eſt. Alia quã diximus coacta. Sup cætera non rubigo ulla:nõ erugo:non aliud ex ipſo quod conſumat bonitatem:minuatue pondus. Iam contra ſalis & aceti ſuccos domitores rerum conſtantia ſuperq; omnia netur:ac texitur lanæ modo:& ſine lana. Tunica aurea triumphaſſe Tarquinũ priſcum Verrius tradit. Nos uidimus Agrippinam Claudii principis edente eo naualis prœlii ſpectaculum aſſidentem ei:indutam paludamẽto:auro textili ſine alia materiæ. Attalicis uero iampridem intexitur inuento regum aſiæ. Marmori & iis quæ candefieri non poſſunt oui candido illinitur:ligno glutini ratione compoſita:leucoporon uocant. Quid ſit hoc:aut quemadmodum fiat:ſuo loco docebimus. Aes iaurari argento uiuo: aut certe hydrargyro legitimum erat:de quibus ut dicemus illorum naturam reddentes:excogitata fraus eſt. Nanq; æs cruciatur in primis accenſumq; reſtinguitur ſale aceto alumine. Poſtea exarenatur:an ſatis recoctum ſit: ſplendore deprehendente:iterumq; exhalatur igni:ut poſſit edomitum mixtis punice alumine argẽto uiuo inductas accipere bratteas. Alumen in purgando uim habet talem:qualem eſſe diximus plumbo.

Inceſſiuere tum primum uetus lectio.

Ratio naturalis inueniendi auri:& quando primum aurea ſtatua:& medicinæ ex auro. Cap.iiii.

Vrum inuenitur in noſtro orbe: ut omittamus indicum: atq; a formicis:aut gryphibus apud
a ſcythas erutum. Apud nos tribus modis fluminum ramentis:ut in tago hiſpaniæ: pado italiæ:
hebro thraciæ:Pactolo aſiæ Gange indiæ. Nec ullum abſolutius aurum eſt:ut curſu ipſo trituque perpolitum. Alio modo puteorũ ſcrobibus effoditur:aut in ruina montium. Quare utraq; ratio dicetur. Aurũ qui quærunt:ante omnia ſegullũ tollunt:ita uocatur indicium:alueus ubi id eſt: arenæq; lauantur:

uantur:atq; ex eo quod reſedit:coniectura capitur:ut inueniatur aliquando in ſumma tellure protinus ra
ra fœlicitate: ut nuper in dalmatia principatu Neronis ſingulis diebus etiam quinquagenas libras fun-
dens cum iam inuentum eſt in ſummo ceſpite. Alutationem uocant ſi & auro ea tellus ſubeſt. Cæterum
mõtes hiſpaniæ aridi ſterileſq; & in quibus nihil aliud gignatur: huic bono coguntur fertiles eſſe. Quod
puteis foditur:canalitium uocant:alii canalicenſe marmoris glareæ inhærens: non illo modo quo in ori-
ente ſapphyro atq; thebaico aliiſq; in gemmis ſcintillat. Sed micas amplexum marmoris hi uenarum ca
nales per marmor uagantur & latera puteorum & huc illuc inde nomine inuento: tellusq; ligneis colum
nis ſuſpenditur. Quod effoſſum ẽ tunditur: lauatur: uritur:molitur in farinam. Nam quod ad pilas cu
dunt apilaſcudem uocant:Argentum quod exit a fornacis ſudore quæ e camino iactatur. Spurcitia in
omni metallo uocatur ſcoria. Hæc in auro coquitur iterum & tunditur. Catini fiunt ex taſconio. Hæc
eſt terra alba ſimilis argillæ. Neq; enim alia afflatum ignemq; & ardentem materiam colerat. Tertia ra-
tio opera uicerit gigantum. Cuniculis per magna ſpatia actis cauantur montes ad lucernarum lumina.
Eadem menſura uigiliarum eſt:multiſq; menſibuus non cernitur dies. Arrugias id genus uocant: ſidũt
q; rimæ ſubito: & opprimunt operarios:ut iam minus temerarium uideatur e profundo maris petere
margaritas: tanto nocentiores fecimus terras. Relinquuntur itaq; fornices crebri montibus ſuſtinendis.
Occurſant in utroq; genere ſilices. Hos igni & aceto rumpunt. Sepius uero:quoniam in cuniculis uapor
& fumus ſtrangulat: cædunt fracturis.c.l.libras ferri terram agentibus. Egeruntq; humeris noctibus
ac diebus per tenebras proximis tradentes: lucem nouiſſimi cernunt. Si longior uidetur ſilex:latus ſe-
quitur. Foſſam ambit quiete. Tamen in ſilice facilior exiſtimatur opera. Eſt namq; terra exquodam ar-
gillæ genere glareæ mixta:candidam uocant:prope inexpugnabilis. Cuneis eam ferreis aggrediuntur: &
iiſdem malleis:nihilq; durius putant:niſi q; inter omnia auri fames duriſſima eſt. Peracto opere ceruices
fornicum ab ultimo cædunt:dantq; ſignum rima. Eamq; ſolus intelligit in cacumine montis eius perui-
gil. Hic uoce ictuue repente reuocari operarios iubet:pariterq; ipſe deuolat. Mons fractus cadit a ſeſe lõ-
go fragore:qui concipi humana mente non poſſit: & flatu incredibili. Spectant uictores ruinam naturæ
Nec tamen adhuc aurum eſt. Nec ſciere eſſe cum fodere. Tãtaq; ad pericula euincẽda fuit ſatis cauſæ ſpe
rare quod cuperent. Alius par eſt labor uel hoc maioris impendii flumina ad lauandam hanc ruinam iu-
gis montium duxere obiter a centeſimo plerunq; lapide. Corrugos uocãt a corriuatione credo:nimirum
& hoc labor eſt. Præcepiſſe libramento oportet ut fruaris quando influat:itaque altiſſimis partibus du-
citur. Conuallis & interualla ſubſtructis canalibus iunguntur. Alibi rupes inuiæ cæduntur:ſedemque tra
bibus cauatis præbere coguntur. Is qui cædit:funibus pendet:ut procul intuentibus ſpecies nefaria qui-
dem:ſed alitum fiat. Pendentes maiore ex parte librant: & lineas itineri præfigunt. Itaque inſiſtentis ueſti
giis hominis locus non eſt. Manes trahuntur ad homines ut uitium importent. Id genus terræ urion uo
cant. Ergo per ſilices calculoſue ducuntur: & urium euitant. Ad capita deiectus in ſuperciliis montium
piſcinæ cauantur:ducenos pedes in quaſque partes: & in altitudinẽ denos. Emiſſaria in iis quina pedum
quadratorum ternum fere linquuntur: & repleto ſtagno excuſſis obturamentis erumpit torrens tanta ui
ut ſaxa peruolant. Alius etiamnum in plano labor. Foſſæ in quas profluat cauantur agogas uocant: eæ
ſternuntur gradatim. Frutex eſt ulex roris marini ſimilis aſper aurumque retinens. Latera cluduntur ta-
bulis:ac per prærupta ſuſpenduntur:canali ita profluente de terra in mare. His de cauſis iam ꝓmouit hi
ſpania in priore genere:quæ exhauriuntur immenſo labore ne occupent puteos in hoc rigantur. Aurum
arrugia quæſitum non coquitur:ſed ſtatim ſuum eſt. Inueniuntur ita maſſæ. Necnon in puteis etiam de
nas excedentes libras. Palacas hiſpani:alii palacranas:idem quod minutum eſt:balucem uocãt. Vlex ſic
catus uritur: & cinis eius lauatur ſuſtrato ceſpite herboſo ut ſidat aurũ. Vicena milia pondo ad hunc mo
dum annis ſingulis aſturiam atque galletiam & luſitaniam præſtare quidam trapiderunt:ita ut plurimũ
aſtruria gignat. Neq; in alia parte terrarum tot ſæculis hæc fertilitas. Italiæ parcitum eſt uetere ĩterdicto
patrum:ut diximus alioquin nulla fœcundior metallorum quoq; erat tellus. Extat lex cenſoria uici uicti
miliarum aurifodinæ: qua in uercellenſi agro cauabatur:ne plus quinq; hominum in opere publicani ha
berent. Aurum faciendi eſt etiam una ratio ex auri pigmento:quod in ſyria foditur pictoribus in ſumma
tellure auri colore:ſed fragili lapidum ſpecularium modo. Inuitaueratq; ſpes Caium principem auidiſſi-
mum auri:quãobrem iuſſit excoqui magnum pondus: & plane fecit aurum excellens:ſed ita parui pon-
deris ut detrimentum ſentiret. illud propter auaritiam expertus:q̃q̃ auripigmenti libræ.xiiii.permutaren
tur:nec poſtea tentatum ab ullo eſt. Omni auro ineſt argento uario pondere:alibi dena: alibi nona: alibi
octaua parte. In uno tantũ galliæ metellæ loco:quod uocant albicrarenſe.xxxvi.portio ĩuenitur: ideo cæ
teris præeſt. Vbicunq; quinta argenti portio eſt:electrum uocatur. Scrobes eæ reperiuntur in canalienſi.
Fit & cura electrum argẽto addito. Quod ſi quintam portionẽ exceſſit:incudibus nõ reſiſtit. Eſt electro
auctoritas Homero teſte qui Menelai regiã auro:electro:argento:ebore fulgere tradit. Mineruæ tẽplũ

Gũmi antiq. lectio.

Gaianas uetuſti codices.

Ictimaliarũ uel ictimulorum Strabo.

habet lindos inſulæ rhodiorum: in quo Helena ſacrauit calicem ex electro. Adiicit hiſtoriam mammæ
ſuæ menſura. Electri natura eſt ad lucernarum lumina clarius argento ſplendere. Quod eſt natiuum &
uenena deprehendit. Nanq; diſcurrunt in calicibus arquus cæleſtibus ſimiles cum igneo ſtridore: & gem i
na ratione prædicunt. Aurea ſtatua prima omnium nulla inanitate: & antequam ex ære aliqua illo modo
Anaitidis. fieret: quam uocant holoſphyraton in templo Anæitidis poſita dicitur. Quod in ſitu terrarum nomine
Sti hoc ſignificauimus: numine gentibus illis ſacratiſſimo. Direpta eſt antonii parthicis rebus. Scitumq; nar
ratur dictum unius ueteranoꝝ bononiæ hoſpitali diui Auguſti cœna cum interrogaretur: eſſet ne uerum
eum qui primus uiolaſſet hoc numen: oculis membriſq; captum expiraſſe: reſpondit enim tum maxime
Auguſtum de cruore eius cœnare: ſeq; illum eſſe: totumq; ſibi cēſum ex ea rapina eſſe. Hominum prim9
& auream ſtatuam & ſolidam Gorgias Leontinus delphis in templo ſibi poſuit. lxx. circiter olypiade.
Tātus erat docendæ oratoriæ artis quæſtus. Aurum pluribus modis pollet in remediis. Vulneratiſq; &
infantibus applicatur: ut minus noceant: quæ inferantur ueneficia. Eſt & ipſi ſuperlato uis malefica gal-
linarum quoq; & pecorum fœturis. Remedium eſt abluere illatum & ſpargere eos quibus mederi uelis.
Torretur & cum ſalis grummo pondere triplici miſſo: & rurſum cum duabus ſalis portionibus & una la
pidis quem ſchiſton uocant: ita uirus tradit rebus una crematis in fictili uaſe ipſum purum & incorruptū
Reliquus cinis ſeruatus in fictili & ex aqua illitus: lichenas in facie ſanat. Lomento id conuenit ablui. Fi-
ſtulas etiam ſanat: & quæ uocantur hemorrhoides. Quod ſi trito ſpuma adiiciatur putria ulcera & tetri
odrris emēdat. Ex melle uero decoctum cum melanthio & illitum umbilico leuiter ſoluit aluum. Ver
rucas curari eo. M. Varro eſt auctor.

De chryſocolla & medicinæ ex chryſocolla. vi. & mirabilia naturæ de glutinandis in-
ter ſe perficiendiſq; metallis. Cap. v.

Hryſocolla humor eſt in puteis quos diximus: per uenam auri defluens craſſeſcente limo rigo-
c ribus hybernis uſq; in duriciam pumicis. Laudatiorem eandem in ærariis metallis: & proximā
in argentariis fieri compertum eſt. Inuenitur & in plumbariis uilior etiam auraria. In omni-
bus autem iis metallis fit & cura multum īfra naturalem illam: immiſſis in uenam aquis leuiter hyeme
tota uſq; in Iunium menſem. Dein ſiccatis in iunio & iulio ut plane intelligatur nihil aliud chryſocolla q̄
uena putris. Natiua duritia maxime diſtat: uuam uocant. Et tamen illa quoq; hærba: quam luteam ap-
pellant: tinguitur. Natura eſt quæ lino lanæue ad ſuccum bibendum. Tunditur in pila: deinde tenui cri-
bro ſecernitur: poſtea molitur: ac deīde tenuius ſic cribatur. Quicquid non tranſmeat: reperitur in pilla:
dein molitur. Puluis ſemper ī catinos digeritur: & ex aceto maceratur: ut omnis dur cia ſoluatur. Ac rur
ſus tunditur: dein lauatur in conchis: : ſiccaturq;. Tunc tingitur alumine ſchiſto: & hærba ſupradicta pin
giturq; antequam pingat. Refert q̄ bibula dociliſq; ſit. Nam niſi rapuit colorem adduntur & ſchythanū
atq; turbyſtum: ita uocant medicamenta ſorbere cogentia. Cum tinxere pictores orobitin uocant. Eiuſq;
duo genera faciunt: luteam que ſeruantur in lomenta. Et liquidam globulis ſudore reſolutis. Hæc utraq;
genera in cypro fiunt. Laudatiſſima in armenia. Secunda in macedonia. Largiſſima in hiſpania. Summa
commendationis eſt: ut colorem hærbe ſegetis lætæ uirentis quamſimillime reddat. Viſumque eſt iam
Neronis principis ſpectaculis harenam cyrci chryſocolla ſterni: cum ipſe concolori panno aurigaturus
eſſet: introducta opificum turba. Tribus eam generibus diſtinguunt. Aſperam quæ taxatur in libras
vii. Mediam quæ denariis quinis. Attritam quam & hærbaceam uocant: quæ. xiii. Sublinunt autem ha-
renoſam priuſquam inducant atramento: & paretonio. Hæc ſunt tenacia eius in colore blanda. Paretoni
um quoniam eſt natura pinguiſſimum: & propter læuorem tenaciſſimum atramento aſpergitur: ne pa-
retoni candor pallorem chryſocollæ afferat. Luteam putant a lutea hærba dictam: quam ipſam cæruleo
ſubtritam ſed pro chryſocolla inducunt uiliſſimo genere atq; fallaciſſimo. Vſus chryſocollæ & in medici
na eſt ad purganda uulnera cum cæra & oleo. Eadem per ſe arida ſiccat: & contrahit. Datur & in angina
orthopnea ue miſcenda cum melle. Concitat uomitiones: miſcetur & collyriis ad cicatrices oculorum: ac
uiridibus emplaſtris. Ad colores mitigandos: & cicatrices trahendas. Hanc chryſocollam medici aceſin
appellant: quæ non eſt orobitis. Chryſocollam & aurifices ſibi uendicant agglutinādo auro: & inde oēs
appellatam ſimiliter utentes dicunt. Temperatur autem ea cypria ærugine: & pueri impubis urina: ad
dito nitro. Teritur cyprio ære in cypriis mortariis: ſanternam uocant noſtri. Ita ferruminatur aurum:
quod argentoſum uocant. Signumq; eſt ſi addita ſanterna niteſcit. E diuerſo eroſum contrahit ſe: hebeta-
turque: & difficulter ferruminatur aurum. Ad id glutinum fit auro & ſeptima parte argenti ad ſupradi-
cta additis: unaq; contritis. Contexi par eſt reliqua circa hoc: ut uniuerſa naturæ contingat ammiratio.
Auri glutinum eſt tale. Argilla ferro. Cadmia æris maſſis. Alumen laminis. Reſina plumbo & marmo-
ri. Sed plumbum nigrum albo iungitur. Ipſumq; album ſibi oleo. Item ſtagnum æramētis ſtagno argen
tum. Piceis optime lignis æs ferrūq; funditur: Sed & ægyptia papyro. paleis aurum. Calx aqua accēdit:
& thracius

& thracius lapis. Idemque oleo reſtinguitur. Ignis autem aceto maxime & uiſco & ouo. Terra minime flagrat. Carboni maior uis exuſta. Iterumq; flagranti.

De argento: & argento uiuo: & ſtibia ſiue alabaſtro: & ſcoria argenti: & de ſpuma argenti. Cap. vi.

B his argenti metalla dicantur: quæ ſequens inſania eſt. Non niſi in puteis reperitur: nullaq; ſui
a ſpe naſcitur: nullis ut in auro lucentibus ſcintillis. Terra eſt alia ruffa: alia cineracea. Excoqui non poteſt niſi cum plumbo nigro: aut cum uena plumbi. Galenam uocant: quæ iuxta argenti uenas plerunque repetitur. Et eodem opere ignium deſcendit pars in plumbum: argentum autem ſuperne innatat: ut oleum aquis. Reperitur in omnibus pene prouinciis: ſed in hiſpania pulcherrimum. Id quoq; in ſterili ſolo atque etiam in montibus. Et ubicunq; una inuenta uena eſt: nō procul inuenitur alia. Hoc quidem & in omni fere materia: unde metalla græci uidentur dixiſſe. Mirum adhuc per Hiſpanias ab Hannibale olim inchoatos puteos durare ſua ab inuentoribus nomina habentes. Ex quis bebelo appellatur: hodieque qui.ccc. pondo Hannibali ſumminiſtrauit in dies. Ad mille quingentos iam paſſus cauato monte per quod ſpatium aquitani ſtantes diebus: noctibuſque egerunt aquas lucernarum menſura: amnemque faciunt. Argenti uena quæ in ſummo reperta eſt: crudaria appellatur. Finis antiquis fodiendi ſolebat eſſe alumen inuentum ultra nihil quærebatur. Nuper inuenta æris uena infra alumē alba nullum finem ſpei fecit. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus: ſed maxime canibus. Aurū argentumque quo mollius eo pulchrius. Lineas ex argento nigras fieri producique miramur. Eſt & lapiſ in iis uenis: cuius uomica liquoris æterni argentum uiuum appellatur. Venenum rerum omnium eſt. Exedit ac perrumpit uaſa permanās tabe dira. Omnia ei innatant præter aurum. Id unum ad ſe trahit. Ideo & optime purgat cæteras eius ſordes expuens crebro iactatu fictilibus in uaſis ita uitiis abiectis: ut & ipſum ab auro diſcedat. In pelles ſubactas effunditur: perque eas ſudoris uice defluens purum reliquit aurum. Ergo & cum æra inaurantur: ſublitum bratteis pertinaciſſime retinet. Verum pallore detegit ſimplices: aut prætenues bratteas. Quapropter id furtum quærentes oui liquore candido uſum eum adulterauere. Mox & hydrargyro: de quo ſuo dicemus loco. Et alias argentum uiuum non largum inuentū eſt. In iiſdem argenti metallis inuenitur: ut proprie dicamus: ſpumæ lapis candidæ nitentiſque: non tamē tranſlucentis: ſtimmi appellant: alii ſtibiam: alii alabaſtrum: aliqui larbaſon. Duo eius genera: mas & fœmina. Magis probant fœminam. Horridior eſt mas: ſcabriorque & minus ponderoſus: minuſque radians & harenoſior. Fœmina contra nitet friabilis fiſſuriſque non globis dehiſcens. Vis eius aſtringere ac refrigerare. Principalis autem circa oculos. Nanq; ideo etiam platyophthalmon id appellauere: quoniam in callibus mulierumque epiphoris dilatet oculos & fluctiones inhibeat oculorum: exulcerationeſque. Farina eius & thuris gummi ammixto ſiſtit & ſanguinem e cerebro profluentem. Efficacior & contra recentia uulnera. Et contra ueteres canum morſus inſperſa farina. Et contra ambuſta igni cum adipe ac ſpuma argenti cæruſſaque & cæra. Vritur autem offis bubuli fimi circūlitum in clibanis. Dein reſtinguitur mulierum lacte. Teriturque in mortariis ammixta aqua pluuia. Ac ſubinde turbidum tranſfunditur in æreum uas. Et mundatur nitro. Fex eius intelligitur plumboſiſſima quæq; ſubſedit in mortario abigiturq;. Dein uas in quo turbida tranſfuſa ſunt: opertum linteo per noctem relinquitur: & poſtero die quicquid innatat effunditur: ſpongiaque aqua tollitur. Quod ibi ſubſedit: flos intelligitur: ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur: non ut perareſcat. Iterumque in mortario teritur: & in paſtillos diuiditur. Ante omnia autem urendi modus neceſſarius eſt: ne plumbum fiat. Quidam non fimo utuntur coquentes: ſed adipe. Alii tritum in aqua triplici linteo ſiccant: fecemque abiiciunt. Idque quod defluxerit tranſfundunt. Ac quicquid ſubſidet id colligentes: emplaſtris collyriiſque miſcent. Scoriam in argento græci uocant helcyſma. Vis eius aſtringere & refrigerare corpora. Additur emplaſtris: ut molibdena. de qua dicemus in plumbo. Cicatricibus maxime glutinandis: & contra tenaſmos: dyſenteriaſque infuſa clyſteribus cū myrteo oleo. Addunt & in medicamenta quæ uocant liparas ad excreſcētia ulcerum: aut ex attritu facta: aut in capite manantia. Fit & iin iiſdem metallis: & quæ uocatur ſpuma argenti. Genera eius tria. Optima quam chryſitin uocāt. Secunda quā argyritin. Tertia: quam molibditin. Et plerunq; omnes hi colores ī eiſdem tubulis inueniuntur. Probatiſſima eſt attica. Secūda hiſpanicēſis. Chryſitis ex ipſa uena fit. Argyritis ex argēto. Molibditis plūbi ipſius fuſura: quæ fit puteolis: & inde habet nomē. Omnis aūt fit excocta ſua materia ex ſupiori catino defluēs in īferiorē. Ex eo ſublata ueruculis ferreis: atq; ī ipſa flāma cōuoluit̃ ueruculo: ut ſit modici teporis. Eſt aūt ut ex noīe ipſo intelligi pōt feruefcentis & futuræ materiæ ſpuma. Diſtat a ſcoria quo pōt ſpuma a fece diſtare. Alterū purgantis ſe materiæ. alterū purgatæ uitiū eſt. Quidam duo genera faciunt ſpumæ quæ uocāt ſtelerytida & peumenen. Tertiū molibdenā in plumbo dicendā. Spuma ut ſit utilis: iterū coquit̃: cōfractis tabulis ad magnitudinē annulorum ita accēſa follibus: ad ſeparādos carbones cinerēq; abluitur aceto aut uino. Simulq; reſtinguit̃. Quod ſi ſit argyritis: ut cādor

Tubulis auellanarū

ei detur magnitudine fabæ,confracta in fictili coqui iubetur ex aqua addito in linteolis tritico : & hor-
deo nouis:donec ea purgentur.Poſtea ſex diebus terunt in mortariis ter die abluentes aqua frigida.Et cũ
deſinant calida:addito ſale foſſili in libram ſpumæ obolo.Nouiſſimo die condunt in plumbeo uaſe.Alii
cum faba candida & ptiſana coquunt:& in ſole ſiccant.Alii in faba candida cum lana donec lanam nõ de
nigrent.Tunc ſalem foſſilem adiiciunt:ſubinde aqua mutata:ſiccantque diebus.xl.calidiſſimis æſtatis.
Necnon in uentre ſuillo in aqua coquunt exemptamque nitro fricant: & ut ſupra terunt in mortariis cũ
ſale.Sunt qui non coquant:ſed cum ſale terant:& adiecta aqua abluant.Vſus eius ad collyria: & litu ad
muliebrum cicatricum fœditates tollendas maculaſque:& abluẽdum capillum.Vis autem:ſiccare: mol
lire:refrigerare:temperare:purgare:explere.Vlcerum tumores lenire.Talibuſque emplaſtris ſupradictis
ignes etiam ſacros tollit cum ruta:myrtoq; & aceto.Itẽq; perniones cum myrto & cæra & abdomine.

De minio quantæ auctoritatis fuerit apud Romanos:& origine ac inuentione
eius:& cinnabaris ratione in picturis:& medicinæ de generibus minii:& ratiõe
eius in picturis. Cap.vii.

Nnuenitur in argentariis metallis minium quoq;:& nunc inter pigmenta magnæ auctoritatis
i & quondam apud romanos non ſolum maximæ:ſed etiam ſacræ religionis:ut auctor eſt Ver
rius:& cuius ſit neceſſe credere auctoritati.Iouis ipſius ſimulacri faciem diebus feſtis minio il-
lini ſolitam triumphantumq; corpora.Sic Camillum triumphaſſe.Hac religione etiam nunc addi in un-
guenta cœnæ triumphalis:& accenſoribus in primis Iouem miniandum locari. Cuius rei equidem cau-
Magiſtra- ſam miror:q̃q̃ & hodie id expeti conſtat æthiopum populis totoſque eo tingi proceres: huncq; ibi deorũ
tum aliubi ſimulacris colorem eſſe.Quapropter diligentius proſequemur omnia de eo. Theophraſtus.xc.annos
Plinius ante Praxibulum athenienſium magiſtrum:quod tempus exit in urbis noſtræ ducenteſimum quadra-
geſimum.ix.annum tradidit inuentum minium a Callia athenienſe initio ſperante aurum poſſe excoqui
harena rubente in metallis argenti.Hanc fuiſſe originem eius. Reperiri autem iam tum in hiſpaniis : ſed
durum & harenoſum.Item apud colchos in rupe quadam inaceſſa ex qua iaculantes decuterent : id eſſe
adulterum.Optimum uero ſupra epheſum.Cilbianis agris.Harenam cocci colorem habere.Hanc teri.
Dein lauari farinam.Et quod ſubſidat iterum lauari.Differentiam artis eſſe:q; alii minium faciunt prima
lotura.Apud alios id eſſe dilutius.Sequens autem loturæ optimum.Auctoritatem colori fuiſſe non mi
ror.Iam enim troianis temporibus rubrica in honore erat Homero teſte : qui naueis ea cõmendat. Alias
circa picturas pigmentaque rarus.Milton uocant græci minium:quidam cinnabarim.Vnde natus error
indico cinnabaris nomine.Sic enim appellant illi ſaniem draconis eliſi elephantorum moriẽtium ponde-
re permixto utriuſque animalis ſanguine:ut diximus.Neque alius eſt color qui in picturis proprie ſan-
guinem reddat.Illa cinnabaris antidotis medicamentiſque utiliſſima eſt. At hercule medici quia cinnaba
rin uocant pro ea utuntur hoc minio:quod uenenum eſſe paulo mox docebimus.Cinnabari ueteres quæ
etiam nunc uocãt monocromata:pingebant.Pinxerunt & epheſio minio:quod derelictum eſt: quia cu
ratio magni operis erat:prætereaque utrunque nimis acre exiſtimatur.Ideoque tranſire ad rubricam : &
ſinopidem:de quibus ſuis locis dicam.Cinnabaris adulteratur ſanguĩe caprino:aut ſorbis tritis.Precium
ſinceræ nummi quinquaginta.Iuba minium naſci & in carmania tradit.Hermogenes & in æthiopia.Sed
neutro ex loco inuehitur ad nos:nec fere aliundeq̃ ex hiſpania.Celeberrimum ex ſiſaponenſi regione in be
tica miniario metallo uectigalibus Populi romani nullius rei diligentiore cuſtodia. Non licet id ibi perfi
cere excoquique.Romam perfertur uena ſignata ad dena milia fere põdo annua.Romæ autem lauatur.
In uendendo precio ſtatuta lege ne modum excederet.lxx.in libras.Sed adulteratur multis modis:unde
præda ſocietati.Nãq; eſt alterum genus ĩ omnibus fere argentariis:itemq; plumbariis metallis : quod fit
exuſto lapide uenis permixto:non ex illo cuius uomicam argentũ uiuum appellauimus(is.n.& ipſe ĩ ar
gentum excoquitur)ſed aliis ſimul repertis.Steriles etiam plumbi deprehendũtur ſolo colore:nec niſi in
fornacibus rubeſcentes:exuſtique tunduntur in farinam.Et hoc eſt ſecundariũ minium per quam paucis
notum:multum infra naturales illas harenas.Hoc ergo adulteratur minium in officinis ſociorum.Item
Tyrico' ue ſcyrico:quonãmodo ſcyricum fiat ſuo loco dicemus.Sublini autem ſyrico minium compendii ratio de-
tuſti codi- monſtrat.Et alio modo pingentium furto opportunum eſt plenos ſubinde abluentium penicillos.Sidit
ces autem in aqua:conſtatq; furantibus.Sincero cocci nitor eſſe debet.Secundarii autem ſplendor in parieti
bus ſentit imaginem.Quãq̃ hoc rubigo quædam metalli eſt.Siſaponenſibus autem miniariis ſuæ uenæ
harena ſine argento excoquitur.Auri modo probat̃.Auro candẽte fucatum nigreſcit. Sincer; retinet co-
lorẽ.Inuenio & calce adulterari.Ac ſimili ratione ferri candẽtis lamina:ſi nõ ſit aur;:deprehendendi ilico.
Solis atq; lunæ cõtactus inimicus remediũ ut parieti ſiccato cæra punica cum oleo liquefacta candẽs ſe-
tis ĩducatur.Iterũq; admotis gallæ carbonibus aduratur ad ſudorẽ uſq;.Poſtea candelis ſubigatur:ac de
inde linteis puris ſicut & marmora niteſcunt.Qui minium in officinis poliunt:faciẽ laxis ueſicis illigãt
ne in reſpirando

ne in reſpirando pernicialem puluerem trahant:& tamen per illas ſpectent. Minimũ in uoluminũ quoq;
ſcriptura uſurpatur. Clarioreſq; litteras uel in auro uel in marmore etiam in ſepulchris facit.

De hydrargyro:de argento inaurando:de coticulis in argenti gene-
ribus & experimentis. Cap.viii.

X ſecundario inuenit uita & hydrargyrum in uicem argenti uiui pauloante dilatum. Fit autẽ
e duobus modis:æreis mortariis piſtilliſq; trito minio ex aceto: aut patinis fictilibus impoſitũ
ferrea concha calice coopertum argilla ſuperillata. Dein ſub patinis accenſum follibus cõtinuo
igni:atque ita calicis ſudore deterſo:qui fit argenti colore:& aquæ liquore. Idem guttis diuidi facilis & lu
brico humore confluere. Quod cum uenenum eſſe conueniat omnia quæ de minio in medicinæ uſu tra-
duntur:temeraria arbitror:præter q̄ fortaſſe q; illitum capiti uentriue ſanguinem ſiſtit:dum ne quid præ
tereat in uiſcera:ac uulnus attingat:aliter utendum non equidem cenſeam. Hydrargyro argentum inau
ratur ſolum nunc prope:cum & in æra ſimili modo duci debeat. Sed eadem fraus quæ ĩ omni uitæ par-
te ingenioſiſſima eſt:uiliorem excogitauit materiam:ut docuimus. Auri argentique mentionem comita
tur lapis quem coticulam appellant:quondam non ſolitus inueniri niſi in flumine Tmolo:ut auctor eſt
Theophraſtus. Nunc uero paſſim quem alii heraclium:alii lydium uocant. Sunt autem modici: quater
nas uncias longitudinis:binaſque latitudinis non excedentes. Quod a ſole fuit in iis melius q̄ q; a terra.
Iis coticulis periti cum e uena lima rapuerint experimentum:protinus dicunt quantum auri ſit in ea:quã
tum argenti uel æris ſcrupulari differentia mirabili ratione non fallente. Argenti duæ differentiæ. Batillis
ferreis candentibus ramento impoſito:quod candidum permaneat:probatur. Proxima bonitas ruſo:nul
la nigro. Sed experimento quo fraus interuenit:ſeruatis enim in uirorum urina batillis inficitur ita ramẽ
tum obiter dum uritur:candoremque mentitur. Eſt aliquod experimentum politi:& in halitu hominis:
ſi ſudet protinus:nubemq; diſcutiat.

De ſpeculis & ægyptio argento. Cap.ix.

Am nas duci:& ſpecula fieri non niſi ex optimo poſſe creditũ fuerat. Id quod iam fraude cor-
I rumpitur. Sed natura mira eſt imagines reddendi:quod repercuſſo aere:atque in oculos rege
ſto fieri conuenit. Eadem ui in ſpeculis uſu polita craſſitudine:paulumq; propulſa dilatatur in
immenſum magnitudo imaginum. Tantum intereſt:repercuſſum illum reſpuat:an accipiat. Quin etiã
pocula ita figurantur:exculptis intus crebris ſeu ſpeculis:ut uel uno intuente populus totidem imaginũ
fiat. Excogitatur & monſtrifica:ut in templo ſmyrnæ dicata. Id euenit figura materiæ. Plurimumq; refert
concaua ſint & poculi modo an media depreſſa:an elata:an auerſa:an obliqua ſupina: an feſta qualitate
excipientis figuræ torquente uenientes umbras. Neq; enim eſt aliud illa imago:q̄ digeſta claritate mate-
riæ excipientis umbram. Atq; ut omnia de ſpeculis peragantur hoc loco optima apud maiores fiebãt brũ
duſina: ſtagno & ære mixtis. Prælata ſunt argẽtea. Primus fecit praxiteles magni Pompei ætate. Nuperq; Paſiteles
credi cœptum:certiorẽ imaginem reddi auro appoſito auerſis. Tingit & ægyptus argentum: ut in uaſis uel ꝯlectio
Anubem ſuũ ſpectet:pingitq; non cælat argentum. Tranſit inde materia & ad triumphales ſtatuas: mi-
rumq; creſcit precium fulgoris excecati. Id autem fit hoc modo. Miſcetur argento tertia pars æris cyprii
tenuiſſimi:quod coronarium uocant:& ſulphuris uiui quantum argenti. Conflatur in fictili circumlito ar
gilla: Modus coquendi donec ſeipſa opercula aperiant. Increſcit oui indurati luteo: ut tamen aceto & cre
ta detereatur. Miſcuit denario triũuir Antonius ferrum. Miſcuit æri falſæ monetæ. Alii e pondere ſubtra
hunt:cum ſit iuſtum.lxxxiiii.e libris ſignari. Igitur ars facta denarios probare tam iucunda e lege plebe:
uti Mario gratidiano uicatim totas ſtatuas dicauerit. Mirumq; in hac artium ſola uitia diſcuntur:& fal-
ſum denarii ſpectatur exemplar:pluribuſq; ueris denariis adulterinus emitur.

De immodica pecunia:& quorum maximæ opes fuerint:& quando primum Po-
pulus Ro.ſtipem ſparſerit. Cap.x.

On erat apud antiquos numerus ultra centum milia. Itaque hic & hodie multiplicatur: ut de-
n cies centena milia:aut ſepius dicantur. Fœnus hoc fecit nummuſque percuſſus:& ſic quoq; æs
alienum etiamnum appellatur. Poſtea diuites cognominati:dũmodo notum ſit:eum qui pri-
mus acceperit hoc nomen:decoxiſſe creditoribus ſuis. Ex eadem gente. M. Craſſus negabat diuitem eſſe:
niſi qui redditu annuo regionem tueri poſſet. In agris ſuis ſeſtertium.xx.milia poſſedit. Quiritium poſt
Syllam ditiſſimus. Nec fuit ſatis niſi totum parthorum eſuriſſet aurum. Atq; ut nouem quidem optimi aniopimi:
occupauerit. Iuuat enim inſectari inexplebilem iſtam habendi cupiditatem. Multos poſtea cognouimus
ſeruitute liberatos opulentiores pariterque tres. Claudii principatu Pallantem Calliſtum & Narciſſum.
Atque ut hii omittantur:tanquã adhuc rerum potiãtur. C. Aſinio Gallo. C. Martio Cyrino coss.ad.vi.
Kal.febru. C. Cecilius Claudius Iſidorus teſtamento ſuo dixit:quãuis multa ciuili bello perdidiſſet: ta-
men relinquere ſeruorum quattuor milia:centum.xvi. Iuga boum tria milia ſexcẽta. Reliqui pecoris.cc.

quinquaginta ſeptem milia. In numerato pondo ſexcenta milia. Qui funerari ſe iuſſit ſeſtertiis. xi. mili-
Cētum. x. bus. Congregatæ & excedentes numerum opes. Quota tamen portio erunt Ptolemæi: quem Varro tra
alii codices dit Pompeio res gerente circa iudæam octona milia equitum ſua pecunia toleraiuſſe. Mille conuiuas to
tidem aureis potoriis mutantem uaſa cum ferculis ſaginaſſe. Quota uero illæ ipſæ (neque enim de regi-
bus loquor) portio fuerit Pythii bythinni qui platanum auream: uitemque nobilem illam Dario regi do
nauit: Xerxis copias: hoc eſt ſepties. lxxxviii. Milia hominum excepit epulo. Stipendium quinque men-
ſium frumentumque pollicitus: ut e quinq; liberis ſenectuti ſuæ in delectu unus ſaltem concederetur.
Hunc quoque ipſum aliquis compararet Crœſo regi. Quæ malum amentia eſt: id ī uita cupere: quod aut
etiam ſeruis contigerit: aut ne in regibus quidem inuenerit finem? Populus Roma. ſtipem ſpargere cœ-
pit. Sp. Poſtumio. Q. Martio conſ. Tanta pecunia erat: ut eam conferret. L. Scipioni: ex qua is ludos fe-
cit. Nam q; Agrippæ Menenio ſeſtantes æris in funus contulit: honoris id neceſſitatiſq; propter pauper-
tatem Agrippæ: non largitionis eſſe dixerim.

De luxuria & frugalitate in uaſis & lectis argenteis: & quando lances immodicæ factæ. Cap. xi.

Aſa ex argento mira inconſtantia humani ingenii uariat: nullum genus officinæ diu proban-
u do: nunc furniana: nunc clodiana: nunc gratiana. Etenim tabernas menſis adoptauimus: nunc
anaglypha: in aſperitatemq; exciſa circa linearum picturas quærimus. Iam uero & menſas re-
poſitoriis imponimus: & ad ſuſtinenda obſonia interradimus altera: & intereſt q̄plurimum lima perdide
rit. Vaſa coquinaria ex argento Caluus orator fieri queritur. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus
Noſtraq; ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumentis ſuis ſoleas ex auro quoq; in-
duere ſolebat. Libras. xxxii. argenti. Africanus ſequens hæredi reliquit. Idemq; cum de pœnis triumpha-
ret: quattuor milia. cccc. lxx. pondo tranſtulit Hoc argentum tota Carthago habuit illa terrarum æmu-
la: quod nunc in menſarum eſt apparatu. Poſtea uicta numantia & deleta: idem Africanus in triumpho
militibus. xvii. milia pondo dedit. O uiros illo imperatore dignos: quibus hoc ſatis fuit. Frater eius allo-
brogicus primus omnium mille pondo habuit. At Liuius Druſus in tribunatu plebis. xi. milia. Nam p-
pter quinq; pondo notatum a cenſoribus triumphalem ſenem: iam fabuloſum uidetur. Item Catū Eliciū
cum legati ætolorum in conſulatu prandentem in fictilibus adiſſent miſſa ab iis uaſa argentea nō accepiſ
ſe: neq; aliud habuiſſe argenti ad ſupremum uitæ diem q̄ duo pocula: quæ. L. Paulus ſocer ei ob uirtutem
deuicto Perſeo rege donaſſet. Inuenimus legatos Carthaginienſium dixiſſe: nullos hominum benignius
inter ſeſe uiuere q̄ Romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitauiſſe ſeipſos. At hercules Pom-
peium Paulini equitis arelatenſis filiū: paterna quoq; gente pulſum: q. xii. pondo argenti habuiſſet apud
exercitum marg ferociſſimis gentibus oppoſitum ſcimus. Lectos uero mulierum iampridem totos operiri ar-
gento & triclinia quædam quibus argentum addidiſſe primus traditur: Caruillius Pollio eques roma-
nus: non ut operiret: aut deliaca ſpecie faceret: ſed punica idem & aureos fecit. Nec multo poſt argētei de
liacos imitati ſunt. Quæ omnia expiauit bellum ciuile ſyllanum. Paulo enim ante hæc facta ſunt. Lāceſq;
e centenis libris argenti: quas tunc ſuper quingentas numero romæ fuiſſe conſtat: multoſq; ob eas pſcri-
ptos dolo concupiſcentium. Erubeſcant annales qui bellum ciuile talibus uitiis imputauere. Noſtra ætas
fortior fuit. Claudii principatu Seruus eius Druſillanus nomine. Rotundus: diſpenſator hiſpaniæ citerio
ris quinquagenariam lancē habuit: cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat. Et comites eius octin
gentas quinquagintaocto librarum. Quare quæſo? niſi ut q̄ multi eas conſerui inferrent: aut quibus cœ-
nantibus? Cornelius Nepos tradit ante Syllæ uictoriam duo tantum triclinia romæ fuiſſe argentea. Re
poſitoriis argentum addi ſua memoria cœptū Feneſtella dicit: qui obiit nouiſſimo Tyberii Cæſaris prin
cipatu. Sed & teſtudinea tum in uſum ueniſſe. Ante ſe autē paulo lignea rotunda ſolida nec multo maio
ra q̄ menſas fuiſſe. Se quidem puero: quadrata & cōpacta aut acere operta. citro cœpiſſe. Mox additū ar
climateras gentum in angulis lineaſq; per cōmiſſuras. Tympana uero ſe iuuene appellata ſtateras & lances quas an
uel clema- tiqui magidas appellauerant. Nec copia tantū argenti fuerat uitæ: ſed ualidius pœnæ metu preciū. Idq;
teras. iampridē ut ignoſcamus nobis. Delphinos quinis milibus ſeſtertiis ī libras emptos. C. Gracchus habuit
L. uero Craſſus orator duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos ſeſtertiis centum. Cōfeſſus eſt ta
men nunquā ſe iis uti propter uerecundiā auſum. Sicut eundem. vi. milia ſeſtertiis in ſingulas libras uaſa
empta habuiſſe. Aſia primum deuicta luxuriā miſit in italiam. Siquidē. L. Scipio trāſtulit in triūpho ar
genti cælati pondo milia quadringenta. l. Et uaſorum aureoꝝ pondo. c. milia. anno conditæ urbis quin-
genteſimo ſexageſimoquinto. Eadem aſia domita: multo etiam grauius afflixit mores: inutiliorq; victo
ria illa hæreditas Attalo rege mortuo fuit. Tum. n. hæc emēdi romæ ī auctiōibus regiis uerecūdia exēpta
eſt: urbis anno. dc. xxvi. mediis. lvi. annis erudita ciuitate amare etiā & nō ſolū āmirati opulentiā externā.
Immenſo & achaicæ uictoriæ momēto ad īpellēdos mores: quæ & ipſa hoc īteruallo anno urbis. dc. viii.
parthica ſigna

parthica ſigna & tabulas pictas inuexit:ne quid deeſſet. Pariterque luxuria nata eſt:& carthago ſublata: ita congruentibus fatis:ut liberet amplecti uitia:& liceret pecare ex dignatione. Hinc aliqui ueterum: ut C. Marius poſt uictoriam cimbricam cantharis portaſſe. Liberi patris exemplo traditur:ille orator rapinas & manipularis imperator.

De ſtatuis argenteis & cælatura argenti:& cæteris quibuſdam. Cap.xii.

Rgenti uſum in ſtatuas primum ad honorem Diui Auguſti in adulationem temporum tranſiſſe falſo exiſtimatur. Iam enim triumpho magni Pompei reperimus tranſlatam Pharnacis: q primus regnauit in ponto argenteam ſtatuam. Item Mithridatis Eupatoris & currus aureos argenteoſq;. Argentum ſuccedit ex re aliquando & auro luxu:fœminarum plebis compedes ſibi ex eo facientium quas induere aureas mos triſtior uetat. Vidimus & ipſi Valerium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem cum celebritate aſſectationem adoleſcentium ſcholæ ex argento annulos habentem. Et quid hoc attinet colligere cum capuli militum ebore etiam faſtidio cælarentur argento: uaginæ catillis: baltei laminis crepitent. Iam uero a pedagogis ad tranſitum uirilitatis cuſtodiantur. Argento fœmine lauentur & niſi argentea ſolia faſtidiant:eademq; materia & cibis & probris ſeruiat. Videret hæc Fabritius & ſtratas argento mulierum balineas:ita ut ueſtigio locus non ſit cum uiris lauantium. Fabritius inquã qui bellicoſos imperatores pluſquam pateram & ſalinum ex argento habere uetabat. Videret hinc dona fortium fieri:aut in hæc frangi. Heu mores Fabritii nos pudet. Mirum in auro cælando inclaruiſſe neminem:argento multos. Maxime tamen laudatus eſt Mentor:de quo ſupra diximus. Quattuor paria deniq; ab eo omnino facta ſunt:ac iam nullum extare dicitur:Epheſiæ Dianæ templum iacet. Capitolium incendiis. Varro & æreum ſignum eius habuiſſe ſcripſit. Proximi ab eo ammiratione Acragas & Boetus & Mys fuere. Extant hodie omnium opera in inſula Rhodiorum boeti apud lyndiam Mineruam in tẽplo. Acragantis in templo liberi patris in ipſa Rhodo bacchæ centauriq; cælati in ſcyphis. Myos in eadẽ æde & Silenus & Cupido & uenatio in ſcyphis. Magna fama poſt hos celebratus eſt Antipater: quique ſatyrum in phiala grauatum ſomno collocauiſſe uerius q̃ cælaſſe dictus ẽ Stratonicus. Mox Cyzicenus Tauricus. Item Ariſton & Onychus Mithylene laudatur. Et Hecateus:& circa magni Pompei ætatem Praxiteles Poſidonius Epheſius:Lædus Stratites:qui prœlia armatoſq; cælauit Zopyrus qui areopagitas & iudiciũ Oreſtis in duobus ſcyphis põdo.xii.æſtimatis. Fuit dein Pytheas:cuius duæ unciæ uiginti uenierũt. Vlyxes & Diomedes erãt in phialæ emblemate palladium ſurripiẽtes. Fecit idem & cocos Magireſia appellatos paruulis potoriis. Sed e quibus ne exemplaria quidem liceret exprimere. Tam opportuna iniuriæ ſubtilitas erat. Habuit & Teucer Cruſtarius famam. Subitoq; hæc ars ita exoleuit:ut ſola iã uetuſtate cenſeatur uſque adeo attritis cælaturis ne figura diſcerni poſſit:auctoritas conſtet. Argentũ medicatis aquis inficitur atque etiam afflatu ſalſo:ſicut in mediterraneis hiſpaniæ. In argenti & auri metallis naſcuntur etiam nunc pigmenta. Sic & cæruleum:quod proprie limus eſt. Optimum ex eo quod atticũ uocatur. Precium in.p.libras. xxxii. Proximum marmoroſom ſub dimidio attici pretio. Tertium genus eſt preſſum:quod alii ſcyricum uocant ex inſula ſcyro. Iam quidem & ex achaia quo utuntur ad picturæ umbras. Pretium in libras huius. LIs.bini. Dipondiis uero detractis quod lucidum uocant e gallia ueniens. Hoc aũt & attico ad lumina utuntur. Ad abacos non niſi marmoroſo:quoniam marmor in eo reſiſtit amaritudini calcis. Effodiť & ad.xx.ab urbe lapidem in montibus. Poſtea uritur preſſum appellantibus qui adulterãt. Sed eſſe falſum aduſtumq; amaritudine apparet:quoniã reſolutũ in puluerem eſt.

Valeriũ uł Laberium

Sil & ceruleum. Sil proprie.

De ſile:& ceruleo:& chryſocolla:& neſtoriano:& cilono:& q; non omni anno æqualiter ſpecies uendantur. Cap.xiii.

ſ Ile primi inſtituere pingere:Polygnotus & Mycon attico dũtaxat. Hoc ſecuta ætas ad lumina uſa eſt. Ad umbras autem ſcyrico & lydio. Lydium ſardibus emebatur:quod nunc obmutuit. Ceruleum harena eſt. Huius genera tria. Antiquius ægyptium: quod maxime probatur ſcythicum hoc diluitur facile. Cunq; teritur:in quattuor colores mutatur:candidiorẽ nigrioremue: craſſiorem:tenuioremue. Prefertur huic etiamnum cyprium. Acceſſit his puteolanum & hiſpanienſe:harena ibi confici cœpta. Tinguitur autem omne:& in in ſua coquitur hærba:bibitq; ſuccum. Reliqua confectura eadem quæ chryſocollæ. Ex ceruleo fit:quod uocatur lomentum. perficitur id lauando terendoue: & hoc eſt ceruleo candidius. precia eius.xxiii.in libra. Cærulei.xviii. Vſus ĩ creta calcis impatiẽs. Nuper acceſſit & neſtorianum ab auctore appellatum. Fit ex ægyptii leuiſſima parte. precium eius. xl. in libras. Idem & puteolani uſus:præter q̃ ad feneſtras. Vocant cœlon. Non pridem apportari & indicum eſt cœptum. Cuius precium.xvii.in libras. Ratio in pictura ad inciſuras hoc eſt umbras diuidendas ab lumine Eſt & ſubtiliſſimum genus lomenti:quidam tritum uocant quinis aſſibus æſtimatum. Cærulei ſinceri experimentum in carbone ut flagret. Fraus uiola arida decocta in aqua:ſuccoq; per linteum expreſſo in cretam erethriam. Vis eius in medicina ut purget ulcera. Itaque & emplaſtris adiiciunt, item cauſticis.

Antiqtus

Veſtorianum antiq codices

G

Teritur difficillime ſile. In medendo leuiter mordet:aſtringitq; & explet ulcera. Vritur in fictilibus ut ꝑ ſit. Pretia rerum quæ uſquā diſpoſuimus:nō ignoramus alia in aliis locis eſſe: & omnibus pene annis mutari prout nauigationes conſtiterint:aut ut quiſq; mercatus ſit:aut aliquis præualens manceps annonam flagellet:non obliti Demetrium tota hellade Neronis principatu accuſatum apud conſulem. poni tamē neceſſarium fuit:quæ plerunq; erant romæ:ut exprimeretur auctoritatis rerum.

## CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXIIII.

## PROOEMIVM.

### Aeris metalla. Cap.i.

p Roxima dicantur aeris metalla:cui & in uſu proximum eſt pretium. immo uero ante argentum:ac pene etiam ante aurum corinthio. Stipis quoq; auctoritas: ut diximus. Hinc æra militum tribuni ærarii & ærarium: & obærati ab ære dicti. Docuimus quādiu Populus Ro. ære ſignato tantum uſus eſſet: & alia quæ uetuſtas tradidit:cum æqualem urbi auctoritatē eius declararet a rege Numa collegio tertio fabrum ærariorū inſtituto. Vena quo dictum eſt modo effodiť:igniq; perficitur. Fit & elapide eroſo:quem uocant Cadmiam Celebritas in aſia: & quondam in campania:nunc in bergomatiū agro:extrema parte italiæ. Feruntq; nuper in germania etiam prouintia repertum.

### Genus æris:quæ corinthia:quæ deliaca:quæ æginetica. Cap.ii.

f It & ex alio lapide:quem calcitem uocant in cypro:ubi prima fuit æris inuentio. Mox uilitas præcipua reperto in aliis terris præſtantiore:maxime aurichalco. quod præcipuam bonitatem ammiratione diu obtinuit. Nec reperitur longo iam tempore effœta tellure. Proximum bonitate fuit ſaluſtianum in centronum alpino tractu non longi & ipſum æui. Succeſſit & liuianum in gallia. Vtrunq; a metallorum dominis appellatū:illud ab amico diui Auguſti:hoc a coniuge:uelocis defectus Liuianum quoq; certe admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in marianum conuerſa:quod & cordubenſe dicitur. Hoc a liuiano cadmiam maxime ſorbet: & aurichalci bonitatem imitatur in ſeſtertiis dupondiariiſq; cyprio ſuo aſſibus contentis. Et hactenus nobilitas in ære naturalis ſe habet. Reliqua genera artificio conſtant:quæ ſuis locis reddentur:ſumma claritate ante omnia indicata. Quondā æs confuſe auro argentoque miſcebatur: & tamen ars præcioſior erat. Nunc incertum eſt peior hæc ſit an materia. Mirumq; cum ad infinitum operum pretia hæc creuerint:auctoritas artis extincta ē. Quæſtus enim cauſa:ut omnia:exerceri cœpta eſt:quæ gloriæ ſolebat. Ideo etiam deorum adſcripta operi cum proceres gentium claritatem & hac uia quærerent:adeoq; exoleuit fundendi æris præcioſi ratio: ut iam diu ne fortuna quidem in ære ius artis habeat. Ex illa autem antiqua gloria corinthium maxime laudatur: hoc caſus miſcuit. Corintho cum caperetur incenſa:mireq; circa id multorum affectatio fuit. Quippe cum tradatur non aliena de cauſa Verrem quem Cicero damnauerat proſcriptum eſſe ab Antonio:quāq; corinthiis ſe ei ceſſurum negauiſſet. At mihi maior pars eorum ſimulare eam ſcientiam uidetur:ad ſegregandos ſe a cæteris magis ꝗ intelligere aliquid ſubtilius: & hoc paucis docebo. Corinthus capta eſt olympiadis centeſimæ quinquaceſimæ ſextæ anno tertio:noſtræ urbis ſexcenteſimooctauo:cum ante in ſæculo fictore:nobiles eſſe deſiſſent:quorum iſti omnia ſigna hodie corinthia appellant. Quapropter ad coarguendos eos ponemus artificum ætates:nam urbis noſtræ annos ex ſupradicta comparatione olypiadum colligere facile erit. Sunt ergo uaſa tantum corinthia quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo transferunt modo in lucernas:modo in trullas:nullo mūditiarum reſpectu. Eius tria genera. Candidum argento nitore ꝗ proxime accedens:in quo illa mixtura præualuit. Alterum in quo auri fulua natura. Tertiū in quo æqualis omnium temperies fuit. Præter hæc eſt:cuius ratio non poteſt reddi:quāquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum ſimulacro ſigniſque. illud ſuo colore pretioſum ad iocineris imaginem uergens:quod ideo epatizon appellant:procul a corinthio. Longe tamen ante ægineticum atque deliacum:quæ diu obtinuere principatum. Antiquiſſima æris gloria deliaca fuit mercatus in delo concelebrante toto orbe: & ideo cura officinis tricliniorum pedibus fulcriſq;. Ibi prima nobilitas æris. Peruenit deinde ad deum ſimulacra:effigiemque hominum: & aliorum animalium. proxima laus eginetico fuit. Inſula ipſa eſt nec gignens:ſed officinarum temperatura nobilitata. Bos æreus: inde captus in foro boario eſt Romæ. Hic eſt exemplar æginetici æris. Deliaci autem iubiter in capitolio in Iouis tonantis æde. Illoque ære Myron uſus eſt. Hoc polycletus æqualis atque condiſcipulus. Aemulatio autem & in materia fuit.

Ceutronū Stra.

### De candelabris: & templorum ornamentis. Cap.iii.

p Riuatimq; ægina cādelabrorum ſuperficiem dūtaxat elaborauit:ſicut tarentum ſcapos: in iis ergo iuncta

ergo iuncta cõmendatio officinarum eſt. Nec pudet tribunorum militariũ ſalariis emere cum ipſum nomen a candelarum lumine impoſitũ appareat. Acceſſi candelabri talis fuit: ut auctor eſt Dion iuſſu præconis Cleſippus fullo gibbere & præterea alio fœdus aſpectu fabricatus eſt: emente id Gegania ſeſtertiis .L. eodemq; oſtentante in conuiuio emptum ludibrii cauſa nudatus: atq; impudentia libidinis receptus in torum mox in teſtamentum prediues minimũ uice illud candelabrum coluit: & hanc corintiis fabulã adiecit: uindicatis tamẽ moribus nobili ſepulchro: per quod æterna ſupra terras Geganiæ dedecoris memoria duraret. Sed cum eſſe nulla corinthia candelabra conſtet: nomen id præcipue in iis celebratur: quoniã Mummii uictoria corinthum quidem diruit: ſed compluribus achaiæ oppidis ſimul æra diſperſit. Priſci limina etiam ac ualuas in templis ex ære factitauere. Inuenio & a Cn. Octauio qui de perſeo rege naualẽ triumphum egit factam porticum duplicem ad cyrcum flaminium: quæ corinthia ſit appellata a capitulis æreis columnarum. Veſtæ quoq; ædem ipſam ſyracuſana ſuperficie tegi placuiſſe. Syracuſana ſunt in Pantheo capita columnarum a. M. Agrippa poſita. Quin etiam priuata opulentia eo modo uſurpata ẽ. Camillo enim crimini obiecit. Sp. Caruillius quæſtor: q; ærata hoſtia haberet ĩ domo. Nam triclinia ærata abacoſq; & monopodia Cn. Manilium aſia deuicta primum inuexiſſe triumpho ſuo: quem duxit urbis anno quingenteſimo ſexageſimoſeptimo. L. Piſo auctor eſt. Antias quidem. L. Craſſum hæredem. L. Craſſi oratoris multa etiam triclinia ærata uendidiſſe. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomĩe delphicas: quoniam donis maxime Apollinis delphici dicebatur. Placuere & lychni penſiles in delubris: arborum modo mala ferentium lucentes. Qualis eſt in templo Apollinis palatini: quem Alexander Thebarum expugnatione captũ in cyma dicauerat eidẽ deo. Tranſit deinde ars ubiq; uulgo ad effigiẽ deorũ.

Tribunatũ militarem. Auctio

Lychni ex antiquis exemplaribus.

Quando primum ſimulacrum Romæ factum: & de origine ſtatuarum & honore ſtatuarum: & generibus: & figuris. Cap. iiii.

r Omæ ſimulacrum ex ære factum Cereris primum reperio ex peculio. Sp. Caſſii: quem regnũ affectantem pater ipſius interemerat. Tranſiit & ab diis ad hominum ſtatuas: atq; imagines multis modis. Antiqui pingebant eas bitumine: quo magis mirum eſt: placuiſſe auro integere Hoc neſcio an romanum fuerit inuentum. Certe etiam romæ non habet ueruſtatem. Effigies hominum non ſolebant exprimi niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium: & primo ſacrorum certaminũ uictoria: maximeq; olympiæ ubi omnium qui uiciſſent: ſtatuas dicari mos erat. Eorum uero qui ter ibi ſuperauiſſent: ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa: quas iconas uocant. Athenienſes neſcio an primi omnium Harmodio & Ariſtogitoni tyrannicidis publice poſuerint ſtatuas. Hoc actum eſt eodem anno: quo & reges Romæ pulſi. Excepta deinde res eſt a toto orbe terrarum humaniſſima ambitione. Et iam omnium municipiorum & fori ſtatuæ ornamentum eſſe cœpere: prorogarique memoria hominum & honores legi æuo & baſibus inſcribi: ne in ſepulchris tantum legerentur. Mox forum & in domibus priuatis factum atque in atriis. Honos clientium inſtituit ſic colere patronos.

De ſtatuis & quibuſdam aliis: & quibus primum in columna: & quando roſtra: & quando primum publice: & quæ primum ſtatuæ romæ. Cap. v.

t Ogata effigie antiquitus ſtatuæ dicabantur. Placuere & nudæ tenentes haſtam ab ephoborum gymnicis exemplaribus: quas achilleas uocant. Græca res eſt nihil uelare. At econtra romana ac militaris thoracas addere. Cæſar quidem dictator loricatam ſibi dicari in foro ſuo paſſus eſt. Nam lupercorum habitu factæ tam nouiciæ ſunt: q̃ quæ nuper prodidere penulis indutæ. Mancinus eodem habitu ſibi inſtituit quo deditus eſt. Notatum ab auctoribus &. L. actium poetam in camœnarum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe: cum breuis admodũ fuiſſet. Equeſtres uero ſtatuæ modo romanam celebrationem habent: orto ſine dubio a græcis exemplo. Sed illi celatas tantum dicabant in ſacris uictores. Poſtea uero & qui bigis uel quadrigis uiciſſent. Vnde & noſtri currus nati in iis qui triumphauiſſent. Serum hoc in iis non niſi a Diui Auguſto ſeiuges: ſicut & elephanti. Non uetus & bigarũ celebratio in iis qui prætura functi curru uecti eſſent per cytrum. Antiquior columnarum: ſicut. C. Menio qui deuicerat priſcos latinos: quibus ex fœdere tertias predæ Popul. Ro. præſtabat. Eodemq; in conſulatu in ſuggeſtu roſtra deuictis antiatibus fixerat anno urbis. cccccxvi. Item. C. Duilo qui primus nauale triumphum egit de pœnis: quæ eſt etiam nunc in foro. Item. P. Minutio præfecto annonæ extra portam trigeminam unciaria ſtipe collata. Neſcio an primo honor talis a populo. Antea enim a ſenatu erat præclara res: niſi friuolis cœpiſſet initiis. Nanq; & acti Naui ſtatua fuit ante curiam: cuius baſis conflagrauit curia incenſa. P. Clodii funere. Fuit & Hermodori epheſii in comitio legum: quas decemuiri ſcribebant: interpretis publice dicata. Alia cauſa & alia auctoritas maior in Oratii Coclitis ſtatua: quæ durat hodieque: cum hoſtes a ponte ſublicio ſolus arcuiſſet. Equidem & Sybillæ tres iuxta roſtra ſunt: minores ſint licet. Vna quam Pacuuius Taurus ædilis plebis inſtituit. Duæ quas. M. Meſſalla. Primas putarẽ has & Atti Naui poſitas ætate Tarquinii Priſci: niſi regum antecedentium eſſent in capitolio.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 480 sur 536

De ſtatuis ſine tunicis & quibuſdam aliis:& quæ prima Romæ ſtatua equeſtris:& quando omnes ſtatuæ priuatim & publicæ ſublatæ:& quibus Romæ mulieribus : & quæ primæ ab exteris publice poſitæ. Cap.vi.

X iis Romuli eſt ſine tunica:ſicut & Camilli in roſtris & ante ædem Caſtorum fuit.M.Tre-
e mellii equeſtris togata:qui ſanites bis deuicerat.Captaq; anagnia populum ſtipendio libera-
uerat.Inter antiquiſſimas ſunt & Tullii Celii.L.Roſcii.Et Sp . Matici Fulcini in roſtris a fi-
dẽnatibus in legatione interfectorum.Hoc a Romano Populo tribui ſolebat iniuria cæſis:ſicut.P.Iunio
Corũcanis &.T.Coruncano:qui ab Teuca illiricorum regina interfecti erant.Non omittendum: quod annotauere
annales tripedaneas iis ſtatuas in foro ſtatuas.Hæc uidelicet menſura honorata tunc erat. Non prӕteri-
Cn . popi- bo.C.Octauium ob unum uerbum quo regem Antiochum dilaturum ſe reſponſum dicẽtem uirga quã
lium.Reli tenebat forte circũſcripſit:& priuſquã egrederetur circulo illo:reſponſum dare coegit.In qua legatione ĩ
qua terfecto ſenatus ſtatuam poni iuſſit q̃ oculatiſſimo loco in roſtris.Inuenitur & ſtatua decreta & Tara-
ciæ Caiæ ſiue Suffeciæ uirgini ueſtali:ut poneretur ubi uellet.quod adiectum nõ minus honoris habet.q̃
q; fœminæ eſt decreta.Mirerum eius ipſis ponam annalium uerbis.Quod campum tyberinum gratifi-
cata ea eſſet populo.Inuenio & Pythagoræ & Alcibiadi in cornibus comitii poſita cum bello ſannatico
Ea cã cre- Apollo pythius fortiſſimo græcorum gentis iuſſiſſet & alteri ſapientiſſimo ſimulacra celebri loco dicari:
do nc ſylla donec Sylla dictator ibi curiam faceret.Mirumq; eſt illos patres Socrati cunctis ab eodem deo ſapiẽtia
uetuſti co- prælato Pythagoram prætuliſſe:aut tot aliis uirtute Alcibiadem:aut quẽquam utroq; Themiſtocli.Co
dices. lumnarũ ratio erat:attolli ſupra cæteros mortales:q; & arcus ſignificant nouitio inuento.Primus tamen
honos cœpit a græcis.Nulliq; arbitror plures ſtatuas dicatas q̃ phalerio Demetrio athenis.Siquidẽ.ccc.
lx.ſtatuere:quas mox lacerauerunt:nondum anno hunc numerum dierum excedente. Statuerant Ro-
mæ etiam in omnibus uicis.C.Mario Gratidiano tribus ut diximus:eaſdemq; ſubuertere Syllæ introi-
tu.Pedeſtres ſine dubio Romæ fuere in auctoritate longo tempore.Equeſtrium tamen origo per quam
uetus eſt cum fœminis etiam honore cõicato.Cloeliæ enim ſtatua eſt equeſtris: ceu parum eſſet toga eã
cingi:cum nec Lucretiæ:nec Bruto qui expulerant reges:propter quos Cloelia inter obſides fuerat:decer
nerentur:Hanc primam & Oratii Coclitis publice dicatam crediderim.Ante enim ſibi ac Sybillæ Tar-
quinium & reges ipſos poſuiſſe ueriſimile eſt:niſi Clœliæ poſitam eẽ Piſo traderet ab iis qui una obſides
fuerant redditis a Porſenna in honorem eius:habuit e diuerſo Annius fæcialis equeſtrem ſtatuam cõtra
Superbi Iouis Statoris ædem ĩ ueſtibulo ſuperiore domus ualeriæ fuiſſe Publicolæ conſulis filiæ:eamq; ſolam fu
domus an giſſe.Tyberimq; tranſnatauiſſe:cæteris obſidibus qui porſennæ mittebantur: interemptis Tarquinii in-
tiqui libri. ſidiis.L.Piſo prodidit.M.Aemilio &.C.Popilio.ii.coss.a cenſoribus.P.Cornelio Scipione &.M.Popi-
lio ſtatuas circa forum eorum qui magiſtratus geſſerant ſublatas omnes: præter eas quæ populi aut ſe-
natus ſententia ſtatutæ eſſent.Eam uero quæ apud ædem Telluris ſtatuiſſet ſibi.Sp.caſſius qui regnum
affectauerat:etiam conflatam a cenſoribus.Nimirũ in ea quoq; re ambitioni prouidebant illi uiri . Extãt
Catonis in cenſura uociferationes:mulieribus romanis in prouinciis ſtatuas poni.Nec tamen potuit in-
hibere:quo minus Romæ ponerentur:ſicuti Corneliæ Gracchorum matri:quæ fuit Africani prioris fi-
lia.Sedens enim huic poſita:ſoleiſq; ſine amento inſignis in Metalli publica porticu.Quæ ſtatua nunc ẽ
in Octauiæ operibus.Publice aũt ab exteris poſita eſt romæ.C. Aemilio tribuno plebis lege plata in Se
ptimium Statilium Lucanum :qui thurinos bis infeſtauerat.Et ob id.C.Aelium thurini ſtatua & coro-
na aurea donarunt.Iidem poſtea Fabritium donauere ſtatua liberati obſidione.Paſſimq; ſtatuæ in clien-
tela ſunt receptæ.Et adeo diſcrimen omne ſublatum:ut Hãnibalis etiam ſtatuæ tribus locis uiſantur ĩ ea
urbe:intra cuius muros ſolus hoſtium emiſit haſtam.

De antiquis ſtatuariis & pretiis ſignorũ ĩmodicis:& coloſſis in urbe celeberrimis. Cap.vii.

Viſſe autem ſtatuariam artem familiarem italiæ quoq; & uetuſtam indicãt Hercules ab Euã
f dro ſacratus:ut produnt:in foro boario:qui triũphalis uocatur:atq; per triũphos ueſtitur ha
bitu triũphali.Præterea Ianus geminus a Nũma rege dicatus:qui pacis belliq; argumento co-
litur.Digytis ita figuratis:ut trecentorum quinquagintaquinq; dierum nota per ſignificationem anni tẽ-
poris & æui ſe deum indicaret.Signa quoq; tuſcanica per terras diſperſa : quæ in etruria factitata non eſt
dubium.Deorum tantum putarem eſſe:ni Metrodorus Sceptius cui cognomẽ romani nominis Odio-
ſo inditum eſt. Vulſinios pulſatos propter cẽtum & decem ſtatuarum ſigna obiecerit.Mirumque mihi
uidetur cum ſtatuarum in italia tam uetus origo ſit:potius lignea aut fictilia deorum ſimulacra in delu
bris dicata uſque ad deuictam aſiam:unde irrepſit & luxuria.Similitudines exprimendi quæ prima fue-
rit origo:in ea quam plaſticen græci uocant dici conuenientius erit . Etenim prior quam ſtatuaria fuit.
Sed hæc ad infinitum effloruit multorum uoluminum opere ſi quis plures perſequi uelit.Omnia enim
quis poſſit?In.M.Scauri ædilitate tria milia ſignorum in ſcæna tantum fuere temporario theatro.

Mummius

Mummius deuicta achaia repleuit urbem. Ipſe exceſſit non relicturus filiæ dotem. Cur enim non cum
excuſatione ponatur? Multa & Luculli inuexere. Rhodi etiamnum. lxxiii. milia ſignorum eſſe Mutia-
nus ter conſul prodidit: nec pauciora athenis & olympiæ. Delphis ſupereſſe creduntur. Quis iſta morta
lium perſequi poſſit? aut quis uſus noſcendi intelligatur? Inſignia tamen maxime & aliqua de cauſa no-
tata: uoluptarium ſit attigiſſe: artificeſq; celebratos nominauiſſe ſingulorum quoq; inexplicabili multi-
tudine cum Lyſippus ad ſexcentena. x. opera feciſſe tradatur. Ante omnia ut arti claritatem poſſent dare
uel ſingula. Numerum apparuiſſe. defuncto eo cum theſaurum effregiſſet hæres: ſolitum enim ex inani
pretio cuiuſq; ſigni denarios ſe ponere aureos ſingulos. Euecta ſupra humanam fidem ars eſt ſucceſſu:
mox etiam audacia. In argumentum ſucceſſus unum exemplum afferam: nec deorum nec hominum ſi
militudinis expreſſæ. Aetas noſtra uidit in capitolio: priuſquam id nouiſſime conflagraret a Vitellianis
incenſum in cella Iunonis canem ex ære uulnus ſuum lambentem. Cuius eximium miraculum & indi-
ſcreta ueriſimilitudo non ex eo ſolum intelligitur: ꝗ ibi dicatus fuerat: uerum & noua ſatiſdatione: nam
ſumma nulla pars uidebatur: capite tutelarios cauere pro eo īſtitui publici fuit. Innumera ſunt exempla.
Moles quippe excogitatas uidemus ſtatuarum quas coloſſos uocant turribus pares. Talis eſt in capito
lio Apollo tranſlatus a. M. Lucullo ex apollonia ponti urbe. xxx. cubitorum. c. l. talentis factus. Talis in
campo martio Iupiter A Claudio Cæſare dicatus: qui ideo uocatur pompeianus a uicinitate theatri. Ta
lis & tarenti factus a Lyſippo. xl. cubitorum. Mirum in eo ꝗ manu ut ferunt mobilis ea ratio liberamē-
ti eſt: ut nullius conuellatur procellis. Id quidem prouidiſſe & artifex dicitur: modico interuallo. Vnde
maxime opus erat flatum frangi oppoſita columna. Itaq; propter magnitudinem difficultatemq; moli-
endi: non attigit eum Fabius uerrucoſus: cum Herculem qui eſt in capitolio: inde transferret. Ante om-
nes autem in ammiratione fuit Solis coloſſus rhodi quem fecerat Chares Lyndius Lyſippi ſupracti di-
ſcipulus. Septuaginta cubitoꝝ altutidinis fuit. Hoc ſimulacrū poſt quinquageſimū ſextū annū terremo
tu proſtratum. Sed iacēs quoq; miraculo eſt. Pauci pollicē eius amplectunt. Maiores ſunt digyti ꝙ ple
ræq; ſtatuæ. Vaſti ſpecus hiant de fractis mēbris. Spectant intus magnæ molis ſaxa: quoꝝ pōdere illud
ſtabiliuerat conſtituens. Duodecim annis tradunt effectum. ccc. talentis: quæ contulerant ex apparatu
regis Demetrii relicto moræ tedio. Sunt alii minores hoc in eadem urbe coloſſi centum numero. Sed
ubicunq; ſinguli fuiſſent nobilitaturi locum. Præterq; hos deorum quinq; quos fecit Bryaxis. Factitauit
coloſſos & italia. Videmuſq; certe Apollinem in bibliotheca templi Auguſti thuſcanicum. l. pedū a pol-
lice: dubium ære mirabiliorum an pulchritudine. Fecit & Sp. Caruilius. Iouem qui eſt in capitolio uictis
ſamnitibus ſacrata lege pugnātibus e pectoralibus eorum ocreiſq; & galeis. Amplitudo tāta eſt: ut con
ſpiciatur a Latiario Ioue. Reliquiiſq; limæ ſuam ſtatuam eam fecit: quæ ē ante pedes ſimulacri eius: Ha-
bent in eodem capitolio ammirationem & capita duo: quæ. P. Lentulus conſul dicatur. Alterum a Cha-
rete ſupradicto factum. Alterum fecit Decius comparatione in tantum uictus: ut artificium minime ꝓ-
babilis artificis uideatur. Verum omnem amplitudinem eius generis ſtatuarum uicit ætate noſtra Ze-
nodorus Mercurio facto in ciuitate galliæ aruernis per annos. x. ſeſtertiis. cccc. immani pretio. Is poſtꝙ
ſatis ibi artem approbauerat: romam accitus eſt a Nerone: ubi deſtinatum illius principis ſimulacrum
coloſſum fecit centū. x. pedum longitudine: qui dicatus Solis uenerationi eſt dānatis ſceleribus illius prin
cipis. Mirabantur in officina non modo ex argilla ſimilitudinem inſignem: uerum & de paruis admodū
ſurculis quod primum operis inſtar fuit. Ea ſtatua indicauit interiſſe fundendi æris ſcientiam: cū & Nero
largiri aurum argentūq; paratus eſſet: & Zenodorus ſcientia fingendi cælandiq; nulli ueterū poſponeret
Statuam aruernoꝝ cum faceret ꝓuinciæ Vibio Auito præſidēte duo pocula Calamidis manu cælata:
quæ Caſſio Syllano auūculo eius præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donauerat æmulatus eſt
ut uix ulla differētia eſſet artis. Quātoq; maior in zenodoro ꝓſtantia fuit: tāto magis deprehēdi æris ob-
litteratio pōt.

Nobilitate ex ære operum & artificum. cclxvi. Cap. viii.

f Ignis quæ uocant corinthia pleriq; in tantum capiuntur: ut ſecum circūferant: ſicut Hortēſius
orator ſphingem Verri reo ablatam. Propter quam cicero illo iudicio in altercatione negāti ei
ſe ænigmata intelligere: reſpondit debere: quoniam ſpingem domi haberet. Circūtulit & Nero
princeps amazonem: de qua dicemus. Et pauloante. C. Ceſtius conſularis ſignum quod ſecum etiam in
prœlio habuit. Alexandri quoq; magni tabernacluum ſuſtinere tradunt ſolitæ ſtatuæ: ex quibus duæ an
te Martis ultoris ædem dicatæ ſunt: totidem ante regiam. Minoribus ſimulacris ſigniſq; innumera ꝓpe
artificum multitudo nobilitata eſt. Ante omnes tamen Phidias athenienſis Ioue olympiæ facto ex ebo-
re quidem. Sed ex ære ſigna fecit. Floruit aūt olympiade octogeſimatertia circiter. ccc. noſtræ urbis anno
Quo eodem tempore æmulis eius fuere Alcamenes: Critias: Neſtocles: Hegleas. Et deinde olympiade
octogeſimaſeptima Agelades. Callon: Polycletus Phragmon: Gorgias: Lacor: Mycon: Pythagoras:
Scopas: Perelius. Ex iis Polycletus diſcipulos habuit Argiū: Aſopodorum: Alexim: Ariſtidem: phry-

nonem: Dinonem: Athenodorum: Dameam Clitorium Myronem Lycium. Nonageſimaquinta olym
piade floruere Naucydes: Dinomedes: Canachus: Patrocles. Centeſimaſecunda Polycles: Cephiſiodo-
tus: Leochares: Epatodorus. Cēteſimaquarta Praxiteles: Euphranor: Centeſimaſeptima Echion: Thero
machus: Centeſima quartadecima Lyſippus fuit: & cum eo Alexander magnus. Itē Lyſiſtratus & frater
eius Sthennis: Euphronides. Soſtratus Ion: Syllaniō. In hoc mirabile: ꝙ nullo doctore nobilis fuit ipſe.

Zeuxim: alii zeuxiadem.

Diſcipuloſque habuit Theuſin & Iadem. Centeſima. xx. Eutychides: Eutycrates: Lahippus: Cephiſiodo
tus. Timarcus. Pyromachus. Ceſſauit deinde ars: ac rurſus olympiade centeſimaquinquageſimaquinta
reuixit: cum fuere longe quidem infra prædictos probati tamen Antheus: calliſtratus: Polycles: Athene
us: callixenus: pytocles: pythias Tomylos. Ita diſtinctis celeberrimorum ætatibus: rapti tranſcurram
reliquam multitudinem & paſſim diſperſam. Venere autem & in certamen laudatiſſimi: quamquam di
uerſis ætatibus geniti: quoniam fecerant: amazonas: quæ cum in tēplo Epheſiæ Dianę dicaretur: placuit
eligi probatiſſimam: ipſorum artificum qui præſentes erāt iudicio: cum apparuit eam eſſe: quam omnes
ſecundam ſua quiſq; iudicaſſent. Hæc eſt polycleti: proxima ab ea phidiæ. Tertia chreſſillæ. Quarta cy-

phragmonis pauſ. Cledicum

clonis. Quinta phradmonis: phidias præter Iouem olypiū quem nemo æmulatur. fecit & ex ebore æque
Mineruam athenis: quæ eſt in parthenone aſtans. Ex ære uero præter amazonem ſupradictam Miner-
uam tam eximiæ pulchritudinis ut a forma cognomen acceperit. Fecit & Cliduchū & aliam Mineruam:
quam romæ ad ædem Fortunæ aemilius paulus dedicauit: item duo ſigna quæ catulus in eadem æde po
ſuit palliata. Et alterum colloſſicon nudum. primuſq; artem toreuticē aperuiſſe atq; demonſtraſſe me-
rito iudicatur: polycletus ſicyonius ageladis diſcipulus. Diadumenum fecit molliter iuuenem. c. talentis
nobilitatum: item & Doryphorum uiriliter puerum. Fecit & quem canona artifices uocant: liniamenta
artis ex eo petentes uelut a lege quadam. ſoluſq; hominum artem ipſe feciſſe artis opere iudicatur. Fecit
& diſtringentem ſe. Et nudum talo inceſſentem. Duoſq; pueros item talis nudos ludentes: qui uocantur
aſtragalizontes. Et ſunt in Titi imperatoris atrio: quo opere nullum abſolutius pleriq; iudicant. item
Mercurium qui fuit liſymachiæ. Herculem qui romæ antheum a terra ſuſtinentem: artemona qui peri-
phoretos appellatus eſt. Hic conſumaſſe hanc ſcientiam iudicatur: & toreuticen ſic erudiſſe: ut phydias
aperuiſſe: ꝓprium eiuſdem: ut uno crure inſiſterent ſigna excogitaſſe: ut ait Varro: & pene ad unū exem
plum Myronem eleuteris natū: & ipſum Ageladis diſcipulū bucula maxime nobilitauit celebratis uerſi
bus laudata: quādo alieno pleriq; ingenio magis q̄ ſuo cōmēdant. Fecit & canē: & diſcobolon: & Perſea:
& priſtas: & ſatyrum admirantem tibias: & Mineruam: delphicos pentathlos Pancratiaſtas. Herculem
etiam qui eſt apud circum maximum in æde Pompei magni. Fecit & cicadæ monumentum & locuſtæ:
ſicut carminibus ſuis Erina ſignificat. Fecit & Apollinem quem a triumuiro Antonio ſublatum reſtituit
epheſiis diuus Auguſtus ammonitus in quiete. Primus hic multiplicaſſe uarietatem uidetur: numeroſi
or in arte q̄ Polycletus: & ſimetria diligentior. Et ipſe tamen corporum tenus curioſus: animi ſenſus non
expreſſe. Capillum quoq; & pubem non emendatius feciſſe q̄ rudis antiquitas inſtituiſſet. Vicit eum py
thagoras ex italia Rheginus Pancratiaſte delphis poſito. Eundem uicit & Leontius qui fecit ſtadiodro-
mon aſtylon: qui olymphiæ oſtenditur. Et lybin puerum tenentem tabellas eodem loco: & mala ferentē
nudum. Syracuſis autem claudicantem: cuius ulceris dolorem ſentire etiam ſpectantes uidentur. Item
apollinem citharedum: ſerpētemq; eius confici ſagittis: qui Dicæus appellatus eſt: quoniā cum thebæ ab
Alexandro caperentur: aurum a fugiente cōditum ſinu eius cælatum eſſet. Hic primus neruos & uenas
expreſſit capillumq; diligentius. Fuit & alius Pythagoras ſamius initio pictor: cuius ſigna ad ædem for-

Deæ. vii. nuda uetus lectio

tunæ huiuſce deæ ſunt feminuda: unde & laudata ſuut. Hic ſupradicto facie quoq; indiſcreta ſimilis fuiſ-
ſe traditur. Rhegini autem diſcipulus & filius ſororis fuiſſe traditur. Soſtrati lyſippus Sicyonius. Du-
ris negat. Tullius fuiſſe diſcipulum affirmat. Sed primo ærarium fabrum. Audēdi rationem cœpiſſe pi-
ctoris Eupompi reſponſo. Eum enim interrogatum quem ſequeretur antecedentium: dixiſſe demonſtra
ta hominum multitudine: naturam ipſam imitanda eſſe: non artificem. plurima ex omnibus ſigna fecit:
& ut diximus fœcundiſſimæ artis: inter quæ diſtringuentem ſe: quem. M. Agrippa ante thermas ſuas di
cauit: mire gratum Tyberio principi: qui non quiuit tēperare ſibi in eo: q̄q̄ imperioſus ſui inter initia prin
cipatus trāſtulitq; in cubiculum: alio ibi ſigno ſubſtituto: cū qdem tanta populi Roma. cōtumacia fuit:
ut magnis theathri clamoribus reponi Apoxyomenon cōflagitauerit: princepſq; q̄q̄ adamatū repoſuerit
Nobilitatur lyſippus & temulenta tibicina & canibus ac uenatione. In primis uero quadriga cū ſole rho
dioꝝ. Fecit & Alexandrum magnum multis operibus: a pueritia eius orſus. Quā ſtatuam inaurari iuſ-
ſit Nero princeps delectatus admodū illa. Dein cum pretio periſſet gratia artis: detractū eſt auꝝ pretio
ſiorq; talis exiſtimatur etiam cicatricibus opis atq; cōciſſuris: in quibus auꝝ hæſerat remanentibus. idem
fecit Epheſtionem Alexandri magni amicum: quem quidam polycleto aſcribunt: cum is centum prope
annis ante fuerit. idem Alexandri uenationem quæ delphis ſacrata eſt. athenis ſatyrorū turmam. alexan-
drum amicorumq;

drum amicorumq; eius imagines ſumma omniũ ſimilitudine expreſſit. Has Metellus macedonia ſub-
acta tranſtulit romam. Fecit & quadrigas multorum generum. Staturiæ arti plurimum traditur contu
liſſe capillum exprimendo Capita minora faciẽdo q̃ antiqui. Corpora graciliora ſicciora q; per quæ pro-
ceritas ſignoꝝ maior uideretur. Non habet latinum nomẽ ſymmetria: quam diligẽtiſſime cuſtodiuit no
ua intactaq; ratione quadratas ueterum ſtaturas pmutando: uulgoq; dicebat: ab illis factos quales eẽnt
homines a ſe quales uiderentur eſſe. Huius propriæ uidentur eſſe argutiæ operum cuſtoditæ in minimis
quoq; rebus. Filios & diſcipulos reliquit laudatos artifices Lahippum & Bedam: ſed ante omnes Euty-
chratem: q̃q̃ is conſtantiam patris potius æmulatus q̃ elegantiam auſtero maluit genere q̃ iucũdo place
re. Itaq; optime expreſſit Herculem delphis & alexãdrum Theſpin uenatorem & theſpiadum prœlium
equeſtre. Simulachrũ trophonii ad oraculũ. Quadrigas Medeæ cõplures. Equum cũ fiſcinis. Canes ue-
nantiũ. Huius porro diſcipulus fuit Thyſicrates & ipſe Sicyonius: ſed Lyſippi ſectæ propior ut uix di-
ſcernantur complura ſigna: ceu Senex Thebanus Demetrius rex: Peuceſtes alexandri magni ſeruator.
Digni tãta gloria artifices. Qui compoſitis uoluminibus cõdidere hæc miris laudibus celebrant: & The
laphanem Phœceum ignotum alias: quoniam i theſſalia ubi habitauerit: latuerit opera eius alioquin ſuf-
fragiis ipſoꝝ æquatur. Polycleto: Myroni: Pythagoræ. Laudant eius. Lariſſam: & Spirarchum. Pen- Spintharũ
tathlon: & apollinem. alii non hanc ignobilitatis fuiſſe cauſam ſed quoniam ſe regumi Xerxis & Darii of
ficinis dediderit: exiſtimant. Praxiteles quoq; marmore fœlicior: ideo clarior fuit. Fecit tamen ex ære pul-
cherrima opera. Proſerpinæ raptum. Item Caraguſam & ebrietatem & liberum patrem: nobilemq; una catachliſin
ſatyrum: quem græci periboeton cognominant. Signa etiam quæ ante fœlicitatis ædem fuere. Venerẽq;
quæ cum ipſa æde incendio cremata eſt Claudii principatu: marmoreæ illi ſuæ per terras inclytæ parem
Item ſtephuſam. Spelumen: Oenophorum: Harmodium & ariſtogytonem tyrãnicidas: quos a Xerſe Spilume-
perſarum rege captos uicta perſide athenienſibus remiſit. Magnus alexander. Fecit & puberem apllonẽ nen:
ſubrepenti lacertæ comminus ſagitta inſidiantem: quẽ Sauroctonon uocant. Spectantur & duo ſigna pſilumenẽ
eius diuerſos affectus exprimentia flentis matronæ & meretricis gaudẽtis. Hanc putãt phrynem fuiſſe:
deprehenduntq; in ea amorem artificis: & mercedem in uultu meretricis. Habet ſimulacrum & benigni-
tas eius. Calamidis enim quadrigæ aurigam ſuum impoſuit. ne melior in equorum effigie in homine de-
fecilſe crederetur ipſe Calamis & alias quadrigas bigaſq; fecit: equis ſemper ſine æmulo expreſſis. Sed ne
uideatur in hominum effigie inferior: alcmena nullius eſt nobilior: alcamenes Phidiæ diſcipulus & mar-
morea fecit: & æreum pentathlon: qui uocatur encrinoméos: at Polycleti diſcipulus ariſtides quadrigas Encrime-
& bigas. Et Iphicratis leæna laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiaris. Harmodio & ariſtogytoni nos.
conſilia eorum de tyrannicidio uſq; ad mortem excruciata a tyrannis non prodidit. Quamobrem athe-
nienſes eam honore habere uolents: ne tamen ſcortum celebraſſe uiderẽtur: animal nominis eius fecere:
atq; ut intelligeretur cauſa honoris in opere linguam addi ab artifice uetuerunt. Bryaxis aeſculapium &
Seleucum fecit. Bedas adorantem Batton apollinem & Iunonem: qui ſunt Romæ in templo Concor-
diæ. Creſilas uulneratum dificientem: in quo poſſit intelligi: quantum reſtat animæ. Et Olympium Peri
clem dignum cognomine. Mirumq; in hac arte ẽ: q, nobiles uiros nobiliores fecit. Cephiſidorus Miner-
uam mirabilem i portu athenienſium. Et aram ad templum Iouis ſeruatoris in eodem portu cui pauca
comparantur. Canachus apollinem nudum: qui Phileſius cognominatur i Didymeo æginetici æris tem
peratum. Ceruumq; una ita ueſtigiis ſuſpendit: ut linum ſubter pedes trahatur alterno morſu calceq; di-
gytis retinẽtibus ſolum: ita uertebrato dẽte utriuſq; in partibus: ut a repulſu per uices reſiliat. Idem cel-
tizontas pueros. fecit. Chereas Alexandrum magnum. Et Philippum patrem eius fecit. Cteſilaus Dory
phoron: & amazonẽ uulneratã. Demetrius Lyſimachen: quæ ſacerdos Mineruæ fuit ãnis. lxiiii. Idem &
Mineruã quæ muſica appellatur: quoniã dracones i gorgone eius ad ictus cithare tinnitu reſonant. idẽ
equitẽ ſarmenem: qui primus de equitatu ſcripſit. Dædalus & ipſe inter fictores laudatus pueros duos
diſtringentes ſe fecit. Dynomenes Proteſilaum & pythodemũ luctatorem. Euphranoris Alexander pa-
ris eſt: in quo laudatur: q, omnia ſimul intelligantur. iudex deaꝝ: amator Helenæ: & tamen achillis iter-
fector. Huius eſt Minerua Romæ: quæ dicitur Catuleana infra capitolium a. Q. Luctatio Catulo dica
ta. Et ſimulacrum boni euentus dextra paterã: ſiniſtra ſpicã ac papauer tenens: itẽ latona puerpera apol-
linem & Dianam infantes ſuſtinens in æde Cõcordiæ. Fecit quadrigas bigaſq;. Et cliducon eximia forma
Et uirtutẽ egregiam: utraſq; colloſtreas. Mulierẽ miniſtrantẽ & adorantẽ: item Alexãdrum & Philippũ
in quadrigis. Eurychides eurotã fecit: in quo artẽ ipſam amne liquidiorẽ plurimi dixere. Hegiæ Minerua Coloſſeas
Pyrrhuſq; rex laudaẽ. Et celetizontes pueri: & Caſtor ac pollux ante ædem Iouis tonãtis ageliæ in pario Ageliæ in
colonia Herculis iſidori. Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit: qui fecit dignũ præceptore puerũ ſcriptis co
ſufflantem languidos ignes & argonautas: leocras: aquilam ſentientem quid rapiat in Ganymede: & qd dicibus nõ
ferat: parcentẽ unguibus etiam per ueſtem. Puerum autolycon Pancratio uictorem: propter quem Xe- legiẽ alio-

qui hegeſie ſcribentur.



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 484 sur 536

nophon ſympoſium ſcripſit. Iouemq; illum Tonantē in capitolio ante cuncta laudabilē: item Apollinē
diadematum: luciſcus lagonem puerum ſubdole ac fucatæ uernilitatis. Lycius & ipſe puerum ſuffitorē.
Menæchini uitulus genu præmit: replicata ceruice. Ipſeq; Menæchinus ſcripſit de ſua arte naucides Mer
curio & diſcobolo immolante arietē cenſetur. Naucerus luctatorem anhelantem fecit: Niceratus Aeſcu
lapiū & Hygiam qui ſunt in cōcordiæ tēplo romæ. Phyromachi quadriga regitur ab Alcibiade. Polycles
Hermaphroditum nobilē fecit. Pyrrhus Hygiam & Mineruam Phœnix Lyſippi diſcipulus Epitherſen
Stypax Cyprius uno celebratur ſigno Splachnopte periclis Olympii uernula. Hic fuit exta torrēs ignē
oris pleni ſpiritu accedens. Syllanion Apollodoꝝ fecit fictorē & ipſum: ſed inter cūctos diligentiſſimū
artis: & inimicū ſui iudicem crebro perfecta ſigna frāgentē: dum ſatiaret cupiditatem nequit artis: & ideo
inſanū cognominatum. Hoc in eo expreſſit. Nec hoiem ex ære fecit: ſed iracundiam. Et Achillem nobilē.
Item epiſtatem exercentē atletas. Strongilion amazonem: quā ab excellētia crurum Eucnemon appellāt
Ob id in comitatu Neronis principis circūlatam. Item fecit puerum: quē amando Brutus philippēſis co
gnomine ſuo illuſtrauit. Theodorus qui labyrinthum fecit ſami: ipſe ſe ex ære fudit præter ſimilitudinem
nobilem: fama magnæ ſubtilitatis celebratus. Dextra limam tenet: leua tribus digytis quadrigulā tenuit
tranſlatam preneſte: tantæ paruitatis: ut totam eam currūq; & aurigam integeret alis ſimul facta mu-
ſca. Xenocrates Tiſicratis diſcipulus: aut ut alii Eucycratis: uicit utroſq; copia ſignoꝝ: & de ſua arte com
poſuit uolumia. plures artifices fecere Attali & eumenis aduerſus gallos prœlia. Iſigonus: phyromacus:
Stratonicus: Antigonus: qui cōdidit uolumina de ſua arte. Boeti q̄q̄ argento melior infans eximie anſerē
ſtrangulat. Atq; ex omnibus quæ retuli clariſſima quæq; in urbe iam ſunt dicata a Veſpaſiano principe i
templo pacis: aliiſq; eius operibus uiolentia Neronis in urbem conuecta: & in ſellariis domus aureæ di-
ſpoſita. præterea ſunt æqualitate celebrati artifices: ſed nullius operum ſuorum præcipui. Ariſton qui &

Cleſias

argentū cælare ſolitus eſt. Callaſes: Deſias: Cantharus Sicyonius: Dionyſiodorus Critiæ diſcipulus De-
liades: Euphorion: Eunicus & Hecatæus. Argenti cælatores: Leſbocles: prodorus pythodicus: polygno
tus. Idem pictores nobiliſſimi. Item ex cælatoribus: Stratonicus: Scymnus qui fuit Critiæ diſcipulus.
Nunc percenſebo eos: qui eiuſdem generis opera fecerūt: ut Apollodorus: Androbolus: Aſclepiodorus:

Anhelas: aut plebe-as

Aleuas philoſophus: apellas: & adorantes fœminas Antigonus. Et luctatores perixyomenon. Tyranici
daſq; ſupradictos: Antimachus: Athenodorus. Fœminas nobiles Ariſtodemus: & luctatores bigaſq; cū
auriga. Philoſophos Anus Seleucum regem. Habet quoq; huius gratiā Doryphorus. Cephiſodoti duo
fuere. E priore eſt Mercurius liberum patrem in infantiam nutriens. Fecit & concionantem manu elata.

Sequens philoſo-phos: Cleocta Perixyo-menon

Perſona in incerto eſt. Sequens philoſophus fecit celatas qui cum phidia Iouem olympium fecerat. Phi-
loſophus item Creon & Cenchramis & callicles & Cephis & Chalcoſthenes & comœdos & athletas: Da
hippus Pella: Iomenon Daiphron: & Democritus: & Dæmon. philoſophus Epigenon omnia fere præ-
dicta imitatus præceſſit in tubicine & matri interfectæ infantem miſerabiliter blandientem: Eubolides di
gitis cōputans. Mycon atletis ſpectatus. Menogenes quadrigis. Nec minus Niceratus omnia quæ cæte
ri aggreſſus: repræſentauit Alcibiadem: lampadeq; accenſa matrem eius Demareten ſacrificātem. Piſicra
tes bigæ. piſto mulierem ipoſuit. Idemq; fecit Martem & Mercurium qui ſunt in Concordiæ tēplo Ro-
mæ: perillum nemo laudat ſæuiorem phalaride Tyranno: cui taurum fecit mugitus hominis pollicitus
igne ſubdito: & primus eum expertus eſt cruciatum iuſtiore ſæuitia. In hoc a ſimulacris deum hominūq;
deuocauerat humaniſſimam artem: ideo ne tot conditores eius elaborauerant: ut ex ea tormenta fierent:
itaque una de cauſa ſeruantur opera eius: ut quiſquis illa uideat: oderit manus. Sthenis Cererem: Iouem:
Mineruam fecit: qui ſunt Romæ in Concordiæ templo idem flentes matronas: & adorantes ſacrifican-

Philoſo-phos. utra que. Polydor9 Pythodo-rus.

teſque. Simon canem & ſagittarium fecit: Stratonicus cælator ille philoſophus. Scopas utroſq;. Athle-
tas autem & armatos & uenatores: ſacrificanteſq; Batton. Euchir: Glaucides: Heliodorus: Hycanas: Lo
phon: Lyſon: Leon: Menodorus: Myagrus: polycrates: & pythocrius: protogenes. Idēq; pictura clariſ
ſimi: ut dicemus. patrocles po'is poſſidonius qui & argentum cælauit nobiliter natione epheſius. pericli-
menus: phylon: Simenus: Thimotheus: Theomneſtus: Thimarchides: Thimon: Thyſias: Traſon. Ex
omnibus autem maxime cognomine inſignis eſt Callimachus ſemper calumniator ſui: nec finem habens
diligentiæ ob id texitechnos appellatus: Memorabilis exemplo adhibendæ curæ modum. Huius ſunt
ſaltantes lacænæ emendatum opus. Sed in quo gratiam omnem diligentia abſtulerit. Quem quidem &
pictorem fuiſſe tradunt. Non ære captus: nec arte unam ſolummodo Zenonis cypriam ſtatuam in ex-
peditione non uendit Cato. Sed quia philoſophi erat. Vt obiter hoc quoq; noſcatur tam inane exem-
plum in mentione ſtatuarum eſt: & una non prætereunda: licet auctoris incerti iuxta roſtra Herculis tu
nicati. eleo habitu Romæ: torua facie ſentienteque ſuprema in tunica: in hac tres ſunt tituli. Vnus. L. Lu-
culli imperatoris: de manubiis. Alter pupillum luculli filium ex. S.C. dedicaſſe. Tertius. T. Septimum
Sabinum ædilem curulem ex priuato in publicum reſtituiſſe. Tot certaminum tantæque dignationis ſi-
mulacrum

mulacrum id fuit: nunc reuertemur ad differentias æris & mixturas. In cyprio coronarium & regulare eſt utrunque ductile. Coronarium tenuatur in laminas: taurorumque felle tinctum ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet. Idemque in uncias additis auri ſcrupulis ſenis prætenui pyropi brattea igneſcit. Regulare & in aliis fit metallis. Idemque chaldariorum differentia: q̧ chaldarium funditur tantum malleis fragile: quibus regulare obſequitur: ab aliis ductile appellatum: quale omne cyprium eſt. Sed & in cæteris metallis cura diſtat a chaldario. Omne enim purgatis diligentius igni uitiis excoctiſque regulare eſt. In reliquis generibus palma campano. Simile in multis partibus italiæ prouinciiſque. Sed octonas plumbi libras addunt & bene recoquunt propter inopiam ligni. Quantum ea res differentiæ afferat in gallia maxime ſentitur: ubi inter lapides candefactos funditur. Exurente enim coctura nigrum atque fragile conficitur. Præterea ſemel recoquunt: quod ſæpius feciſſe bonitati plurimum confert. Id quod notaſſe: non ab re eſt.

Differentiæ æris & mixturæ: & de ſeruando ære. Cap. ix.

a

Es omne frigore magno melius fundi. Sequenſque temperatura ſtatuaria eſt: Eademque tabularis hoc modo. Maſſa proflatur in primis: mox ĩ proflatum additur tertia portio æris collectanei: hoc eſt ex uſu coempti. Peculiareque in eo condimentum attritu domiti & conſuetudine nitoris ueluti manſuefacti. Miſcẽtur & plumbi argentarii pondo duodena: ac ſelibra centenis proflati. Appellatur etiam nunc a formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur: & argentarii uigeſima: maximeque ita colorem bibit: quem græcanicum uocant. Nouiſſima eſt quæ uocatur ollaria: uaſe nomen hoc dante. Ternis aut quaternis libris plumbi argentarii in centenas æris additis. Cyprio ſi addatur plumbum: colos purpuræ fit in ſtatuarum prætextis. Aera exterſa rubiginem celerius trahunt: quã neglecta niſi oleo perungantur. Seruari ea optime in liquida pice tradunt. Vſus æris ad perpetuitatem monumentorum iampridem tranſlatus eſt. Tabulis æreis in quibus publicæ conſtitutiones inciduntur.

De cadmia medicinæ. Cap. x.

m

Etalla æris multis modis inſtruunt medicinam: utpote cum ulcera omnia ibi ociſſime ſanentur. Maxime tamen prodeſt cadmia. Fit ſine dubio hæc & in argenti fornacibus candidior ac minus ponderoſa: ſed nequaq̃ comparanda ærariæ. Plura autem genera ſunt. Namq̧ ipſe lapis ex quo fit æs cadmia uocatur fuſuris neceſſarius: medicine inutilis: Sic rurſus in fornacibus exiſtit: aliamq̧ nominis ſui originem recipit. Fit autem egeſta flamis. atq̧ flatu tenuiſſima parte materiæ: & cameris lateribus ue fornacium pro quantitate leuitatis applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornacium ore: qua flãmæ eluctantur: appellata capnitis: exuſta: & nimia leuitate ſimilis fauillæ: Interior optima cameris dependẽs & ab eo argumento botryitis cognominata ponderoſior hæc priore. Leuior porro ſecuturis. Duo eius colores. Deterior cinereus. Puniceus melior: friabilis oculorumq̧ medicamentis utiliſſima. Tertia eſt in lateribus fornacium: quæ propter grauitatem ad cameras peruenire non potuit. Hæc dicitur placitis: & ipſa ab argumento cruſta uerius q̃ pumex intus: uarias ad pſoras utilior: & ad cicatrices trahẽdas. Fluũt ex ea duo alia genera. Onychitis extra pene cærula: intus onychis maculis ſimilis. Oſtracitis tota nigra & cæterarum fortiſſima: uulneribus maxime utilis. Omnis autem cadmia in cypri fornacibus optima: iterumq̧ a medicis coquitur carbone puro atq̧ ubi in cinerem rediit: extinguitur uino amineo: quæ ad emplaſtra præparatur: quæ uero ad pſoras aceto. Quidã ĩ ollis fictilibus tuſam uruntac lauant ĩ mortariis: poſtea ſiccant. Nymphodorus lapidem ipſum quam grauiſſimum ſpiſſumq̧ urit pruna & exuſtum chio uino reſtringuit: tunditq̧: mox linteo cribrat: atq̧ in mortario terit: mox aqua pluuia macerat: iterumq̧ terit quod ſubſedit: donec ceruſæ ſimilis fiat: nulla dentium offenſa. Eadem iollæ actio: ſed quam puriſſimum lapidem eligit. Cadmiæ effectus: ſiccare: ſanare: ſiſtere fluctiones: pterygia: ſordes oculoꝝ purgare: ſcabricem extenuare: & quicquid in plumbi effectu dicemus. Et æs ipſum ad omnia eadem uritur: præter quam albugines oculorum & cicatrices. Vlcera quoq̧ oculorum cum lacte ſanat. Idq̧ ægyptii collyrii modo terunt in coticulis. Facit & uomitiones e melle ſumptum. Vritur autem cyprium in fictilibus crudis cum ſulphuris pari põdere: uaſe circũlito ſpiramento ĩ caminis: donec uaſa ipſa ꝑcoquãt. Quidã & ſalẽ addunt. Alii alumẽ pro ſulphure. Alii nihil ſed aceto tantũ aſpergũt. Vſtũ terit mortario thebaico: aqua pluuia lauatur: minor effectu: iterumq̧ adiecta largiore teritur: & dum conſidat relinquitur: hoc ſæpius: donec ad ſpeciem minii redeat. Tunc ſiccatum in ſole: in ærea pyxide ſeruatur.

De ſcoria & flore & ſquama æris & ſtomace & æruginæ & hyeratio. Cap. xi.

e

T ſcoria æris ſimili modo lauatur: minor effectu quam æs ipſum. Sed & æris flos medicinæ utilis eſt. Fit ære fuſo: & ĩ alias fornaces tranſlato: ibi flatu crebriore excutiunt uelut milii ſquame: quas uocant florem cadunt autem cum panes æris aqua refrigerantur rubentque ſimiliter ex eis fit: quam uocant lepida: & ſic adulteratur flos: ut ſquama ueneat pro eo. Eſt autem ſquama hæc

decuſſa ui clauis:in quos panes ærei feruminantur. In cypriis maxime officinis omnia. Differentia hæc
eſt:q ſquãma excutit ictibus iiſdempanibus. Flos cadit ſponte. Squamæ eſt alterum genus ſubtilius ex
ſumma ſcilicet lanugine decuſſum:quod uocant ſtomoma. Atque hæc omnia medici(quod pace eorum
dixiſſe liceat)ignorant. Pars maior & nomina:in tantum a conficiendis iis medicaminibus abſunt: quod
eſſe proprium medicinæ ſolebat. Nunc quotiens incidere in libellos:cõponere ex iis uolentes aliqua: hoc
eſt impendio miſerorũ experiri cõmentaria:credunt ſeplaſiæ ea omnibus quidem fraudibus corrũpenti:
factaq; iampridem emplaſtra & collyria mercãtur:tabeſq; mercium:fraus ſeplaſiæ ſic exteritur. Et ſquã-
ma autem & flos uruntur in patinis fictilibus aut æreis deinde lauatur ut ſupra ad eoſdem uſus. Et am-
plius narium carnoſa uitia. Itéq; ſedis:& grauitates aurium:per fiſtulas ĩ eas flatu impulſa. Et ulcera oris
farina admota. Tollit & tonſillas cum melle. Fit & ex candido ære ſquãma cypria lõge inefficacior. Nec-
non urina pueri prius macerant clauos paneſq;. Quidam uero excuſſam ſquãmam terunt: & aqua plu-
uia lauant. Dant & hydropicis duabus drachmis in mulſi hemina. & illinũt cũ polline. Aeruginis quoq;
magnus uſus. Sed pluribus fit e modis. Nanq; & e lapide excoquitus æs deraditur: & ære candido perfo
rato:atq; in cadis ſuper acetum ſuſpenſo æreo:obturatumq; operculo:multo ꝓbatiore q̃ ſi hoc idẽ ſquã-
mis fiat. Quidam uaſa ipſa candidi æris fictilibus condunt in aceto radũtq;.x.die. Alii uinaceis contegũt
totidem poſt dies radunt. Alii delimatam æris ſcobem aceto ſpargunt:uerſantq; ſpatis ſæpius die donec
abſumatur. Eandemq; ſcobem alii terere in mortareis æreis ex aceto malunt. Ociſſime uero contrahit co-
ronarium eruginem reciſamentis in acetum additis. Adulterãt marmore trito maxime rhodiam eruginẽ
Alii pumice aut gummi. Præcipue aũt fallit atramento ſutorio adulterata. Cætera enim dente deprehen-
duntur:ſtridentia ĩ frendendo. Experimentum in batillo ferreo. Nam quæ ſincera eſt ſuum colorem reti
net:quæ mixta atramento rubeſcit. Deprehenditur & papyro galla prius macerato. Nigreſcit enim ſta-
tim ærugine illita. Deprehenditur & uiſu maligne uirens. Sed ſiue ſinceram ſiue adulteram aptiſſimum
eſt eius ſiccatam in patina noua uri & uerſari:donec ut fauilla fiat. Poſtea teritur: & reconditur. Aliqui in
crudis fictilibus urunt donec figlinum percoquatur. Nõnulli & tus maſculum ammiſcent. Lauatur aũt
erugo ſicut cadmia. Vis eius collyriis oculorum aptiſſima & delachrymationibus mordendo proficiẽs.
Sed ablui neceſſarium penicillis calidis donec rodere deſinat. Hieratiũ uocatur collyrium quod ita ma-
xime conſtat. Temperatur autem idem hammoniaci unciis quattuor:eruginis cypriæ duabus: atramen
ti ſutorii:quod chalcanthum uocant:totidem. Myſi uero una:croci.vi. Hæc omnia trita aceto thaſio col
liguntur in pillulas:excellentiis remedii contra glaucomatum initia & ſuffuſionũ. Cõtra calligines & ſca
bricias & albugines ac genarum uitia. Cruda aũt erugo:uulnerariis emplaſtris miſcetur. Oris etiã & gin

Exturbationem. Dioſco.

giuarumq; exulcerationem mirifice emendat:& labiorum ulcera cum oleo. Quod & ſi cæra addat̃ purgat
& ad cicatricem perducit. Erugo & callum fiſtularum erodit. uitiorumque quæ circa ſedem: ſiue per ſe ſi
ue cum ammoniaco illita:uel collyrii modo infiſtulas adacta. Eadẽq; cũ reſinæ terebinthinæ tertia par-
te ſubacta lepras tollit.

pſorico

De ſcolecia & calciti & ſori & chalcantho. Cap.xii.

(e) St & alterum genus eruginis:quam uocant ſcoleciam in cyprio ære. Hoc trito alumine & ſale
aut nitro pari pondere cum aceto albo q̃ acerrimo. Non fit hoc niſi æſtuoſiſſimis diebus circa
canis ortum. Teritur autem:donec uiride fiat:contrahatq; ſe in uermiculorum ſpeciem: unde
& nomen. Quod uitium ut emendetur:duæ partes q̃ fuere aceti miſcentur urina pueri impubis. Idem
autem in medicamentis & ſanterna efficit qua diximus aurum ferruminari. Vſuſque utriuſq; qui erugi-
nis. Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide:de quo nunc dicemus. Chalcitim uocant lapidem: ex quo
& ipſum æs coquitur. Diſtat a cadmia:q illa ſuper terram ex ſubdialibus petris cæditur:hæc ex obrutis.
Item q chalcitis friat ſe ſtatim mollis natura:ut uideat̃ lanugo concreta. Eſt & alia diſtinctio:q chalcitis
tria genera continet æris & myſios & ſorios:de quibus ſingulis dicemus ſuis locis. Habet aũt æris uenas
oblongas. Probatur mellei coloris gracili uenarum diſcurſu friabilis:nec lapidoſa: Putãt & recentẽ utilio
rem eſſe:quoniã ĩueterata ſori fiat. Vis eius ad excreſcentia ĩ ulceribus ſanguinẽ ſiſtere:gingiuas uuã ton-
ſillas farina compeſcere. Vuluæ quoq; uitiis in uellere imponitur. Cum ſucco uero porri uerendorum addit̃
emplaſtris. Maceratur autẽ in fictili ex aceto circũlito fimo diebus.xl. Et colorem croci trahit. Tunc am
mixto cadmiæ pari pondere medicamentũ efficit pſoricon dictũ. Quod ſi duæ partes chalcitidis tertiæ
cadmiæ tẽperentur:acrius hoc idem fiet. Acrius etiãnum & uehemẽtius factũ ſi aceto q̃ uino tẽperentur.
Toſta uero efficacior fit ad eadem oĩa. Sori ægyptium maxime laudatur:multũ ſuperato cyprio hiſpa-
nieſi & africo q̃q̃ oculorum quoq; curationi quidã utilius cyprium putãt. Sed in quacũq; natione optimũ:
cui maximũ uirus olfactu:tritumq; pinguiter nigreſcens:& ſpongioſum. Stomaco res cõtraria in tantũ: ut
quibuſdam olfactu mõ uomitiones moueat. Et ægyptium quidẽ tale. Alterius nationis contrariũ ſplen-
deſcit. Et myſi eſt lapidoſius. Prodeſt autẽ & dentiũ doloribus ſi contineatur:atq; colluat̃. Et oris ulceribus
grauibus:quæq;

grauibus:quæq; ſerpunt. Vritur carbonibus ut chalcitis. Myſi aliqui tradiderũt fieri ex uſto lapide ĩ ſcro
bibus flore eius luteo miſcente ſe ligni pinea fauilla. Reuera autem e ſupradicto fit lapide concretum na
tura,diſcretumq; & optimum in cypriorum officinis:cuius notæ ſunt friati aureæ ſcintillæ : & cum terãt
harenoſa natura ſiue terra chalcitidi ſimilis. Hoc autem miſcent:qui aurum purgãt. Vtilitas autem eius
infuſi cum roſaceo auribus purulentis:& lana impoſiti capitis ulceribus. Extenuat etiam ſcabricias ocu-
lorum inueteratas. Præcipue utile tonſillis:contraq; anginas & ſuppurata. Ratio ut.xvi. drachmæ in he-
mina aceti coquantur addito melle:donec lenteſcat. Sic ad ſupradicta utile eſt. Quotiens opus ſit mol-
liri uim eius:mel aſpergitur. Erodit & callum fiſtularum ex aceto fouẽtium:& collyriis additur. Siſtit &
ſanguinẽ:ulceraq; quæ ſerpant: quæue putreſcant. Abſumit & excreſcentes carnes. Peculiariter uirilitatis
uitiis utile:& fœminarum profluuium ſiſtit. Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento ſu-
torio. Appellãt enim chalcanthum. Nec ullius æque mira natura eſt. Fit & in hiſpania e puteis ſtagniſue
habentibus id genus aquæ. Decoquitur ea ammixta dulci pari menſura:& in piſcinas ligneas funditur.
Immobilibus ſuper has tranſtris dependent reſtes lapillis extentæ:quibus adhæreſcens limus:uitreis aci
nis imaginem quandam uuæ reddit. Exemptum ita ſiccatur diebus.xxx. Coloris eſt cæruleus:per quã ſpe
ctabili nitori:uitrumq; eſſe creditur. Diluendo fit atramentum tinguendis coriis. Fit & pluribus modis
genere eo in ſcrobe cauato. Quarum e lateribus diſtillantes hyberno gelu ſtyrias ſtalagmiam uocant:
neq; eſt purius aliud. Sed ex eo candidum colorem ſentientem uiolam leucoion appellant. Fit & in ſaxo-
rum catinis pluuia aqua corriuato limo gelante. Fit & ſalis mõ flagrãtiſſimo ſole admiſſas dulces aquas
cogente. Ideo duplici quidam differentia foſſile aut facticium appellant. Hoc pallidius:& quantum co-
lore tantum bonitate deterius. Probant maxime cyprium in medicinæ uſu. Sumitur ad depellenda uen-
tris animalia drachmæ pondere cum melle. Purgat & caput dilutum:ac naribus iſtillatum. Item ſtoma
chum cum melle aqua mulſa ſumptum. Medetur & oculorum ſcabriciei dolorique:necnon & caligini &
oris ulceribus. Siſtit & ſanguinem narium. Item hemorrhoidum. Extrahit oſſa fracta cum ſemine hyo-
ſcyami. Suſpendit epiphoras penicillo fronti impoſitum. Efficax & in emplaſtris ad purganda uulnera:
& excreſcentia ulcerum. Tollit & uuas uel ſi decocto tangãtur. Cum lini quoq; ſemine ſuperponitur em
plaſtris ad dolores tollendos. Quoq; ex eo candicat in eo uſu præfertur uiolaceis. Et grauitati aurium p
fiſtulas inſpiratur. Vulnera etiam per ſe illitum ſanat:ſed tinguit cicatrices. Nuperq; inuentum urſorum
in harena & leonum ora aſpergere illo:tantaq; eſt uis in aſtringendo:ut non queat mordere.

De pompholige & ſpodio & antiſpodio & diphryge & triente ſeruilio. Cap. xiii.

Tiam nunc in ærariis reperiuntur quæ uocant pompholygem & ſpodion. Differentia:q; pom
e pholyx lotura paratur. Spodios illota eſt. Aliqui id quod ſit candidum leuiſſimumque pom
pholygem dixere:& eſſe æris & cadmiæ fauillam. Spodion nigriorem ponderoſioremque eſſe
deraſam parietibus fornacium mixtis ſcintillis aliquando & carbonibus. Hæc aceto accepto odorem æris
præſtat & ſi tangatur lingua ſaporem horridum. Conuenitque oculorum medicamentis quibuſcunque
uitiis occurrens:& ad omnia quæ ſpodion. Hoc ſolum diſtat q; huius elutior uis eſt. Additur & in em-
plaſtra:quibus lenis quæritur refrigeratio & ſiccatio. Vtilior ad omnia quæ uino lota ẽ. Spodios cypria
optima. Fit autem liqueſcentibus cadmia ærario lapide. Leuiſſime hæc efflatur & ocius: uolatq; e fornaci
bus:& tectis adhæreſcit. A fuligine diſtans candore. Quod minus candidum ex ea.imaturæ fornacis ar-
gumentum eſt. Hoc quidam pompholygem uocant. Quod uero rubicundius ex iis inuenitur:acriorem
uim habet:exulcerat adeo:ut cum lauatur ſi oculos attingat excæcet. Eſt & melli coloris ſpodios : in qua
plurimum æris intelligitur. Sed quodcũq; genus lauando fit utilius. Purgatur ante pinna: dein craſſiore
lotura. Digytis ſcabriciem exterunt. Media uis eius eſt quæ uino lauatur. Eſt & aliqua in genere uini dif-
ferentia. Leni.n.lota collyriis oculorum nimium uigiliis fatigatorum apta putatur. Eadem efficacior ul-
ceribus quæ manant:uel oris:quæ madent:& omnibus medicamentis quæ parantur contra gangrenas.
Fit & in argenti fornacibus ſpodios:quam uocant lauriotin. Vtiliſſima autem oculis cõfirmatur quæ fit
in aurariis. Nec in alia parte magis eſt uitæ ingenia mirari. Quippe ne inquirenda eſſent metalla uiliſſi-
mis rebus:utilitates eadem excogitauit. Antiſpodion uocant cinerem fici arboris uel caprifici : uel myrti
foliorum cum tenerrimis ramorum partibus:uel oleaſtri uel cytonii mali:uel lentiſci. Item ex moris im-
maturis:ideſt candidis in ſole arefactis:uel e buxi coma:uel pſeudocyperii: aut rubi : aut terebinthi : uel
oenantis. Taurini quoq; glutinis:aut linteorum cinerem ſimiliter pollere inuentum eſt. Vruntur omnia
ea crudo ficti'i i fornacibus:donec figlina percoquatur. In ærariis officinis & ſmegma fit:iam liquato ære Pſegma: omnes alii auctores.
atque percocto:additis etiamnum carbonibus:paulatimque accenſis:ac repente uehementiori flatu ex-
puitur æris pala quædam. Solum quo excipiatur :ſtratum eſſe debet : facile ab ea diſcernitur aqua in
iiſdem officinis. Diphryga uocant græci ab eo quod bis torreatur. Cuius origo triplex. Fieri enim tradi-
tur ex lapide piryte cremato in caminis:donec excoquatur in rubricam. Fit & in cypro ex luto cuiuſdam

ſpecus areſacto prius: mox paulatim circũdatis ſarmentis. Tertio fit modo in fornacibus æris fece ſubſidente. Differẽtia eſt quidem: q; æs ipſum in catino defluit: ſcoria extra fornaces: flos ſupernatat. Diphryges remanet. Quidam tradunt in fornacibus globos lapis qui coquantur: ferruminari circa hunc æs feruere. Ipſum uero non percoqui: niſi tranſlatũ in alias fornaces: & eſſe nodum quẽdam materiæ. Id quod excocto ſuperſit: diphrygia uocant. Ratio eius in medicina ſimilis ſupradictis. Siccare & excreſcentia cõſumere: & perpurgare. Probatur lingua: ut eam ſiccet tactu ſtatim: ſaporemq; æris reddat. Unum etiã num æris miraculũ non omittemus. Seruilia familia illuſtris in faſtis trientem æreum paſcit auro & argento: conſumentem utrunq;. Origo atque natura eius incomperta eſt mihi. Verba ipſa de ea re Meſſallæ ſenis ponam. Seruiliorum familia habet trientem ſacrũ. Cui ſumma cũ cura magnificẽtiaq; ſacra quot annis faciunt: quem ferunt alias creuiſſe alias decreuiſſe uideri: & ex eo aut diminutionem: aut honorem familiæ ſignificari.

De ferro & ferreis metallis & differentiæ ferri. Cap. xiiii.

p Roxime indicari debent metalla ferri: optimo uitæ peſſimoq; inſtrumento. Siquidem hoc tellurem ſcidimus: ſerimus arbuſta: ponimus pomaria: uites ſqualore deciſo annis omnibus cogimus iuueneſcere. Hoc extruimus tecta: cædimus ſaxa: omneſq; ad alios uſus ferro utimur. Sed eodem ad bella cædes latrocinia non cõminus ſolum: ſed etiam miſſili uolucriq;: nunc tormentis excuſſo nunc lacertis: nũc uero pennato quam ſceleratiſſimam humani ingenii fraudem arbitror. Siquidẽ: ut ocius mors perueniret ad hominem: alitem illam fecimus: pennaſq; ferro dedimus. Quãobrem culpa eius non natura fiat accepta. Aliquot experimentis probatum eſt poſſe innocens eſſe ferrum. In fœdere quod expulſis regibus populo Ro. dedit Porſenna: nominatim comprehenſum inuenimus: ne ferro niſi in agricultura uterentur. Et cum ſtilo ſcribere intutum: ut uetuſtiſſimi auctores prodiderunt. Magni Põpei in tertio conſulatu extat edictum: in tumultu necis clodianæ prohibentis ullum telum eſſe in urbe. Et tamen uita ipſa non defuit honorem initio habere ferro quoq;. Ariſtonidas artifex cum exprimere uellet Athamantis furorem Chlearcum filium præcipitare uolentis: & præcipitato illo reſidentis penitentiã ferrum & æs miſcuit: ut rubigine eius per nitorem æris relucente: exprimeretur uerecundiæ rubor. Hoc ſignum extat hodierno die. Eſt in eadem urbe & ferreus Hercules: quẽ fecit Alcon laborum dei patientia ĩductus. Videmus & Romæ ſcyphos e ferro dicatos in templo Martis Victoris. Obſtitit eadem naturæ benignitas exigentis a ferro ipſo pœnas rubigine: eademq; prouidentia nihil in rebus mortalibus faciẽte q̃ quod infeſtiſſimum mortalitati. Ferri metalla ubiq; propemodum reperiuntur. Quippe ĩſula etiam Italiæ ilua gignente: minimaq; difficultate cognoſcuntur ipſo colore terræ manifeſto. Sed ratio eadẽ excoquendis uenenis. In cappadocia tantum quæſtio eſt aquæ an terræ fiat acceptum: quoniã perfuſa certo fluuio terra neq; aliter ferrum e fornacibus reddit. Differencia ferri numeroſa. Prima in genere terræ cœliue. Alias enim molle tantum plumboq; uicinius ſubminiſtrant. Alias fragile & eroſum rotarũq; uſibus & clauis maxime fugiendũ: cui prior ratio conuenit. Aliud breuitate ſola placet: clauiſq; caligariis. Aliud rubiginem celerius ſentit. Stricturæq; uocantur eæ omnes: quod non in aliis metallis a ſtringẽda acie uocabulo impoſito: ex fornacium maxima differentia eſt. In iis quidem nucleus ferri excoquitur ad indurãdam aciem. Aliquæ modo ſunt ad denſandas incudes malleorũue roſtra. Summa aũt differẽtia in aqua eſt: cui ſubinde candens immergitur. Hæc aqua alibi utilior nobilitauit loca gloria ferri: ſicuti bilbilin ĩ hiſpania & turriaſſonem. Comum in Italia cum ferraria metalla in iis locis non ſint. Ex omnibus aũt generibus palma ſerico ferro eſt. Seres hoc cum ueſtibus ſuis pellibuſq; mittunt. Secunda partico: neq; alia genera ferri ex mera acie temperantur: cæteris enim admiſcentur. Mollior complexus ĩ noſtro orbe. Alibi uena bonitatem hanc præſtat: ut in noricis. Alibi factura: ut ſulmone aqua uti diximus. Quippe cum ĩ exacuendo oleares cotes: & aquariæ æque differant: & oleo delicatior fiat acies. Mirumq; cum excoquatur uena: aquæ modo liquari ferrum: poſtea in ſpongias frangi. Tenuiora ferramenta oleo reſtingui mos eſt: ne aqua in fragilitatem durentur. A ferro ſanguis humanus ſe ulciſcitur. Contactum nanq; eo celeriuſ ſubinde rubiginẽ trahit. De magnete lapide ſuo loco dicemus: concordiaq; quam cum ferro habet. Sola hæc materia uires ab eo lapide accipit: retinetq; longo tempore. Aliud apprehendens ferrum: ut annulorum cathena ſpectetur interdum. Quod imperitum uulgus appellat ferrum uiuum: uulneraque ex tali aſperiora fiant. Lapis hic & in cantabria naſcitur: non ille magnes uerus caute continua: ſed ſparſa bubbatione ita appellant: neſcio an uitro fundendo perinde utilis: nondum enim expertus eſt quiſquã: ferri utique inficit aciem: ut magnes. De magnete lapide Chirocrates architectus Alixãdriæ Arſinoes templum concamerare inchoauerat: ut in eo ſimulacrum eius e ferro pendere in aere uideretur. Interceſſit mors: & ipſius & Ptolemæi: qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri metallorum omniũ uena ferri largiſſima eſt. Cantabriæ maritimæ parte: quam oceanus alluit: mons præruptæ altus: incredibile dictu: totus ex ea materiæ eſt: ut in ambitu oceani diximus.

Mitiorem uetuſti codices.

Extat Thebis hodie.

Bullatione antiqui codi.

De temperatura

De temperatura ferri: & medicinæ ex ferro: & ex erugine: & rubigine & ſquamma fer-
ri: & hygremplaſtro. Cap.xv.

f

Errum accenſum igni: niſi duretur ictibus: corrumpitur. Rubens nō eſt habile tundendo: neq;
anteq̄ albeſcere incipiat. Aceto & alumine illitum fit æri ſimile. A rubigine uindicatur cæruſſa
& gypſo & liquida pice. Hæc eſt temperatura a græcis antipathia dicta. Ferunt quidam & reli
gione quadam id fieri. Et extare ferream cathenam apud euphratem amnem in urbe quæ zeugma appel
latur: qua Alexander magnus ibi uinxerit pontem: cuius annulos qui refecti ſunt rubigine infeſtari caren
tibus ea prioribus. Medicina e ferro eſt: & alia q̄ ſecandi. Nāq; circūſcribi circulo terue circūlato mucro-
ne & adultis & infantibus prodeſt contra noxia medicamenta & præfixos in limine e ſepulchro euulſos
clauos: aduerſus nocturnas lymphationes. Pungiq; leuiter mucrone quo percuſſus homo ſit: contra do
lores laterum pectorumq; ſubitos qui punctionem afferant. Quædam uſtione ſanantur. Priuatim uero
canis rabidi morſus. Quippe etiam præualente morbo expauenteſq; potum uſta plaga ilico liberantur.
Calefit etiam ferro candente aqua in multis uitiis: priuatimq; dyſentericis. Eſt & rubigo ipſa in remediis:
& ſic Thelephum proditur ſanaſſe Achilles ſiue id ærea ſiue ferrea cuſpide fecit. Ita certe depingitur ex ea
decutiens gladio. Sed rubigo ferri detrahitur humido ferro clauis ueteribus. Vis eius ligare: ſiccare: re-
ſtringere. Emēdat alopecias illita. Vtuntur & ad ſcabricias genarum puſtulaſq; totius corporis cum cæ
ra & oleo myrteo. Ad ignes uero ſacros ex aceto. Item ad ſcabiem. Paronychia digytorum & pterygia i
linteolis. Siſtit & fœminarum profluuia impoſita uelleribus. Plagis quoq; recētibus uino diluta & cum
myrrha ſubacta. Et condylomatis ex aceto prodeſt. Podagras quoq; illita lenit. Squamma quoq; ferri i
uſu eſt ex acie aut mucronibus maxime ſimili: ſed acriore ui q̄ rubigo. Quamobrem & contra Epipho-
ras oculorum aſſumitur. Sanguinemq; ſiſtit: cum uulnera maxime ferro fiant. Siſtit & fœminarum pro
fluuia. Imponitur & contra lyenum uitia Hemorrhoidas compeſcit ulcerumq; ſerpentia. Et genis pro-
deſt farinæ modo aſperſa pauliſper. Præcipua tamen commendatio eius in Hygremplaſtro ad purgan-
da uulnera fiſtulaſq;: & omnem callum erodendum & raſis oſſibus carnes recreandas. Componitur hoc
modo. Obolis ex cimolia creta duobus: drachmis ſex ex ære: totidem ex ſquāma ferri: totidem cæræ: ex
oleo ſextarius: His adiicitur cum ſunt repurganda uulnera aut replenda cæratum.

De plumbi metallis: & albo plumbo & nigro. Cap.xvi.

ſ

Equitur natura plumbi. Cuius duo genera: nigrum atq; candidum: precioſiſſimum candidum
a græcis appellatum caſſiterium: fabuloſeq; narratum in inſulas atlantici maris peti utilibuſq;
nauigii circūſutis corio aduehi. Nunc certum eſt in luſitania gigni & in gallecia ſumma tellure
harenoſa & coloris nigri. Pondere tantum ea deprehenditur. Interueniunt & minuti calculi: maxime tor
rentibus ſiccatis. Lauant eas harenas metallici: & quod ſubſedit coquūt in fornacibus. Inuenitur & in au
rariis metallis quæ alutia uocant. Aqua immiſſa eluente calculos nigros paulum candore uariatos: qui- Elutia
bus eadem grauitas quæ auro. Et ideo in calatis in quibus aurū colligitur remanēt cū eo: poſtea caminis
ſeparantur. Conflatiq; in album plumbum reſoluuntur. Non fit in gallecia nigrum: cum uicina cātabria
nigro tantum abundet. Nec ex albo argentum: cū fiat ex nigro. Iungi inter ſe plumbū nigrum ſine albo
non pōt. Nec hoc ei ſine oleo. Ac ne albū quidē ſecum ſine nigro. Album habuit auctoritatem & iliacis
temporibus teſte Homero caſſiriton ab eo dictum. Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua proue cattiteron:
nit uena: nec quicq̄ aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur: mixtiſq; uenis conflatur. Eius qui primus caſſiteron:
fluit in fornacibus liquor: ſtagnum appellatur. Qui ſecundus argentū. Qui remanſit in fornacibus: ga-
lena quæ portio eſt tertia addita uenæ. Hæc rurſus conflata dat nigrū plumbū deductis ptibus duabus.

De ſtagno plumbo argentario: & quibuſdam aliis. Cap.xvii.

Tagnum illitum æris uaſis ſaporem gratiorem facit: & compeſcit eruginis uirus: mirūq; pon-
dus non auget. Specula quoq; ex eo laudatiſſima (ut diximus) brūduſii temperabantur: donec
argenteis uti cœpere & ancillæ. Nunc adulteratur ſtagnum addita æris tertia portione candidi
in plumbum album. Fit & alio modo: mixtis albi plumbi nigrique libris: Hoc nunc aliqui argentariū
appellant. Idem & tertiarium uocant in quo duæ nigri portiones ſunt: & tertia albi. Precium eius in li-
bras.xxx. Et hoc fiſtulæ ſolidantur. Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus albi: argentarium
uocant & eo quæ uolunt incoquunt. Pretia huius faciunt in pondo.cxxx. In libras albo per ſe ſincero
precia ſunt.xxx. nigro.xvii. Albi natura plus aridi habet. Contraque nigri tota humida eſt. Ideo album
nulli rei ſine mixtura utile eſt. Neque argentum ex eo plumbatur: quoniam prius liqueſcit argentum. Cō
firmantque ſi minus albo nigri q̄ ſatis ſit miſceatur: erodi ab eo argentum. Album incoquitur æris ope-
ribus galliarum inuento: ita ut uix diſcerni queat ab argento: eaq; incoctilia uocant. Deinde & argen-
tum incoquere ſimili modo cœpere: equorum maxime ornamentis iumentorumque iugis. In alexia op-
pido reliqua gloria biturigum fuit. Cœpere deinde & eſſeda & uehicula & petorita exornare. Similique

modo ad aurea quoq; & argentea ſtaticula manis luxuria peruenit: quæque in ſcyphis cerni prodigum
erat: hæc in uehiculis atteri cultus uocatur. Plumbi albi experimentum in charta eſt: ut liquefactum pon
dere uideatur nõ calore rupiſſe. India neq; æs neq; plumbum habet: gemmiſq; ſuis ac margaritis hæc per
mutat. Nigro plumbo ad fiſtulas laminaſq; utuntur laborioſius in hiſpania eruto: totaſq; per gallias.
Sed in britannia ſummo terræ corio adeo large: ut lex ultro dicatur: ne plus certo modo fiat. Nigri gene
ribus hæc ſunt nomina. Iouetanum: capranienſe: oleaſtrenſe. Nec differentia ulla ſcoriæ modo ſit exco-
cta diligenter. Mirumq; in iis ſolis metallis q͂ derelicta fertilius reuiuiſcunt. Hoc uidetur facere relaxatis
ſpiramentis ad ſatietatem infuſus aer: æque ut fœminas quaſdam fœcundiores abortus facere. Nuper id
compertum in betica ſantarenſi metallo quod locari ſolitum. x. libris per ducentos ante annos: poſtquã
obliteratum extat. lv. locatum eſt. Simili modo antonianum. In eadem prouincia pari locatiõe peruenit
ad pondo. cccc. uectigalis: Et mirum aqua addita non liqueſcere uaſa e plumbo conſtat. Eadem in aqua
calculus æreuſue quadrans ſi addatur uas peruri.

Medicinæ de plũbo: & ſcoria plũbi: de molienda ſiue galena: de pſymythio: & ſandaraca. Cap. xviii.

N medicina per ſe plumbi uſus eſt cicatrices reprimere: adalligatiſq; lumborum & renum parti
i laminis frigore natura inhiberi impetus ueneris. Viſaq; in quiete ueneria ſponte naturæ erum-
pentia uſq; in morbi genus his laminis Caluus orator cohibuiſſe tradit͛: uireſq; corporis ſtudio
rum labore cuſtodiſſe. Nero quoniam ita diis placuit: princeps lamina pectori impoſita ſub ea cantica
exclamans alendis uocibus demõſtrauit rationem. Coquitur ad medicinæ uſus patinis fictilibus ſubſtra
to ſulphure minuto laminis impoſitis tenuibus opertiſq; ſulphure & ferro mixtis. Cum coquitur muniẽ
da in eo opere foramina ſpiritus conuenit: alioquin plumbi e fornacibus halitus noxius ſentitur & peſti-
lens: & canibus ocyſſime. Omnium uero metallorum muſcis & culicibus. Quamobrem non ſunt ea tæ
dia in metallis. Quidam in coquendo ſcobem plumbi lima quæſitam ſulphuri miſcent. Alii cæruſſam
potius quam ſulphur. Fit & lotura plurimi uſus in medicina: cum ſeipſo teritur in mortariis plumbeis:
addita aqua cæleſti: donec craſſeſcat. Poſtea ſupernatans aqua tollitur ſpongiis: quod craſſiſſimum fuit
ſiccatum diuiditur in paſtillos. Quidam limatum plumbum ſic terunt. Quidam etiam plumbaginem
ammiſcent. Alii uero acetum: alii uinum: alii adipem: alii: roſam. Quidam in mortario lapideo & maxi-
me thebaico plumbeo piſtillo terere malunt. Candidiuſq; fit ita medicamentum. Id autem quod uſtum
eſt plumbum lauatur ut ſtibi & cadmia poteſt aſtringere: ſiſtere: contrahere cicatrices. Vſus enim ex eo
dem & in oculorum medicamentis: & maxime contra procidentiam eorum inanitatem & ulcerum ex-
creſcentia: rimaſq; ſedis aut hemorrhoidas & condylomata. Ad hæc maxime lotura plumbi facit. Cinis
autem uſti ad ulcera ſerpentia aut ſordita. Eademq; quæ chartis ratio profectus. Vritur autem in patinis
per laminas minutas cum ſulphure uerſatum rudibus ferreis aut ferulaceis donec liquor mutetur in cine
rem. Dein refrigeratum teritur in farinam. Alii elimatam ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis: do
nec percoquatur figlinum. Aliq; cæruſam miſcent pari menſura: aut hordeum: teruntq; ut in crudo dictũ
eſt: & præferunt ſic tritum plumbi ſpodio cyprio. Scoria quoq; plumbi in uſu eſt. Optimaq; quæ ad lu-
teum maxime colorem accidit ſine plumbi reliquis: aut ſulphuris ſpecie & terra carens. Lauatur hæc in
mortariis minutum fracta: donec aqua luteum colorem trahat: & transfunditur in uas: purum: idq; ſæ-
pius: uſq; dum ſubſidat: quod utiliſſimum eſt. Eoſdemq; effectus habet quos plumbum: ſed acriores.
Mirari ſuccurit experientiam uitæ: ne fæce quidem rerum excrementorumque fœditate itentata tot mo-
dis. Fit & ſpodium ex plumbo eodem quo ex cyprio ære diximus. Lauatur in linteis raris in aqua cæle-
ſti: ſeparaturq; terrenum tranſfuſione: cribratumq; teritur. Quidam puluerem cum pennis detergere ma
lunt: ac terere in uino odorato. Eſt & molibdena quam alibi galenam uocauimus: plumbi & argenti ue-
na cõmunis. Melior hæc: quãdo magis aurei coloris: quantoq; minus plũboſa friabilis & modice grauis.
Cocta cum oleo iocineris colorem trahit. Adhæreſcit & auri & argenti fornacibus. Et hanc metallicam
uocant. Laudatiſſima quæ in zephyrio fiat. Probantur minime terrenæ minimæq; lapidioſæ. Coquũtur
lauanturq; ſcoriæ modo. Vſus in lippara ad lenienda refrigerandaq; ulcera. Emplaſtriſq; quæ non alli-
gantur ſed illita ad cicatricem perducunt in teneris corporibus molliſſimiſq; patribus. Compoſito eius
eſt libris tribus: & ceræ libra una: olei tribus heminis. Quod in ſenili corpore cum fracibus additur.
Temperatur & cum ſpuma argenti & ſcoria plumbi: ad dyſenteriam & tenaſmum fouendo calida. Pym
mythium quoq; ẽ hoc eſt cæruſſam plumbariæ dant officinæ. Laudatiſſimum in rhodo. Fit autem ra-
mentis plumbi tenuiſſimis ſuper uas aceti aſperrimi impoſitis atque ita diſtillantibus. Quod ex eo ce-
cidit in ipſam acetum arefactum molitur & cribratur. Iterumq; aceto mixto in paſtillos diuiditur & in
ſole ſiccatur æſtate. Fit & alio modo addito in urceos aceto plumbo obturatos per dies. x. deraſoque
ceu ſitu ac rurſus deiecto: donec deficiat materia. Quod deraſum eſt teritur & cribratur: & coquitur ĩ pa
tinis: miſceturque rudiculis; donec ruſeſcat: & ſimile ſandaracæ fiat. Dein lauatur dulci aqua: donec nu-
beculæ omnes

beculæ omnes eluantur. Siccatur ſimiliter poſtea: & in paſtillos diuiditur. Vis eius eadem quæ ſupra-
dictis. Leuiſſima tantum ex omnibus præterq; ad cãdorem fœminarum adhibetur. Eſt autem letalis po
tus: ſicut ſpuma argenti. Poſtea cæruſſa ipſa ſi coquat̃ ruſeſcit. Sãdaracæ quoq; propemodum dicta na
tura eſt. Inuenitur autem & in aurariis & in argentariis metallis: melior quo magis ruſa: quoq; magis ui
rus redolens ac pura friabiliſq;. Valet purgare: ſiſtere: excalfacere: prodere. Summa eius dos ſtiptica. Ex
plet alopecias ex aceto illita. Additur oculorum medicamẽtis. Fauces purgat cum melle ſumpta. Vocẽ
lympidam ac canoram facit. Suſpirioſis tuſſientibuſq; iucunde medetur cum reſina terebinthina in cibo
ſumpta. Suffita quoq; cum cædro: ipſo nidore eis medetur. Et arſenicum ex eadem eſt materia. Quod
optimum: coloris etiam in auro excellẽtius. Quod uero pallidius aut ſandaracæ ſimilius eſt: deterius exi
ſtimatur. Eſt & tertium genus quo miſcetur aureus color ſandaracæ. Vtraq; hæc ſquammoſa. Illud uero
ſiccum purumq; gracili uenarum diſcurſu fiſſile. Vis eadem quæ ſupra: ſed acrior. Itaq; & caſticis addit̃:
& pſilotris. Tollit & pterygia digytorum carneſq; narium: & condylomata: & quicquid excreſcit. Torre
tur: ut ualidius proſit in noua teſta: donec mutet colorem.

# CAII PLIMII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXV.

## PROOEMIVM.

### Honos picturæ & imaginum.

m
Etallorum quibus opes conſtant adnaſcentium quoq; eis natura indicata propemo-
dum eſt ita connexis rebus ut immenſa medicinæ ſilua: & officinarum tenebræ & mo
roſa cælandi pingendique ac tingendi ſubtilitas ſimul dicerentur. Reſtant terræ ipſius
genera lapidumque: uel numeroſiores arariæ: plurimis ſingula a græcis præcipue lu-
minibus tractata. Nos in iis breuitatem ſequemur utilem inſtituti modo: nihil neceſ-
ſarium aut naturale omittentes.

### Honos picturæ. Cap. i.

p
Rimumq; dicemus quæ reſtant de pictura arte quondam nobili: tunc cum expeteretur a regi
bus populiſq;: & alios nobilitate quos eſſet dignata poſteris tradere. Nũc uero in totum mar
moribus pulſa tum quidem & auro: nec tantum ut parietes toti operiantur: uerum & interra-
ſo marmore: uermiculatiſq; ad effigies rerum & animaliũ cruſtis. Non placent iam abaci: nec ſpatia mõ-
tis in cubiculo delitentia. Cœpimus & lapidem pingere. Hoc Claudii principatu inuentum. Neronis ue-
ro maculas quæ non eſſent in cruſtis inſerendo unitatem uariare: ut ouatus eſſet. Numidicus: ut purpu-
ra diſtingueretur Sinnadicus inuenit: qualiter illos naſci optarent delitiæ: montium hæc ſubſidia deficien
tium. Nec ceſſat luxuria id agere ut quãplurimum incendiis perdat.

### Honos imaginum. Cap. ii.

i
Maginum quidem pictura q̃ maxime ſimiles in æuum propagabãtur figuræ: quod in totum
exoleuit Aereique ponuntur clypei: argentea facies: ſurdo figurarum diſcrimine ſtatuarum ca
pita permutantur. Vulgatis iampridem ſalibus etiam carminum: adeo materiam malunt cõ- Talibus & 
ſpici omnes q̃ ſe noſci. Et inter hæc pinacothecas ueteribus tabulis conſuunt: alienaſque effigies colũt: ipſi Numinũ.
honorem non niſi in pretio ducentes: ut frangat hæres: furis detrahat laqueus. Itaque nullius effigie ui-
uente: imagines pecuniæ non ſuas relinquunt. idem palæſtras athletarum imaginibus: & ceromata ſua
exornant: & uultus Epicuri per cubicula geſtant: ac circunferunt ſecum. Natali eius uiceſima luna ſacri-
ficant: feriaſque omni menſe cuſtodiunt: quas ichadas uocant: ii maxime qui ſene uiuentes quidem noſci
uolunt. Ita eſt profecto: artes deſidia perdidit: & quoniam animorum imagines non ſunt: negliguntur
etiam corporum. Aliter apud maiores in atriis hæ erant: quæ ſpectarentur non ſigna externorum artifi-
cum: nec æra aut marmora. Expreſſa cæra uultus ſingulis diſponebantur armariis: ut eſſent imagines:
quæ comitarentur gentilicia funera. Semperque defuncto aliquo: totus aderat familiæ eius qui nũquam
fuerat populus. Stemmata uero lineis diſcurrebant ad imagines pictas. Tablina codicibus implebantur
& monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Aliæ in foribus: & circa limina animorum ingẽtium ima
gines erant: affixis hoſtium ſpoliis: quæ nec emptori refringere liceret: quæ etiam dominis mutatis: do-
mus ornamẽta erant. Eratq; hæc ſtimulatio ſumma & ingens exprobrantibus tectis quottidie imbellem
dominum intrare in alienum triumphum. Extat Meſſalæ oratoris indignatio: quæ prohibuit inſeri
genti ſuæ bleuinorum alienam imaginem. Similis cauſa Meſſalæ ſeni expreſſit uolumina illa: quæ de Leuinorũ.
familiis condidit: cum Scipionis Pompotiani tranſiſſet atriũ: uidiſſetque adoptione teſtamentaria Sal Africani.
uitonis: hoc enim ei fuerat cognomen. Africanorum dedecore notam irripentem Scipionum nomini.
Sed pace Meſſalarum dixiſſe liceat etiam mentiri clarorum imagines: erat aliquis uirtutum amor: mul-
toque honeſtius q̃ mereri: ne quis ſuas expeteret. Non eſt prætereundum & nouitium inuentum. Siqui-

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 492 sur 536

dem non ſolum ex auro argentoue aut certe ex ære in bibliothecis dicātur illi: quorum immortales animæ in iiſdem locis ibi loquuntur: quinimmo etiam quæ non ſunt finguntur: pariuntq; deſideria non traditi uultus: ſicut in Homero euenit: quo magis (ut equidem arbitror) nullum eſt fœlicitatis ſpecimē quā ſemper omnes ſcire cupere qualis fuerit aliquis. Aſinij Pollionis hoc romæ inuentum: qui primus bibliothecam dicando: ingenia hominum rempublicam fecit. An priores cœperint alexandriæ & pergami reges: qui bibliothecas magno certamine inſtituere: non facile dixerim. Imaginum amore flagraſſe quondam teſtes ſunt: & Atticus ille Ciceronis: edito de iis uolumine: &. M. Varro benigniſſimo inuento inſertis uoluminum ſuorum fœcunditati non nominibus tantum ſeptingentorum illuſtrium: ſed & aliquo modo imaginibus non paſſus intercidere figuras: aut uetuſtatem æui contra homines ualere inuentione muneris. Etiam diis inuidioſus: quando immortalitatem non ſolum dedit: uerum etiam in omnes terras miſit: ut præſentes eſſe ubiq; & claudi poſſent.

Quando primum clypei imaginum publice: quando indomibus p oſiti: & de picturæ initiis: & monochromaton: & primis pictoribus: & antiquitatæ picturarum in italia. Cap. iii.

T hoc quidem alienis ille præſtitit. Suorum uero clypeos in ſacro uel publico priuatim di-
e care primus inſtituit (ut reperio) Ap. Claudius qui conſul cum ſeruilio fuit anno urbis. cc. lix. Poſuit enim in Bellonæ æde maiores ſuos: placuitq; in excelſo ſpectari & titulos honorum legi. Decora res utiq; ſi liberorum turbæ paruulis imaginibus ceu nidum aliquem ſobolis pariter oſtēdāt. Quales clypeos nemo non gaudens fauenſq; aſpicit. Poſt eum. M. Aemilius collega in conſolatu. Q. Luctatii non in baſilica modo æmilia uerum & domi ſuæ poſuit: id quoq; martio exemplo. Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum eſt: continebantur imagines. Vnde & nomen habuere clypeorū: non ut peruerſa grāmaticorum ſubtilitas uoluit a cluendo. Origo plenam uirtutis faciē reddi in ſcuto cuiuſque qui fuerit uſus illo. Pœni ex auro factitauere & clypeos & imagines: ſecumq; in caſtris tulere. Certe captis eis talem. Aſdrubalis inuenit. Q. Martius Scipionū in hiſpania ultor. Iſq; clypeus ſupra fores capitolinæ ædis uſq; ad incendium primū fuit. Maiorum quidem noſtrorum tanta ſecuritas in ea re annotatur ut. L. Manlio. Q. Fuluio coss. anno urbis quingenteſimo. lxxv. M. Aufidius tutelæ capitolii redemptor docuerit patres argenteos eſſe clypeos: qui pro æreis per aliquot iam luſtra aſſignabātur. De picturæ initiis incerta nec inſtituti operis quæſtio eſt. Aegyptii ſex milibus annorū apud ipſos inuentā prius q̄ in græciam tranſiret: affirmant. Vana prædicatione ut palam eſt. Græci āt alii apud ſicyonem: alii apud corinthios repertam: omnes ab umbra hominis lineis circunducta. Itaq; talem primam fuiſſe. Secundā ſingulis coloribus & monochromaton dictam: poſtq̄ operoſior inuenta erat: duratq; talis etiānum. Inuentam linearē dicunt a Phylocle ægyptio uel Cleante corinthio Primi exercuere Ardices corinthius: & Telephanes ſicyonius ſine ullo etiamnū colore. Iam tamen ſpargentes lineas intus. Ideo & quos pingerent aſcribere inſtitutum. Primus inuenit eos colores: teſte ut ferunt Arato: Cleophātus corinthius. Hūc autem eodē noīe alium fuiſſe: quem tradit Cornelius Nepos ſecutum ī italia Demaratum Tarquinii priſci romani regis patrem fugiētem a corinthio iniurias Cypſeli tyranni: ut mox docebimus. Iam enim abſoluta erat pictura etiā in italia. Extant certe hodieq; antiquiores urbe picturæ. ardeæ in ædibus ſacris: q-bus equidem nullas æque miror tam longo æuo durantes in orbitate tecti ueluti recentes. Similiter lanuuii ubi atalanta & Helena cōminus pictæ ſunt nudæ: ab eodē artifice: utraq; excellentiſſima forma: ſed altera ut uirgo: ne ruinis quidē tēpli concuſſæ. Pontius legatus Caii principis eas tollere conatus eſt libidine accenſus: ſi tectorii natura permiſiſſet. Durauere & cæteræ antiqores & ipſæ. Fatebiturq; quiſquis eas diligēter eſtimauerit: nullam artius celerius conſumatā: cum iliacis temporibus non fuiſſe eam appareat.

De pictoribus romanis: & quando primum dignitas picturæ: & qui uictorias ſuas pictura propoſuerunt: & quando externis picturis dignitas romæ. Cap. iiii.

Pud romanos quoq; honos mature huic arti contigit. Siquidem cognomina ex ea pictoꝝ tra-
a xerunt Fabii clariſſime gentis princepſq; eius cognominis. ipſe ædē ſalutis pinxit anno urbis cōditæ. cccel. quæ pictura durauit ad noſtram memoriam: æde Claudii principatu exuſta. Proxime celebrata eſt in foro boario æde Herculis Pacuuii poetæ: pictura. Enni ſorore genitus hic fuit: clarioremque eam artem romæ fecit gloria ſcænæ. poſtea non eſt ſpectata honeſtis manibus: niſi forte quis Turpilium equitem romanum e Venetia noſtræ ætatis belle referat: hodieq; bulchris eius operibus Veronæ extantibus. Leua is manu pinxit: quod de nullo ante memoratur. Paruis gloriabatur tabellis: extinctus nuper in longa ſenecta. Aterius Labeo prætorius etiam proconſulatu prouinciæ Narbonenſis functus. Sed ea res in riſu: & iam contumelia erat. Fuit & principum uirorum non omittendum de pictura celebre conſilium. Q. Pedius nepos. Q. Pedii conſularis triumphaliſque a Cæſare dictatore cohæredis Auguſto dati cum natura mutus eſſet: eum Meſſalla orator: ex cuius familia pueri auia erat picturam docendum

ram docemdum cenſuit. Idq; etiam diuus Auguſtus comprobauit. Puer magni profectus ĩ ea arte obiit. Dignatio autem præcipua romæ increuit (ut exiſtimo) a. M. Valerio Maximo conſule: cum Meſſalla princeps tabulam picturæ prœlii: quo carthaginenſes & Hieronem in ſicilia deuicerat propoſuit in latere curiæ hoſtiliæ: anno ab urbe condita quadringenteſimononageſimo. Fecit hoc quidem & L. Scipio. Tabulamq; uictoriæ ſuæ aſiaticæ in capitolio poſuit. Idq; ægre tuliſſe fratrem Africanum tradunt iratum haud immerito: quoniam filius eius. in illo prœlio captus fuerat. Non diſſimilem offenſionem & Aemiliani ſibiit: L. Hoſtilius mancinus qui primus carthaginem irruperat: ſitum eius expugnationemq; depictas proponendo in foro: & ipſe aſſiſtens populo ſpectancti ſingula enarrando. Qua comitate proximis comitiis conſulatum adeptus eſt. Habuit et ſcæna ludis. Claudii. Pulchri magnã ammirationem picturæ: cum ad tegularum ſimilitudinem corui decepti imagine aduolarent. Tabulis autem externis auctoritatem romæ fecit primus omnium. L. Mummius: cui cognomẽ Achaici uictoria dedit. Nam cum in præda uendenda res diſtraxiſſet: & rex Atthalus ſex milibus ſeſtertium emiſſet Ariſtidis tabulam Liberum patrem continentem: pretium miratus ſuſpicatuſq; aliquid in ea uirtutis quod ipſe neſciret: reuocauit tabulam Attalo multum querente: & in cereris delubro poſuit. Quam primum arbitror picturam externam romæ publicatam. Deinde uideo & in foro poſitas uulgo. Hinc. M. Craſi oratoris ille lepos agentis ſubueteribus cum teſtis compellatus inſtaret: dic ergo Craſſe qualem mereris? Talem inquit: oſtendens in tabula pictum inficetiſſime gallum exerentem linguam. In foro fuit & illa paſtoris ſenis cũ baculo: de qua teutonorum legatus interrogatus quanti eum æſtimaret: reſpondit ſibi donari nolle talem uiuum uerumq;. Sed præcipuam auctoritatem fecit publice tabulis Cæſar dictator Aiace & Medea ante Veneris genitricis ædem dicatis. Poſt eum. M. Agrippa uir ruſticitati quam delitiis proprior. Extat certe eius oratio magnifica & maximo ciuium digna de tabulis omnibus ſigniſq; publicãdis. Quod fieri ſatius fuiſſet: quam in uillarum exilia pelli. Verum eadem illa toruitas tabulas duas Aiacis & Veneris mercata eſt a cizicenis. xiii. milia pondo. In thermarum quoq; calidiſſima parte marmoribus incluſerat paruas tabellas: paulo ante cum reſtringerentur ſublatas. Super omnes diuus Auguſtus in foro ſuo in celeberrima parte poſuit duas tabulas: quæ belli pictam faciem habent & triumphum. Idem Caſtores ac uictoriam poſuit: & quas dicemus ſub artificum mentione in templos Cæſaris patris. Idem in curia quoq;: quam in comitio conſecrabat duas tabulas impreſſit parieti. Nemeam ſedentem ſupra leonem. Palmigeram ipſam aſtante cum baculo ſene. Cuius ſupra caput tabula bigæ dependet: quam Nicias ſcripſit ſe inuiſſiſſe: tali enim uſus eſt uerbo Alterius tabulæ admiratio eſt puberem filium ſeni patri ſimilem eſſe: ſalua ætatis differentia: ſuperuolante aquila draconem complexa. Philochares hoc ſuum opus eſſe: teſtatus eſt. Immenſa uel unam ſi quis tantum hanc tabulam æſtimet: potentia artis: cum propter Philocarem ignobiliſſimos alioquin Glauconem filiumq; eius Ariſtippum ſenatus populuſq; Ro. tot ſæculis ſpectet. Poſuit & Tyberius Cæſar minime comis imperator in templo ipſius Auguſti quas mox indicabimus.

Ratio pingendi de pigmentis. Cap. v.

h Actenus dictum ſit de dignitate artis morientibus. Quibus coloribus ſingulis primi pinxiſſent: diximus cum de pigmentis traderemus in metallis. Qui monochromatea genera picturæ uocauerint: qui deinde & quæ & quibus temporibus inuenerint: dicemus in mentione artificum: quoniam indicare naturas colorum cauſa inſtitui operis prior eſt. Tandem ſe ars ipſa diſtinxit: & inuenit lumen atq; umbras differentia colorum alterna uice ſeſe excitante. Deinde adiectus eſt ſplendor: alius hic quam lumen quem quia inter hoc & umbram eſſet: appellauerunt tonon. Commiſuras uero colorum & tranſitus: armogen.

De coloribus natiuis & factitiis. Cap. vi.

ſ Vnt autẽ colores auſteri aut floridi. Vtrũq; natura aut mixtura euẽit. Floridi ſũt quos domin9 ſingenti præſtat: minium: armenium: cynabaris: chryſocolla: indicum: purpuriſſum. Cæteri auſteri. Ex omnibus alii naſcuntur. Alii fiunt. Naſcuntur ſinopis: rubrica: parethonium: melinum: eretia: auripigmentum: Cæteri finguntur. Primumq; quos in metallis diximus. Præterea e uilioribus ochra: cæruſſa uſta: ſandaraca: ſandix: ſyricum: atramentum. Sinopis inuenta eſt primum in ponto inde nomen a ſinope urbe. Naſcitur & in ægypto: balearibus: africa: ſed optima in lemno & in cappadocia. Effoſſa & in ſpeluncis. Quæ ſaxis adhæſit: excellit. Glebis ſuus colos: extra maculoſus. Hacq; uſi ſũt ueteres ad ſplendoren. Species ſinopidis tres: rubra: & minus rubens: & ĩter has media. Precium optimæ in libras. xiii. denariis. Vſus ad penicillum: aut ſi lignũ colorare libeat. Eius quæ ex africa uenit: octoni aſſes: cicerculum appellant. Quæ magis cæteris rubet: utilior abacis. Idem pretiũ eius: quæ preſſior uocatͤ & eſt maxime fuſca. Vſus eius ad baſes abacorũ. In medicina uero blandus: emplaſtriſq; & malagmatis ſiue ſicca compoſitione eius ſiue liquida. Facilis cõtra ulcera in humore ſita: uelut oris ſedis. Aluum ſiſtit

H

inſuſa.Fœminarum profluuia pota denarii pondere.Eadẽ aduſta:ſiccat ſcabricias oculoꝝ:uino maxime Rubricæ genus in ea uoluere intelligi quidã ſecũdæ auctoritatis.Palmã enim lemniæ dabant:minio proximam.Hæc eſt antiquis multum celebrata cum inſula in qua naſcitur.Nec niſi ſignata uenundabatur: unde & ſphragidẽ appellauere.Hac miniũ ſublinunt:adulterãtq;.In medicina præclara res habetur.Epiphoras.n.oculoꝝ mitigat & dolores circũlita.Egylopias manare prohibet . Sanguinem reiicientibus ex aceto datur bibenda.Bibitur & cõtra lienum rhenumq; uitia & purgationes fœminarum.Item & cõtra uenena & ſerpentium ictus terreſtrium marinorũq;.Omnibus ideo antidotis familiaris. Ex reliquis rubricæ generibus:fabris utiliſſima ægyptia & africana:quoniã maxime ſorbentur.Picturis aũt apta naſcitur

Ea fit & ochra exuſta i rubricam ollis. Dioſco.

& in ferariis metallis.Ex ea fit ochra:exuſta rubrica in ollis nouis luto circũlitis.Quo magis arſit in caminis hoc melior.Omnis aũt rubrica ſiccat.Ideoq; & emplaſtris conuenit:igni etiã ſacro.Sinopidis põticæ ſelibra ſilis lucidi libris.x.& melini græcienſis duabus mixtis:tritiſq; una per dies.xii.leucophorũ fit: hoc eſt glutinum auri cum inducitur ligno.Parethonion nomen loci habet ex ægypto: ſpumã maris eſſe dicunt ſolidatam cũ limo:& ideo conchæ minutæ inueniuntur in eo.Fit & increta inſula atq; cyrenis.Adulteratur Romæ creta cimolia decocta conſpiſſataq;.Pretium optimo in pondo ſex libraꝝ e candidis coloribus pinguiſſimum:& tectoriis tenaciſſimum:propter leuorem.Melinum candidum & ipſum eſt. Optimũ in melo inſula.In ſamo quoq; naſcitur.Sed eo non utuntur pictores propter nimiã pinguedinem. Accubantes effodiunt ibi inter ſaxa uenas ſcrutantes.In medicina eundem uſum habet quẽ eretria creta. Præterea linguã tactu ſiccat.Pilos detrahit & mitigat.Pretium in libra ſeſtertiis ſingulis. Eſt & colos tertius e candidis cæruſſæ:cuius rationem in plumbi metallis diximus.Fuit & terra per ſe in theodoti fundo inuenta ſmyrnæ:qua ueteres ad nauium picturas utebantur.Nunc oĩs ex plũbo & aceto fit:ut diximus. Vſta caſu reperta incendio pyræ:ceruſſa i orcis cremata.Hac primus uſus eſt Nicias ſuprapictus. Optima nunc aſiatica habetur:quæ & purpurea appellatur.precium eius i libras æris.v.Fit & Romæ cremato ſile marmoroſo & reſtincto aceto.Sine uſta non fiunt umbræ.Eretria terræ ſuæ habet nomẽ.Hac Nicomachus & parrhaſius uſi refrigerat emollitq;.Explet uulnera ſi coquatur: ad ſiccanda præcipue utilis: & capitis doloribus:& ad deprehendẽda pura.Subeſſe enim ea intelligit̃:ſi ex aqua illita non areſcat.Sãdaracam & ochram Iuba tradit in inſula rubri maris topazo naſci.Sed inde non peruehuntur ad nos.Sãdaraca quo mõ fieret:diximus. Fit adulterina & cæruſſa non in fornace cocta Colos eſſe debet flãmeus. pretium in libras aſſes quini.Hæc ſi torreatur:æqua parte rubrica ammixta ſandycem facit.Quanq̃ animaduerto Virgilium exiſtimaſſe hærbam id eſſe:illo uerſu.

Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiet agnos.

Pretium in libras dimidium eius quod ſandaracæ.Nec ſunt alii colores maioris ponderis.Inter facticios eſt & ſyricum:quo minium ſublini diximus.Fit autem ſinopide & ſandyce mixtis. Atramentum quoq; inter facticios erit:q̃q̃ eſt & terra geminæ originis.Aut.n.ſalſuginis modo emanat:aut terra ipſa ſulphurei coloris ad hoc probatur.Inuenti ſunt pictores qui e ſepulchris carbones infectos effoderent.Sed iportuna hæc omnia ac nouitia.Fit enim & fuligine pluribus modis:reſina uel pice exuſtis.Propter quod officinas etiam ædificauere:fumum eum non emittentes.Laudatiſſimum eodem modo fit e tædis. Adulteratur fornacium balnearumq; fuligine:quo ad uolumina ſcribenda utuntur.Sunt & qui uini fecem ſiccatam excoquant:affirmantq; ſi ex bono uino fex fuerit:indici ſpeciem id atramentum præbere Polygnotus & Mycon celeberrimi pictura athenis e uinaceis fecere:tryginon appellant. Apelles cõmentus eſt ex ebore combuſto facere:quod elephantium uocant.Apportatur & indicum ex india:inexploratæ adhuc iuentionis mihi.Fit etiam apud infectores ex flore nigro : qui adhæreſcit æreis cortinis.Fit & e tædis ligno combuſto tritiſq; in mortario carbonibus.Mira in hoc ſepiarum natura:ſed ex iis non fit.Omne aũt atramentum ſole perficitur.Librarium & tectorium glutino ammixto.Quod autem aceto liquefactum eſt: ægre eluitur E reliquis coloribus quos a dominis dari diximus propter magnitudinem pretii ante omnes eſt purpuriſſum e creta argentaria cum purpuris pariter tinguitur : bibitque eum colorem celerius lanis.Præcipuum eſt primum:feruenti aheno rudibus medicamentis inebriatum. Proximum egeſto eo addita creta in ius idem.Et quotiẽs id factum eſt:leuatur bonitas pro numero dilutiore ſanie.Quare puteolanum potius laudatur q̃ tyrium aut getulicum uel laconicum:unde præcioſiſſimæ purpuræ . Cauſa eſt q; hyſgino maxime inficitur:rubramq; cogitur ſorbere.Viliſſimum a canuſio.Precium huic a ſinguliſ denariis in libras ad.xxx. Pingentes ſandyce ſublita mox ouo inducentes purpuriſſum fulgorem minii faciunt.Si purpuram facere malunt:cæruleum ſublinunt:mox purpuriſſum ex ouo inducunt . Ab hoc maxima auctoritas indico.Ex india uenit arundinum ſpumæ adhæreſcente limo cum teritur nigrum.At in diluendo mixturam purpuræ cæruleiq; mirabilem reddit.Alterum genus eius eſt in purpurariis officinis innatans cortinis & eſt purpuræ ſpuma.Qui adulterant uero indicum tingunt ſtercora colũbina aut cretam ſelinuſiam uel anulariam uitro inficiunt.probatur carbone.Reddit enim quod ſincerum eſt flammam excellentis

mam excellentis purpuræ:& dum fumat odorem maris olet. Ob id quidam e ſcopulis id colligi putant.
Precium indico denarii.xx.in libras. In medicina indicum rigores & impetus ſedat. Siccat oris ulcera. Ar Tumores
menia mittit quod eius nomine appellatur. Lapis eſt hic quoq; chryſocollæ modo infectus. Optimumq; Dioſco.
eſt quod maxime uiride eſt:communicato colore cum cæruleo. Solebant libræ eius tricenis nummis ta-
xari. Inuenta per hiſpanias harena eſt ſimilem curam recipiens. Itaque ad denarios ſenos uilitas rediit. Di
ſtat a cæruleo candore modico:qui teneriorem hunc efficit colorem. Vſum in medicina ad pilos tantum
alendos habet:maximeque in palpebris. Sunt etiamnum nouitii duo colores e uiliſſimis uiride quod ap
pianum uocatur:& quod chryſocollam luteam mentitur. Ceu parum multa ſint mendacia eius. Fit ex
creta uiridi æſtimatum ſeſtertiis in libras. Anulare quod uocant candidum eſt:quo muliebres picturæ il
luminantur. Fit & ipſum ex creta ammixtis uitreis gemmis ex uulgi anulis:unde & anulare dictum.

Qui colores udo non inducantur:& quibus coloribus antiqui pinxerunt:& quando primum gladia-
torum pugnæ præpoſitæ ſunt. Cap.vii.

X omnibus coloribus cretulam amare:udoque illini recuſant purpuriſſum indicum cæruleũ
e melinum auripigmentum appianum. Cæruſſa ceræ tinguntur iiſdem coloribus ad eas pictu
ras quæ inuruntur alieno parietibus genere:ſed claſſibus familiari. Iam uero & onerariis naui-
bus:quoniam & pericula expingimus:ne quis miretur & rogos pingi. Iuuatq; pugnaturos ad mortẽ aut
certe cædem ſpecioſe uehi. Qua contemplatione tot colorum tanta uarietate ſubit antiquitatem mirari.
Quattuor coloribus ſolis immortalia opera illa fecere:ex albis melino:ex ſilaceis attico:ex rubris ſinopi
de pontica:ex nigris atramento. Apelles Echion Melanthius Nicomachus clariſſimi pictores:cum tabu
læ eorum ſingulæ oppidorum uenirent opibus. Nunc & purpuris in parietes migrantibus & india confe
rente fluminum ſuorum limum & draconum & elephantorum ſaniem nulla nobilis pictura eſt. Omnia
ergo meliora tunc fuere:cum minor copia. Ita eſt quoniam (ut ſupra diximus) rerum non animi pretiis
excubatur. Et noſtræ ætatis inſaniam ex pictura non omittam. Nero princeps iuſſerat coloſſeum ſe epin
gi.cxx.pedum in linteo incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cum peracta eſſet in lamianis hortis: ac- Marianis.
cenſa fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit. Libertus eius cum daturus eſſet Antii munus uetus le-
gladiatorium publicas porticus inueſtiuit pictura ut cõſtat:gladiatorum miniſtrorumq; omnium ueris ctio.
imaginibus redditis. Hic multis iam ſeculis ſummus animus in pictura. Pingi autem gladiatoria mune-
ra:atq; in publico exponi cœpta a.C. Terentio Lucano. Iſq; auo ſuo a quo adoptatus fuerat.xxx.paria in
foro triduum dedit. Tabulamq; pictam in nemore Dianæ poſuit.

De ætate picturæ operum & artificum indicatura nobilitates.cccv. Cap.viii.

Vnc celebres in ea arte q̃ maxima breuitate percurram:neque enim inſtituti operis eſt talis exe
n cutio. Itaque & quoſdam uelut in tranſcurſu & in aliorum mẽtione obiter nominaſſe ſatis erit
exceptis operum claritatibus:quæ & ipſa conueniet attingi:ſiue extant:ſiue intercidere. Non
conſtat ſibi in hac parte græcorum diligentia q̃ multas poſt olympiadas celebrãdo pictores q̃ ſtatuarios
auctores. Primumq; olympiade nonageſima:cum & phidiam ipſum initio pictorem fuiſſe tradatur: cly
peumque athenis ab eo pictum præterea in confeſſo ſit octogeſimatertia fuiſſe Panæum fratrem eius: q
clypeum intus pinxit Elide Mineruæ:quam fecerat Colotes Phidiæ diſcipulus:& in faciendo Ioue olym Aegide.
pio adiutor. Quid? q, in confeſſo perinde eſt Bularchi pictoris tabula:in qua erat magnetum prœlium:a
Cãdaule rege lydiæ heraclidarum nouiſſimo:qui & Myrſilus uocitatus eſt:repenſam auro? Tanta iam
dignatio picturæ erat. Id circa ætatem Romuli acciderit neceſſe eſt:duo enim de uiceſima olympiade in
teriit Candaules:aut ut quidam tradunt eodem anno:quo Romulus niſi fallor:manifeſta iam tum cla-
ritate artis adeo abſolutiore. Quod ſi præcipitur:neceſſe eſt ſimul appareat multo uetuſtiora principia
eſſe;eoſque qui monochromata pinxerunt:quorum ætas non traditur. Aliquanto ergo ante fuiſſe Hy-
giemonem Monochromadam:qui primus in pictura marem fœminamque diſcreuit. Eum..rum athe-
nienſem figuras omnes imitari auſum. Quique inuẽta eius excoluerit Cimonem Cleoneum. Hic Cata-
grapha inuenit:hoc eſt obliquas imagines & uarie formare uultus reſpicientes ſuſpicienteſue:& deſpicien
tes. Articulis etiam membra diſtinxit. Venas protulit:præterque in ueſte rugas & ſinus inuenit. Panæus Panænus.
quidem frater phidiæ etiã prœlium athenienſium aduerſus perſas apud marathonem factũ pinxit. Adeo pãdænus.
iam colorum uſus increbruerat:adeo ars perfecta erat:ut in eo prœlio iconicos duces pinxiſſe tradatur
athenienſium Milciadem:Callimachum. Cynegyrum Barbarorum Darium. Thyſſaphernem.

Primum picturæ certamen: & qui primi penicillo pinxerunt. Cap.ix.

Vinimmo certamen picturæ etiam florente eo inſtitutum eſt corinthi ac delphis. Primuſque
q omnium certauit cum Timagora chalcidenſe:ſuperatuſque eſt ab eo pythis: quod & ipſius
Timagoræ carmine uetuſto apparet:chronicorum errore non dubio. Alii quoq; poſt hos cla-
ri fuere nonageſima olympiade:ſicut Polignotus Thaſius:qui primus mulieres lucida ueſte pinxit: ca-



C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 496 sur 536

pita earum mitris uerſicoloribus operuit:plurimumq; picturæ primus contulit. Siquidem inſtituit os
adaperire.dentes oſtendere:uultum ab antiquo rigore uariare.Huius eſt tabula in porticu Pompeii:quæ
ante curiam eius fuerat.In qua dubitatur aſcendentem cum clypeo pinxerit:an deſcendentem. Hic del-
phis ædem pinxit.Hic & athenis porticum quæ poecile uocatur gratuito:cum partem eius Mycon mer
cede pingeret.Vnde maior huic auctoritas.Siquidem amphictiones:quod eſt publicum græciæ conci-
lium:hoſpitia ei gratuita decreuere.Fuit alius Mycon:qui minoris cognomine diſtinguitur: cuius filia
Timarete & ipſa pinxit.Nonageſima autem olympiade fuere Aglaophon Cephiſodorus Phrylus Eue-
nor pater parrhaſii & præceptor maximi pictoris:de quo ſuis annis dicemus.Omnes hi iam illuſtres nõ
tamen in quibus hærere expoſitio debeat feſtinans ad lumina artis:in quibus primus refulſit.Apollodo-
rus athenienſis nonaceſimatertia olympiade.Hic primus ſpecies exprimere inſtituit: primuſq; gloriam
penicillo iure contulit.Eius eſt ſacerdos adorans:& Aiax fulmine incenſus qui pergami ſpectatur hodie.
Neq; ante eum tabula ullius oſtenditur:quæ teneat oculos.Ab hoc artis fores apertas Zeuſis heracleo-
tes intrauit olypiadis nonaceſimæquintæ anno quarto:audentemq; iam aliquid penicillum (de hoc enim
adhuc loquimur) ad magnam gloriam perduxit.A quibuſdam falſo in octoceſimanona olympiade po-
ſitus:cum fuiſſe neceſſe eſt Demophilum hymereum:& Neſeam thaſium. Quoniam utrius eorum di
ſcipulus fuerit:ambigitur.In eum Apollodorus ſupradictus uerſus fecit:Artem ipſis ablatam. Zeuſin
ferre ſecum.Opes quoq; tantas acquiſiuit:ut in oſtentatione earum olympiæ aureis litteris in palliorum
teſſeris intextum nomen ſuum oſtentaret.Poſtea donare opera ſua inſtituit:q, ea nullo ſatis digno pretio
permutari poſſe diceret:ſicuti Alcmenam agrigentinis:pana Archelao.Fecit & penolopem:in qua amo-
mores alii res.pinxiſſe uidetur:& Athletam.Adeoq; ſibi in illo placuit:ut uerſum ſubſcriberet celebrem ex eo inuiſu
rum aliquem facilius q̃ imitaturum.Magnificus eſt Iupiter eius ĩ throno aſtantibus diis.Et Hercules in
fans dracones ſtrangulans Alcmena matre coram p[illegible]:& amphytrione. Deprehenditur tamen zeu
ſis grandior in capitibus articuliſq;:alioquin tantus d[illegible]:ut agrigentinis facturus tabulam:quam ĩ
templo Iunonis laciniæ publice dicarent inſpexerit uirgines eorum nudas:& quinque elegerit:ut quod in
quaq; laudatiſſimum eſſet:pictura redderet.pinxit & monachromata ex albo:æquales eius & æmuli fue
re Timanthes:androcydes:Eupompus.parrhaſius.

De auibus per picturam deceptis:& quid difficillimum in pictura. Cap.x.

Eſcendiſſe hic cum zeuſide in certamen traditur.Et cum ille detuliſſet uuas pictas tanto ſuc
d ceſſu:ut in ſcenam aues aduolaret:ipſe detuliſſe linteum pictum traditur:ita ueritate repræſen
tata:ut zeuſis alitum iudicio tumens flagitaret tandem remoto linteo oſtendi picturam: atq;
intellecto errore cõcederet palmam ingenuo pudore:quoniam ipſe aues fefelliſſet:parrhaſius autem ſe ar
tificem.Fertur & poſtea zeuſis pinxiſſe puerum uuas ferentem:ad quas cum aduolarent aues:eadem in-
genuitate proceſſit iratus operi:& dixit:uuas melius pinxi q̃ puerum.Nam & ſi hoc conſumaſſem: aues
timere debuerant.Fecit & figlina opera:quæ ſola in ambracia relicta ſunt:cum inde muſas Fuluius nobi
lior romam transferret.zeuſidis manu Romæ Helena eſt in Philippi porticibus.Et in cõcordiæ delubro
Marſyas religatus.Parrhaſius epheſi natus:& ipſe multa conſtituit.Primus ſymmetriam picturæ dedit
Primus argutias uultus:elegantiam capilli:uenuſtatem oris confeſſione artificum in lineis extremis pal-
mam adeptus.Hæc eſt in pictura ſumma ſubtilitas.Corpora enim pingere & media rerum: eſt quidem
magni operis:ſed in quo multi gloriam tulerint.Extrema corporum facere:& deſinentis picturæ modũ
includere:rarum in ſucceſſu artis inuenitur.Ambire enim debet ſe extremitas ipſa:& ſic deſinere:ut ꝓmit
tat alia poſſe:oſtendatque etiam quæ occultat.Hanc ei gloriam cõceſſere Antigonus & Xenocrates: qui
de picturis ſcripſere prædicantes quoq; non ſolum confitentes. Alia multa Graphidis ueſtigia extant in
tabulis ac membranis:ex quibus proficere dicunt artifices.Minor tamen uidetur ſibi comparatus in me-
diis corporibus exprimendis.Pinxit & dæmonem athenienſium argumento quoque ingenioſo.Volebat
nanque uarium iracundum:iniuſtum:inconſtantem.Eundem uero exorabilem:clementem: miſericordẽ
excelſum:glorioſum:humilem:ferocem:fugacemq;:& omnia pariter oſtendere. Idem pinxit & Theſea
qui Romæ in capitolio fuit.Et Nauarchum thoracatum. Et in una tabula quæ eſt rhodi: Meleagrum:
Herculem:Perſea.Hæc ibi ter fulmine ambuſta:ne oblitterata hoc ipſo miraculum auget.Pinxit & Ar-
chigallum:quam picturam amauit Tiberius princeps:atq; ut auctor eſt Decius eculeo.lx. ſeſtertiis æſti
matam cubiculo ſuo incluſit.pinxit & Creſſam nutricem:infantemq; in manibus eius.Et philiſcum & Li
berum patrem aſtante uirtute:& pueros duos:in quibus ſpectatur ſecuritas & ſimplicitas ætatis. Item
ſacerdotem aſtante puero cum acerra & corona.Sunt & duæ picturæ eius nobiliſſimæ hoplitides. Alter
in certamine ita decurrens:ut ſudare uideatur.Alter arma deponens ut anhelare ſentiatur. Laudatur &
Aeneas Caſtorque ac pollux in eadem tabula.Item Thelephus Achilles:Agamẽnon: Vlixes fœcundus
artifex.Sed quo nemo inſolentius & arrogantius ſit uſus gloria artis.Nam & cognomina uſurpauit ab-
rodiætum

rodiærū ſe appellando:aliiſq; uerbis principem artis & eam ab ſe cōſumatam. Super omnia Apollinis ſe radice ortum: & Herculem quem lyndi fecerat talem a ſe pictū:qualem ſæpe in quiete uidiſſet. Ergo magnis ſuffragiis ſuperatus a Timanthe eſt ſami in Aiace:armorum quoq; iudicio Herois nomine id ſe moleſte ferre dicebat:ꝙ iterum ab indigno uictus eſſet. Pinxit & in minoribus tabellis libidines eo genere & petulantibus iocis ſe reficiens. Nam Timanthi uel plurimum affuit ingenii. Eius enim eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata. Qua ſtante ad aras peritura cum mœſtos pinxiſſet omnes: præcipue patruū cum triſticiæ omnem imaginem conſumpſiſſet patris ipſius uultum uelauit: quem digne non poterat oſtendere. Sunt & alia ingenii eius exemplaria ueluti Cyclops dormiens in paruula tabula. Cuius & ſic magnitudinem exprimere cupiens pinxit iuxta ſatyros thyrſo pollicem eius metientes: atq; in omnibus eius operibus intelligitur plus ſemper q̄ pingitur. Et cum ars ſumma ſit:ingenium tamen ultra artem ē. Pinxit & heroa abſolutiſſimi operis:arte ipſa complexus uires pingendi:quod opus nunc romæ in templo Pacis eſt. Euxinidas hac ætate docuit Ariſtidem præclarum artificem. Eupompus pamphilum apellis præceptorem. Eſt eupompi uictor certamine gymnico palmam tenens. Ipſius auctoritas tanta fuerit ut diuiſerit picturam in genera tria:quæ ante eum duo fuere helladicū & aſiaticū:aſiaticaū ppellabāt pp hunc qui erat ſycionius. Dimiſſo helladico tria facta ſunt. Ionicum:ſycionium:atticum. Pamphili pictura eſt cognatio & prœlium ad phliuntem & uictoria athenienſium. Item Vlixes in rate. Ipſe macedo natione:ſed primus in pictura omnibus litteris eruditus. præcipue arithmetice & geometrice: ſine quibus negabat artem perfici poſſe. Docuit neminem minoris talento annis decem:quam mercedem & Apelles & Melantius ei dedere. Et huius auctoritate effectum eſt ſicyone primum: deinde & in tota græcia: ut pueri ingenui ante omnia graphicem:hoc eſt picturam in buxo docerētur:recipereturq; ars ea in primū gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit:ut ingenui eam exercerent: mox ut honeſti perpetuo interdicto:ne ſeruitia docerentur. Ideo neq; in hac neq; in toreutice ullius qui ſeruierit opera celebrantur. Clari etiam centeſimaſeptima olympiade ex[illegible]ion & Therimachus. Echionis ſunt nobiles picturæ Liber pater:item tragœdia & comœdia.S[illegible]is ex ancilla adipiſcēs regnum: anus lampadas præferens: & noua nupta uerecundia notabilis. Verum & omnes prius genitos futuroſq; poſtea ſuperauit apelles eo uſq; olympiade centeſima.xii.in pictura prouectus:ut plura ſolus prope q̄ cæteri omnes contulerit:uoluminibus editis quæ doctrinam eam continent. Præcipua eius in arte uenuſtas fuit:cum eadē ætate maximi pictores eſſent:quorum opera cum ammiraretur:collaudatis omnibus: deeſſe iis unam illam uenerem dicebat:quam græci charita uocant. Cætera omnia contigiſſe. Sed hac ſoli ſibi neminem parem. Et aliam gloriam uſurpauit:cum Prothogenis opus immenſi laboris ac curæ ſupra modum anxie miraretur. Dixit enim omnia ſibi cum illo paria eſſe:aut illi meliora:ſed uno ſe præſtare: ꝙ manū ille de tabula neſciret tollere:memorabili præcepto:nocere ſæpe nimiam diligentiam. Fuit autem non minoris ſimplicitatis q̄ artis. Nam cedebat amphioni de diſpoſitione: & Aſclepiodoro de menſuris: hoc eſt quanto quid a quo diſtare deberet. Scitum eſt inter Prothogenem & eum quod accidit. Ille rhodi uiuebat.

Quo cum apelles adnauigaſſet: auidus cognoſcendi opera eius fama tantum ſibi cogniti:continuo officinam petiit. Aberat ipſe:ſed tabulam magnæ amplitudinis ī machinam aptatam picturæ anus una cuſtodiebat. Hæc prothogenem foris eſſe reſpondit:interrogauitq; a quo quæſitum diceret. Ab hoc inquit Apelles arreptoq; penicullo lineam ex colore duxit ſummæ tenuitatis per tabulam. Reuerſo prothogeni quæ geſta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum ſubtilitatem dixiſſe. Apellem ueniſſe. Non enim cadere in alium tam abſolutum opus. Ipſus tunc alio colore tenuiorem lineam ī ipſa illa duxiſſe: præcepiſſeq; abeuntem ſi rediſſet ille:oſtenderet:adiiceretq; hunc eſſe quem quæreret:atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles:ſed uinci erubeſcens:tertio colore lineas ſecuit:nullum relinquēs amplius ſubtilitati locum:at Prothogenes uictum ſe confeſſus in portum deuolauit: hoſpitem quærens.

Placuitq; ſic eam tabulam poſteris tradi: omnium quidem:ſed artificum præcipue miraculo. Conſumptam eam conſtat priore incendio domus Cæſaris in palatio. Auide ante a nobis ſpectatam ſpatioſiore amplitudine:nihil aliud continentem q̄ lineas uiſum effugientes. Inter egregia multorum opera inani ſimilem & eo ipſo allicientem omniq; opere nobiliorem. Apelli fuit alioquin perpetua conſuetudo nunq̄ tam occupatam diem agendi:ut non lineam ducendo exerceret artem:quod ab eo in prouerbium uenit. Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus: atq; poſt ipſam tabulam latens: uitia quæ notarentur aſcultabat:uulgum diligentiorem iudicem q̄ ſe præferens. Feruntq; a ſutore reprehenſum ꝙ in crepidis una intus pauciores feciſſet anſas. Eodem poſtero die ſuperbe emendationem priſtinæ ammonitionis cauillante circa crus indignatum proſpexiſſe:denuntiantem ne ſupra crepidā ſutor iudicaret:quod & ipſum in prouerbium uenit. Fuit enim & comitas illi:propter quam & gratior Alexādro magno erat: frequenter in officinam uentitanti. Vnde ut iam diximus:ab alio pingi ſe uetuit inueterato edicto. Sed & in officina imperite multa diſſerenti ſilentium comiter ſuadebat: rideri eum dicens a pueris qui colores

De megabyzo hoc referunt.

tererent. Tantum auctoritatis & iuris erat et in regem alioquin iracundum. Quãquam Alexãder & honorem clariſſimo præbuit exemplo. Nanq; cum dilectæ ſibi ex pallacis ſuis præcipue nomine Cãpaſpen nudã pingi ob ãmirationem formæ ab Apelle iuſſiſſet: eũq; cum pareret captum amore ſenſiſſet: dono dedit eam. Magnus animo maior imperio ſui: nec minor hoc facto q̃ uictoria aliqua. Quippe ſe uicit: nec thori tantum ſuum: ſed etiã affectum donauit artifici: ne dilectæ quidẽ reſpectu motus ut quæ mõ regis fuiſſet modo pictoris eſſet. Sunt qui uenerem Anadyomenen illo pictam exemplari putant. Apelles & ĩ æmulis benignus Prothogeni dignationẽ primus rhodi cõſtituit. Sordebat ille ſuis: ut plerunq; domeſtica. Percõtantiq; quanti licitaretur opera effecta: paruum neſcio quid dixerat. at ille quinquagenis talentis popoſcit famãq; diſperſit ſe emere: ut pro ſuis uenderet. Ea res concitauit rhodios ad intelligendum artificem: nec niſi augentibus pretium ceſſit. Imaginum ille ſimilitudines adeo indiſcrete pinxit: ut incredibile dictu appion grãmaticus ſcriptum reliquerit: quendam ex facie hominum ad diuinantẽ: quos Metopoſcopos uocant ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos aut præteritæ. Non fuerat ei gratia in comitatu Alexandri cũ Ptolomæo: quo regnante alexandriam ui tempeſtatis expulſus ſubornato fraude æmulorum Plano regio inuitatus ad regis cœnam uenit. Indignantiq; Ptolomæo: & uocatores ſuos oſtendenti ut diceret a quo eorum inuitatus eſſet: arepto carbone extincto e foculo: imaginem in pariete deliniauit: agnoſcente uultum Plani Rege ex inchoato protinus. pinxit & Antigoni regis imaginem altero lumine orbã primus excogitata ratione uitia condendi: obliquam nanq; fecit: ut quod corpori deerat picturæ potius deeſſe uideretur. Laniumq; ea in parte a facie oſtendit: quam totam poterat oſtendere. Sunt inter opera eius expirantium imãgines. Quæ autem nobiliſſima ſint: non eſt facile dictu. Venerem exeuntem e mari diuus auguſtus dicauit in delubro patris Cæſaris: quæ anadyomene uocatur: uerſibus græcis tali opere dum laudatur uicto: ſed illuſtrato. Huius enim inferiorem partem corruptam qui reficeret: non poterat inueniri. Verum ipſa iniuria ceſſit [illegible]loriam artificis cõſenuit hæc tabula cariæ: Aliamq; pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo Dorothei manu: Apelles inchoauerat aliam Venerem cois: ſuperaturus etiam ſuã illam priorem. Inuidit mors peracta parte: nec qui ſuccederet operi ad præſcripta liniamenta inuentus ẽ. pinxit & Alexandrum magnum fulmen tenentem in templo epheſiæ Dianæ. xx. talẽtis auri. Digiti eminere uidentur: & fulmen extra tabulam eſſe. Sed legentes meminerint: omnia ea conſtare quattuor coloribus. Immane tabulæ pretium accepit aureos menſura non numero. pinxit & Megabyzi ſacerdotis Dianæ epheſiæ pompam: Clitum Equo ad bellum feſtinantem: & ei galeam poſcenti armigerum porrigentem. Alexandrum & Philippum quotiens pinxerit enumerare ſuperuacuum eſt. Mirantur eius Abronẽ ſamii & Menandrum regem cariæ rhodii. Item anceum. Alexandriæ Gorgoſthenem Tragœdum. Romæ Caſtorem & pollucem cum uictoria & Alexandro magno. Item belli imaginẽ reſtrictis a tergo manibus Alexandro in curru triumphante. Quas utraſq; tabulas diuus Auguſtus in fori ſui partibus celeberrimis dicauerat ſimplicitate moderata. Diuus Claudius pluris exiſtimauit. In utriſq; exciſa facie Alexandri diui auguſti imaginem ſubdere. Eiuſdem arbitrantur manu eſſe & in antoniæ templo Herculem auerſum: ut quod eſt difficillimum faciem eius oſtẽdat uerius pictura quam promittat. Pinxit & Heroa nudum: eaq; pictura naturam ipſam prouocauit. Eſt & equus eius ſine fuit pictus in certamine quod iudicium ad mutas quadrupedes prouocauit ab hominibus. Nanque ambitu æmulos præualere ſentiens ſingulorum picturas inductis equis oſtendit: apellis tantum equo adhinniuere: idq; poſtea ſemper illius experimentum artis oſtentatur. Fecit & Neoptolemum ex equo aduerſus perſas: Archelaum cum uxore & filia: Antigonum thoracatum cum equo incedentem. Peritiores artis præferunt omnibus eius operibus eundem regem ſedentem in equo. Dianam ſacrificantium uirginum choro mixtam: quibus uiciſſe Homeri uerſus uidetur idipſum ſcribentis. Pinxit & q̃ pingi nõ poſſunt tonitrua: fulgetra: fulguraq;: brõten: aſtrapen: ceraunobolon appellant. Inuenta eius & cæteris eius profuere in arte. Vnum imitari nemo potuit: quod abſoluta opera atramento illinebat ita tenui: ut idipſum repercuſſu claritates oculorum excitaret: cuſtodiretque a puluere & ſordibus: ad manum intuenti demum appareret. Sed & tum ratione magna: ne colorum claritas oculorum aciem offenderet ueluti per lapidem ſpecularem intuentibus e lõginquo. Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret: Aequalis eius fuit ariſtides tebanus. Is omnium primus animum pinxit & ſenſus omneis expreſſit: quos uocant græci ethe. item perturbationes: durior paulo in coloribus. Huius pictura: oppido capto ad matris moriẽtis ex uulnere mãmam adrepens infans. intelligiturq; ſentire mater: & timere ne emortuo lacte ſanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander magnus tranſtulerat pellam in patriam ſuam. idem pinxerat prœlium cum perſis centum homines ea tabula complexus pactuſque in ſingulos mnas denas a tyranno elatenſium Mnaſone. Pinxit & currentes quadrigas. Et ſupplicantem pene cum uoce. Et uenatores cum captura. Et Leontionem pictorem. Et Anapauomenon propter fratris amorem morientem. item Liberum patrem & ariadnen ſpectatos Romæ ĩ æde Cereris Tragœdum & puerum apollinis. Cuius tabulæ gratia iterit

Megalobyzi Cledicum

Sine fine dictus.

pictoris

pictoris inſcitia:cui tergendam eam mandauerat.M.Iunius prætor ſub die ludorum appollinariũ.Spe-
ctata eſt in æde fidei in capitolio imago ſenis cum lyra puerum docentis.Pinxit & ægrum ſine fine lauda
tum . Qua in arte tantum ualuit : ut Attalus rex unam tabulam eius centum talentis emiſſe tradatur.
Simul ut dictum eſt & Protogenes floruit patria ei caunus gentis rhodiis ſubiectæ.Summa eius pauer-
pertas initio artiſq; ſumma intentio:& ideo minor fertilitas.Quis eum edocuerit:non putant conſtare.
Quidam & naues pinxiſſe uſq; ad annum quinquageſimum.Argumentũ eſſe:ꝙ cũ athenis celeberrimo
loco Mineruæ delubro Propyleon pingeret ubi fecit nobilem Paralum & Hemionida:quam quidã nau
ſicam uocant:adiecerit paruulas naues longas in iis:quæ pictores parerga appellant:ut apperet a quibuſ
initiis ad arcem oſtentationis opera ſua perueniſſent.Palmam habent tabularũ eius Ialyſus:qui eſt uſque
hodie Romæ dicatus in templo Pacis:quem cum pingeret:traditur madidis lupinis uixiſſe: quoniam ſi
mul famẽ ſuſtinerent & ſitim:ne ſenſus nimia dulcedine obſtrueret. Huic picturæ quater colorem indu-
xit contra ſubſidia iniuriæ & uetuſtatis:ut decedente ſuperiore inferior ſuccederet.Eſt in ea canis mire fa-
ctus:ut quem pariter caſus & ars pinxerit.Nõ iudicabat ſe exprimere in eo ſpumam anhelantis cum ĩ re-
liqua omni parte quod difficillimum erat:ſibi ipſe ſatiſfeciſſet . Diſplicebat autẽ ars ipſa:nec minui pote-
rat:& uidebatur nimia ac longius a ueritate diſcedere:ſpumaq; illa pingi non naſci ex ore anxio animi cru
ciatu cum pictura uerum eſſe non ueriſimile uellet:abſterſerat ſæpius:mutaueratq; penicillum:nullo mo
do ſibi approbans.Poſtremo iratus arti quod intelligeretur:ſpongiam eam impegit inuiſo loco tabulæ:
ex illaq; repoſuit ablatos colores:qualiter cura optauerat:fecitq; in pictura fortuna naturam.Hoc exem-
plo ſimilis & Nealtem ſucceſſus in ſpuma equi ſimiliter ſpõgia impacta ſecutus dicitur cum pingeret po
pizonta retinentẽ equum.Cum ita prothogenes monſtrauit & fortuna.propter hunc Ialyſum ne crema-
ret tabulas Demetrius Rex:cum ab ea parte ſola poſſet rhodũ capere:non incendit:& parcẽtemq; pictu
ræ fugit occaſio uictoriæ.Erat nũc pthogenes in ſuburbano hortulo ſuo hoc eſt Demetrii caſtris.Neque
interpellatus prœliis inchoata opera intermiſit omnino:ſed accitus a rege interrogatuſq; qua fiducia ex-
tra muros ageret:reſpõdit:ſcire ſe illi cũ rhodiis bellũ eſſe nõ cũ artibus.Diſpoſuit ergo rex in tutelã eius
ſtationes:gaudens ꝙ poſſet manus ſeruare qbus iã pepcerat:& ne ſæpius auocaret: ultro ad eũ uenit ho
ſtis.Relictiſq; uictoriæ ſuæ uotis inter arma & murorum ictus ſpectauit artificem. Sequiturq; tabulam
eius temporis hæc fama:ꝙ eam prothogenes ſub gladio pinxerit. Satyrus hic eſt: quem Anapauomenõ
uocant:ne quid deſit temporis eius ſecuritati tibias tenens.Fecit & Cydippen Triptolemum : Cyliſcum
tragœdiarum ſcriptorem meditantem & Athletam:& antigonum regem:& imaginem matris Ariſtote
lis philoſophi:qui ei etiam ſuadebatur Alexandri magni opera pingeret: propter æternitatem rerum.
Impetus animi & libido in hæc quædam artis eum potius tulere:Nouiſſime pinxit Alexãdrum ac pana.
Fecit & ſigna ex ære:ut diximus.Eadem ætate Aſclepiodorus fuit:quem in ſymmetria mirabatur.Apel-
les Huic Mnaſon tyrannus pro.xii.diis dedit in ſingulos mnas tricenas. Idemq; Theomneſto in ſingu-
los heroas mnas cẽtenas.His annumerari debet Nicomachus Ariſtodemi filius:ac diſcipulus.Pinxit hic
raptum Proſerpinæ.Quæ tabula fuit in capitolio in Mineruæ delubro ſupra ædiculam iuuentutis.Et in
eodem capitolio alia quam Plancus imperator poſuerat uictoria quadrigam in ſublime rapiens.Hic pri
mus Vlixi addidit pileum.Pinxit & apollinem & Dianam:Deumq; matrem in leone ſedentem.Et item
nobiles bacchas arreptantibus ſatyris.Scyllamq; quæ nunc eſt romæ in templo Pacis . Nec fuit alius in
ea arte uelocior.Tradunt nãq; conductum eum ab ariſtrato ſicyoniorum tyranno ad pingendum:quod
is faciebat Teleſti poetæ monumentũ:præfinito die intra quẽ pageretur:nec multo ante ueniſſe: accẽſo ĩ
pœnã tyranno: pauciſq; diebus abſoluiſſe celeritate & arte mira.Diſcipulos habuit ariſtidem fratrẽ & ari
ſtoclem filiũ & Philoxenum eretriũ . Cuius tabula nullis poſtferẽda Caſſandro regi picta:cõtinuit alexã
dri prœlium cum Dario.Item pinxit & laſciuiam: ĩ qua tres Sileni comeſanť.Hic celeritatẽ præceptoris
ſecutus:breuiores etiãnũ quaſdã picturæ uias & compẽdiarias inuenit:annumeratur his & Nicophanes
elagans & concinus:ita ut uetuſta opera pingeret propter æternitatem rerũ impetuoſi animi:& cui pauci
comparentur.Coturnus ei & grauitas artis.Multum a Zeuſide & apelle abeſt apellis diſcipulus Perſeus
ad quem de hac arte ſcripſit : qui huius fuit ætatis . Ariſtidis Thebani diſcipuli fuerunt : & filii Niceros
& ariſtippus : cuius eſt Satyrus cum ſcypho coronatus . Diſcipuli eius fuerunt antorides & Euphra-
nor:de quibus mox dicemus.Nanq; ſubtexi par eſt:minoris picturæ celebres ĩ penicillo e quibus fuit Py
reicus:arte paucis poſtferendus.Propoſito neſcio an deſtruxerit ſe:quoniam humilia quidem ſecutus hu
milítatis tamen ſummam adeptus eſt gloriã.Tonſtrinas ſutrinaſq; pinxit & aſellos & obſonia ac ſimilia:
ob hoc cognominatus Rhyparographos.In iis cõſummatæ uoluptatis.Quippe eæ pluris ueniere q̃ ma
ximæ multorum.E diuerſo mediana ut inquit Varro omnia operiebat.Serapionis tabula ſub ueteribus
Hic ſcœnas maxime pinxit:ſed hominem pingere non potuit.Contra Dionyſius nihil aliud q̃ homines
pinxit:ob hoc anthropographus cognominatus.parua & Calicles fecit,Item calaces comicis tabellis.Vtraq;

Subſidio ĩiuriæ & ue tuſtatis uł ſubſidio cõtra iniuriã uetuſtatis.

Thlepolemum uetuſti cod.

Ariſton.

Meniana

Antiphilus. Nam & Heſionam nobilem pinxit: & Alexandrum ac philippum cum Mineruа: qui ſunt
in ſchola in octauiæ porticibus & philippi. Liberum patrem: alexãdrũ puerũ: Hippolytum taure emiſſo
expaueſcentem ĩ pompeia uero Cadmum & Europẽ. Idemq; iocoſo nomine & gryllum ridiculi habit⁹
pinxit. Vnde hoc genus picturæ gryllus uocatur. Ipſe in ægypto natus didicit a Cteſidemo. Decet non ſi
leri & ardeatis tẽpli pictorẽ præſerti ciuitate donatũ. Ibi & carmine quod eſt in ipſa pictura his uerſibus,

Dignu loco

Dignis digna loco picturis condecorauit.
Reginæ Iunonis ſupremæ coniugis templum.
Marcus Iudius elotas ætolia oriundus:
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc ardea laudat.

Ea ſunt ſcripta antiquis litteris latinis. Non fraudando & Ludio & diui Auguſti ætate: qui primus inſti
tuit amœniſſimam parietum picturam uillas: & porticus: ac topiaria opera: lucos: nemora: colles: piſci-
nas euripos: amnes: littora: qualia quis optarat: uarias ibi obambulãtium ſpecie: aut nauigãtium: terraq;
uillas adeuntium aſellis aut uehiculis. Iam piſcantes: aucupanteſq;: aut uenantes: aut etiam uindemian-

Paluſtri Subcollantium ſpecie

tes. Sunt in eius exemplaribus nobiles plauſtri acceſſu uillæ: ſub collium ſponſione mulieres labentes tre
pidæq; feruntur. plurimæ. Præterea faciles argutiæ: facetiſſimi ſales. Idemq; ſubdialibus maritimas ur-
bes pingere inſtituit blandiſſimo aſpectu minimoq; impendio. Sed nulla gloria artificum eſt: niſi eorum
qui tabulas pinxere eoque uenerabilior apparet antiquitas. Non enim parietes excolebant dominis tan-
tum: nec domos uno in loco manſuras: quæ ex incendiis rapi non poſſent. Caſula Prothegenes contẽtus
erat in ortulo ſuo. Nulla in Apellis tectoriis pictura erat. Nondum libebat parietes totos pingere. Om
nis eorũ ars urbibus excubabat: pictorq; res communis terram erat. Fuit & Arellius romæ celebris pau-
lo ante diuum Auguſtum: niſi flagitio inſigni corrupiſſet artem ſemp alicuius amore fœminæ flagrans:
& ob id deas pingens: ſed dilectarum imagine: itaq; in pictura eius ſcorta numerabantur. Fuit & nuper
grauis ac ſeuerus: idemq; floridas: humilis rei pictor Amulius. Huius erat Minerua ſpectantem aſpe-
ctans quacunq; aſpiceretur. Paucis diei oris pingebat: id quoq; cum grauitate: q; ſemper rogatus q̃q; ĩ ma
chinis. Carcer eius artis domus aurea fuit: & ideo non extant exempla alia magnopere. Poſt eum fuere in
auctoritate Cornelius pinus & Actius priſcus: qui Honoris & uirtutis ædes imperatori Veſpaſiano Au
guſto reſtituendi pinxerunt. Sed priſcus antiquis ſimilior.

De auium cantu compeſcendo: & qui encauſto & penicillo primus lacunaria: & cameras pinxerit:
ſparſimq; precia mirabilia picturarum. Cap. xi.

n On eſt omittenda in picturæ mentione celebris circa Lepidum fabula. Siquidem in triũuiratu
quodã loco deductus a magiſtratibus ĩ nemoroſum hoſpitiũ: minaciter cũ iis poſtero die expo
ſtulauit: ſomnum adẽptũ ſibi uolucrũ cõcentu. At illi draconẽ in lõgiſſima mẽbrana depictũ cir
cũdedere loco. Eoq; terrore aues tunc ſiluiſſe narrantur: & poſtea cognitũ eſt ita poſſe cõpeſci. Cæris pin
gere ac picturã inurere quis primus excogitauerit: non conſtat. Quidam Ariſtidis iuentũ putãt: poſtea
cõſumatam a Praxitele. Sed aliquãdo uetuſtiores encauſticæ picturæ extitere: ut Polygnoti & Nicanoris
& Archeſilai pariorum. Lyſippus quoq; eginæ picturæ ſuæ inſcripſit Enetein: quid profecto nõ feciſſet:

Eucauten. aut encauſen Theſpiis

niſi encauſtica iuẽta. Pamphilus quoq; Apellis præceptor nõ pinxiſſe tm̃ encauſtica: ſed etiã docuiſſe tra-
ditur pauſiã ſicyoniũ primũ ĩ hoc genere nobilẽ Brietis filius hic fuit: eiuſdẽ primo diſcipulus. pinxit & ip
ſe penicullo parietes thebis cũ reficerent̃ quondã a polygnoto picti: multũq; cõparatione ſuperatus exi-
ſtimabat̃: qm̃ non ſuo genere certaſſet. Idẽ & lacunaria primus pingere inſtituit. Nec cameras ante eum
taliter adornari mos fuit paruas pingebat tabellas maximeq; pueros. Hoc æmuli eũ interpretabãt̃ face-
re: qm̃ tarda picturæ ratio eẽt illa. Quamobrẽ daturus celeritatis famã: abſoluit uno die tabellã: quæ uo
cata eſt hemereſios puero picto. Amauit ĩ iuuenta Glyceram municipẽ ſuã iuentricẽ coronaꝝ: certãdoq;
imitatione eius ad numeroſiſſimã florũ uarietatẽ perduxit artẽ illã: poſtremo pinxit illã ſedentem cũ co-
rona. Quæ nobiliſſima tabula appellata eſt ſtephanoplocos: ab aliis ſtephanopolis: quoniã Glycera co-
ronas uenditando ſubſtinuerat paupertatem. Huius tabulæ exẽplar: quod apographon uocãt. L. Lucul
lus duobus talentis emit athenis: pauxias autem fecit & glandes tabulas: ſicut ſpectatam ĩ pompeii por
ticibus boum immo lationẽ. Eam enim picturam primus iuenit: quam poſtea imitati ſunt multi: æqua
uit autem nemo. Ante omnia cum longitudinem bouis oſtendere uellet: aduerſum eum pinxit: nõ trãſ-
uerſum. Vnde & abunde intelligitur amplitudo. Dein cum omnes quæ uolunt eminentia uideri: candi-
cantia faciant: coloremq; cõdiant nigro. Hic totum bouẽ atri coloris fecit: umbræq; corpus ex ipſo dedit.
Magna prorſus arte in equo extanta oſtendens: & in confracto ſolida omnia. Sicyone & hic uitam egit:
diuque fuit illa patria picturæ. Tabulas inde omnes ex publico propter æs alienum ciuitatis addictas
Scauri ædilitas romã trãſtulit: poſt eũ emicuit lõge ãte omnes Euphranor iſthmius olympiade. c. cẽte
ſima. iiii. Is eſt q̃ iter fictores dictus eſt a nobis. Fecit & coloſſos & marmora ac ſcyphos ſculpſit. Docilis
ac laborioſus

ac laborioſus ante omnes: & in quocũq; genere excellens ac ſibi æqualis. Hic primus uidetur & expreſſiſ
ſe dignitates inſignia heroum: & uſurpaſſe ſymmetriam. Sed fuit in uniuerſitate corporum exilior: capi-
tibus articuliſq; grandior. Volumina quoq; compoſuit de ſymmetria & coloribus. Opera eius ſunt: equ-
ſtre prœlium.xii.dii. Theſeus: in quo dixit: eũdem apud parrhaſium roſa paſtum eſſe: ſuum uero carne.
Nobilis eius eſt tabula epheſi. Vlixes ſimulata ueſania bouem cum equo iungens: & Palamedes dux fa-
ſce gladium condens. Eodem tempore fuit & Cyclias: cuius tabulam Argonautas.ΙΙs.c.xliiii. Hortẽſius Cydias
orator mercatus eſt: eiq; ædem fecit in thuſculano ſuo. Euphranoris autem diſcipulus fuit Antidotus.
Huius eſt clypeo dimicans & luctator: tibicemq; inter pauca laudatus. Ipſe diligentior q̃ numeroſior: &
in coloribus ſeuerus. Maxime inclaruit diſcipulo Nicia athenienſi qui diligentiſſime mulieres pinxit. Lu-
men & umbras cuſtodiuit: atq; ut eminerent e tabulis picturæ maxime curauit. Opera eius nemea adue-
cta ex aſia romam a ſyllano: quam ĩ curia diximus poſitam. Item Liber pater in æde Concordiæ. Hiacyn
thus: quem Cæſar Auguſtus delectatus eo ſecum deportauit alexandria capta: Et ob id Tiberius Cæſar
in templo eius dicauit hanc tabulam Dianæ. Epheſi uero eſt Megabyzi ſacerdotis epheſiæ Dianæ ſepul-
chrum. Athenis necromantia Homeri. Hanc uendere noluit Attalo regi talẽtis.lx. potiuſq; patriæ ſuæ
donauit: abundans opibus. Fecit & grandes picturas: in quibus ſunt Calypſo & Io: & Andromeda Ale
xander quoq; in Pompei porticibus præcellens: & Calypſo ſedens. Huic quidem aſcribuntur quadrupe
des. Proſperrimæ canes expreſſit. Hic eſt Nicias: de quo dicebat Praxiteles interrogatus: quæ maxime
opera ſua probaret in marmoribus: quibus Nicias manum admouiſſet. Tantum circũlitioni eius tribue
bat. Non ſatis diſcernitur alius eodem nomine, at hunc eundem quidam faciunt olympiade cẽteſima.xii
Niciæ comparatur: & aliquanto præfertur athenion Maronites Glautionis corinthii diſcipulus: & auſte
rior colore: & in auſteritate iucundior: ut in ipſa pictura eruditio eluceat. Pinxit in templo Eleuſinæ Phi-
larchum: athenis frequentiam quam uocauere polygemneron. Item achillem uirginis habitu occultatum Gynæconi
Vlyxe deprehendente. Et in una tabula quaq; maxime inclaruit: agoſonem cum equo. Quod niſi iuuen tin uetus le
ta obiiſſet: nemo ei compararetur. Eſt & nomẽ Heracliti macedoni. Initio naues pinxit. Captoq; rege per ctio.
ſeo athenas commigrauit. ubi eodem tempore erat Metrodorus pictor. Idemq; philoſophus magnæ in
utraq; ſcientia auctoritatis. Itaq; cum. L. paulus deuicto perſeo petiſſet ab athenienſibus ut q̃ probatiſſi-
mum philoſophum mitterent ſibi ad erudiendos liberos: itemq; pictorem ad triumphum excolendum:
athenienſes Metrodorum elegerunt: profeſſi eundem in utroq; deſiderio præſtantiſſimum: quod edicto
quoq; Paulus indicauit. Timomachus bizantinus Cæſaris dictatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam
ab eo in Veneris genetricis æde poſitas: octoginta talentis uenundatas. Talentum autem atticum ut ait
Varro.xvi. ſeſtertiis taxatur. Timomachi æque laudantur Oreſtes. Iphigenia in tauris & Lecythion agi
litatis exercitator: cognatio nobilium: palliati: quos dicturos pinxit: alterum ſtantem: alterum ſedentem
præcipue tamen ars ei fauiſſe in Gorgone uiſa eſt. Pauſiæ filius & diſcipulus Ariſtolaus e ſeueriſſimis pi-
ctoribus fuit: cuius ſunt Epaminundas: pericles: Medea: Virtus: Theſeus. Imago atticæ plebis: boũ im-
molatio. Sunt quibus & Mechopanes eiuſdem pauſiæ diſcipulus placeat diligentia. quam intelligant ſo
li artifices. Alias durus in coloribus ſed & multus. Nam Socrates iure omnibus placet. Taleſq; ſunt eiuſ
picturæ. Cũ Aeſculapio filiæ Hygia Aegle: panacea Iaſo: & piger qui appellatur Ocnos ſpartũ torquẽs
q̃ aſellus arrodit. Hactenus indicatis in genere utroq; proceribus: non ſilebuntur & primis ꝓximi. Ari-
ſtoclides: qui pinxit ædem Apollinis delphis. Anthiphilus puero ignem conflante laudatur: ac pulchre
alias domo ſplendeſcente: ipſiuſq; pueri ore. Item lanificio: in quo properant omniũ mulieꝝ penſa: pto
læmeo uenante. Sed & nobiliſſimo ſatyro cũ pelle pãtherina: quẽ Apoſcopenõta appellãt. ariſtophõ an
chalo uulnerato ab apro cũ ſocia doloris aſtipale. Numeroſa æque tabula: in qua ſunt priamus: Helena
Credulitas: Vlyxes: Deiphabus: Dolus: androbius pinxit Scyllin ancoras pſicæ claſſis præcidentẽ arte
mõ Danen mirãtibus eã prædonibus. Reginã Stratonicẽ: Herculẽ & Deianirã. Nobiliſſimas ãt q̃ ſunt ĩ
porticibus Octauiæ operibus. Herculem ab oeta mõte Doridos exuſta mortalitate cõſenſu deorum in
cælũ euntẽ. Laumedõtis circa Herculẽ & neptũnũ hiſtoriãm: alcimachus Dioxippũ: q pãcratio olym-
piæ citra pulueris iactũ: q̃ uocãt aconiti: uicit Coneti Nemea. Cteſilochus apellis diſcipulus petulãti pi- tactum
ctura ĩnotuit Ioue Liberũ parturiẽte depicto mitrato & muliebriter ĩgemiſcente ĩter obſtetrices & deaꝝ
clamorẽ. Cteſidemus oecaliæ expugnatiõe & Laodamia. Cleſides reginæ Stratonices ĩiuria: nullo.n. ho-
nore exceptus ab ea: pinxit uoluptatẽ cũ piſcatore: quẽ reginã amare ſermo erat. Eãq; tabulã ĩ portu ephe
ſi ꝓpoſuit: ipſe uelis raptꝰ ẽ: Regia tolli uetuit: utriuſq; ſimilitudĩe mire expſſa Cratinus comœdus athe
nis ĩn põpio pinxit. Eurchides bigã regis cũ uictoria. Eudorus ſcaena ſpectatur. Idẽ & ex ære ſigna fecit. Sollers hic
Iphis Neptũno & Victoria. Habrõ amicitiã & cõcordiã pinxit: & deoꝝ ſimulachra Leõtiſcus aratũ ui- arte ĩgenio
ctorẽ cũ tropheo pſalthriã Leon Sapho. Nicæarchus Venerẽ inter Gratias & cupidinẽ. Herculẽ triſtem ſe operi ſup
inſaniæ pœnitentia, Nealces Venerẽ ſolers in arte ĩgenioſo opi ſuppinxit, Siquidem cum prœlium nauale pinxito

ægyptiorum & perſaꝝ pinxiſſet:quod in nilo:cuius aqua eſt mari ſimilis:factũ uolebat ĩtelligi: argumẽ
toq; declarauit:quod arte nõ poterat:aſellum enim in littore bibentẽ pinxit : & crocodillum inſidiantem
ei.Oenias Syngenicon.Philiſcus officinã pictoris:ignem conflante puero.Phalerion Scyllam. Simoni-
des Agatarchum & Mnemoſinem.Simus iuuenem requieſcentẽ:officinã fullonis:quinquatrus celebrã
tem.Idemq; Nemeſin egregiam.Theodorus uero emungentẽ . idem ab Oreſte matrem & Aegiſtum in
terfici.Bellumq; iliacum pluribus tabulis:quod eſt Romæ in Pphilippi porticibus:& Caſſandram quæ ĩ
concordie delubro.Theontius Epicurum cogitãtem Demetrium regem. Theon Oreſtis inſaniam Tha
myram cytharedũ.Tauriſcus Dioſcobolum:Clytẽneſtram:Paniſcum: polynicem regnũ repetentẽ : &
Capanea.Non omittetur inter hos inſigne exemplum.Nãq; erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris ĩ
tantum ipſe profecit:ut celebrem etiam diſcipulum ipſe reliquerit Paſiam fratrem Egenitæ fictoris.Illud
uero per quã rarum ac memoria dignum etiam ſuprema opera artificum imperfectaſq; tabulas:ſicut Irin
Ariſtidis:Tindaridas Nicomachi:Medeam Thimomachi: & quam diximus Venerẽ Apellis in maiori
ammiratione eſſe:q̃ perfecta.Quippe in iis liniamenta reliqua:ipſæq; cogitationes artificum ſpectantur:
atq; in lenocinio cõmendationis dolor eſt.Manus cum id agerent extinctæ deſiderantur . Sunt etiãnum
nõ ignobiles quidẽ in tranſcurſu tamen dicendi:Ariſtonides:Anaxãder:ariſtobolus ſyrus:archeſilas Ti-
ſicratis filius:Coribas Nicomachi diſcipulus:Carmanides Euphranoris:Dionyſiodorus colophonius:
Diogenes qui cum demetrio rege uixit.Eutymedes:Heraclides macedo: Mydon ſolus Philomachi ſta
Teleclius, tuarii diſcipulus:Mnaſitheus ſicyonius:Mnaſidemus ariſtonidis filius & diſcipulus: Neſſus Habronis
filius Polemnon alexandrinus.Theodorus ſamius & Tadius Nicoſthenis diſcipuli.Xenon Neoclis di-
ſcipulus ſicyonius.Pinxere & mulieres.Timarete Myconis filia Dianam in tabula:quæ epheſi eſt in an-
tiquiſſimis picturæ.Irene Cratini pictoris filia & diſcipula puellam quæ eſt eleuſinæ.Calypſo ſenẽ & præ
Martia in ſtigiatorem Theodorum alciſthene ſaltatorem.Ariſtarete Nearchi filia & diſcipula æſculapium.Lala cy
antiqs lib. zena perpetua uirgo Martia.M.Varronis iuuenta romæ & penicillo pinxit:& caſtro in ebore imagines
nõ legitur. mulierum maxime:& Neapolitanum in grãdi tabula.Suam quoq; imaginem ad ſpeculum . Nec ullius
in pictura uelocior manus fuit.artis uero tãtum ut multum immanitate precii antecederet celeberrimos
eadem ætate imaginum pictores.Sopylon & Dionyſium quorum tabulæ pinacothecas implent.Pinxit
& quædam Olympias:de qua hoc ſolum memoratur:diſcipulum eius fuiſſe Antobolum.In encauſtice
pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat:cæra & ebore ceſtro ideſt uiriculo:donec claſſes pingi cœ-
pere.Hoc tertium acceſſit:reſolutis igni cæris penicillo utendi:quæ pictura in nauibus nec ſole nec ſale uẽ
tiſque corrumpitur.Pingunt & ueſtes in ægypto inter pauca mirabili genere.Candida uela poſtq̃ attriue
re illinentes non coloribus:ſed colorem ſorbentibus medicamentis.Hoc cum fecere non apparet in uelis
ſed in cortina pingi.In feruentes aquas merſa poſt momentum extrahũtur picta.Mirumq; cum ſit unus
in cortina colos:ex illo alius atq; alius ſit in ueſte accipientis medicaminis qualitate mutatus.Nec poſtea
ablui poteſt:ita cortina non dubiæ confuſura colores ſi pictos acciperet.Degerit eos ex uino:pingitq; dũ
coquit.Et aduſtæ ueſtes firmiores fiunt:q̃ ſi non urerentur.

Plaſtices primi inuentores:de ſimulacris & uaſis fictilibus & pretio eorum. Cap.xii.

d E pictura ſatis ſuperq;.Contexuiſſe his & plaſticẽ conueniat:eiuſdem operæ terræ fingere ex ar
gilla ſimilitudines.Dibutades ſicyonius figulus primus inuenit corinthi filiæ opera:quæ cap-
ta amore iuuenis:illo abeunte peregre:umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circũ
ſcripſit.Quibus pater eius impreſſã argilla typum fecit:& cum cæteris fictilibus induratum igni propo
ſuit:eumque ſeruatum in nympheo:donec corinthum Mummius euerteret:tradunt . Sunt qui in ſamo
primos omnium plaſticen inueniſſe Rhoecum & Theodorum tradant multo ante Battiadas corintho
pulſos.Demarathum uero ex eadem urbe profugum qui in etruria Tarquinium priſcum regem populi
Euchinon Roma.genuit:comitatos fictores Euchirapum & Eugrammum:ab iis italiæ traditam plaſticen. Dibu-
tadis inuentum eſt rubricã addere:aut ex rubia cretam fingere.Primuſq; perſonas tegularum extremis ĩ-
bricibus impoſuit:quæ inter initia protypa uocauit.Poſtea idem ectypa fecit.Hic & faſtigia templorum
orta:propter hunc plaſtæ appellari.Hominis aũt imaginem gypſo e facie ipſa primus omniũ expreſſit:
cæraq; in eam formam gypſi infuſa emendare inſtituit Lyſiſtratus ſicyonius frater Lyſippi:de quo dixi-
mus.Hic & ſimilitudinem reddere inſtituit.ante eum quã pulcherrimas facere ſtudebatur.Idem & de ſi
gnis effigiem exprimere inuenit . Creuitque res in tantum : ut nulla ſigna ſtatuæ ue ſine argilla fierent.
Quo apparet antiquiorem hanc fuiſſe ſcientiam q̃ fundendi æris.Plaſtæ laudatiſſimi fuere Dimophilus
&,Gorgaſus.Idemque pictores qui cereris ædem Romæ ad circum maximum utroq; genere artis ſuæ ex
coluerunt:uerſibus inſcriptis græcie:quibus ſignificarũt a dextra opera Dimophili eſſe:a parte leua Gor
gaſi.Ante hanc ædem tuſcanica omnia in ædibus fuiſſe auctor eſt.M . Varro . Ex hac cum reficerentur:
cruſtas parietum excíſas tabulis marginatis incluſas eſſe.Item ſigna ex faſtigiis diſperſa . Fecit & Calco-
ſthenes cruda

ſthenes cruda opera athenis: qui locus ab officina eius ceramicos appellatur. M. Varro tradit ſibi cogni-
tum romæ Poſſunium nomine: a quo factas romæ tubas. Item piſces: quos aſpectu diſcernere a ueris
uix poſſes. Idem magnificat archeſilaum. L. Luculli familiarem: cuius proplaſticem pluris uenire ſolitã
ab artificibus ipſis quam aliorum opera. Ab hoc factam Venerem genetricem in foro Cæſaris: & priuſq̃
abſolueretur: feſtinatione dedicandi poſitam. Deinde ei a Lucullo ſeſtertiis. lx. ſignum fœlicitatis locatũ:
cui mors utriuſq; inuiderit. Octauio equiti romano cratera facere uolenti exemplar e gypſo factum ta-
lento. Laudat & Paſitelem qui plaſticem matrem ſtatuariæ ſculpturæq; & cælaturæ eſſe dixit: & cum
eſſet in omnibus his ſummus nihil unq̃ fecit: anteq̃ finxit. Præterea elaboratã hãc italiæ artem & maxime
etruriæ. Turianumq; a fregellis accitum: cui locaret Tarquinius Priſcus Iouis effigiem in capitolio dicã-
dam. Fictilem eam fuiſſe: & ideo mirari ſolere. Fictiles in faſtigio templi eius quadrigæ: de quibus ſæpe
diximus. Ab hoc eodem factum Herculem: qui hodieq; materiæ nomen in urbe retinet. Hæ enim tum
effigies deum erant laudatiſſimæ. Nec pœnitet nos illorum qui tales coluere. Aurum enim & argentum
ne diis quidem conficiebant. Durant etiamnum pleriſque in locis talia ſimulacra. Faſtigia quidem tem-
plorum etiam in urbe crebra & municipiis mira cælatura & arte firmitateq; æui ſantiora auro certe inno-
centiora. In ſacris quidem etiam inter has opes non murinis cryſtalliniſue: ſed fictilibus prolibatur ſym-
pulis. Inenarrabili terræ benignitate: ſi quis ſingula æſtimet: etiam ut omittantur in frugum uini pomo-
rum herbarum fruticum medicamẽtorum metallorum generibus beneficia eius: quæq; adhuc diximus:
uel quæ aſſiduitate faciant. Figlinarum opera: imbricibus tubulis teguliſq; ad balneas mammatis: uel ad — Hamatis
tecta coctilibus laterculis fundamentiſq;: aut quæ rota fiunt etiam fictilibus doliis ad uina excogitatis: — frontatiſq;
& ad aquas. Propter quæ Numma rex ſeptimum collegium figulorum inſtituit. Quin & defunctos ſeſe
multi fictilibus ſoliis condi maluere: ſicut. M. Varro pythagorico modo in myrti & oleæ atque nigræ
populi foliis. Maior quoq; pars hominum terrenis utitur uaſis. Samia etiamnum in eſculentis laudãtur.
Retinet hanc nobilitatem & Arretium in italia & calicum tantum ſurrentum: aſta pollentia in hiſpania — Vt aſtam
& ſaguntum: in aſia pergamum. Habẽt & trallis opera ſua: & utinam in italia: quoniam & ſic gẽtes no — et pollenti
bilitantur. Et hæc per maria terraſq; ultro citroq; portantur. Inſignibus rotæ officinis erythris. Hodieq; — am
in templo monſtrantur duæ amphoræ propter tenuitatem conſecratæ diſcipuli magiſtriſq; certamine
uter tenuiorem humum circunduceret. Cois laus maxima: hadrianis firmitas. Nonnullis circa hoc ſeue-
ritatis quoq; exemplis. Q. Coponium inuenimus ambitus dammatum: quia uini amphoram dediſſet
dono ei: cuius ſuffragii latio erat. Atq; ut luxu aliqua quoq; auctoritas contingat figlinis tripatinum in
quit Feneſtella appellabat̃ ſumma cœnaꝝ lauticia. Vna erat murenarum: altera lupoꝝ: tertia myxonis
piſcis. Inclinatis iam ſcilicet moribus ut tamen eos præferre græciæ etiam philoſophis poſſimus. Siquidẽ
in Ariſtotelis hæredum auctione. lx. patinas ueniſſe traditur. Nam nos cũ unam Aeſopi tragœdiarũ hi-
ſtrionis in natura auiũ diceremus ſeſtertiis. dc. ſtetiſſe: nõ dubito indignatos legentes. At Hercules Vitel
lius in principatu ſuo. cc. ſeſtertiis condidit patinam Cui faciendæ fornax in campis ex ædificata erat: q̃ñ — Talẽtis. x.
eo peruenit luxuria: ut etiã fictilia pluris conſtẽt: q̃ murrhina. Propter hãc Mutianus altero cõſulatu ſuo — uetus lect.
in cõquæſtione exprobrauit patinaꝝ paludes Vitellio. Memoria non illa fœdiore: cuius ueneno Aſprena
ti reo Caſſius Seuerus accuſator obiiciebat interiſſe. cxxx. conuiuas. Nobilitantur iis oppida quoq;: ut re
gium: & cumæ Samia teſta matris deum ſacerdotes: qui galli uocantur: uirilitatem amputãt. Nec aliter
citra perniciem: ſi. M. Celio credamus qui linguã ſic amputandã obiecit graui ꝓbro: tanq̃ & ipſe iam tũc
eidem Vitellio malediceret. Quid non excogitauit ars? fractis etiam teſtis utendo ſic ut firmius durẽt tu
ſis calce addita: quæ uocant ſignina. Quo genere etiã pauimenta excogitauit.

Terræ uarietates: & de puluere puteolano: & aliis terræ generibus quæ in lapidẽ uertuntur. Cap. xiii.

Erum & ipſius terræ ſunt alia ſegmenta. Quis enim ſatis miret̃ peſſimã eius partem medioq;
u puluerẽ appellatum in puteolanis collibus opponi maris fluctibus: merſumq; ꝓtinus fieri la-
pide unũ expugnabilẽ undis: & fortiorẽ quottidie: utiq; ſi cumano miſceatur cemento. Eadem
eſt terræ natura in cyzicena regione: ſed ibi nõ puluis: ueꝝ ipſa terra qualibet magnitudine exciſa & demer
ſa in mare lapidea extrahitu. Hoc idẽ circa caſſandreã ꝓdunt fieri. Et in fonte gnidio dulci intra octo mẽ
ſes terram lapideſcere. Ab oropo quidẽ aulidẽ uſq; quicquid terræ attingitur mari: mutat̃ in ſaxa: nõ mul
tum puluere puteolano diſtat e nilo harena tenuiſſima ſui parte nõ ad ſuſtinenda maria fluctuſq; frangẽ-
dos: ſed ad bellanda corpora palæſtræ ſtudiis. Inde certe patrobio. Neronis principis liberto aduehebat̃.
Quin & Leonato & Cratero ac Meleagro Alexandri magni ducibus ſabulum hoc portari cum reliquis
militaribus cõmertiis teperio. Plura de hac parte non ſum dicturus: non hercules magis q̃ de terræ uſu in
cæromatis: quibus exercendo iuuentus noſtra corpora uires animorum perdidit.

De parietibus fornaceis & lateritiis & eorum ratione. Cap. xiiii.

q Vid? non & in africa hiſpaniaq; ex terra parietes: quos appellãt fornaceos (quoniã fornacũ mo

do circundari utrinq; duabus tabulis infarciuntur uerius quam ſtruuntur: æuis durant: incorrupti hym
bribus: uentis: ignibus: omniq; cemento firmiores. Spectat etiam nunc ſpeculas Hannibalis hiſpania
terrenaſq; turres iugis montiū impoſitas. Hinc & ceſpitum natura caſtroꝝ uallis accōmodata cōtra flu
minum impetus aggeribus. Illini quidem crates parietum luto: & lateribus crudis extrui quis ignorat?
Lateres non ſunt e ſabuloſo. neq; harenoſo: multoq; minus calculoſo ducendi ſolo ſed e cretoſo & albicā
te: aut ex rubrica. Vel ſi iam ex ſabulo e maſculo certe. Fingūtur optime uere. Nam ſolſtitio rimoſi fiūt:
quos ædificiis non idoneos probant. Quin & intritū ipſum eoꝝ prius q̄ fingant: macerari oportet. Ge
Didoron. nera eoꝝ tria. Lidoron quo utimur: longū ſeſquipede: latū pede. Alterum tetradoron. Tertiū pētadorō:
Græci enim antiqui doron palmū uocabāt: & ideo dora munera: quia manu darētur. Ergo a quattuor &
quinq; palmis prout ſunt: nominantur. Eadem eſt latitudo. Minore in priuatis operibus: maiore ī publi
Maſſia uel cis utuntur In græcia: pithane In aſia & in ulterioris hiſpaniæ ciuitatibus maſſilia & calento fiūt lateres:
maxilia qui ſiccati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicoſa: cum ſubigi poteſt utiliſſima. Græci: præ
terquam ubi e ſilice fieri poterat ſtructura: parietes latericios prætulere Sunt enim æterni: ſi ad perpendi
cuulm fiant. Ideo & ad pubilca opera & regias domos adduntur. Sic extruxere murum athenis: qui
ad montem hymetū ſpectat. Sic patris ædes Iouis & Herculis quanuis lapideas colūnas & epiſtylia cir
cundarent. Domum regiam Attali trallibus. Item ſardibus Crœſi: quam geruſia fecere. Halicarnaſi ma
uſolea: quæ etiam nunc durant. Lacedæmone quidem exciſum lateritiis parietibus opus tectorium pro
pter excellentiā picturæ ligneis formis incluſum romam deportauere in ædilitatæ ad cōmitiū exornādū
Murena & uarro. Quod opus cū per ſe mirum eſſet: tranſlatum tamē magis mirabātur. In italia quoq;
latericius murus areti & meuaniæ eſt. Romæ non fiunt talia ædificia: quia ſeſquipedalis paries: nō pluſq̄
unam contignationem tolerat. Cautumq; eſt: ne communis craſſior fiat: nec intergerinorum ratio patiē.

De ſulphure: alumine: & generibus eorum: & medicinæ. Cap. xv.

Aec ſint dicta de lateribus. In terræ autem reliquis generibus uel maxime natura mira eſt ſul
h phuris: quo plurima domantur. Naſcitur in inſulis æoliis inter ſiciliam & italiam: quas ardere
diximus. Sed nobiliſſimum in melo inſula. In italia quoq; inuenitur in neapolitano cāpanoq;
agro collibus: qui uocantur leucogrei: quod eſt cuniculis effoſum perficiē igni. Genera quattuor. Viuū:
quod græci apyron uocant: naſcitur ſolidum hoc gleboſum. Eo ſolo ex oībus generibus medici utuntur.
Cætera .n. liquore conſtat: & conficiuntur oleo incocta. Viuū autem effo ditur: tranſlucetq; & uiret. Al
teꝝ genus appellant glebam fullonū tantū officinis familiare. Tertio quoq; generi unus tātū eſt uſus ad
ſuffiendas lanas: quoniam candorem tantum mollitiemq; confert. Egula uocatur hoc genus. Quarto
aūt ad ellychnia maxime cōficiendas. Cætero tanta uis eſt: ut morbos comitiales deprahēdat nidore: im
poſitum igni. Luſit & Anaxialus eo candens in calice nouo prunaq; ſubdita circunferens: exardeſcentis re
percuſſu pallorem dirum uelut defunctoꝝ effundēte conuiuiis. Natura eius calfacit: cōcoquit. Sed & di
ſcutit collectiones corpoꝝ: ob hoc talibus emplaſtris malagmatibuſq; miſcetur. Renibus quoq; & lum
bis in dolore cum adipe mire prodeſt impoſitum. Aufert & lichenas a facie cum terrebinthi reſina: & le
pras: Harpaxita uocatur a celeritate auellendi: auelli enim ſubide debet. Prodeſt & ſuſpirioſis linctum.
Purulenta quoq; ex tuſſientibus: & contra ſcorpionū ictus. Vtiligines uiuū nitro mixtum: atq; ex aceto
tritū & illitum tollit. Item lendes in palpebris: aceto ſandaracato ammixto. Habet & ī religionibus locū
ad expiandas ſuffitu domos. Sentitur uis eius & in aquis feruentibus. Neq; alia res facilius accenditur:
quo apparet: ignium uim magnam etiā ei ineſſe. Fulmina & fulgura quoq; ſulphuris odorem habent: ac
lux ipſa eoꝝ ſulphurea eſt. Et bituminis uitia eſt natura: alibi limus: alibi terra. Limus a iudeæ lacu ut
diximus emergens. Tertia in ſyria circa ſydonem oppidum maritimū. Spiſſanē hæc utraq; & in dēſita
tē coeūt. Eſt uero liquidum bitumē ſicut zacynthium & quod a babilone inueitur. Ibi quidem & cādidū
gignitur. Liquidum eſt & apolloniaticum: quæ omnia græci piſſaſphalton appellant ex argumento picis
& bituminis. Gignitur & pingue liquoriſq; oleaci in ſicilia: agragantino fonte īficiens riuū. Incolæ id aurū
diuum panniculis colligunt citiſſime ſic adhæreſcens. Vtunturq; eo ad lucernaꝝ lumina olei uice. Item
ad ſcabiem iumentoꝝ. Sunt qui & naphten de qua in ſecundo diximus uolumine: bituminis generi aſcri
bunt. Verum ardens eius uis ignium naturæ cognata procul abeſt ab omni uſu. Bituminis pbatio ut
quam maxime ſplendeat: ſitq; ponderoſum ac graue. Leue autem modice: quoniam adulteraē pice. Vis
bituminis quæ ſulphuris: ſiſtit diſcutit: attrahit: glutinat. Serpentes nidore fugat accenſum. Ad ſuffuſio
nes oculorum & albugines babylonium efficax traditur: item ad lepras lichenas prurituſq; corporum.
Illinitur & podagris. Omnia autem eius genera incommodos oculorum pilos replicāt. Dentium dolo
ribus medentur ſimul cum nitro illita. Tuſſim ueterem & anhelitus cum uino potum emendat. Diſcen
tericis etiā datur eodem modo. Siſtitq; aluū. Cum aceto uero potū diſcutit cōcretū ſanguinē: & detrahit.
Mitigat lumboꝝ dolores, item articulorum, Cum farina hordeacea impoſitum: emplaſtrū peculiare fa
cit ſui nominis

cit ſui nominis. Sanguinem ſiſtit. Vulnera colligat. Glutinat neruos. Vtuntur etiam ad quartanas bituminis drachma & hedyoſmi pari pondere cum myrrhæ obolo ſubacti Comitiales morbos uſtum deprehendit. Vuluarum ſtrangulationes olfactum diſcutit cum uino & caſtoreo Procidentia ſedis ſuffitu reprimit. Purgationes fœminarum in uino potum elicit. In reliquo uſu æramentis illinitur: firmatq; ea contra ignes. Diximus & tingi ſolidas ex eo ſtatuas & illini. Calcis quoq; uſum præbuit: ita ferruminatis babylonis muris. Placet in ferraris fabrorum officinis tingendo ferro: clauorumq; capitibus: & multis aliis uſibus. Nec minor aut ab eo diſſimilis eſt aluminis opera quod intelligitur ſalſugo terræ. Plura & eius genera. In cypro candidum & nigrum: exigua coloris differentia: cum ſit uſus magni: quoniam inficiendis claro colore lanis cādidū liquidumq; utiliſſimum eſt. Contraq; fuſcis aut obſcuris nigrum. Et aurum nigro purgatur. Fit autem omne ex aqua limoq; hoc eſt terræ exudantis natura. Corriuatum hyeme æſtiuis ſolibus maturatur. Quod fuerit ex eo præcox: candidum fit. Gignitur autem in hiſpania: ægypto: armenia: macedonia: ponto: africa. Inſulis ſardinia melo: lipara: ſtrongyle. Laudatiſſimum ægypto: proximum in melo. Huius quoq; duæ ſpecies: liquidum: ſpiſſumq;. Liquidi probatio: ut ſit lympidum lacteumq; ſine offenſis fricandi: cum quodam igniculo caloris. Hoc phorimō uocāt. An ſit adulteratum: deprehēditur ſucco punici mali. Sincerum enim mixtura ea nigreſcit. Alterum genus eſt pallidæ & ſcabræ naturæ & quod inficitur galla. Ideoq; hoc uocant paraphoron. Vis liquidi aluminis aſtringere: indurare: rodere. Melle ammixto ſanat oris ulcera: papulas: prurituſq;. Hæc curatio fit in balneis duabus mellis partibus: tertia aluminis. Virus alarum ſudoreſq; ſedat. Sumitur pilulis contra lyenis uitia. Pellendūq; pruritum: ac per urinam ſanguinem. Emendat & ſcabiem nitro ac melanthio admixtis. Concreti aluminis unum genus ſchiſton appellant græci in capillamenta quædam caneſcentia dehiſcens. Vnde quidam trichitin potius appellauere. Hoc quoq; fit ex lapide: ex quo & in chalcitin uocant: ut ſit ſudor quidam eius lapidis in ſpumam coagulari. Hoc genus aluminis ſiccat: minuſq; ſiſtit humorem inutilem corporibus. Sed auribus magnopere prodeſt infuſum: uel illitum: uel oris ulceribus: dentibuſq; ſi ſaliua cum eo contineatur. Et oculorum medicamentis inſeritur apte: uerendiſq; ſexus. Coquitur in patinis: donec liquari deſinat. Inertioris eſt & alterum genus quod ſtrigilin uocant. Duæ eius ſpecies: fungoſum atq; omnium ore dilui facile: quod in totum damnatur. Melius pumicoſum: & foraminum fiſtulis ſpongiæ ſimile: rotundumq; natura: candido propius: cum quadam pinguedine ſine harenis friabile: nec inficiens nigritia. Hoc coquitur per ſe carbonibus puris: donec cinis fiat. Optimum ex omnibus quod melinum uocant: ab inſula melo: ut diximus. Nulli uis maior neq; aſtringendi: neq; denigrandi: neq; indurandi. Nullum ſpiſſius. Oculorum ſcabricias extenuat. Combuſtum utilius epiphoris inhibēdis. Sic & ad pruritus corporibus. Sanguinem quoq; ſiſtit in totum foris illitum. Vulſis pilis ex aceto illitum: renaſcentem mollit lanuginem ſummam. Omnium generum uis in aſtringendo. Vnde nomē græcis. Ob id oculorum uitiis aptiſſima ſunt. Sanguinis fluctiones inhibent cum adipe. Sic & īfantium ulcera putreſcentia ulcerū compeſcit cum adipe. Et hydropicorum eruptiones ſiccat. Et auriū uitia cum ſucco punici mali. Et unguium ſcabricias: cicatricumq; duritias: & pterigia ac perniones. Phagedenas ulceꝝ ex aceto: aut cū galla pari pondere cremata. Lepras cū ſucco olerum. Cum ſalis uero duabus partibus uitia quæ ſerpūt. Lendes & alia capilloꝝ animalia permixtum aquæ. Sic & ambuſtis ꝓdeſt: & furfuribus corpoꝝ cum ſero pice. Infundit & diſentericis. Vuam quoq; ī ore comprimit: ac tonſillas. Ad omnia quæ ī cæteris generibus diximus efficatius ītelligit ex melo aduectū. Nam ad reliquos uſus uitæ in coriis laniſq; ꝑficiēdis: quāti ſit momenti: ſignificatū eſt. Ab his per ſe omnia ad medicinas pertinētia terre genera tactabimus.

Strongylen. Dioſ.

Cum cæra & pice. Dioſco.

De terra ſamia & eretria & chia & ſelinuſia & pnigiti & ampeliti medicinæ. Cap. xvi.

ſ Amiæ duæ ſunt: quæ ſyropicon: & quæ aſter appellantur. prioris laus: ut recēs ſit: & leuis: linguæq; glutinoſa. Altera globioſior: candida. Vtraq; uritur: ac lauat. Sunt qui præferāt priorem. proſunt ſanguinē expuentibus. Emplaſtriſq; quæ ſiccandi cauſa cōponuntur. Oculorum quoq; medicamētis miſcent. Eretria totidē differentias habet. Nāq; & alba eſt: & cinerea: quæ præfert in medicina. Probat mollicie: & quod ſi ære prædicatur: uiolaceū reddit colorem. Vis & ratio eius ī medēdo dicta eſt inter pigmēta. Lauatur oīs terra. In hoc enim loco dicemus: perfuſa aqua ſiccataq; ſolibus: iterum ex aqua trita ac repoſita: donec conſidat: & digeri poſſit in paſtillos. Coquitur in calcibus crebro concuſſu eſt in medicaminibus & chia terra candicās. Effectus eius qui ſamiæ. Vſus ad mulierū maxime cutem. Idē & ſelinuſiæ. Lactei coloris eſt hæc: & aqua dilui celerrima. Eadēq; lacte diluta: & tectorioꝝ albaria interpolantur. Pnigitis eretriæ ſimilima eſt grandioribus tantum glebis & glutinoſa: cui effectus idē qui cymoliæ: infirmior tamen. Bitumini ſimillima eſt ampelitis. Experimētum eius: ſi ceræ modo accepto oleo liqueſcat. Et ſi nigricans colos maneat toſtæ. Vſus ad molliendum diſcutiendumq;. Ad hæc medicamentis additur: præcipue in calliblepharis & inficiendis capillis.

Collyrion uet. cod. & Dioſc.

Aera prædducantur.

Cretæ genera ad ueſtium uſus cymolia: ſarda: umbrica: ſaxum: argentariam. Cap. xvii.

e Retæ plura genera. Ex iis cimoliæ duo ad medicos pertinentia. Candidum & ad purpuriſſum inclinans. Vis utriq; ad diſcutiendos tumores: & ſiſtendas fluctiones aceto aſſumpto. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita: puſtulaſq;. Si uero aphronitrum & cyprium ad miſceatur & acetum: pedum tumores ſanat: ita ut in ſole curatio hæc fiat: & poſt ſex horas aqua ſalſa abluatur. Teſtium uero tumoribus cypria cæra addita prodeſt & refrigerandi quoq; natura cretæ eſt: ſudoreſq; imodicos ſiſtit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uino ſumpta in balneis: laudatur maxime theſſalica. Naſcitur & in lycia circa bubonẽ: eſt & alius cimoliæ uſus in ueſtibus. Nã ſarda quæ affertur de ſardinia: candidis tantũ aſſumitur. Inutilis uerſicoloribus: eſt & utiliſſima oĩum cimoliæ generum: precioſior umbrica: & quam uocant ſaxũ. Proprietaſq; ſaxi: q; creſcit in macerando: atq; pondere emitur: illa menſura. Vmbrica nõ niſi poliendis ueſtibus aſſumitur. Neq; n. pigebit hanc quoq; partẽ attingere: cũ lex metella extet fullonibus dicta: quã. C. Flãminius & L. Aemilius cẽſores dedere ad populum ferendã. Adeo omnia maioribus curæ fuere. Ergo ordo hic eſt. Primum abluitur ueſtis ſarda: dein ſulphure ſuffit̃: mox deſquãmatur cimolia: quæ eſt coloris ueri. Fucatus enim deprehenditur: nigreſcitq;: & effunditur ſulphure. Veros autem & præcioſos colores emollit cymolia: & quodam nitore exhilarat contriſtatos ſulphure candidis ueſtibus ſaxum utilius a ſulphure. Inimicum coloribus. Græcia ꝓ cimolia tympano utitur gypſo. Alia creta argentaria appellatur: nitorem argenteum reddens. Eſt & uiliſſima qua circum præducere ad uictoriæ notam: pedeſq; uenalium trans mare aduectorum donare inſtituerunt maiores. Talemque Plocium mimicæ ſcœnæ conditorem & aſtrologiæ conſobrinum eius Manlium anthiochum: item grãmaticæ Taberium Erotem Eadem naue aduectos uidere proaui.

Tymphaico uel timphetico. Theoph.

Qui & quorum liberti præpoſiti. Cap. xviii.

f Ed quid hos refero aliquo litterarum honore cõmendatos? Talẽ in cataſta uidere Chryſogonum Syllæ: Amphionem. Q. Catuli interfectorem: Heronẽ. L. Luculli: Demetriũ Pompeii: augẽq; demetrii. q̃q̃ & ipſa Pompeii credita eſt & Hiparchum. M. Antonii Menam & Menecratem Sex. Põpeii: alioſq; deinceps: quos enumerare iam nõ eſt: e ſanguine quiritiũ & proſcriptionum licentia ditatos. Hoc eſt inſigne uenaliciis gregibus: opprobriũq; inſolẽtis fortunæ: q̃ & nos adeo potiri rerum uidimus: ut prætoria quoq; ornamenta decerni a ſenatu iubente aggrippina Claudii Cæſaris uiderimus libertis. Tantumq; non cum laureatis faſcibus remitti illo unde cretatis pedibus adueniſſent.

Amphionem uetus lectio non habet. Menedorum

Terra gelata: terra clupea: terra balearica. terra ebuſitana. Cap. xix.

p Ræterea ſunt genera terræ proprietatis ſuæ: de quibus iam diximus. Sed & hoc loco reddenda natura. Et galata inſula & circa clupeam africæ ſcorpiones necat: balearis & ebuſana ſerpentes.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVI.

## PROOEMIVM.

Naturæ lapidum ac marmorum luxuria. Cap. i.

l Apidum natura reſtat: hoc eſt præcipua morum inſania: etiam ut gemmæ cum ſuccinis atq; criſtalli cum murrinis ſileantur. Omnia nãq; quæ uſq; ad hoc uolumen tractauimus homini aliqua ex cauſa genita uideri poſſunt. Montes natura ſibi fecerat ad quaſdam compages telluris uiſceribus denſandis: ſimul ad impetus fluminum domandos: fluctuſq; frangendos: ac minime quietas partes coercẽdas duriſſima ſui materia. Cædimus hos: trahimuſq; nulla alia q̃ deliciaꝶ cauſa: quos tranſcendiſſe quoq; mirum fuit. In portento prope habuere maiores alpeis ab Hãnibale exuperatas: & poſtea a cimbris. Nunc ipſæ cæduntur in mille genera marmoꝶ. Promontoria aperiuntur mari: & rerum natura agitur in planum Euehimus ea quæ ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant: naueſque marmorum cauſa fiunt: ac per fluctus ſæuiſſimam rerum naturæ partem: huc illucque portantur iuga montium. maiore etiamnum ueſania: q̃ cum ad frigidos potus uas petitur in nubila Cæloq; proximæ rupes cauanť: ut bibatur glacie. Secum quiſq; cogitet quæ pretia hoꝶ audiat: quaſ uehi trahiq; moles uideat. Sed & q̃ ſine his multoꝶ fuerit beatior uita: ad q̃q; multorum neces ſit neceſſe iſta fecere: immo uerius pati mortaleis: quos ad uſus: quaſue ad uoluptates alias niſi ut inter maculas lapidũ iaceant: ceu uero nõ tenebris noctiũ dimidiæ parti uitæ cuiuſq; gaudia hæc auferẽtibus. Ingẽs iſta reputantẽ ſubit etiã antiquitatis rubor. Extant cenſoriæ leges glandia in cœnis glireſq; & alia dictu minora apponi uetantes. Marmora inuehi: & maria huius rei cauſa tranſiri: quæ uetaret lex nulla lata eſt.

Quis primus in publicis operibus oſtenderit. Cap. ii.

d Icat fortaſſis aliquis: non enim inuehebantur. Id quidẽ falſo. ccclx. colũnas. M. Scauri ædilitate ad ſcœnam theatri tẽporarii & uix uno menſe futuri in uſu uiderunt portari ſilentio legum.

Sed publicis

Sed publicis nimirum indulgentes uoluptatibus.id ipſum cur?aut qua magis uia irrepunt uitia q̄ publi
ca?Enimuero non alio modo in priuatos uſus illa uenere:ebora:aurum:gemmæ: aut quid omnino diis
reliquimus?Verum eſto indulſerint publicis uoluptatibus:etiamne tacuerunt maximas eaꝝ atque adeo
duodequadragenum pedum lucullei marmoris in atrio Scauri collocari: nec clam illud occulteque fa-
ctum eſt.Satiſdari ſibi damni infecti egit redem^d^tor cloacarum cum in palatio extraherentur.Non ergo
in tam malo exemplo moribus caueri utilius fuerat:q̄ tacere tantas moles in priuatamdomū trahi præ-
ter fictilia deorum faſtidia.

Quis primus peregrino marmore columnas habuerit romæ. Cap.iii.

Ec poteſt uideri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepiſſe quodam uitæ rudi-
n mento.Iam enim.L.Craſſum oratorem illum:qui primus peregrini marmoris columnas ha
buit in eodē atrio:hymetias tamē nec plures ſex aut longiores duodenum pedum:quem .M.
Bruttus in iurgiis ob id Venerem palatinam appellauerat.Nimiꝝ iſta omiſere moribus uictis:fruſtraq;
interdicta quæ uetuerant:cernentes:nullas potius q̄ irritas eſſe leges maluerunt. Qui nos ſequuntur me
liores non eſſe probabunt.Quis enim tantarum hodie columnaꝝ atrium habet?Sed prius q̄ de marmo
ribus dicamus hominum in iis præferenda iudicamus pretia.Ante igitur artifices cenſebimus.

Qui primum laudati in marmore ſcalpendo:& quibus temporibus. Cap.iiii.

Armore ſcalpendo primi oīum inclaruerunt Dipoenus & Scyllis geniti increta iſula etiānum
m medis īperantibus:priuſq; q̄ Cyrus in perſis regnare inciperet:hoc eſt olympiade circiter quin
quageſima.Ii ſicyonē ſe contulere:quæ diu fuit officinaꝝ oīum metalloꝝ pria.Deorum quo-
rundam ſimulacra publice ſimul locauerant ſicyonii:quæ prius q̄ abſoluerentur:artifices iniuriam quæ-
ſti abierunt in ætolos.Protinus ſicyonios fames inuaſit ac ſterilitas:mœrorq; dirus:Remedium petenti
bus Apollo pythius affuturum reſpondit:ſi Dipoenus & Scyllis deorum ſimulacra perfeciſſent.Quod
magnis mercedibus obſequiiſque impetratum eſt.Fuere autem ſimulacra ea Apollinis:Dianæ: Hercu-
lis:Mineruæ:quod e cœlo poſtea tactum eſt.

Nobilitates operum & artificum in marmore.cxxvi.de marmore pario & mauſoleo. Cap.v.

Vm ii eſſent:iam fuerant in chio inſula Malas ſculptor:dein filius eius Micciades: ac deinde ne
c pos Anthermus chius:cuius filii Bupalus & Anthermus clariſſimi in ea ſcientia fuere Hippona
ctis poetæ ætate:quē certum eſt.lx.olympiade fuiſſe.Quod ſi quis hoꝝ familiam ad proauum
uſq; retro agat.inueniet artis eius originē cum olympiadū origine cœpiſſe.Hipponacti notabilis fœditas
uultu erat:quamobrē imaginem eius laſciuia iocoꝝ ii ꝓpoſuere ridentium circulis. Quod Hipponax in
dignatus:amaritudine carminū diſtrinxit eos in tm̄:ut credatur aliquos ex iis ad laqueū cōpuliſſe: quod
falſum eſt,Cōplura.n. in finitimis inſulis ſimulacra poſtea facere:ſicut in delo:quibus ſubiecerūt carmen
nō uitibus tantū cenſeri chium:ſed & operibus Anthermi filioꝝ.Oſtendunt & Iaſii Dianā manibus eoꝝ
factam.Et in ipſo chio narrata eſt operis eorum Dianæ facies in ſublimi poſita:cuius uultū intrantes tri
ſtem:abeuntes exhylaratū putant Romæ ſigna eoꝝ ſunt in palatina æde Apollinis in faſtigio . Et oībus
fere quæ Diuus Auguſtus fecit.Patris quoq; eorum & deli fuere opera:& i lebedo iſula.Dipoeni quidem
ambratia:argos:cleone:operibus refertæ fuere.Omnes aūt tantū candido marmore uſi ſunt e paro inſu
la:quē lapidē cœpere lychnitem appellare:quoniā ad lucernas in cuniculis cæderetur:ut auctor eſt Var-
ro:multis poſtea candidioribus repertis.Nuper etiā in lunenſium lapidicinis.Sed in pariorū mirabile ꝑ
dibus:gleba lapidis unius cuneis diuidentium ſoluta imaginē ſileni intus extitiſſe. Non omittendū hanc
artem tanto uetuſtiorē fuiſſe q̄ picturam aut ſtatuariam:quaꝝ utraq; cum phidia cœpit octogeſimater-
tia olympiade:poſt annos circiter.cccxxxii.Et ipſum phidiam tradunt ſculpſiſſe marmora. Veneremque
eius eſſe Romæ in Octauiæ operibus eximiæ pulchritudinis.Alcamenē athenienſem(quod certum eſt)
docuit in primis nobilē:cuius opera athenieſes complura in ædibus ſacris poſuere.Præclaramq; Veneris
imaginem extra muros quæ appellatur aphrodite exopolis . Huic ſummā manum ipſe phidias ipoſuiſ- En cepis.
ſe dicitur.Ipſius diſcipulus fuit Agoracritus parius ei ætate gratus.Itaq; e ſuis operibus pleraq; noī eius pauſ.et ue.
donaſſe fertur.Certauere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda.Vicitq; Alchamenes nō ope- lectio.
re:ſed ciuitatis ſuffragiis cōtra peregrinū ſuo fauentis.Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuū uendidiſſe
traditur:ne athenis eſſet:& appellaſſe nemeſim.Id poſitum eſt rhanunte pago atticæ : quod.M . Varro
omnibus ſignis prætulit.Eſt & in matris magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus . Phidiam
clariſſimum eſſe per omnes gentes quæ Iouis olympii famam intelligunt:nemo dubitat . Sed ut & me-
rito laudari ſciant etiam qui opera eius non uiderunt proferemus argumento paruo & ingenii tantum.
Neque ad hoc Iouis olympii pulchritudine utemur: nō Mineruæ athenis factæ amplitudine:cum ſit ea
cubitorum.xxvi.Ebore hæc & auro conſtat : ſed in ſcuto eius in quo amazonum prœlium cælauit intu-
meſcente ambitu palmæ eiuſdem concaua parte deorum & gigantum dimicationem:in ſoleis uero lapi-

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 508 sur 536

tharum & centaurorum:adeo momenta omnia compacta artis illi fuere. In baſe autem quod cælatum
eſt Pandoras geneſin appellauit. Ibi dii ſunt.xx.numero naſcentes.uictoria præcipue mirabili periti. Mi
rantur & ſeptem:& ſub ipſa cuſpide æream ſpingem. Hæc licet ſint obiter dicta de artifice nunquã ſatis
laudato ſimul ut noſcatur illam magnificentiam æqualem fuiſſe & in paruis. Praxitelis ætatem inter ſta-
tuarios diximus:qui marmoris gloria ſuperauit etiam ſemet. Opera eius ſunt athenis ĩ ceramico:ſed an-
te omnia & non ſolum praxitelis:uerum & in toto orbe terrarum Venus:quam ut uiderent multi naui-
gauerunt gnidum.duas fecerat:ſimulq; uendebat.alteram uelata ſpecie quam ob id quidem prætulerũt
optione:quorum conditio erat coi:cum alteram etiam eodem pretio detuliſſet:ſeuerum id ac pudicũ ar
bitrantes. Reiectam gnidii emerunt:immenſa differentia famæ. Voluit eam poſtea a gnidiis mercari rex
Nicomedes:totum æs ciuitatis alienum:quod erat ingens:diſſoluturum repromittens. Omnia perpeti
maluere:nec ĩmerito. Illo enim ſigno Praxiteles nobilitauerat gnidum.aedicula eius tota aperit̃:ut con-
ſpici poſſit undiq; effigies deæ:fauente ipſa ut creditur facto. Nec minor ex quacunq; parte ammiratio ẽ.
Ferunt amore captum quendã:cum delituiſſet noctu ſimulacro cohæſiſſe:eiuſq; cupiditatis eſſe indicem
maculam. Sunt in gnido & alia ſigna marmorea illuſtriũ artificum. Liber pater Bryaxidis:& alter Sco-
pæ:& Minerua. Nec maius aliud Veneris praxitelicæ ſpecimen q̄ quod inter hæc ſola memoratur. Eiuſ-
dem eſt Cupido obiectus a Cicerone Verri ille propter quẽ theſpiæ uiſebantur. Nunc in Octauiæ ſcho-
lis poſitus. Eiuſdẽ & alter nudus in pario colonia ꝓpontidis par Veneri gnidiæ nobilitate & iniuria. Ad-
amauit enim eum Alchidas rhodius:atq; in eo quoq; ſimile amoris ueſtigium reliquit. Romæ Praxite-
Chlora lis opera ſunt:Flora:Triptolemus:Cæres in hortis ſeruilianis. Boni euentus & bonæ fortunæ ſimulacra ĩ
capitolio. Item Menades:& quas Thyiadas uocant:& Caryatidas & ſileni Aſinii Pollionis monumen-
tis:& Apollo & Neptunus. Praxitelis filius Cephiſodorus & artis hæres fuit. Cuius laudatum eſt perga
Sympleg ma mi ſymplega ſignum nobile:digytis corpori uerius q̄ marmori impreſſis. Romæ eius opera ſunt Lato-
na in palatii delubro. Venus in Aſinii Pollionis monumentis: & intra octauiæ porticus in Iunonis æde
Aeſculapius ac Diana. Scopæ uero laus cum his certãtis. Fecit Venerem & poton & phatehontem: qui
ſamothraciæ ſanctiſſimis in cærimoniis coluntur. Item Apollinem palatinũ. Veſtam ſedentẽ laudatam
in ſeruilianis hortis:duaſq; chameteras circa eam:quoꝝ pares in Aſinii monumentis ſunt. Vbi & Cane-
phorus eiuſdem. Sed in maxima dignatione Cn. Domitii delubro in cyrco flamminio Neptunus ipſe &
Thetis atq; Achilles Nereides ſupra delphinos & cete & hippocampos ſedentes. Item tritones:choruſq;
phorci & priſtes:ac multa alia marina. Eiuſdem manus omnia magnũ & præclarum opus etiam ſi to-
tius uitæ fuiſſet. Nunc uero præter ſupradicta quæq; neſcimus. Mars eſt etiam ſedens: Coloſſus eiuſdẽ
in templo Bruti Callaici apud circum eũdem ad lauicanam portam eunti. Præterea Venus in eodem lo
co nuda praxitelica illam gnidiam antecedentes:& quæcunq; alium locum nobilitãt. Romæ quidem ma
gnitudo operum eſt iam oblitterata a magnis officioꝝ negociorumq; aceruis:quæ omnes a cõtẽplatio
ne talium abducunt:quoniã ocioſorum: & in magni loci ſilentio apta ammiratio talis eſt. Qua de cau-
ſa ignoratur artifex eius quoq; Veneris quã Veſpaſianus imperator ĩ operibus pacis ſuæ dicauit antiquo
rum dignã fama. Parhæſitatio eſt in templo apollinis ſoſiani Nioben cum liberis morientem Scopas an
praxiteles fecerit. Item Ianus pater in ſuo templo dicatus ab auguſto:ex ægypto aduectus: utrius ma-
nu ſit: iam quidẽ & auro occultatus. Similiter in curia octauiæ quæritur de Cupidine fulmen tenẽte. Id
demum affirmatur:Alcibiadem eſſe principem forma in ea ætate. Multa in eadẽ ſchola ſine auctoribus
placent. Satyri quattuor:ex quibus unus liberum patrem palla uelatum Veneri præfert:alter liberam ſi
militer. Tertius ploratum infantis cohibet. Quartus cratere alterius ſitim ſedat:duæq; nymphæ uelificã
tes ſua ueſte. Nec minor quæſtio eſt in ſeptis. Olympum & pana chironemq; cum Achille qui fecerint:
præſertim cum capitali ſatiſdatione fama iudicet dignos. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin:
& Thimotheum:& Locarem:de quibus ſimul dicẽdum eſt:quoniam pariter cælauere mauſoleum hoc
eſt ſepulchrum ab uxore artemiſia factum Mauſolo cariæ regulo:qui obiit olympiadis centeſimæ anno
ſecundo. Opus id ut eſſet inter ſeptem miracula:ii maxime artifices fecere:patet ab auſtro & ſeptentriõe
ſexagenos ternos pedes. Breuius a frontibus toto circuitu pedes quadringentos.xi. attollitur in altitudi-
nem.xxv.cubitis. Cingitur colũnis.xxxvi.ab oriente cælauit Scopas a ſeptentrione Bryax: a meridie Ti-
motheus ab occaſu Leocares. Priuſq; q̄ peragerẽt:regina artemiſia:quæ mariti mẽoriæ id opus extrui iuſ
ſerat:obiit. Non tamen receſſerunt:niſi abſoluto iam. Id gloriæ ipſorum artiſq; monumentum iudican-
tes:hodieq; certant manus acceſſit & quintus artifex. Nanq; ſupra pteron pyramis altitudine inferiorem
æquauit.xxiiii.gradibus in metæ cacumen ſe contrahens. In ſummo eſt quadriga marmorea: quam fecit
pythis. Hæc adiecta.cxl.pedum altitudine:totum opus includit. Timothei manu Diana Romæ eſt in
palatio Apollinis delubro:cui ſigno caput repoſuit aulanius Euander. In magna ammiratiõe eſt & Her
cules Meneſtrati, Et Hecate epheſi in templo Dianæ poſt ædem in cuius contemplationẽ ammonent
æditui parcere

æditui parcere oculis: tanta marmoris radiatio eſt. Non poſtferuntur & charites in propylæis athenien-
ſium: quas Socrates fecit: alius ille q̃ pictor: idem ut aliqui putant. Nam Myronis illius: qui ære lauda-
tur: anus ebria eſt ſmyrnæ in primis inclyta. Pollio Aſinius ut fuit acris uehemntiæ: ſic quoq; ſpectari ſ
monumenta ſua uoluit. In iis ſunt centauri nymphas gerentes Archeſitæ: Theſpiades. Cleomenis: Ocea
nus & Iupiter. Enthochii hippiades Hermerotes Tauriſci nõ cælatoris illius: ſed Tralliani. Iuppiter hoſ
pitalis. Pappipi praxitelis diſcipuli Zetus & Amphion & dirce & Taurus: uinculumq; ex eodem lapide. Pappi
Arhodo aduecta opera apollonii & Tauriſci parentum. Ii certamen de ſe fecere Menecraten uideri pro-
feſſi: ſed eſſe naturalem artemidorum. Eodem loco Liber pater Eutychidis manu laudatur. ad Octauiæ
uero porticum Apollo Philiſci rhodii in delubro ſuo. Itẽ Latona & diana: & muſæ nouem: & alter apol-
lo nudus. Eum qui citharam in eodem templo tenet. Timarchides fecit. Intra Octauiæ uero porticus in
æde Iunonis ipſam deam dionyſius & Polycles. aliam uenerem eodem loco Philiſcus. Cætera ſigna pra-
xiteles. Itẽ Polycles & dioniſius Timarchidis filii Iouem qui eſt in proxima æde fecerunt. Pana & Olym
pum luctanres. Eodem loco Heliodorus: quod eſt alterum in terris ſymplega nobile. Venerem lauan-
tem ſeſe. dædalum aſtantem Polycharmus Ex quo apparet in magni honoris auctoritate habitum Ly-
ſiæ opus: quod in palatio ſuper arcum diuus Auguſtus honori Octauii patris ſui dicauit in ædicula co-
lunnis adornata. Ideſt quadriga curruſq;: & apollo ac diana ex uno lapide. In hortis ſeruilianis reperio
laudatos Calamidis apollinem illius cælatoris. dactylidis Pythias. amphiſtrati Calliſthenem hiſtoria
rum ſcriptorem. deinde multorum obſcurior fama eſt: quorundam claritati in operibus eximiis obſtan-
te numero artificum: quoniam nec unus occupat gloriam: nec plures pariter nuncupari poſſunt: ſicuti in
Laocoonte. qui eſt in Titi imperatoris domo: opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis preponendum
Ex uno lapide eum & liberos: draconumq; mirabiles nexus de conſilii ſententia fecere ſummi artifices
ageſander & Polydorus & athenodorus rhodii. Similiter palatinas domos Cæſarum repleuere proba-
tiſſimis ſignis Craterus cum Pythodoro. Polydectes cum Hermolao: Pythodorus alius cum Artemo
ne. Et ſingularis aphrodiſius trallianis. agrippæ Pantheum decorauit diogenes athenĩẽſis. & Caryatides
In columinis templi eius probantur inter pauca operum ſicut in faſtigio poſita ſigna: ſed propter altitu-
dinem loci minus celebrata. In honore eſt et in templo illo Herculea ad quem pœni omnibus annis hu-
mana ſacrificauerunt uictima humi ſtans ante aditum porticus agnationes ſitæ. Fuere & Theſpiades ad
ædem Fœlilitatis: quarum unam amauit eques romanus Iunius Piſciculus: ut tradit Varro ammiratur
& Praxiteles. qui etiam quinq; ſcripſit uolumina nobilium operum in toto orbe. Natus hic in græcia Ita-
liæ ora & ciuitate romana donatus cum iis oppidis. Iouem fecit eburneum in Metelli æde: qua campus
petitur. Accidit uero ei: ut cum in nauallibus ubi feræ africanæ erant per caueam intuens leonem cælaret:
ut ex alia cauea panthera erumperet non leui periculo diligentiſſimi artificis. Feciſſe opera complura di-
citur: ſed quæ fecerit nominatim non refertur. Archeſilaum quoq; magnificat Varro cuius ſe marmore-
am habuiſſe leænam tradit aligeroſq; ludentes cum ea Cupidines quorum alii religatam tenerent: alii e
cornu cogerent bibere: alii calciarent ſoccos: & omnes ex uno lapide idem & a Coponio. xiiii. natiões quæ
ſunt circa pompeium factas auctor eſt: inuenio & Canacum laudatum inter ſtatuarios: feciſſe marmo-
rea. Nec minus Sauron atq; Bathracum oblitterari conuenit. qui fecere templa Octauiæ porticibus in-
cluſa: natione et ipſi lacones. Quidam et opibus præpotentes fuiſſe eos putant: ac ſua impenſa conſtru-
xiſſe: inſcriptionem ſperantes. Qua negata: hoc tamen alio loco et modo uſurpaſſe. Sunt certe etiamnũ
in colũnarum epyſtiliis inſculpta nominum eorum argumenta rana atq; lacerta: in iouis æde extitiſſe pi ſpiris uet. l.
cturam cultuſq; reliquos omnes fœmineis argumentis conſtat: et enim facta iunonis æde cum inferren-
tur ſigna: permutaſſe geruli traduntur: et id religioni cuſtoditum: uelut ipſis diis ſedem ita partitis. Ergo
et in iunonis æde cultus eſt: qui iouis eſſe debebat. Sunt et in paruis marmoreis famam conſecuti Myr-
mecides: cuius quadrigam cum agitatore cooperuit aliis muſca. Et Callicrates: cuius formicarum pedes Eboreis.
atq; alia membra peruidere non eſt.

Quãdo primũ mamoꝝ in ædificiis uſus: et quis primus romæ cruſtauerit parietes: et q̃bus ætatibus
quæq; marmora ĩ uſum uenerit: et qs primus marmora ſecuerit: et ratio ſacãdi de harena Cap. vi.

h Aec ſint dicta de marmorum ſculptoribus: ſummaq; claritate artificum: quo in tractatu ſu-
bit mentem non fuiſſe tum auctoritatem maculoſo marmori: quam fecere thaſo cycladum in
ſularum una: æque & e leſbio: liuidius hoc paulo uerſicolores quidem maculas habens. Et in
totum marmorum apparatum Menander etiam diligentiſſimus luxuriæ interpres primus et raro atti-
git. Columnis demum utebantur in templis: nec læticiæ cauſa: nondum enim iſta intelligebantur: ſed q̃a
firmiores aliter ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum athenis templum Iouis olympii: ex quo Sylla ca
pitolinis ædibus aduexerat columnas. Fuit tamen inter lapidem atq; marmor differẽtiam iam apud Ho
merum: dicit enim Paridem Ajos marmoreo ſaxo percuſſum. Sed hactenus Regias quoq; domos lauda-
tiſſime tum præter æs: aurum: electrum: argentum: ebore tantum adornans. Primum (ut arbitror) uer-

ſicolores iſtas maculas chiorum lapidicinæ oſtenderunt: cum extruerunt muros: faceto in id. M. Ciceronis ſale omnibus enim oſtendebant ut magnificum. Multo inquit magis mira res eſſet: ſi tiburtyno lapide feciſſetis. Et hercules nõ fuiſſet picturæ honos ullus non modo tantus: aliqua marmorum auctoritate. Secandi marmor in cruſtas neſcio an cariæ fuerit inuentum. Antiquiſſima quod equidem inueniam: Haliacarnaſi Mauſoli domus proconneſo marmore exculpta eſt: lateritiis parietibus. Is obiit olympiadis centeſimæſextæ anno ſecundo. Vrbis romæ anno. ccc. ſecundo. Primum romæ pariet es cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in cælio monte Cornelius nepos tradidit Mamurram formiis natum equitem romanum præfectum fabrorum. C. Cæſaris in gallia. Neq; indignatio ſit tali auctore iuentare. Hic nãq; eſt Mamurra Catuli ueronenſis carbonibus proſciſſus: quem ut res eſt: domus ipſius clarius q̄ Catullus dixit habere: quicquid habuiſſe comata gallia. Nanq; adiecit idem Nepos eum primum totis ædibus nullam niſi e marmore columnam habuiſſe: omnes ſolidas e cariſtio aut lunenſi. Deniq;. M. Lepidus Catuli in conſulatu collega primus omnium limina ex numidico marmore i domo poſuit magna reprehenſione. Is fuit conſul anno urbis. dc. lxvi. Hoc primum inuecti numidici marmoris ueſtigium inuenio: non in columnis tantum cruſtiſue ut Mamurra cariſtium poſuit: ſed in maſſa & uiliſſimo liminum uſu. Poſt hunc Lepidum ferme quadriennio. L. Lucullus conſul fuit: qui nomen (ut apparet ex re) lucullæo marmori dedit: admodum delectatus illo primuſq; romam inuexit atrum alioquin cum cætera maculis aut coloribus commendentur. Naſcitur autem in nilo inſula: ſolumq; pene horum, marmorum ab amatore nomen accepit. Inter hos primum (ut arbitror) marmoreo ſparietes habuit ſcena. M. Scauri: non facile dixerim ſectos an ſolidis glebis politos: ſicuti eſt hodie Iouis tonantis ædes in capitolio. Nondum enim ſecti marmoris ueſtigia inuenerat italia. Sed quiſquis primum inuenit ſecare luxuriamq; diuidere: importuni ingenii fuit. Harena hoc fit: & ferro uidetur fieri ſerra in prætenui linea premente harenas uerſando tractuq; ipſo ſecante. Aethiopica ad hoc maxime probatur. Nam id quoq; acceſſit: ut ad æthiopas uſq; peteretur: quod faceret marmora. Immo uero etiam in indos unde margaritas quoq; peti ſeueris moribus indignum erat Hæc proxime laudatur. Mollior tamen quæ ex æthiopia. Illa enim nulla ſcabricie ſecat: Indica õn æque leuigat: ſed ea combuſta polientes marmora fricare iubentur. Simile & naxiæ uitium eſt & coptidi: quæ uocatur ægyptia. Hæc fuere antiqua genera marmoribus ſecandis. Poſtea reperta eſt ars: non minus probanda: ex quodam hadriatici maris uodo æſtu nudante obſeruatione non facili. Iam quidem quacunq; harena ſecare e fluuiis omnibus fraus artificum auſa eſt: quod diſpendium admodum pauci intelligunt. Craſſior enim harena laxioribus ſegmentis terit: & plus erodit marmoris: maiuſq; opus ſcabricia poliuræ relinquit. Ita ſectæ attenuantur cruſtæ. Rurſuſq; thebaica polituris accommodatur. Et quæ fit e Poro lapide aut e pumice. Signis e marmore poliendis: gemmiſq; etiam ſcalpendis atq; limandis.

Sine aliqua uet. le.

Meſſe

De naxio & harmonio: & de generibus marmorum. Ca. vii.

n

Axium diu placuit ante alia: ita uocantur cotes in inſula cypro genitæ. Vicere poſtea ex armenia uectæ. Marmorum genera & colores non attinet dicere in tanta noticia. Nec facile eſt enumerare in tanta multitudine. Quoto enim quoq; loco non ſuum marmor inuenitur. Et tamẽ celeberrimi generis dicta ſunt in ambitu terrarum cum gentibus ſuis. Non omnia tam in lapidicinis gignũtur. Sed multa & ſub terra ſparſa. Precioſiſſimi quidem generis lacædemonium uiride: cunctiſq; hylarius. Sic & auguſtum: ac deinde tiberim: in ægypto Auguſti ac Tiberii primum principatu reperta. Differentiaq; eorum eſt ab ophite: cum ſit illud ſerpentium maculis ſimile unde & nomen accepit. q; hæ maculas diuerſo modo colligunt. Auguſtum undatim criſpum in uertices. Tiberium ſparſim conuota canicie. Neq; ex ophite columnæ: niſi paruæ admodum inueniuntur. Duo eius genera: molle candidũ nigricans durũ. Dicũtur ambo capitis dolores ſedare adalligati: & ſerpẽtiũ ictus. Quidã phreniticis ac lethargicis adalligari iubent candicantem. Contra ſerpentes autem a quibuſdam laudatur præcipue ex his quem tephriam appellant a colore cineris. Vocatur & memphites a loco gemmatis naturæ Cuius uſus conuenit iis quæ urenda aut ſecanda ſunt: ex aceto illitus. Obſtupeſcit. n. ita corpus ut non ſent cruciatum. Ruber porphyrites in egypto ex eo candidis inter uenientibus punctis: leucoſtyctos uocatur. Quantiſlibet molibus cædendis ſufficiunt lapidicinæ. Statuas ex eo Claudio Cæſari procurator eius in urbem ex ægypto aduexit tris: Aſinius Pollio non admodum ꝓbata nouitate. Nemo poſtea certe imitatus eſt. Inuenit eadẽ ægyptus i æthiopia quẽ uocant baſaltẽ: ferrei coloris atq; duritiæ. Vnde & ei nomen dedit. Nunq̄ is autẽ maior repertus eſt q̄ in templo Pacis ab imperatore Veſpaſiano Auguſto dicatus. Argumẽto ipſe laboris circa ludẽtibus: ꝑ quos totidẽ cubiti ſummi icremẽti augẽtes ſe ãnis eius ĩtelligũtur. Non abſimilis illi narratur i thebis delubro Serapis ut putant Memnonis ſtatua dicatus: quẽ quotidião ſolis ortu cõtractũ radiis crepare dicunt Onycen etiã tũ in arabiæ mõtibus nec uſq̄ alibi naſci putauere noſtri ueteres. Sed & in germania potoriis uaſis inde factis primũ dein pedibus lectoꝝ ſelliſq; Cornelius nepos

Argumento. vxi. liberis circa ludentibus ꝑ quos totidem cubiti ſummi incrementi arguentes annos eius uet. le.

nelius nepos tradit magno fuiſſe miraculo: cum .P. Lentulus Spinter amphoras ex eo & urceos magni- ex eo chio
tudine cadorum oſtendiſſet. Poſt. quinquennium deinde triginta deorum pedũ longitudine colũnas uidiſſe. rum mag.
Variatũ i hoc lapide poſtea eſt. Namq; pro miraculo inſigni quattuor modicas in theatro ſuo Corneli- ue. le. uel
us Balbus poſuit. Nos ampliores triginta uidimus in ſcæna: quam Caliſtus Cæſaris Claudii libertorum Antiochi-
potentiſſimus exædificauerat. corum.

De alabaſtrite & lygdino alabandico. Cap. viii.

h Anc aliqui lapidem alabaſtriten uocant quem cauant ad uaſa unguentaria: quoniam optime
ea incorrupta ſeruare dicitur. Idemq; etiam exuſtus: emplaſtris cõuenit. Naſcitur circa thebas
ægyptias: & damaſcum ſyriæ. Hic cæteris candidior. Probatiſſimus uero i carmania: mox i in
dia. Iam quidem & in ſyria aſyaq;. Viliſſimus autem & ſine ullo nitore in cappadocia. Probantur quam
maxime mellei coloris in uertice maculoſi atq; non tranſlucidi. Vitia uero in iis corneus color aut cãdi-
dus: & quicquid ſimile uitro eſt. Paulum diſtat ab eo ad unguentorum fidem: uti exiſtimant Lygdinus
in tauro repertus amplitudine qua lauces crateraſq; non excedat. Antea tantum ex arabia aduehi ſolitus
candoris eximii. Magnus & contrariæ inter ſe naturæ duobus honos. Coralitico in aſia reperto: menſuræ
non ultra bina cubita: candore proximo ebori & quadam ſimilitudine. E diuerſo niger eſt alabandicus ter
ræ ſuæ nomine: q̃q̃ & mileti naſcens: ad purpuram tamẽ magis aſpectu declinante. Idemq; liquat̃ igni:
ac funditur ad uſum uitri. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur i africæ parte ægypto aſcriptæ
coticulis ad terenda collyria quadam utilitate naturæ alia conueniens. Circa ſyenem uero thebaidis ſimi Syenites
tes: quem ante pyrrhopœcilon uocabant. Trabes ex eo fecere reges quodam certamine obeliſcos uocãtes uel ſtigmi
uitalem habente. Gypſo madido ſtatim utendum eſt: quoniam celerrime coit: ac ſiccatur. Tamen rur-
ſus tundi & in farinam reſolui patitur. Vſus gypſi in albariis ſigillis ædificiorum & coronis gratiſſimus.
Exemplumq; illuſtre. C. Proculeum Auguſti Cæſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore gypſo po
to conſciuiſſe ſibi mortem.

De pauimentis: & quando primum Romæ: & ſubdialibus pauimentis: & græcanicis: & quando
primum cameræ. Cap. xxv.

P Auimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturæ ratione:donec lithoſtrota ex
Zenodorus. pulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genereſoſus:qui pergami ſtrauit quem uocant Aſaro-
ton. Oecon. quoniam purgamenta cœnæ in pauimento quæ conuerti ſolent:ueluti relicta Fe
cerat paruis e teſtulis tinctiſq; in uarios colores. Mirabilis ibi columba bibens : & aquam umbra capitis
infuſcās abripiente alia eſcam. Ludentes uideres in canthari labro. Apricantur aliæ ſcabentes ſeſe. Pauimē
ta credo primum facta:quæ nunc uocamus barbarica:atq; ſubtegulanea. In italia e feſtucis cannea : hoc
aperte ex nomine ipſo intelligi poteſt. Romæ ſcalpturatum in Iouis capitolini æde primum factum eſt
poſt tertium punicum bellum initum. Frequentata uero pauimenta ante cimbricum magna gratia ani-
morum indicio eſt lucillianus ille uerſus. Arte pauimenta atq; emblemata uermiculata. Subdialia græci
inuenere talibus domos contegentes facili tractu & repente. Sed fallax ubicunq; hymbres gelant. Neceſ
Coaſſationes uitr. ſarium binas per diuerſum taxationes ſubſterni. Capita earum præfigi ne torqueātur. Et ruderi nouo ter
tiā partē teſtæ tuſæ addi. Deinde rudus in quo duæ quintæ calcis miſceātur pedali craſſitudine feſtucari.
Ex teſſera Id. Tunc nucleo craſſo ſex digitos induci & e teſta grandi nō minus alta duos digitos ſtrui. Faſtigium uero
ſeruari in pedes denos ſeſquūcem. Ac diligenter cote deſpumare uerniſq; axibus contribulare. Quæ tor-
quentur inutilia putant. Immo & ſilice aut palea ſubſterni melius eſſe quo minor uis calcis perueniat.
Neceſſarium & globoſum lapidem ſubiici. Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Non negligendum etiamnū
unum genus græcanicum. Solo feſtucato inicitur rudus aut teſtaceum pauimentum. Dein ſpiſſe calca
tis carbonibus inducitur ſabulo calce ac fauilla mixtis:materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & li
bellā exigitur:& eſt forma terrena. Si uero cote depolitum eſt:nigri pauimēti uſum optinet. Lithoſtrota
cœptauere iam ſub Sylla paruulis certe cruſtis. Extatq; hodie quod in Fortunæ delubro preneſte fecit.
Pulſa deinde ex humo pauimenta in cameras tranſiere:ut pronum uitium. Et hoc certe iuentū ab Agrip
pa in thermis quas romæ fecit. Figlinum opus encauſto pinxit. In reliquis albaria adornauit. Non dubie
uitreas facturus cameras:ſi prius id iuentū fuiſſet:aut a parietib9 ſcenæ ut diximus. Scauri puēiſſent ī
cameras. Quamobrem originem uitri dicemus.

De origine uitri & ratione faciendi:et de obſiano uitro:et generibus multiformi-
bus uitri. Cap. xxvi.

P Ars eſt ſyriæ:quæ Phœnice uocatur finitima iudeæ intra montis carmeli radices paludem ha
bens:quæ uocatur candebca. Ex ea creditur naſci belus amnis quinq; milium. p. ſpacio in ma-
re profluens iuxta ptolemaidem coloniam. Lentus hic currit:inſalubris potu:ſed cerimoniis
facer:limoſus uado profundus. Non niſi reuſo mari harenas fatetur. Fluctibus enim uolutatæ niteſcūt
detritis ſordibus. Nunc et a marino creduntur aſtringi morſu:non prius utiles. Quingentorum eſt paſ
ſuum nō amplius littoris ſpatium:Idq; tantum multa per ſæcula gignendo fuit uitro. Fama eſt appulſa
naue mercatorum nitri cum ſparſi per littus epulas pararēt:nec eſſet cortinis attollēdis lapidum occaſio:
glebas nitri e naue ſubdidiſſe. Quibus accenſis pmixta harena littoris tranſlucentes nobilis liquoris flu
xiſſe riuos: & hanc fuiſſe originem uitri. Mox ut eſt aſtuta & ingenioſa ſolertia non fuit contenta nitrum
miſcuiſſe:cœptus addi & magnes lapis qm̄ ī ſe liquorē uitri quoq; ut ferꝝ trahere creditur. Simili mō &
calculi ſplēdētes multifariā cœpti uri:deinde cōchiæ & foſſiles harenæ. Auctores ſunt ī india e cryſtallo
fracta fieri:& ob id nullū cōparari īdico. Leuib9 āt aridiſq; lignis coq̄ addito cyprio ac nitro maxīe ophi
rio. Cōtinuis fornacibus ut æs liquat̄ maſſæq; fiūt colore pingui nigricātes. Acies tāta ē q̄cunq; ut citra
ullū ſenſum ad oſſa cōſecet qcqd afflauerit corporis. Ex maſſis rurſus fundit̄ ī officinis tingit̄ q;. Et aliud
flatu figuratur. Aliud tornoteritur. Aliud argenti modo cælatur. Sidone quondam iis officinis nobili:
ſiquidē etiā ſpecula excogitauerat. Hæc fuit ātiqua ratio uitri. Iam uero & ī uulturno mari italiæ harena
alba naſcens ſex milium paſſuum a littore inter cumas atq; lucrinum:quæ molliſſima eſt : pila molaque
teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere uel menſura : ac liquata in alias fornaces tranſfun-
ditur. Ibi fit maſſa quæ uocatur hammonitrum. Atq; hoc recoquitur : & fit uitrum purum ac maſſa ui-
tri candidi. Iam uero & per gallias hiſpaniaſq; ſimili modo harenæ temperantur. Ferunt Tyberio prin-
cipe excogitatum uitri temperamentum ut flexibile eſſet:& totam officinam artificis eius abolitam : ne
æris : argenti : auri:metallis precia detraherentur. Eaq; fama diu crebrior q̄ certior fuit. Sed quid refert.
Petrotos aut Apyrotos. Neronis principatu reperta uitri arte quæ modicos calices duos:quos appellabant petrotos. hſ. ſex mi-
libus uenderet. In genere uitri & obſidiana numerantur ad ſimilitudinem lapidis quem in æthiopia inue
nit Obſidius nigerrimi coloris : aliquando & tranſlucidi : craſſiore uiſu atque in ſpeculis parietum pro
imagine umbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt. Videmuſq; & ſolidas imagines diui Augusti
capti materia huius craſſitudinis. Dicauitque ipſe pro miraculo in templo Concordiæ obſidianos quat
tuor elephantos. Remiſit & Tyberius Cæſar heliopolitarum cerimoniis repertam ibi ī hæreditatæ eius
qui præfuerat ægypto : obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiquior materiæ origo nunc
uitri ſimilitudine īterpolata. Xenocrates obſidianum lapidem in india & in Sānio italiæ & ad oceanum
in hiſpania

n hiſpania naſci tradit. Fit & in tincturæ genere obſidianum ad eſcaria uaſa totum rubens uitrum atque
non tranſlucens: hæmatinon appellatum. Fit & album & murrhinum aut Hyacinthos ſaphiroſq; imita
tum: & omnibus aliis coloribus. Nec eſt alia nũc materia ſequacior: aut etiam picturæ accommodatior.
Maximus tamen honos in candido tranſlucente q̃ proxima cryſtalli ſimilitudine. Vſus uero ad potan-
dum argenti metalla & auri pepulit. Eſt autem colaris impatiens: ni præcedat frigidus liquor: cum addi
ta aqua uitreæ pilæ ſole ac uerſo in tantum excandeſcant: ut ueſtes exurant fragmenta teporata agglut-
nantur tm̃ rurſus, tota fundi non queunt præterquã abropta ſibi nec tingui ueluti cum calculi fiũt: quos
quidam abaculos appellant aliquos etiam pluribus modis uerſicolores. Vitrum ſulphuri concoctũ fer
ruminatur in lapidem. At peractis omnibus quæ conſtant ingenio artem natura faciente: ſuccurrit mira
ri nihil pene igni perfici.

### Ignium miracula & medicinæ prodigia. Cap. xxvii.

Gnis accipit harenas: ex quibus alibi uitrum: alibi argentum: alibi minium: alibi plumbi ge-
i nera: alibi pigmenta: alibi medicamenta fundit. Igne lapides in æs ſoluũtur. Igne ferrum gigni
tur ac donatur. Igne cremato lapide cementa in tectis alligantur. Alia ſæpius uri prodeſt. Eadẽ
q; materia aliud gignitur primis ignibus: aliud ſecundis: aliud tertiis. Quando ipſe carbo uires habere in
cipit reſtinctus: atq; interiſſe creditus: maioris ſit uirtutis. Immenſa & improba rerum naturæ portio.
Et in qua dubium ſit plura abſumat: an pariat. Eſt & ipſius ignibus medica uis. Peſtilentiæ quæ ſolis ob
ſcuratione contrahitur ignis ſuffitu multiformiter auxiliari certum eſt. Empedocles & Hippocrates id
monſtrauere diuerſis locis. Ad conuulſa uiſcera aut contuſa ut. M. Varro auctor eſt. Ipſis enim uerbis
eius utar. Lix cinis eſt iquit foci. Inde enim cinis luxatis potus medetur. Vt licet uidere gladiatores cum
deluſerint hac iuuari potione. Quin & carbunculum genus morbi: quo duos conſulares nuper abſum-
ptos idicauimus: querneus carbo tritus cum melle ſanat. Adeo in rebus damnatis quoq; ac iã nullis ſunt
aliqua remedia: ut in carbone ecce & cinere. Non præteribo & unum foci exemplum romanis litteris cla
rum. Tarquinio priſco regnante tradunt repente in foco comparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexus. Eã
que: quæ inſederat ibi: Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiam captiuam conſurrexiſſe grauidam. Ita Ser
uium Tullium natum qui regno ſucceſſit. Inde & in regiaæ cubanti puero caput arſiſſe uiſum: creditũq;
Laris familiaris filium. Ob id compitalia & ludos Laribus primum inſtituiſſe.

# CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVII. ET VLTI. PROOEMIVM.

### Origo gemmarum.

T nihil inſtituto operi deſit: Gemmæ ſuperſunt: & in arctum coacta rerum natu
ræ maieſtas a multis nulla ſui parte mirabilior: Tantum tribuunt uarietati colo-
u ribus materiæ decori. Violari etiam ſignis gemmas nefas ducentes. Aliquas uero
extra pretia ulla taxationemq; humanarum opum arbitrãtes ut pleriſq; ad ſummã
abſolutamque rerum naturæ contemplationem ſatis ſit una aliqua gemma. Quæ
fuerit origo gemmarum & quibus initiis in tantum hæc ammiratio exarſerit dixi-
mus quodam tenus in mentione auri annulorumque. Fabulæ primordium a rupe Caucaſea tradunt.
Promethei uinculorum interpretatione fatali. Primumque ſaxi fragmentũ incluſum ferro ac digyto cir
cundatum hoc fuiſſe annulum & hoc gemmam.

### De gemma Polyclatis tyranni & Pyrrhi regis: & qui ſculptores optimi: & nobilitates artificum: & qui primus dactylothecam romæ habuit. Cap. i.

Is initiis cœpit auctoritas in tantum amorem elata ut Polycrati Seuero ſamio inſularum ac
h littorum tyranno fœlicitatis ſuæ: quam nimiam fatebatur eſſe ipſe: ſatis piamenti in unius gẽ-
mæ uoluntario damno uideretur: ſi cum fortunæ uolubilitate paria faceret. Planeque ab in-
uidia eius abunde ſe redimi putaret: ſi hoc unum doluiſſet. Aſſiduo ergo gaudio laſſus prouectus na-
uigio in altum: annulum merſit. At illum piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ uice raptum ut fa-
ceret oſtentum: in culinam domini rurſus fortunæ inſidiantis manu reddidit. Sardonicem eam gem-
mam fuiſſe conſtat: oſtenduntq; Romæ (ſi credimus) in Cõcordiæ delubro cornu aureo Auguſtæ do
no incluſam: & nouiſſimum prope locum tot prælatis optinentem. Poſt hunc annulum regia fama eſt
gemmæ pyrrhi illius qui aduerſus Romanos bellum geſſit. Nanq; habuiſſe traditur achatem: in qua no-
uem muſæ & Apollo citharam tenens ſpectaretur: non arte ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus macu-
lis: ut muſis quoq; ſingulis ſua redderentur inſignia. Nec deinde alia quæ tradatur magnopere gemma-
rum claritas extat apud auctores: præterq̃ Iſmeniam, Choraulem multis fulgentibuſq; uti ſolitũ comitã

re fabula uanitatem eius indicato in cypro: ſex aureis denariis ſmaragdo in qua fuerat ſculpta Amymōe
iuſſiſſe enumerari. Et cum duo relati eſſent: imminuto precio: male me Hercules curatum dixiſſe. Mul-
tum enim detractum erat gemmæ dignitati. Hic uidetur īſtituiſſe ut omnes muſicæ artis hac quoq; oſtē
tatione cenſerentur: ueluti Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus: ut ſibi quoq; par uideretur. Tertius q
eodem tempore fuit inter muſicos Nicomachus multas gemmas habuiſſe traditur: ſed nulla peritia ele-
ctas: ſed ſortem quadam. His exemplis initio uoluminis oblatis aduerſus iſtos qui ſibi hanc oſtentatio-
nem arrogant: ut palam ſit eos tibicinum gloria tumere. Hoc in Polycratis gemma quæ demonſtratur
illibata intactaq; ab Iſmeniæ ætate poſt multos annos apparet ſcalpi etiā ſmaragdos ſolitos. Confirmat
hanc eandem opinionem edictum Alexandri magni: quo uetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi q̄ a pyrgotele
non dubie clariſſimo artis eius. Poſt eum Apollonides & cronius ī gloria fuere. Quiq; diui Auguſti ima
ginem ſimilem expreſſit: qua poſtea principes ſignabant Dioſcorides. Sylla dictator traditione Iugurtæ
ſemper ſignauit. Eſt apud auctores & intercatienſem illum cuius patrem Scipio Aemylianus ex prouo-
catione interfecerat: pugnæ eius effigie ſignaſſe uulgato Stilionis Præconini ſale. Quidnam fuiſſe auctu
rum eum ſi Scipio a patre eius interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia ſphinge ſignauit. Duas āt
in matris annulis iam indiſcretę ſimilitudinis inuenerat. Altera per bella ciuilia abſente eo amici ſignaue-
re epiſtolas & edicta. Quæ ratio temporum nomine eius reddi poſtulabat: non infaceto lepore accipien
tium enigmata afferre eam ſphingem. Quin etiam Mœcenatis rana per collationem pecuniarum in ma
gno terrore erat. Auguſtus poſtea ad deuitanda conuitia ſphingis Alexandri magni imagine ſignauit.
Gemmas plures: quod peregrino appellant nomine dactylothecam: primus omnium habuit romæ pri
uignus Sylle Scaurus. Diuq; nulla alia fuit: donec Pompeius magnus eam quæ Mythridatis regis fue-
rat: inter dona in capitolio dicaret: ut. M. Varro aliiq; eiuſdem ætatis auctores confirmant: multum præ
latā Scauri. Hoc exemplo Cæſar dictator ſex dactylothecas in æde. Veneris genitricis cōſecrauit. Mar-
cellus octauia genitus in palatina Apollinis æde unā. Victoria tamen illa Pompeii primum ad marga-
ritas gēmaſq; mores inclinauit. Sicut. L. Scipionis & Cn. Manlii ad cælatum argētum & ueſtes attalicas
& triclinia ærata. Sicut. L. Mummii ad corinthia & tabulas pictas.

De gemmis tranſlatis in triumpho Pōpeii: & natura cryſtalli & medicinis: & luxuria cir
ca eam: & quando primum inuenta myrrhina: & luxuria circa ea & natura myrrhinorū
quæ mentiti ſunt auctores de ſuccino. Cap. ii.

D uti planius noſcatur: uerba ex ipſis Pompeii triumphorū actis ſubiiciā. Ergo tertio triūpho
1 quem de piratis: aſia: ponto: gentibuſq; & regibus in ſeptimo operis huius uolumine indicatis
M. Piſone. M. Meſſala cons. pridie Kalendas octobris: die natalis ſui egit: trāſtulit alueum cū
teſſeris luſorium e gemmis duabus latum pedes tres: longum pedes quattuor. Et ne quis de ea re dubi-
tet nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedēte. In quo fuit luna aurea
pōdo. xxx. milium. Lectos tricliniares tres. Vaſa ex auro & gemmis abacorum nouem. Signa aurea tria.
Mineruæ Martis: & Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Montem aureum quadratum cum cer-
uis & leonibus & pomis omnis generis circundata uite aurea. Muſæum ex margaritis ī cuius faſtigio ho
rologium erat. Imago. Cn. Pompeii e margaritis: illa regio honore grata: illius probi oris uenerandiq; p
cunctas gentes: illa inquam ex margaritis: ſeueritate uicta & ueriore luxuria q̄ triumpho. Quod profe-
cto inter illos uiros duraſſet cognomē Magni: ſi prima uictoria ſic triumphaſſes de margaritis Magne:
tam prodiga re & fœminis reperta: quam habere gerereq; fas non ſit. Hinc ſic fieri tuus uultus? ſic te pre
cioſum uideri? Nonne illa ſimilior tui eſt imago: quam pyrenei iugis impoſuiſti? Graue profecto fœdū-
q; probrum erat: ni uerius ſit eum deorum oſtentum credi oportere. Clareq; itelligi poſſet iam tum illud
caput orientis opibus ſine reliquo corpore oſtentatum. Cætera triumphi eiuſdem q̄ ueriſſime ſubiiciam
Reip. datum mille talentum. Legatis & quæſtoribus: qui oras maris defendiſſent ſeſtertia bina milia. Cō
militibus ſingulis quinquaginta. Tolerabiliorem tamen fecit cauſam Caii principis qui ſuper omnia mu
liebria oculos induebat e margaritis. Et Neronis principis qui ſeptra perſonis hiſtrionum & cubicula uia
toria unionibus conſternebat. Quinimmo etiam ius uidemur perdidiſſe corripiēdi gemmata potoria &
uarie ſupellectilis genera annulos tranſeuntes. Quæ enim non luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Ea-
dem uictoria primum in urbem murrina inuexit. Primuſq; Pompeius ſex pocula ex eo triumpho capito-
lino Ioui dicauit. Quæ protinus ad hominum uſum tranſiere: abacis etiam eſcariiſq; uaſis inde expetitis.
Excreſcitq; in dies eius rei luxus. Murrino. lxxx. ſeſtertiis empto capaci plane ad ſeſtarios tres. Calicet po
tauit ex eo ante hos annos conſularis ob amorem abraſo eius margine ut tamen iniuria illa precium au-
geret. Neq; eſt hodie murrini alterius præſtantior indicatura. Idem in reliquis generis eius quantum uo-
rauerit licet æſtimare ex multitudine: quæ tanta fuit: ut auferente liberis eius Nerone Domitio theatrum
poppeanaſ peculiare trans tyberim ore is expoſita occuparent. Quod a populo ipleri canente ſe. Et dum pōpeianis
præludit: etiam Neroni ſatis erat: qui uidit tunc annumerari unius ſcyphi fracta membra: quæ in dolorē
credo ſæculi

credo ſæculi inuidiamq; fortunæ tanquam Alexandri magni corpus in conditorio ſeruari ut oſtentaren
tur:placebat. T. Petronius conſularis moriturus inuidia Neronis principis.ut menſam eius exhæredaret
trullam murrinam.ccc.ſeſtertiis emptam fregit.Sed nero ut par erat principem uicit omnes .ccc. ſeſter-
tiis capedinem unā parando.Memorāda res tanti imperatorē patrēq; patriæ bibiſſe. Oriēs murrina mit
tit.Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec inſignibus:parthici regni.Præcipue tamē in carmania. Hu
morem putant ſub terra calore denſari.Amplitudine nuſquam paruos excedunt abacos.Craſſitudine ra
ra quanta dictum eſt uaſi potorio. Splendor iis ſine uiribus : nitorque uerius q̄ ſplendor. Sed in pretio
uarietas colorum:ſubinde circūagentibus ſe maculis in purpuram candoremque: & tertium ex utroque
igneſcente ueluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente:aut lacte candeſcente. Sunt qui maxime ī iis
laudent extremitates:& quoſdam colorum repercuſſus:quales in cæleſti arquu ſpectantur. Hic maculæ
pingues placent. Tranſlucere quicquam aut pallere uitium eſt.Item ſales uerrucæq; non eminentes : ſed
ut in corpore etiam plerumq; ſeſſiles. Aliqua & in odore commendatio eſt. Contraria huic cauſa cryſtal
lum facit : gelu uehementiore concreto. Nec aliubi certe reperitur:q̄ ubi maxime hybernæ niues rigent:
glaciemq; eſſe certum eſt:unde & nomen græci dedere. Oriens & hanc mittit. Sed idicæ nulla præfertur.
Naſcitur & in aſia:uiliſſima circa alabandam & hortoſiam montibus:item in cypro.Sed laudata in eu-
ropæ alpium iugis.Iuba auctor eſt:& in quadam inſula rubri maris ante arabiam ſita naſci quæ neron uo
cetur. Et in ea quæ iuxta gemmam topacion ferat.Cubitalemque efoſſam a Pythagora Ptolemæi regis
præfecto.Cornelius Bocchus & in luſitania perquam mirandi ponderis immenſis iugis depreſſis ad libe
ramentum aquæ puteis.Mirum & quod xenocrates tradit epheſius aratro aſia & cypro excitari.Nō eim
inueniri in terreno:nec niſi inter cautes creditum fuerat. Similius ueri eſt quod idē xenocrates tradit tor-
rentibus ſæpe deportari.Sudines uero negat niſi ad meridiem ſpectantibus locis naſci. Quod certum ē
non enim repetitur in aquoſis:quāquā in regione prægelida:uel ſi ad uada uſq; glacientur amnes:Cæleſti
humore paruaq; niue id fieri neceſſe eſt.ideo caloris impatiens niſi in frigido potu abdicatur. Quare ſe-
xangulis naſcatur lateribus:non facile ratio inueniri poteſt:eo magis q; neq; mucronibus eadem ſpecies ē
& ita abſolutus eſt laterū leuor:ut nulla id arte poſſit æquari. Magnitudo ampliſſima adhuc uiſa nobis
erat:quam in capitolio Liuia auguſta dicauerat:librarum circiter.I.idem Xenocrates auctor eſt: uas am
phorale uiſum.Et aliqui ex india cryſtallum ſextariorum quattuor. Nos liquido affirmare poſſumus in
cautibus alpium naſci adeo inuiis ut plerumq; fune pendentes eam extrahant.Peritis ſigna & indicia no
ta ſunt.Infeſtantur plurimis uitiis:ſcabro:ferrugine maculoſa nube:occulta aliquando uomica:prædu-
ro fragiliq; centro & ſale appellato.Eſt & rufa aliquibus rubigo.Aliis capillamentum rimæ ſimile. Hoc
artifices litura occultant.Quæ uero ſine uitio ſunt:puras eſſe malunt.Aconteta appellantes : nec ſpumei
coloris lympidæq;.Poſtremo uero auctoritas in pondere eſt.Inuenio medicos quæ ſunt urenda corporꝫ
non aliter utilius id fieri putare q̄ cryſtallina pila aduerſis appoſita ſolis radiis.Alius hic furor.IIs.cētum
I.millibus trullam unam non ante multos annos mercatam a matrefamilias nec diuite.Item Nero amiſ
ſarum rerum nūtio accepto duos calices cryſtalinos in ſuprema ira fregit illiſos.Hæc fuit ratio ſæculum
ſuum punientis : ne quis alius ex iis biberet. Fragmenta ſarciri nullo modo queunt.Mireq; ad ſimilitudi
nem acceſſere uitrea : ſed prodigii modo ut ſuum pretium auxerint : cryſtalli non diminuerint.Proxi-
mum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum ſuccina optinent:eandemque omnia hæc quā
gemmæ auctoritatem. Sane maiorem aliquibus de cauſis cryſtallina & murrina. Rigidi potus utraq;.
In ſuccininis cauſam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt uanitas græcorum diligen-
tiæ. Legentes modo æque perpetiantur me de ortu eorum: cum hoc quoque interſit uitæ ſcire poſteros
quicquid illi prodidere mirandum. Phaetontis fulmine icti ſorores fletu mutatas in arbores populos
lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta eridanum amnem quem padum uocamus. Et ele-
ctrum appellatum:quoniam ſol uotitatus ſit electros:plurimi poetæ dixere:primiq; ut arbitror :Eſchy
lus:Philoxenus:Nicander:Euripides:Satyrus.Quod eſſe falſum Italiæ teſtimonio patet.Diligentioreſ
eorum electridas inſulas in mari hadriatico eſſe dixerunt:ad quas dilaberetur padus. Qua appellatione
nullas unquam ibi fuiſſe certum eſt.Nec uero ullas ibi appoſitas eſſe in quas quicquam curſu padi deue-
hi poſſit.Nam q; Eſchylus in hyberia hoc eſt in hiſpania eridanum eſſe dixit:eundemq; appellari rhoda-
num.Euripides rurſus & Apollonius ī hadriatico littore confluere rhodanum & padum: faciliorem ue
niam facit ignorati ſuccini:in tanta orbis ignorantia.Modeſtiores ſed æque falſum prodidere in extremiſ
hadriatici ſinus rupibus inuiis arbores ſtare : quæ canis ortu hoc effunderent gummi. Theophraſtus
in liguria effodi dixit.Phaetontem in æthiopia Hammonis obiiſſe. Ob id delubrum ibi eſſe atque ora
culum.Electrumq; gigni.Philemon foſſile eſſe :& in ſcythia erui duobus locis. Candidum atque ceræi
coloris quod uocaretur electrum.In alio loco fuluum quod appellaretur ſualternicum. Demonſtratus

in frigidū potum addicatur.

potere ue. ſe.

helios.

lyncurion id uocat:& fieri ex urina lyncum beſtiarum. E maribus fuluum & igneum: e feminis languidi
us atq; candidum. Alii dixere langurium:& eſſe in italia beſtias langurias. zenothenis langas uocat eaſ-
dem:& circa padum iis uitam affirmat ſudines arborem quæ gignat in liguria. In eadem ſentẽtia & Me
trodorus fuit. Sotacus credidit in britãnia arboribus effluere:quas electridas uocauit. Pytheas gutoni-
bus germaniæ genti accolis æſtuarium mentonomon nomine ab oceano ſpatio ſtadiorum ſexmilium.
Ab hoc diei nauigatione inſulam abeſſe abalum. Illo uere fluctibus aduehi:& eſſe concreti maris purga
mentum. Incolas pro ligno ad ignem uti eo:proximiſq; teutonis uendere. Huic & Timæus credidit: ſed
inſulam baſiliam uocauit Philemon negauit flãmam ab electro reddi. Nicias ſolis radiorum ſuccum in
telligi uoluit. Hos circa occaſum credit uehementiores in terram actos pinguem ſudorẽ in ea parte ocea
ni relinquere:deinde æſtatibus in germanorum littora eiici. Et ægypto naſci ſimili modo:& uocari ſacal.
Item in india:gratiuſq; thure eſſe indis. In ſyria quoq; fœminas uerticillos inde facere:& uocare harpaga
quia folia & paleas:ueſtiumq; fimbras rapiat. Theophraſtus oceano id exæſtuante ad pyrrenei promon
torium eiici. Quod & Xenocrates credidit:qui de iis nuperrime ſcripſit. Viuit adhuc Aſa rubas : qui tra
didit iuxta atlanticum mare eſſe lacum cæphiſida:quem mauri uocant electrum. Hũc ſole excalfactum
e limo dare electrum fluitans. Mneſias africæ locum ſycionem appellatum: & crathin amnem ĩ oceanũ
effluente e lacu:in quo aues quas meleagridas & penelopas uocat uiuere. Ibi naſci rõne eadem qua ſupra
dictum eſt de electride lacu. Theomenes dicit:iuxta ſyrtin magnam hortum heſperidum eſſe: ex quo in
ſtagnum cadat. Colligi uero a uirginibus heſperidum. Cteſias indis flumen eſſe hypobarum : quo uoca
bulo ſignificetur omnia uaſa ferre bona:fluere a ſeptentrione in exortum oceanum iuxta mõtem ſiluestrẽ
arboribus electrum ferentibus. Arbores eas aphytacoras uocari. qua appellatione ſignificetur prædul-
Obſerictã cis ſuauitas. Mithridates in germaniæ littoribus eſſe ĩſulam:uocariq; eam cædron. cædri genere ſiluoſam
uet. lec. inde defluere in petras. Xenocrates non ſuccinum tantum in italia:uerum etiam thieum uocari:a ſchytis
uero ſacrium:quoniam & ibi naſcatur. Alios putare in numidia gigni. Super omnes eſt Sophocles tragi
cus poeta:quod equidem miror tanta grauitate cothurni:& præterea uitæ fama alias principe loco geni-
tus athenis rebus geſtis exercitu ducto. Hic ultra indiam fieri dixit e lachrymis meleagridum auium me
leagrum deflentium. Quod & crediſſe eum:uel ſperaſſe aliis perſuaderi poſſe quis non miretur quam
ue pueritiam tam imperitam poſſe reperiri quæ auium ploratus annuos credat. lachrymas ue tam gran
deſq; aueſq; e græcia ubi Meleager periit ploratum iſſe in indos? Quid ergo? Non multa æque fabuloſa
produnt poetæ? Sed hoc ea in re quæ quottidie inuehatur:atq; abundet:& hoc mendacium coarguat ſe
rio quẽquam dixiſſe:ſumma hominum contemptio eſt:& intoleranda mendaciorum impunitas.

De ortu & medicinis & generibus & luxuria ſuccinorum:& lyncurio & medicinæ. Cap. iii.

Ertum eſt gigni in inſulis ſeptentrionalis oceani:& a germanis appellari gleſſum: itaq; & a no-
c ſtris unam inſularum ob id gleſſariam appelatam:Germanico Cæſare ibi claſſibus rem geren-
te auſtrauiã a barbaris dictam. Naſcitur autem defluente medulla pinei generis arboribus : ut
gummi ĩ ceraſis:reſina pineis erumpit humoris abundantia:denſatur rigore uel tepore aut mari autum
nali. Cum intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis : certe ĩ littora expellitur:ita uolubile ut pendere uideatur
atq; conſidere in uado. Quod arboris ſuccum etiam priſci noſtri:credidere ob id ſuccinum appellantes.
Pineæ autem arboris eſſe indicio eſt pineus in attritu odor:& q; accenſum tædæ modo ac nidore fagret.
Maxime Affertur a germanis in pannoniam:mox per prouinciam. Inde ueneti primum quos græci enetos uocant
prouinciã rei famam fecere. Proximæ pãnoniæ id accipientes circa mare hadriaticum. Pado uero ad nexa fabulæ ui-
uet. lec. detur cauſa hodieq; tranſpadanorum agreſtibus fœminis:monilium uice ſuccina geſtãtibus maxime de
coris gratia. Sed & medicinæ. quando tonſillis creditur reſiſtere:& faucium uitiis uario genere aquarum
iuxta illos infeſtante guttura ac uicinas carnes. Centum fere. M. paſſuum abeſt a carnunto, littus panno-
niæ:quo id a germaniæ inuehitur percognitum nuper. Vidit enim eques romanus miſſus ad id compa-
randum a iuliano curante gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc commertia & littora pagra
uit tanta copia enuecta:aut retia arcendis feris podium protegentia ſuccinis nudarentur. Arma uero &
libitina totuſq; unius diei apparatus eſſet e ſuccino. Maximum pondus iis glebæ attulit. xiii. librarum.
Naſcit & in india certum eſt. Archelaus qui regnauit in cappadocia illinc cortice inhærente, tradit aduehi
rude:poliriq; adipe ſuis lactentis incoctum. Liquidum primo deſtillare argumẽto ſunt quædã intus trãſ
lucentia:ut formicæ aut culices:lacertæq; quas adhæſiſſe muſteo:non eſt dubium:& incluſas indureſcenti
Genera eius plura. Candida odoris præſtantiſſimi. Sed nec his nec tetris pretium. Fuluis maior auctori-
nec Cereis tas. Ex iis etiamnum amplior tranſlucentibus:præterquam ſi nimio ardore flagrẽt imaginemq; igneam
ant. lec. ineſſe:non ignem placet. Summa laus falernis a uini colore dictis molli fulgore perſpicuis. Sunt & in q
bus decocti mellis lenitas placeat. Verum hoc quoq; notum fieri oportet quocunq; modo tingui libeat:
hædorum ſeuo & anchuſæ radice. Quippe etiam conchylio inficiuntur. Cæterum attritu digitorum ac-
cepta ui caloris attrahunt ĩ ſe paleas & folia arida, ut magnes lapis ferrum. Ramenta quoq; ſuccini oleo
addito flagrant

addito flagrant dilucidius diutiuſq; q̄ lini medulla. Taxatio in delitiis tanta ut hominis quanuis parua
effigies uiuorum hominum uigentiumq; prætia ſuperet: prorſus ut caſtigatio una non ſit ſatis. In corin-
thiis æs placet auro argentoq; mixtum: in cælatis ars et ingenia. Murrinorum et cryſtallinorum diximus
gratiam. Vniones ꝗ capite circunferuntur: gemmæ digitis. In omnibus deniq; aliis uitiis oſtentatio aut
uſus placet. In ſuccinis deliciarum tantum conſcientia. Domitius Nero in cæteris uitæ ſuæ portentis ca-
pillos quoq; coniugis ſuæ Poppeæ ĩ hoc nomẽ adoptauerat quodam etiã carmine ſuccinos appellando.
Et quoniam nullis uitiis deſunt pretioſa nomina ex eo tertius hic quidem colos cœpit experi a matronis.
Vſus tamen ſuccinorum inuenitur aliquis in medicina: ſed non ob hoc fœminis placent. Infantibus alli-
gari Amuleti ratione prodeſt. Calliſtratus & cuicunq; ætati contra lymphationes prodeſſe tradit. Et uri
næ difficultatibus potum: alligatumq;. Hic & differentiam nouam attulit appellando chryſolectrum
quaſi coloris aurei: & matutino grauiſſimi aſpectus. Rapaciſſimum ignium: et ſi iuxta fuerint celerrime
ardeſcens. Hoc collo alligatum: mederi febribus & morbis. Tritum cum melle ac roſaceo aurium uitiis.
Et ſi cum melle attico conteratur: oculorum quoq; obſcuritatibus. Stomachi etiam uitiis uel per ſe faria
eius ſumpta: uel cum maſtice ex aqua pota. Succina etiam gẽmis quæ ſunt tranſlucidæ: adulterandi ma
gnum habent locum: maxime amethyſtis: cum omni ut diximus colore tingãtur. De lyncurio proxime
dici cogit auctorum pertinacia. Quippe etiam ſi non electrum id eſſet lyncurium tamen gemmam eſſe
contendunt. Fieri autem ex urina quidem lyncis. Sed egeſtam terra protinus beſtia operiente eam: quoni
am inuideat hominum uſui. Eſſe autem qualem in igneis ſuccinis colorem ſcalpiq;. Nec folia tãtum aut
ſtramenta ad ſe rapere: ſed æris etiam ac ferri laminas: quod Diocles quidem et Theophraſtus credidit.
Ergo falſum id totum arbitror. Nec uiſam in æuo noſtro gemmam ullã ea appellatione. Et quod de me-
dicina ſimul proditur calculos ueſicæ eo poto elidi: & morbo regio occurri: ſi ex uino bibatur: aut ſi por-
teẽ. Et tamen nunc gemmarum cõfeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi. Nec uero id ſolum agemus: ſed ad
maiorem utilitatem uitæ obiter coarguetur magoꝝ infanda uanitas: quãdo illi uel plurima prodidere de
gemmis medicinæ ex iis ſpecies blando prodigio tranſgreſſi.

De adamantis generibus & medicinis & margaritis. Cap. iiii.

Aximum in rebus humanis non ſolum inter gemmas pretium habet adamas: diu non niſi re
m gibus & iis admodũ paucis cognitus: unus modo ĩ metallis repertus: perq̄ raro comes auri:
nec niſi in auro naſci uidebatur. Veteres eum in æthiopum tantum metallis inueniri exiſtima
uere: inter delubrum Mercurii atq; inſulã meroen dixeruntq; non ampliorẽ cucumeris ſemine aut colore
diſſimilem inueniri. Nunc genera eius ſex noſcuntur. Indici non in auro naſcentis: ſed quadam cryſtalli
cognatione. Siquidem & colore tranſlucido non differt. Et laterum ſexangulo leuore turbinatus in mu-
cronem: aut duabus contrariis partibus quo magis miremur: ut ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus
iungantur magnitudine uero etiam auellani nuclei. Similis eſt huic quidem arabibcus: minor tantum.
Similiter & naſcens cæteris pallor gentis & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Incudibus hi depre-
hẽduntur: ita reſpuentes ictum: ut ferrũ utrinq; diſſultet: incudeſq; etiam ipſæ diſſiliant. Quippe duritia
inenarrabilis eſt: ſimulq; ignium uictrix natura: et nunq̄ incaleſcens. Vnde et nomen indomita uis græca
interpretatione accepit. Vnum ex iis uocant cenchron: quod eſt mili magnitudine. Alterum macedoni-
cum in philippico auro repertum: & hic eſt cucumi ſemine par. Poſt hos cyprius uocatur in cypro reper
tus uergẽs in æreũ colorẽ. Sed in medicina ut dicemus efficaciſſimus. Poſt hũc eſt ſiderites ferrei ſplendo
ris: pondere ante cæteros: ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur: & alio adamante perforari po-
teſt. Quod & cyprio euenit. Breuiterq; ut degeneres nominis tantum auctoritatem habent. Idq; quod
totis uoluminibus his docere & mandare conati ſumus de diſcordia rerum concordiaq;: quã antipathiã
ac ſympathiam appellauere græci non aliter clarius intelligi poteſt. Siquidem illa inuicta uis duarũ uio
lentiſſimæ naturæ rerum ferri igniſq; contemptrix hircino rumpitur ſanguine: ac ne aliter q̄ recenti calido
que macerata: & ſic quoq; multis ictibus: tunc etiam præterquam eximias incudes malleoſq; ferreos fran
gens. Cuius hoc ingenio inuentum. Quoue caſu repertum. Aut quæ fuit coniectura experiendi rem im-
menſi ſecreti: & in fœdiſſimo animalium omnium? Profecto muneris talis inuentio hominis ẽ. Nec quæ
renda in ulla parte naturæ ratio: ſed uoluntas. Vt cum fœliciter rumpere contingit: in tam paruas fran-
gantur cruſtas: ut cerni uix poſſint. Expetuntur a ſcalptoribus: ferroq; includuntur: nullam non duriciam
ex facili cauantes. Adamas diſſidet cum magnete lapide in tantum: ut iuxta poſitus ferrum non patiatur
abſtrahi: aut ſi admotus magnes apprehẽderit: rapiat: atq; auferat. Adamas & uenena irrita facit: & lym noctis.
phationes abigit: metuſq; natos expellit a mẽte: ob id quidam eum anchiten uocauere. Metrodorus Sce Anachitẽ.
pſius: in eadem germania in balpa inſula naſci in qua & ſuccinum quod equidem legerim: ſolus dicit: & Anacitin
præfert arabicis. Quod falſum eſſe quis dubitet? Proximum apud nos indicis arabiciſq; margaritis pre- baſilia.
tium eſt: de quibus in nouo diximus uolumine inter res marinas.

De ſmaragdi generibus: & gemmis uiridibus & tranſlucidis. Cap. v.

K

t

Ertia auctoritas ſmaragdis perhibetur pluribus de cauſis:nullius coloris aſpectus iucundior
eſt.Nam hærbas quoq; uirentes frondeſq; haud deſpectamus.Smaragdos uero tanto libenti
us:quoniam nihil omnino uiridius comparatum illis uiret.præterea ſoli gemmarum contuitu
oculos implent:nec ſatiant.Quin & ab intentione alia obſcurata aſpectu ſmaragdi recreatur acies.Scal-
pentibuſq; gemmas non alia gratior oculorum refectio eſt:ita uiridi lenitate laſſitudinem mulcent .Præ-
terea longinquo amplificantur uiſu: inficientes circa ſe repercuſſum aera non ſole mutati : non umbra:
non lucernis:ſemperq; ſenſim radiantes:& uiſum admittentes:ad craſſitudinẽ ſui facilitate tranſlucida.
Quod etiam in aquis non fit.Iidem plerumq; & concaui ut uiſum colligant.Quapropter decreto homi
nũ iis parcitur ſcalpi uetitis.Quanq̃ ſcythicorum ægyptiorũq; tanta durities eſt:ut nequeant uulnerari.
Quorũ uero corpus extenſum eſt:eadẽ qua ſpecula ratione ſupini imagines rerũ reddunt.Nero princeps
gladiatorum pugnas ſpectabat ſmaragdo. Genera eorũ duodecim nobiliſſimi ſcythici ab ea gente ĩ qua
reperiunt̃ :appellati . Nullis maior auſteritas:nec minus uitii. Et quantum ſmaragdi a gemmis diſtãt:
tãtum ſcythici a cæteris ſmaragdis.Proximã laudem habent ſicut & ſedem bactriani: quos in cõmiſſuris
ſaxorum colligere dicuntur eteſiis flantibus.Tunc enĩ tellure internitent : quia iis uẽtis maxime harenæ
mouentur . Sed hos minores multo ſcythicis eſſe tradunt . Tertium locum ægyptii habent qui eruunt̃
circa copton oppidum thebaidis in colllibus & cautibus.Reliqua genera in metallis ærariis inueniuntur.
Quapropter principatum ex iis ægyptii optinent:doſq; eorum & ut in colore liquido nec diluto :uerum
ex humido pinguiq; quaq; reſpiciatur imitante tranſlucidum mare:pariterq; tranſlucet & nitet:hoc eſt co
lorem expellit:& aciẽ recipit.Ferunt & in ea inſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni
fuiſſe inditos oculos ex ſmaragdis ita radiantibus etiã in gurgitem ut teriti inſtrumẽta refugerẽt thinni:
diu mirantibus nouitatem piſcatoribus:donec mutauere oculis gemmas.Sed & uitia demonſtrari opor
tetreperta.Sunt quidem omnium eadem Quædam tamen nationum peculiaria:ſicut in homine.Ergo
cyprii uarie glauci:magiſq; ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibus tenorem illum ſcythicæ auſterita
tis non ſemper cuſtodiunt.Ad hoc quibuſdam intercurrit umbra ſurduſq; fit colos qui improbatur :eti-
am dilutior Hincq; genera diſtinguuntur.Et ſunt aliqui obſcuri:quos uocant cæcos.Alii denſi nec e liq-
do tranſlucidi.Quidam uaria nubecula improbati.Aliud eſt hoc quam umbra de qua diximus.Nube-
cula enim albicantis eſt uitium cum uiridis non pertrãſit aſpectus:ſed aut intus occurrit : aut excipit in
fine uiſum candor.Hæc coloris uitia:iſta corporis capillamentum ſal plumbago.Ab iis æthiopici laudã
tur a copto dierum trium itinere:ut auctor eſt Iuba:acriter uirides : ſed non facile puri aut concolores.
Democritus in hoc genere poſuit hermieos & perſicos.Illos extumeſcentes pinguiter: perſicos uero nõ
tranſlucidos:ſed iucundi tenoris. Viſum implere quem non admittant.Felium pantherarumq; oculis ſi
miles.Nanq; & illos radiare nec perſpici.Eoſdem in ſole hebetari:umbris refulgere : & lõgius q̃ cæteros
nitere.Omnium horum etiamnum uitium ꝙ felis colorem aut aeris habent . In ſole dilucidi quidem ac
liquidi:ſed non uirides:Hæc uitia & atticis maxime ſentiuntur in argentariis metallis repertis : in loco q
thoricos uocatur:ſemper minus pingues et e longinquo ſpecioſiores.Frequens et iis plumbago: hoc eſt
ut in ſole plumbei uideantur.Illudq; peculiare:ꝙ quidam ex iis ſeneſcunt:paulatim uiriditate euanida:&
ſole læduntur.Poſt hos medici plurimum uiriditatis habent interdum & e ſaphyro.Ii ſunt fluctuoſi: &
rerum imagines complexi ut uerbi gratia papauerum aut auium pinnarumq; uel catulorum aut ſimili
um.Qui non omnino uirides naſcuntur:uino & oleo meliores fiunt.Neq; eſt aliorum magnitudo am-
plior.Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint:poſtq̃ metalla æris ibi defecerunt: & ſemper tamen ui
liſſimi fuere minimiq;.Iidem fragiles ſed colore incerti & uirentium in caudis pauonum columbarumq;
collo plumis ſimiles :ad inclinationem magis aut minus lucidi.Venoſi quidem : ſquãmoſiq;.Peculiare
erat in his uitium ſarcion appellatum.Hoc eſt quædam gemmæ caro . Mox iuxta carchedonem in qua
legebatur:ſmaragdites uocatus eſt.Iuba eſt auctor ſmaragdum quem cholan uocãt:in arabia ædificiorũ
ornamentis ĩcludi.Et lapidẽ quẽ alabaſtritẽ ægyptii uocãt.Cõplures uero e proximo laconicos ĩ taygeto
monte erui medicis ſimiles:& alios in ſicilia.Inſeritur ſmaragdis et quæ uocatur tanos: e perſis ueniens
gemma ingrate uiridis:atq; intus ſordida. Item chalcoſmaragdos e cypro turbida æreis uenis .Theo
phractus tradit : ægyptiorũ cõmentariis reperiri:regi eorum a rege babylonio miſſum ſmaragdum mu-
nere.iiii.cubitorũ lõgitudine et triũ latitudine.Et fuiſſe apud eos ĩ Iouis delubro obeliſcũ e quattuor ſma
ragdis.xl.cubitorũ lõgitudine.Latitudine uero in una parte quattuor:et ĩ altera parte duorum . Se autẽ
ſcribente eſſe in tyro Herculis templo ſtantẽ Pilam e ſmaragdo:niſi potius pſeudo ſmaragdus ſit.Nam
et hoc genus reperiri:et in cypro inuentum ex dimidia parte ſmaragdum :ex dimidia iaſpidem:nondum
humore in totum tranſfigurato.Appion cognominatus Pliſtonices: paulo ante ſcriptum reliquit: eſſe
etiamnũc in labyrintho ægypti coloſſeum Serapin e ſmaragdo nouem cubitorum. Eandem multis na-
turã aut certe ſimilẽ habere berylli uidentur:ĩ india originẽ habẽtes:raro alibi repertos . Poliunt̃ omnes
ſexangula figura artificũ ingeniis:quoniã hebeſcunt:ni color ſurdus repercuſſu angulorũ excitetur.Aliter
enim politi

enim politi non habent fulgorem eundem. Probatiſſimi ſunt ex iis qui uiriditatem puri maris imitãtur.
Proximi qui uocantur chryſoberylli: et ſunt paulo pallidiores: ſed in aureum colorem exeunte fulgore.
Vicinum genus huic eſt pallidius: et a quibuſdam proprii generis exiſtimatur: uocaturq; chryſopraſus.
Quarto loco numerantur hyacinthizontes. Quinto quos heroides uocãt. Poſt eos autem cerini. Ac de-
inde oleagini: hoc eſt colore olei. Poſtremi chryſtallis fere ſimiles. Hi capillamenta habent: ſordeſq; alio
quin euanidi: quæ ſunt omnium uitia. Indi mire gaudẽt longitudine eorum: ſoloſq; gemmarum eſſe præ
dicant: qui carere auro malint: et ob id perforatos elephantorum ſetis religant. Et alios cõuenit non opor
tere perforari quorum ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim ex auro capita comprehendentibus. Ideoq;
cylindros ex iis facere malunt q̃ gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quidam
et anguloſos putant ſtatim naſci: et perforatos gratiores fieri medulla candoris exempla: additoq; auro
repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinem. Vitia præter iam dicta eadem fe
re quæ in ſmaragdis et pterygia. In noſtro orbe aliquando circa pontum inueniri putantur. Indi et alias
quidem gemmas cryſtallo inuento adulterare reppererunt: ſed præcipue beryllos. Cryſtallũ tingendo adul. ant. ex.

De opali generibus et uitiis et experimentis: et uariis gemmis. Cap. vi

m Inimum: iidemq; plurimum ab iis differunt opali ſmaragdis tantum cedentes. India ſolum et
horum eſt mater. Atq; ideo eis precioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum et maxi-
me inenarrabilẽ difficultatem dederunt. Eſt enim in iis carbunculi tenuior ignis. Eſt amethyſti
fulgens purpura. Eſt ſmaragdi uirens mare: et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia. Alii ſummo
fulgoris augumento colores pigmentorum æquauere. Alii ſulphuris ardentem flammam: aut etiã ignis Argumen to
oleo accenſi. Magnitudo nucem auellanam æquat: inſigni apud nos hyſtoria. Siquidem extat hodieq;
huius generis gemma: propter quam ab Antonio proſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ No-
nii eius: quem Catullus poeta in ſella curuli uiſum indigne tulit. Auuſq; Seruilii Noniani quem conſu-
lem uidimus. Illeq; proſcriptus fugiens hunc e fortunis ſuis omnibus annulum abſtulit ſecum. Quem
certum eſt ſeſtertiis. xx. milibus æſtimatũ. Sed mira Antonii feritas atq; luxuria propter gemmam pro
ſcribentis. Nec minor Nonii contumacia proſcriptionem ſuam amantis cum etiam feræ abroſas partes
corporis relinquant beſtiæ propter quas ſe periclitari ſciant. Vitia opali: ſi color in flore herbæ quæ uo-
catur heliotropium exeat aut cryſtallum: aut grandinem. Si ſal interueniat aut ſcabricia: aut cuncta ocu
lis occurſantia: nulloſq; magis india ſimilitudine diſcreta uitro adulterat. Experimentum in ſole tãtum.
Falſis enim contra radios libratis digyto a police: unus atq; idem tranſlucet colos in ſe conſumptus. Ve
ri fulgor ſubinde uariat: et plus huc illucq; ſpargit: et fulgor lucis in digytos funditur. Hanc gemmam
propter eximiam gratiam pleriq; appellauere pæderota. Sunt et qui priuatum eius genus faciunt: ſange
nonq; ab indis uocari dicunt. Tradunt nasci & in ægypto et in arabia: et uiliſſimi in ponto. Item in gal-
latia ac thaſo et cypro quippe opali gratiam habet. Sed mollius nitet: raro non ſcaber. Summa coloris
ex aere & purpura conſtat. Viriditas ſmaragdi deeſt. Conſtatq; melior ille color: cuius fulgor uini colo
re fuſcatur: q̃ qui diluitur aqua. Hactenus de principatu conuenit mulierum maxime ſenatuſcon. Mi-
nus certa ſunt de quibus & uiri iudicant. Singulorum enim libido ſingulis pretia facit: & præcipue regũ.
Claudius Cæſar ſmaragdos induebat & ſardonycas. Primus autem romanorum ſardonycæ uſus eſt pri
or. Africans: ut tradit Demoſtratus. Et inde romanis hanc gemmam fuiſſe celeberrimam. Quam-
obrem proximum ei dabimus locum. Sardonyces olim ut ex nomine ipſo apparet intelligebantur
candore in ſarda: hoc eſt uelut carnibus ungue hominis impoſito & utroq; tranſlucido. Taleſque eſ-
ſe indicas tradunt Iſmenias. Demonſtratus: Xenothemis: Sotacus: Hi quidem duo reliquas omnes
quæ traluceant cæcas appellantes: quæ nunc nomẽ abſtulere. Nullo ſardarum ueſtigio arabicæ ſunt cœ-
peruntq; pluribus hæ gemmæ coloribus intelligi: radice nigra: aut cæruleum imitante: & unguem: cre Quæ non tral.
ditum enim candido pingi. Nec ſine quadam ſpe purpuræ candore in minium tranſeunte. Has indis nõ
habitas in honore Zenothemis ſcribit tantæ alias magnitudinis: ut inde capulos factitarent. Etenim con Vngue mi niũ ue. lec.
ſtat ibi torrentibus detegi. Et placuiſſe in noſtro orbe initio quoniam ſolæ prope gemmarum ſcalptæ cæ
ram non auferrent. Perſuaſimus deinde & indis ut ipſi quoq; iis gauderent. Vtiturq; perforatis utiq; uul
gus tantum in collo. Et hoc eſt nunc indicarum argumentum. Arabicæ excellunt candore circuli præ-
lucido atq; non gracili: neq; in receſſu gemmæ aut in deiectu renitente: ſed in ipſis umbonibus nitente.
Præterea ſubſtrato nigerrimi coloris. Et hoc in indicis cæreum: aut corneum inuenitur: etiam circuli al-
bi: quædam in iis cæleſtis arquus anhelatio eſt. Superficies uero locuſtarum maris cruſtis rubentior.
Iam mellæ aut feculentæ (hoc enim nomen eſt uitio) improbantur: & ſi zona alba fundat ſe nõ colligat.
Simili modo ſi ex alio colore in ſe admittat aliquid enormiter. Nihil enim in ſua ſede alieno interpella
ri placet. Sunt & armeniacæ ut cæteræ improbandæ: ſed pallida zona. Exponenda eſt & onycis ipſius na
tura propter nominis ſocietatem hoc in gemmam tranſilit: & a lapide ex carmania. Sudines dicit ĩ gem
ma eſſe candorem unguis humani ſimilitudine. Item chryſolithi colorem & ſarde & iaſpidis Zenothe-

mis indicam onycem plures habere uarietates : igneam: nigram corneam : cingentibus candidis uenis
oculi modo interuenientibus: quarundam oculis obliquis uenis. Sotacus & arabicam onycē tradit. Sed
eam a cæteris diſtare q̄ indica igniculos habeat albis cingentibus zonis ſingulis pluribuſue: aliter q̄ in ſar
donyce indica. Illic enim momentum eſſe: hic circulum. Arabicas onycas nigras inueniri candidis zonis.
Satyrus carnoſas eē īdicas: parte carbūculi: pte chryſolithi & amethyſti. Totūq; id genus abdicat. Verā
autē onycem plurimas uariaſq; cum lacteis zonis habere uenas omnium in tranſitu colore inenarrabili:
& in unum redeunte concentum ſuauitate grata. Nec ſardæ natura differenda eſt diuiduæ ex eodem no
mine. Quapropter omnium obiter gemmarum ardentium natura indicanda.

De generibus carbunculorum: & uitiis & experimentis:
& gemmis ardentibus. Cap. vii.

Rincipatum habent carbunculi: a ſimilitudine ignium appellati: cum ipſi non ſentiant ignes:
Apiroti uel acauſti — P — ob id a quibuſdam apyruſtæ uocari. Horum genera: indici & garamātici : quos & carchedoni
os uocauere: propter opulentiam carthaginis magnæ. Adiiciunt æthiopicos & alabandicos in
orthoſiaca caute naſcentes. Sed qui perficiantur Alabandes. Præterea in omni genere maſculi appellantur
acriores: at fœminæ languidius refulgentes. In maſculis quoq; obſeruāt liquidioris alios flammæ: nigrio
ris alios: & quoſdam lucidius: ac magis cæteris in ſole flagrantes. Optimos uero amethyſti zontas: hoc
eſt quorum extremus igniculus in amethyſti uiolam exeat. Proximos illis quos uocant ſyrtitas pinna
to fulgore radiantes. Inueniri autem ubicunq; maxime ſolis repercuſſu. Satyrus indicos non eſſe cla
ros dicit: ac plerumq; ſordidos: ac ſemper fulgoris retorridi. Aethiopicos pingues: lucemq; non emitten
tes : ſed conuoluto igne flagrare. Calliſtratus fulgorē carbunculi debere candidū eſſe poſuit extremo ui
ſu nubilantem: & ſi ita attollatur: exardeſcentem: ob id a pleriſq; hunc carbunculum candidum uocari.
Liuicōtas. Qui languidius & liuidius ex indicis lucent lithizontas appellari. Carchedonios multo minores eſſe. In
dicos etiam minus ſextarii unius menſura cauari. Archelaus carchedonios nigrioris aſpectus eſſe : ſed
igne uel ſole & inclinatione acrius q̄ cæteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos uideri. Sub cæ
lo flammeos. Contra radios ſolis & ſcintillare. Cæras ſignantibus iis liqueſcere quanuis in opaco. Mul
ti indicos carchedoniis candidiores eſſe: & e diuerſo inclinatione hebetari ſcripſere. Etiamnum in carche
doniis maribus ſtellas intus ardere. Fœminas uniuerſum fulgorem fundere extra ſe. Abandicos cæteris
nigriores eſſe ſcabroſq;. Naſcuntur & in thracia coloris eiuſdem ignem minime ſentientes. Theophra
ſtus auctor eſt & in orchomeno archadiæ inueniri & in chio. Illos nigriores: e quibus & ſpecula fieri. Eſſe
Conthios theo. & troezenios uarios interuenientibus maculis albis. Item corynthios ex pallidiore candidos Maſſilia
quoq; importari. Bocchus & Vlyxippone ſcripſit magno labore ob argillam ſole aduſtis ſaltibus. Nec
eſt aliud difficilius: q̄ diſcernere hæc genera: tanta eſt in iis occaſio artis: ſubditis p quæ tranſlucere cogan
tur. Aiunt ab æthiopibus hebetiores in aceto maceratos quattuordecim diebus niteſcere: totidem menſi
bus durante fulgore. Adulterantur uitro ſimillimæ. Sed cote deprehenduntur: ſicut aliæ gemmæ facti
tiæ. Mollior enim materia & fragilis & centroſa ſcobe deprehenduntur & pondere: quod minus eſt uitre
is: aliquando & puſtulis argenti modo relucentibus. Eſt & anthracitis appellata: in theſprotia foſſilis:
carbonibus ſimilis. Falſum arbitror quod & in lyguria naſci tradiderunt : niſi forte tunc naſcebantur. Eſ
ſe in iis & præcincti candida uena traduntur: horumq; igneus color ut ſuperiorum eſt. Peculiare quidē
q; iactati in ignem uelut itermortui extinguntur. Contra aquis perfuſi exardeſcunt. Cognata eſt huic ſan
daſtros: quam aliqui garamantiten uocant naſcitur in india loco eiuſdem nominis. Gignitur & in arabia
ad meridiem uerſa. Commendatio ſumma q; uelut in tranſlucido ſtellantes intus fulgent aureæ guttæ:
ſemper in corpore nunq̄ in cute. Accidit religio narrata a ſyderum cognatione ab inſpectoribus: quo
niam fere ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur. Ob hoc chaldeis in cerimoniis habitæ
& hic mares auſteritas diſtinguit quodam uigore appoſita tyngens. Indicæ quidem etiam hebetare
uiſus dicuntur. Blandior fœminis flamma: alliciens magis q̄ accendens. Sunt qui præferant arabi
cas indicis. Tumidæq; chryſolito illas ſimiles dicunt. Iſmenias uero negat polliri ſandaſtros propter te
neritatem: & ob id in magno errore ſunt: qui ſandareſon uocant. Inter omnes conſtat: quantum nume
ro ſtellarum accedat: tantum & pretio accedere. Affert errorem aliquando ſimilitudo nominis. Sanda
ſer quod Nicanor ſandaſerion uocauit: alii ſandaſeron. Quidam uero hanc ſandaſtron: illam ſandare
ſon: in india naſcentem illam quoq; & loci nomen cuſtodientem. Mali coloreaut olei uiridis : omnibus
improbatam. Ex eodem genere ardentium lichnites appellata a lucernarum accenſarum præcipua gra
tia. Naſcitur circa orthoſiam totaq; caria ac uicinis locis. Sed probatiſſima in indis. Quam quidam re
miſſiorem carbunculum eſſe dixerunt. Secunda bonitate ſimilis eſt ionis appellata a prælatis floribus.
Et alias inuenio differentias. Vnam quæ purpura radiet. Alteram quæ coccora ſole excalfactas: aut
digytorum attritu: paleas & cartharum fila ad ſe rapere. Hoc idem & carchedonius facere dicitur : q̄q̄
multo uilior prædictis. Naſcitur apud naſamonas in montibus: ut incolæ putant: hymbre diuino. In
uenitur ad

C. Plinii Secundi naturae historiarum libri XXXVII - page 529 sur 536

uenitur ad repercuſſum lunæ:maxime plenæ. Carthaginem quondam deportabatur. Archelaus & in
ægypto circa thebas naſci tradidit:fragiles:uenenoſas:morienti carboni ſimiles. Potoria uaſa & ex hoc
lapide & ex lychnite factitata inuenio. Omnia autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt: par-
temq; ceræ ĩ ſigno tenent. E diuerſo ad hæc ſarda utiliſſima:quæ nomen cum ſardonyce communicauit.
Ipſa gemma uulgaris:et primum ſardibus reperta. Sed laudatiſſima circa babyloniam cum lapidicinæ
quædam aperirentur:hærens in ſaxi corde. Hocq; modo metallum apud perſas defeciſſe traditur. Sed ĩ
ueniunt cõpluribus aliis locis:ſicut in epiphyra et aſſo in india triũ generũ rubrũ: & quod demium,uo- In epiri
cant a pinguedine:tertium quod argenteis bracteis ſublinitur. Indicæ prelucent craſſiores ſunt arabicæ. aſſo uel in
Inueniuntur & circa leucada epiri:& circa ægyptum quæ bractea aurea ſublinuntur. Et in his autem ma epiro et aſ
res excitatius fulgent. Fœminæ pinguiores ſunt:& craſſius nitent. Nec fuit alia gemma apud antiquos ſo:in ida.
uſu frequentior. Hac certe apud Menandrum & philemonem fabulæ ſuperbiunt. Nec ullæ tranſlucen
ti tardius ſuffuſo humore hebetantur:oleoq; magis q̃ alio liquore. Damnãtur ex iis melleæ & ualidius
teſtaceæ.

De generibus topatii & callaite:& de gemmis uiridibus
non tranſlucentibus. Cap.viii.

Gregia etiamnum topatio gloria eſt:ſuo uirenti genere:& cum reperta eſt prælatæ omnibus.
e Id accidit in arabiæ inſula:quæ chytis uocatur. In qua troglodytæ prædones:cum diutius fa-
me & tempeſtate preſſi hærbas radiceſq; effoderent:eruerunt topation. Hæc Archelai ſenten
tia eſt. Iuba topation inſulam in rubro mari a cõtinente ſtadiis.ccc.abeſſe tradit:nebuloſam: & ideo quæ
ſitam ſæpe a nauigantibus:ex ea cauſa nomen accepiſſe. Topazin enim troglodytarum lingua ſignifica
tionem habere quærendi. Ex hac primum importatam Berenicæ reginæ:quæ fuit mater ſequentis Pto-
lemæi a Philemone præfecto regis ac mire placuiſſe: & inde factam ſtatuam Arſinoe Ptolemæi Phila
delphi uxori quattuor cubitorum ſacratam in delubro quod aureum cognominabatur. Recentiſſimi au
ctores & circa thebaidis alabaſtre oppidũ naſci dicũt. Et duo eius genera faciũt praſoidẽ:atq; chryſopte
rõ ſimilẽ chryſopraſio:eius enĩ tota ſimilitudo ad ſucũ porri dirigitur. Eſt autẽ ãpliſſima gẽmarũ. Eadẽ
ſola nobilium limam ſentit. Cæteræ ſaxo & cote poliuntur. Hæc & uſu atteritur. Comitatur eam ſimi-
litudine propior:q̃ auctoritate callais uiride pallens. Naſcitur poſt auerſa indiæ apud ĩcolas caucaſi mõ
tis phicaros ac aſdathas amplitudine conſpicua: ſed fiſtuloſa ac ſordium plena. Sincærior multo præ-
ſtantiorq; in germania. Vtrobiq; autem in rupibus inuiis & gelidis:oculi figura extuberans: leuiterq; ad
hærens:nec ut annata petris:ſed ut appoſita. Quapropter ſcandere ad eam pigritia pedum equeſtres po Charma
pulos tædet:ſimul et periculum terret. Ergo euntes e longinquo inceſſunt:& cum toto muſco excuti- nia.pius,
unt. Hoc uectigal hocq; geſtamen diutius in ceruice gratiſſimum norunt. Is cenſus: hæc gloria a pueri
tia deiectorum numerum prædicantium. In quo uaria fortuna. Quidam ictu primo cepere præclaras.
Multi in ſecundo nullas. Et quidem callaides tali ſectura formantur:alias fragiles. Optimus color ſma
ragdi ut tamen apparet ex alieno eſt ꝙ placeant. Incluſæ decorantur auro. Aurumq; nullæ magis decẽt.
Quæ ſunt earum pulchriores:oleo:unguento:et etiam mero colorem deperdunt. Viliores conſtantius
repræſentant:neq; eſt mutabilior alia aut mendacior uitri. Sunt qui in arabia inueniri eas dicunt in nidis
auium quas melanchoryphos uocant. Viridantium & alia plura ſunt genera. Vilior eſt turbæ praſius.
Cuius alterum genus ſanguineis punctis abhorret. Tertium uirgulis tribus diſtinctum eſt candidum.
Præfertur his Chryſopraſius porri ſucum & ipſa referente:ſed & paulum declinans a topatio in aurum.
Huic & amplitudo ea eſt:ut cymbia etiam ex ea fiant. Cylindri quidem celerrime. India has generat &
nilion fulgoris ſi ante habeas breuis:et cum intueare fallacis. Sudines uero dicit & in ſyuero atticæ flu-
mine naſci. Eſt autem color fumidæ topatii:aut aliquando melleæ. Iuba in æthiopia gigni tradit: & in
littoribus amnis quem nilum uocauimus:& inde nomen trahere. Non tranſlucet molochites ſpiſſius ui
rens:a colore maluæ nomine accepto:reddendis laudata ſignis: & infantium cuſtodia quadam innato-
contra pericula ipſorum medicamine. Viret:& ſæpe tranſlucet iaſpis:etiam ſi uictus a multis antiquita-
tis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes Smaragdo ſimilem indicæ. Cyprii dicunt glau-
cum pinguemq;. Perſæ aeri ſimilẽ ob id uocatur aerizuſa talis. Et iaſpis eſt cærulea circa thermodoontẽ
amnem. In phyrgia purpurea. In cappadocia ex purpurea cærulea: atq; non refulgens. Thracia indicæ
ſimilem mittit. Chalcidia turbidã. Sed minus refert nationes q̃ bonitates diſtinguere. Optima ergo quæ
purpuræ quicq̃ habet ſecunda quæ roſæ:tertia quæ ſmaragdi. Singulis autem græci nomina ex argumen
to dedere. Quarta apud eos uocaẽ boria cælo autumnali matutino ſimilis:& hæc erit illa: quæ uocatur
aerizuſa. Similis eſt & ſardæ imitata & uiolas. Non minus multæ ſpecies reliquæ:ſed oẽs ĩ uitio: ceruleæ
aut cryſtallo ſimiles:aut myxis. Itẽ terebynthizuſa in ꝓprio uti arbitror cognomine:uelut e multis eiuſ- phlegmati
dẽ generis compoſita gẽmis. Quãobrem præſtantiores funda clauduntur:ideſt patẽtes nec præterq̃ mar Diol.
gines auro amplectẽte. Vitium eſt & breuis in iis nitor & longe ſplẽdẽs:& ſal: & omnia quæ in cæteris.

K iii

Et uitro adulterantur: quod manifeſtum fit: cum extra fulgorem ſpargunt: atq; non in ſe continent: nec i
diuerſa quæ ſphragidas uocant. Publico gēmarum dominio in iis tātum dato: quoniam optime ſignēt.

De Iaſpidum generibus. Cap. ix.

Otus uero oriens pro amuletis traditur geſtare eam: quæ ex iis ſmaragdo ſimilis eſt: e petra p
t trāſuerſum linea alba præcingitur: & grammatias uocatur. Quæ pluribus polygrāmos. Libet
obiter uanitatē magicā hic quoq; coarguere: qm̄ hanc concionātibus utilē eſſe ꝓdiderunt. Eſt
& onychipūcta. quæ iaſpōyx uocat̄: & nubē cōplexa: & niues imitata: quæ ſtellata rutilis pūctis ē: & ſali
megarico ſimilis: & ueluti fumo īfecta: quæ capnias uocatur Magnitudinē iaſpidis. xi. unciaꝝ uidimus:
formatāq; inde effigiem Neronis thoracatam. Reddetur & per ſe cyaneo gratia accomodato paulo ante
iaſpidis nomine: colore cæruleo. Optima ſcythica: dein cypria: poſtremo ægyptia. Adulteratur maxime
tinctura: idq; in gloria regis ægypti adſcribitur: qui primus eam tinxit. Diuiditur autem hæc ī mares fœ
minaſq;. Ineſt aliquando & aureus puluis nō qualis in ſapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis col
lucet. Cerulеæ & ſapphiri raroq; cum purpura. Optimæ apud medos: nuſq̄ tamen perlucidæ. Præterea in
utiles ſcalpturæ interuenientibus cryſtallinis centris. Quæ uero ſunt ex iis cyanei coloris: mares exiſtimā
tur. Alius ex hoc ordo purpureis dabitur: & ab his diſcedentibus. Principatum amethyſti indicæ tenēt.
Sed in arabia ex ea quoq; parte quæ finitima ſyriæ petræa uocatur: & in armenia minore. & in ægypto:
& in galatia reperiuntur. Sordidiſſimæ autem atq; uiliſſimæ in tharſo & cypro. Cauſam nominis afferūt
ꝙ uſq; ad uini colorem accedens: prius q̄ eum diguſtet: in uiolam deſinit. Fulgorq; quidam in illa purpu
ræ non ex toto igneus: ſed in uini colorem deficiens. Perlucent autem omnes uiolaceo colore: ſcalpturis
faciles. Indicæ abſolutum purpuræ colorem habent. Ad hancq; tingentium officinæ dirigunt uota. Fun-
dit autem eum aſpectu leniter blandum: neq; ī oculos ut carbunculi uibrat. Alterum earum genus deſcē
dit ad hyacinthos. Hūc colorem indi ſacron uocant: talem gemmam ſacodion. Dilutior uero ex eodem
ſapinos uocatur. Eadem & paranites in contermino gentis arabiæ. Quartum genus colorem uini habet.
Quintum ad uiciniam cryſtalli deſcendit albicante purpuræ defectu Hoc & minime probatur: quando
præcellens debet eſſe in ſuſpectu uelut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roſeus nitor.
Tales aliqui malunt pæderotas uocari. Alii anterotas. Multi Veneris gemmam: quod maxime uidetur
decere & ſpetie & colore extremo gemmæ. Magorum uanitas reſiſtere ebrietati eas promittit: & inde ap
pellatas. Et præterea ſi lunæ nomen ac ſolis ſcribatur in iis: atq; ita ſuſpendantur collo e capillis cynoce-
phali uel plumis hirundinis: reſiſtere ueneficiis. Iam uero quoquomodo adeſſe reges adituris. Grandinē
auertere quoq; ac ſimilia proſpere & locuſtas: præcatione addita: quam demonſtrant. Nam e ſmaragdis
quoq; ſimilia ꝓmiſere: ſi aquilæ ſcalperent̄: aut ſcarabei. Quæ quidē ſcripſiſſe eos nō ſine cōtēptu & iri-
ſu generis humani arbitror. Multū ab ea diſtat hyacinthos: tamē e uicino deſcēdens. Differētia hæc ꝙ ille
emicans in amethyſto fulgor uiolaceus dilutꝰ eſt ī hyacintho. Primo quoq; aſpectu gratus: euaneſcit an
teq̄ ſatiet: adeoq; non implet oculos: ut pene nō attingat: marceſcens celerius noīs ſui flore. Hyacinthos
æthiopia mittit & chryſolitos: aureo colore tranſlucentes. Preferuntur iis indicæ. Et ſi uarie non ſint: ba-
ctrianæ. Deterrimæ autem arabicæ: quoniam turbidæ ſunt & uariæ: & fulgoris interpellati nubilo ma-
culaꝝ: etiam quæ lympidis contigere: ueluti ſcobe ſua refertæ. Optimæ uero ſunt: quæ in collatione au
rum albicare quadam argenti facie cogunt. Funda includuntur perſpicuæ. Cæteris ſubiicitur aurichal-
chum. Tametſi iam expertes gēmarū uſu appellantur aliq & chryſelectri in colorem electri declinantes:
matutinus aſpectus iucundior. Ponticas deprehendit leuitas. Quædam ī iis duræ ſunt ruffæq;: quædam
molles & ſordidæ. Boccus auctor eſt & in hiſpania repertas: quo in loco cryſtallū dicit ad libramentum
aquæ puteis defoſſis inde erutam Et chryſoliton. xii. pondo a ſe uiſam. Fiunt & leucochryſi: interueniēte
cādida uena. Sunt in hoc genere capniæ. Sunt & uitreis ſimiles: ueluti croco refulgentes. Vitreæ uero in
uiſu diſcerni non poſſint. Tactus autē deprehendit tepidior in uitreis. In eodem genere ſunt melichryſi:
ueluti p auꝝ ſincæro melle tranſlucente quas india mittit: q̄q̄ ad iniuriam fragiles. Eadem & xyſtion pa
rit plebeiam ibi gemmam. Candidarum dux eſt pæderos: q̄q̄ poteſt quæri: an in colore numerari debeat
totiēs iactari per alienas pulchritudines nominis: adeo decoris prærogatiua in uocabulo facta eſt. Eſt &
ſuum genus expectatione tanta dignum. Coeunt enim in tranſlucidā cryſtallum uiridis ſuo modo aer
ſimulq; purpura: & quidā uini aureus nitor: ſemper extremus in uiſu ſed purpura coronatus madere ſin
gulis uidet̄ his & pariter omnibus. Nec gēmaꝝ ulla eſt liqdior capiti iucūda: ſuauis & oculis. Laudatiſſi
ma eſt ī idis: apud quos argenō uocat̄. Proxima apud ægyptios: ubi ſenites. Tertia ī arabia: ueꝝ ſcabra
Mollius radiat pōtica & aſiatica. Ipſæ uero molliores ſunt: callatica: & tragica: & cypria. Vitia eaꝝ lan-
gor: aut alienis turbari coloribus: & quæ cæterarum. Proxima candicantiū eſt aſteria principatū habens
ꝓprietate naturæ: ꝙ incluſam lucē pupillæ modo quādā cōtinet: ac tranſfundit cū inclinatione uelut in-
tus ābulantē ex alio atq; alio loco reddēs: eadēq; cōtraria ſoli regerēs cādicātis radios: unde & nomē acce
pit difficilis ad cælādū. Indicæ præfert̄ ī carmania nata. Similiter cādida eſt quæ uocat̄ aſtrios cryſtallo
propinquans

Theo. hæc ipſa de cyano luto nō gemma.

propinquãs in india naſcens: & in pallenes littoribus: intus a centro cui ſtella lucet fulgoræ lunæ plenæ. Quidam cauſa nominis reddunt ꝙ aſtris oppoſita fulgorem rapiat: ac regerat. Optima in carmania gigni nullãq; minus obnoxiam uitio. Ceraunιam enim uocari quæ ſit deterior: Peſſimam lucernarum lumini ſimilem. Celebrant & aſtroiten: miraſq; laudes eius in magicis Zoroaſtrem cecinisse. Quidam diligentius de ea produnt. Aſtrobolon Sudines dicit oculis piſcium ſimilem eſſe: & radiare cãdido ut ſolẽ. Eſt inter candidas & quæ ceraunia uocatur: fulgorem ſyderum rapiens. Ipſa cryſtallina ſplendoris cærulei in carmania naſcens. Albam eſſe zenothemis fatetur: ſed habere intus ſtellam concurſantem. Fieri & hebetes ceraunias: quas nitro & aceto per aliquot dies maceratas concipere ſtellam eam: quæ poſt totidem menſes relangueſcat. Sotacus & alia duo genera fecit cerauniæ: nigras: rubenteſq;. Ac ſimiles eas eẽ ſecuribus. Per illas quæ nigræ ſunt & rotundæ urbes expugnari & claſſes. eaſq; betulos uocari. Quæ uero longe ſunt cerauneas. Faciunt & aliam raram admodum: & parthorum magis quæſitam: quoniam non alibi inueniatur: ꝗ in loco fulmine icto. Proximum cerauniæ nomen apud eos habet: quæ appellatur iris. Effoditur ĩ quadã inſula rubri maris: quæ diſtat a beronice urbe. lx. milia paſſuum: cætera ſui parte cryſtallus. Itaq; quidam radicem cryſtalli eſſe dixerunt. Vocatur ex argumento iris. Nam ſub tecto percuſſa ſole: ſpecies & colores arquus cæleſtis in proximos parietes eiaculatur: ſubinde mutans magnaque uarietate ammirationem ſui augens. Sexangulam eſſe ut cryſtallum conſtat. Sed eſſe aliquas ſcabris lateribus & angulis inequalibus dicũt. In ſole aperto proiectas: radios in ſe recãdentes diſcutere: Aliquas uero ante ſe proiecto nitore: adiacẽtia illuſtrare. Colores uero nõ niſi ex opaco reddunt: nec ut ipſæ habeant: ſed ut repercuſſu parietem illidant: optimaq; quæ maximos arquus facit: ſimillimoſq; cæleſtibus. Eſt & alia iris ceræ ſimilis: & prædura. Quam Horus crematam tuſamq; ad ichneumonum morſus remedio eſſe. Naſci autem in perſide tradit. Similis eſt aſpectu: ſed non eiuſdem effectus quæ uocatur zeros alba nigraq; macula in tranſuerſum diſtinguente cryſtallum. Expoſitis per genera colorũ principalium gemmis: reliquas litterarum ordinem explicabimus. Cætera.

## De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem. Cap. x.

a Chates in magna fuit auctoritate: nunc in nulla. Reperta primum in ſicilia iuxta flumen eiuſdem nominis: poſtea plurimis locis: excedens amplitudine numeroſa: uarietatibus diuerſis mutantibus cognomina eius. Vocatur enim phaſpachates. cerachates: ſardachates: hæmachates: leucachates: dendrachates: uelut arbuſcula inſignis. Antachates cum uritur myrrham redolens. Coraloachates guttis aureis ſapphiri modo diſtincta: qualis copioſiſſima in creta ſacra appellata. Putãt eam contra araneorum & ſcorpionum ictus prodeſſe. Quod in ſiculis utiq; crediderim: quoniam primũ eius prouinciæ afflatu ſcorpionum peſtis extinguitur. Et in india inuentæ contra eadem pollent: & aliis magnis miraculis reddunt enim ſpecies fluminum nemorũ & iumẽtorum: etiam ederæ & ſtaticula: & equorum ornamenta. Medici coticulas inde faciunt. Spectaſſe etiam prodeſt oculis. Sitimq; ſedant in os additæ. Phrigiæ uiridia non habent. Thebis ægyptiis repertæ carent rubentibus uenis: & albis. Et hæ quoq; contra ſerpentes ualidæ. Eademq; auctoritas & cypriis eſt. Sunt etiam qui maxime probent uitream perſpicuitatem in his. Reperiuntur & in thracia circa oetham. Et in parnaſo: & leſbo: ac meſſenæ: ſimiles limitũ floribus & rhodo. Aliæ apud magos differentiæ. Leoninæ pelli ſimiles potentiã habere contra ſcorpiones dicuntur. In perſis uero ſuffitu earum tempeſtates auerti: & præterea flumina ſiſti. Argumẽtum eſſe ſi inferuentes cortinas additæ refrigerent. Sed ut proſint leoninis iubis alligandas. Nam hiænæ pelli ſimilem abhominantur: diſcordialem domibus. Eam uero quæ unius coloris ſit inuictam athletis eſſe. Etiam eſſe da & ſtaticula.

Argumentum eius ꝙ in olla plena olei cocta cum pigmentis: & intra duas horas ſubferuefacta: unum colorem ex omnibus faciat minii. Acopis nitro ſimilis eſt: pumicoſa aureis guttis ſtellata. Cum hac oleũ ſubferuefactum perunctis laſſitudinem (ſi credimus) ſoluit Alabaſtrites naſcitur in alabaſtro ægypti: & in ſyriæ damaſco candore intercincto uariis coloribus. Quæ cremata cum foſſili ſale: ac trita grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Alectorias uocant in uentriculis gallinaceorum iuentas criſtallina ſpecie: magnitudine fabæ. Quibus Milonem crotonienſem uſum in certaminibus iuictum fuiſſe: uideri uolunt. Androdamas argenti nitorẽ habet ut adamas: quadrata: & ſemp teſſellis ſimilis magnis: putantq; nomẽ impoſitũ ab eo: ꝙ impetus hominũ: & iracundias domet. Eadẽ ſit an alia argyrodamas: auctores non explicant. Antipathes nigra nõ trãſlucet. Experimentũ eius ſi coquat̃ ĩ lacte facit enim hoc myrrhæ ſimile immiſſa. Eamq; cõtra effaſcinationes auxiliari magi uolũt. Arabica ebori ſimillima ẽ & hoc uideret: niſi abnueret duricia. Quãq; putãt cõtra dolores neruoꝝ ꝓdeſſe habentibus. Aromaticis & ipſa ĩ arabia tradit̃ gigni. Sed & ĩ ægypto circa piſas ubiq; lapidoſa: & myrrhæ coloris & odoris ob hoc reginis frequentata. Aſbeſtos in arcadiæ montibus naſcitur: coloris ferrei: Aſpilatẽ: Democritus in arabia gigni tradit ignei coloris. Eã oportere cameli fimo plenicis alligari. Inueniriq; ĩ nido arabicaꝝ alitum. Et aliã codẽ

nomine ibi in leucopetra naſci argentei coloris contra lymphatum habendã. Atizoem in india & perſidis
acidiæ monte naſci tradit argenteo nitore fulgẽtem: magnitudine trium digitoꝝ ad lenticulæ figurã odo
ris iucũdi: neceſſariam magis regẽ conſtituentibus. Augites multis nõ alia uidet̃ eſſe q̃ quæ calais. Am-
phitane alio noĩe appellat̃ chryſocolla in indiæ parte: ubi formicæ eruũt auꝝ: in qua inuenitur auro ſimi
Agere. lis: quadrata figura: affirmaturq; natura eius quæ magnetis: niſi ꝙ augere quoq; aurum traditur. Aphro
diſiace ex candida ruſa eſt. Apiſtos ſeptenis diebus calorem tenet excalfacta igni nigra ac ponderoſa diſti
guentibus eam uenis rubentibus. putant prodeſſe contra frigora. Agyptillam Iacchus intelligit p album
ſarda: nigraq; uena tranſeunte. Vulgus aũt in nigra radice cæruleã facit. Balanitæ genera duo habent ſub
uirides: & corinthii æris ſimilitudine. Illa a copto. Hæc ex troglodytica regione ueniunt medias ſecante
flammea uena. Batracchitas mittit & coptos. Vnam ranæ ſimilẽ colore. Alterã ebori. Tertiã rubẽtis e ni
gro. Baptes mollis: alioquin odore excellit. Beli oculus albicans pupillam pingit nigram e medio aureo
fulgore lucentem. Hæc pp ſuam ſpeciem: ſacratiſſimo aſſyriorum deo dicatur. Aliam autem quam be-
lum uocant in arbelis naſci Democritus tradit nucis iuglandis magnitudine uitrea ſpecie. Baroptenus:
ſiue botrypes nigra: ſanguineis & albis nodis alligata dicit̃: ueluti portẽtoſa. Botrytes alia nigra ẽ: alia pã
pinea incipienti uuæ ſimilis Boſtrychitem Zoroaſtres uocat crinibus mulieꝝ ſimiliorẽ. Bucardia bubu-
lo cordi ſimilis: babylone tantum naſcitur. Brontia capitibus teſtudinũ ſimilis: & cũ tonitruis cadit (ut
Calamites putãt) & fulmine tacta reſtinguit: ſi credimus. Bolæ nimbo ĩueniuntur glebæ ſimilitudĩe. Cheramydes
uet. lec. eadem eſſet quam oſtracitem uocant: niſi ꝙ hanc cæruleæ interdum bullæ cingunt. Calais ſaphirum imĩ
tatur: candidior & littoroſo mari ſimilis. Capnites quibuſdam uidetur ſuum genus habere plurimis ſpi-
Calaites ris fumida: ut ſuo loco diximus. Cappadocia & in phrygia naſcitur ebori ſimilis. Calamites a calamo: fe
in turbido runtq; plures ſimul coniunctos inueniri. Catochites corſicæ lapis eſt cæteris maior mirabilis: ſi uera tra-
calaino fe- dunt̃: impoſitã manũ ueluti gũmi retinẽs. Catopyrites e cappadocia ꝑuenit. Cepites: ſiue cepocapites
runtq; plu cãdida ẽ uenaꝝ nodis coeuntibus candore imaginẽ regerens. Ceramites teſtæ colorẽ habet. Cynedianæ ĩ
res calai- ueniuntur ĩ cerebro piſcis eiuſdem noĩs candidæ & oblongæ euentuq; mirandæ ſi modo eſt fides: præſa
tas. ſ. gare eas habitũ maris nubilo colore aut trãquillitate. Cærites ceræ ſimilis eſt. Circos piris. Corſoides ca
nicici hominis. Coralloachates corallo aureis guttis diſtinctæ. Corallis minio gigniturq; in ĩdia & ſyene.
Ceraſum Craterites inter chryſolithum & electrum colorem habet predurae naturæ. Crocallis ceras repreſentat.
uet. cod. Ciſſites circa copton naſcitur cãdida: & uidetur intus habere partũ: q ſentiatur etiam ſtrepitu. Chalcopho
Cyſſope- nos nigra eſt: ſed illiſa æris tinnitum reddit tragœdis ut ſuadent geſtanda. Chelidoniæ duorum ſunt gene
tra uel cry rum: hirundinum colore: & alia parte purpureæ nigris interpellantibus maculis. Chelonia oculus eſt in-
ptopetra. dicæ teſtudinis: uel portentoſiſſima magorum mendaciis: melle enim colluto ore impoſitam linguæ fu-
turorum diuinationem præſtare promittunt quintadecima luna & ſilente tota die: decreſcente uero ante
ſolis ortum. Cæteris diebus a prima in ſextam horam. Sunt & chelonitides teſtudinum ſimiles: ex qui
bus ad tempeſtates ſedandas multa uaticinãtur. Eam uero quæ ſit aureis guttis cum ſcarabeo deiectã ĩ
aquã feruentẽ tempeſtates tueri. Chlorites hærbacei coloris eſt: quam dicunt magi eam inueniri in ſcyllæ
auis uentre cõgenitã ei: ferroq; includi iubent ad quædã ꝓdigioſa moris ſui. Coaſpites a flumine dicta eſt
uiridis fulgoris aurei. Chryſolampis ĩ æthiopia naſcitur pallidi coloris die: & noctu ignei. Chryſophis au
Ad darda rum uidetur eſſe Cepionides æolide nunc ad arneum pagũ quondã oppidũ naſcuntur multis coloribus
num nunc tranſlucentes: alias uitreæ: alias cryſtallinæ: alias iaſpideæ. Sed & ſordidis tãtus ẽ nitor: ut imagines red-
pagum. dant ceu ſpecula. Daphniam Zoroaſtres & orchaſtres morbis comitialibus demõſtrant. Diadochos be
ryllo ſimilis eſt. Diphris duplex candida ac nigra: mas ac fœmina: gentile utriuſq; ſexus diſtinguente li-
nea: Dionyſias nigra ac dura mixtis rubentibus maculis. Quæ ex aqua trita ſaporem uini facit: & ebrie-
tati reſiſtere putat̃. Draconites ſiue dracontias e cerebro fit draconum: ſed niſi uiuentibus abſciſſo: nunq̃
gẽmaſcit: inuidia aĩalis mori ſe ſentientis. Igitur mos eſt: ut dormientibus aĩalibus caput amputent. So-
tacus qui uiſam eam gemmam ſibi apud regẽ ſcripſit: bigis uehi quærentes tradit: & uiſo dracone ſparge
re ſomnifica medicamẽta: atq; ita precidere. Eſſe aũt candore tranſlucido nec poſtea poliri: aut artẽ admit
tere. Encardia cognominatur & Cardiſce. Vna in qua nigra effigies cordis eminet. Altera eodẽ noĩe uiri-
di colore: cordis ſpeciem repreſentat. Tertia nigrũ cor oſtendit reliqua ſui parte candida. Enorchis candi
da ẽ: diuiſaq; fragmẽtis teſtium effigiẽ repræſentat. Exhebenũ Zoroaſtres ſpecioſam & cãdidã tradit: qua
aurifices auꝝ poliũt. Eriſtalis cũ ſit cãdida: ad ĩclinatiões rubeſcere uidet̃. Erotylos eadẽ quæ mepicoros
& hieronnemon a Democrito laudat̃ in argumẽtis diuinationũ. Eumetris ĩ bactris naſcit̃: ſilici ſimilis:
& capiti ſuppoſita uiſa nocturna oraculi modo reddit. Eumetren Beli gemmã ſanctiſſimi deoꝝ ſibi aſſy
rii appellant porracei coloris ſuperſtitionibus gratam. Eupetalos quattuor colores habent cæruleũ igne
Striata. um: minii: mali. Eureos nucleo oliuæ ſimilis eſt: ſtrictæ concharum modo non adeo candida. Eu-
rotias ſitu uidetur operire nigritiam. Euſebes ex eo lapide eſt: ex quo traditur Tyri in Herculis tem-
plo facta ſedes, ex qua dii facile ſurgebant. Epimelas fit: cum in candida gemma ſuperne nigricat co-
los. Galaxiam

los. Galaxiam aliqui galactiten uocãt:ſimilẽ proxime dictis:ſed intercurrentibus ſanguineis aut candi
dis uenis. Galactites ex uno colore lactis eſt. Eandem dicunt leucogageam & leucographiam appellãt:
& ſynephiten lactis ſucco ac ſapore notabilem. In educatione nutricibus lactis fœcunditatem infantiũ
quoque alligata collo ſaliuam facere dicitur. In ore autem liqueſcere. Eãdem memoriam adimere dicũt.
Mittit eam & achelous amnis. Sunt qui ſmaragdum albis uenis circumligatum galactiten uocent. Ga
laicos argyrodamanti ſimilis eſt:paulo ſordidior. Inueniuntur autem binæ uel ternæ. Gaſidanem medi
mittunt coloris olorini ueluti floribus ſparſam. Naſcitur & in arbellis. Hæc quoque gemma concipere
dicitur:& intra ſe partum fateri concuſſa. Concipere autem trimeſtri ſpatio. Gloſſo petra linguæ ſimilis
humanæ in terra nõ naſcitur:ſed deficiente luna cælo decidere:& lenocinanti neceſſaria creditur. Quod
ne credamus promiſſi quoque uanitas facit. Ventos enim comprimi narrant. Gorgonia nihil aliud eſt q̃
corallium:nominis cauſa:q, induritiam lapidis mutatur:emollit marina fulminibus:& tyhponi reſiſte
re affirmant. Genianen eadem uanitate inimicorum pœnas efficere promittunt. Heliotropium naſcitur
in æthiopia:africa cypro porracei coloris:ſanguineis uenis diſtincta. Cauſa nominis:quoniã deiecta in
uas aquæ fulgorem ſolis accedentẽ percuſſu ſanguineo mutat:maxime æthiopica:eadẽ extra aquam ſpe
culi modo ſolem accipit:deprehẽditq; defectus ſubeuntem lunam oſtendens. Magorum impudẽtiæ ue
maniſeſtiſſimum hoc quoq; exemplum eſt:quoniam ammixta hærba heliotropio:quibuſdam quoq; ad
ditis precationibus gerentem conſpici negent. Hepheſtites quoq; ſpeculi naturã habet in reddendis ima-
ginibus:quãquam rutila. experimentum eſt ſi feruentem aquam addita ſtatim refrigeret:aut ſi in ſolem
addita aridam materiam accedẽt. Naſcitur in coryco. Horminodes ex argumento uiriditatis in candida
gemma uel nigra:& aliquando palida:ambiente circulo aurei coloris appellatur. Hexeconthalithos in
parua magnitudine multicolor:hoc ſibi nomẽ adoptauit. Reperitur in troglodytica regione. Hieracites
alternat tota miluinis nigricans ueluti plumis. Hammitis ouis piſciũ ſimilis eſt:& alia uelut nitro com-
poſita prædura alioqui. Hammonis cornu inter ſacratiſſimas æthiopiæ gẽmas aureo colore arietini cor-
nus effigiem:reddens promittitur prædiuina ſomnia repræſentare. Hormeſion iter gratiſſimas aſpicitur
ex igneo colore radians auro portante ſecum in extremitatibus candidam lucem. Hyeniæ ex oculis hye-
næ & ob id in uaſe inueniri dicuntur:& ſi credimus:linguæ hominis ſubditæ futura prædicere. Hæmati-
tes in æthiopia quidẽ principalis:ſed & in arabia & africa inuenitur ſanguineo colore:non omittenda pro
miſſis ad coarguendas barbarorum inſidias. Zachalias babylonius in his libris quos ſcripſit ad regẽ Mi
tridatem humana gemmis attribuit fata:has non contentus oculorum & iocinerum medicina decoraſſe.
A rege etiam aliquid petituris dedit:& litibus iudiciiſq; interpoſuit in prœliis etiam eas ſalutares pronun
tiauit. Eſt & alia eiuſdem generis:quæ uocatur henui ab indis:xanthos appellata græcis e fuluo cãdicãs.
Idæi dactyli in creta ferreo collore pollicem humanum exprimunt. Icterias mali cute lurido ſimilis:ideo
exiſtimatur ſalubris contra regios morbos. Eſt & alia eodem nomine liquidior. Tertia folio uiridi ſimiliſ
latior prioribus:pene ſine pondere:uenis luridis. Quartum genus in eodem colore nigris uenis deſcendẽ
tibus. Iouis gemma candida eſt:non ponderoſa:tenera. Indica gentium ſuarum habet nomẽ:ſub rufo co
lore:in attritu ſudorem purpureum emanat. Alia eodem nomine candida:puluereo aſpectu. Ion apud in
dos uiolacea eſt:ſed raro ſaturo colore lucet. Lepidotes ſquãmas piſcium uariis coloribus imitatur. Leſ-
bias leſbi patriæ nomen habens inuenitur & in india. Leucophthalmos rutila alias oculi ſpeciem cãdidã
nigramque continet. Leucopetalos candorem niuis ex auro diſtinguit. Libanochros thuris ſimilitudinem
oſtendit:ſed ad ſuccum mellis. Limoniates eadem uidetur quæ ſmaragdus. De lipare hoc tantum tradi-
tur:ſuffita ea omnes beſtias euocari. Lyſimachus rhodio marmori ſimilis ẽ aureis uenis:politur ex mar-
more:amplitudine in anguſtias coeunte:ut inutilia exterantur. Leucochryſos fit chryſolito interalbican
te. Memnonia qualis ſit non traditur. Media nigra eſt a Medea illa fabuloſa iuenta:habet uenas aurei co
loris:ſudorem reddi croci:ſaporem autem uini. Meconites papauera exprimit. Mitrax a perſis accepta ẽ
& rubri maris montibus: multicolor: contra ſolem uarie refulgens. Meroctes porracea lacte ſudat.
Morion indica quæ nigerrimo colore tranſlucet uocatur pramnion:in qua miſcetur & carbunculi colos Moroch-
Alexandrinum:ubi ſardæ cyprium. Naſcitur & in tyro & in galatia. Xenocrates & ſub alpibus naſci tra- thos.
dit:Hæ ſunt gemmæ quæ ad æctypas ſcalpturas aptãtur Myrites myrrhæ colorem habet:faciemq; mi
nimæ gemmæ:unguenti odorem attrita etiam nardi. Myrmecias nigra habet eminentias ſimiles uerru-
cis. Myrſinites melleum colorem habet:myrrhæ odorem. Meſoleucos eſt mediam gemmam candida
diſtinguente linea. Meſomelas nigra uena quemlibet colorem ſecante per medium. Naſomonites ẽ ſan
guinea nigris uenis. Nebrides Libero patri ſacra nomen traxit a nebridum eius ſimilitudine. Sunt & aliæ
nigræ generis eiuſdem. Nympharena urbis & gentis perſicæ nomen habet:ſimilis hippopotami den-
tibus. Orca barbari nominis e nigro fuluoq; ac uiridi & candido placet. Ombria quam aliqui notiam uo Similis he
cant ſicut cerauina & Brontia cadere cum hymbribus & fulminibus dicitur:eundẽq; effectũ habere quẽ phestitæ.
Brontia narratur. Præterea i aras addita ea traditur libamenta non amburi. Orites globoſa ſpecie a qui-

buſdam & ſyderites uocatur ignem non ſentiens. Oſtracias ſiue oſtracites eſt teſtacea durior altera achatæ ſimilis: niſi q; achates politura pingueſcit duriori: tanta ineſt uis: ut aliæ gẽmæ ſcalpantur fragmentis eius. Oſtracidi oſtrea nomẽ & ſimilitudinẽ dedere. Ophicardelon barbari uocant nigrum colorem binis lineis albis includentibus. De obſidiano lapide diximus ſuperiore libro. Inueniuntur & gẽmæ eodem nomine ac colore non ſolum in æthiopia indiaq;: ſed etiã in ſamo ut aliq putant. & in littoribus hiſpanienſis oceani. Panchros fere ex omnibus coloribus conſtat. Pangonis nõ longior digito: ne cryſtallus uideatur: numero pluriũ angulorũ cauet. Paneros qualis ſit a Metrodoro non dicit: ſed carmẽ Timaridis reginæ in eadem dicatum Veneri nõ inelegans ponit: ex quo intelligit additã ei fœcunditatem. Quidã hãc panſebaſton uocant. Ponticarum plura ſunt genera. Eſt ſtellata nunc ſanguineis nunc atris guttis quæ inter ſacras habet. Alia pro ſtellis eiuſdem coloris lineas habet. Alia montium cõualliũq; effigies. Philoginos

Oſtraciæ. quem & chryſiten uocant oſtreæ atticæ aſſimilata: inuenit in ægypto. Phoenicites ex balani ſimilitudine appellatur. Phycites algæ. Perileucos filo ab ore gẽmæ ad radicem uſq; candido deſcendente. Pæantides quas quidam gemonidas uocant pregnantes fieri: & parere dicuntur: mederiq; parturientibus. Nam tales in macedonia iuxta monumentum Tireſiæ inueniuntur: ſpecieſq; eſt eis aquæ glaciatæ. Solis gemma candida eſt: & ad ſpeciem ſyderis in orbem fulgentes ſpargit radios. Sagdam chaldei adhereſcentem nauibus habent: inuenitur praſini coloris. Samothracia inſula eiuſdem nominis gemmã dat nigram: ac ſine pondere ligno ſimilem. Sauriten in uentre uiridis lacerti harundine deſecti tradunt inueniri. Sarcites bubulas carnes præſentat. Selenites ex candido tranſlucet melleo fulgore: imaginem lunæ continens: redditq; eam in dies ſingulos creſcentis minuẽtiſq; numero: naſciq; putatur in arabia. Syderites ferro ſimilis & litigio illata diſcordias facit: quæq; naſcitur in æthiopia. Syderopœcilos ex ea fit uariantibus guttis. Spongites ſpongiæ nomen repræſentat. Synodõtites e cerebro piſcium eſt: qui ſynodõtes uocantur. Syrtitæ in littore ſyrtium iamquidem lucania inueniuntur melleo colore croco refulgentes. Intus autem ſtellas continet languidas. Syringites ſtipulæ internodio ſimilis: perpetua fiſtula cauatur. Trichrus ex africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit: a radice nigrum: medio ſanguineum: ſummo candidum. Telirrhizos cinerei coloris aut ruffi cãdidis radicibus ſpectatur. Telicardios colore cordis perſas apud quos gignitur magnope delectat. Maculãq; appellãt Thracia triũ generũ ẽ: uiridis aut pallidior tertia ſanguĩeis guttis. Tephritis nouæ lunæ ſpeciem habet curuatæ in cornua quanuis cinerei coloris Thecolithos oleæ nucleo ſimilis uidetur: neq; eſt gemmæ honos: ſed lingentium calculos frangit: pellitq;. Veneris crines nigerrimi nitoris continent in ſe ſpeciem rufi crinis. Veientana italica gemma eſt: ueiis reperta nigram materiam diſtinguente limito albo. Zathenen in media naſci Democritus tradit electri colore: & ſi quis terat in uino palmeo & croco ceræ modo lenteſcere: odore magnæ ſuauitatis. Zmilaces in euphrate naſcitur proconneſo marmori ſimilis: medio colore glauco: zoronyſios in indo flomine naſcitur: magorum gemma eſſe narratur: neq; aliud amplius de ea.

De gemmis quæ a membris hominum cognominantur: & quæ ab animalibus: & de iis quæ a cæteris rebus. Cap. xi.

St etiãnum alia diſtinctio: quã equidem fecerim ſubinde uariata expoſitione. Si qdem a mẽbris

e corporum habent nomina. Hepatites a iocinere. Steatites ſingulorũ aĩalium adipe numeroſa.

Adu nephros eiuſdẽ Theu dactylus hic & aſyris colit: Triophthalmos ionice naſcit tres hoĩs ſimul oculos exprimẽs: Ab aĩalibus cognominant. Carcinias marini cãcri colore. Echites uiperæ. Scorpites ſcorpiõis aut colore aut effigie. Scarites ſcari piſcis. Triglites muli. Aegophthalmos caprino oculo. Item alia ſuillo. Et a gruis collo geranites. Hieracites accipitris. Aetites a colore aquilæ candicãte cauda. Myrmecites innatã repentis formicæ effigiẽ habet. Scarabeorũ cantharias. Lycophthalmos quattuor eſt

Chelidoniam. colorũ ex rutilo & ſanguineo in medio nigrũ cãdido cingitur: ut luporũ oculi: illis p oĩa ſimilis Thaos pauoni eſt ſimilis: itẽ aſpidi: quã uocari Timoloniã iuenio. Arenarũ ſimilitudo eſt ĩ hãmochryſo uelut auro harenis mixto. Cenchrites milii granis uelut ſparſis. Dryites e trunicis arborũ: hæc & ligni mõ ardet. Ciſſites ĩ cãdido collucet ederæ foliis quæ totã tenent. Narciſſites uenis ẽt edere diſtiguit. Cyamea nigra eſt: ſed fracta ex ſe fabæ ſimilitudinẽ parit. Pyrenæ ab oliuæ nucleo dicta ẽ: huic aliquando ineſſe piſciũ ſpinæ uidentur. Chalazias grandinũ & colorẽ & figurã habet adamantinæ duritiæ. Narrãt ẽt ĩ ignẽ additæ manere ſuũ frigus. Pyrites nigra qdẽ: ſed attritu digitos adurit. Polyzonos nigra multis zonis cãdicat. Aſtrapiæ ĩ cãdido aut cyaneo diſcurrũt e medio fulmĩs radii. In phlegonti de ĩtus ardere quædã uidetur flãma: quæ nõ exeat. In anthracitide ſcĩtillæ diſcurrere aliquando uidẽtur. Enhydros ſemp rotunditatis abſolutæ ĩ candore eſt leuis: ſed ad motum fluctuat ĩtus ĩ ea ueluti ĩ ouis liquor. Polytryx ĩ uiridi capillatur. ſed

Indicat. defluuia comarum facere dicitur. Sunt & a leonis pelle & pantheræ nominatæ leontios pardalios. Colos

Spartopolios pollux. appellauit chryſolithum aureus. Chryſopraſum hærbaceus. Melleus melichrota: quanuis plura eius genera ſint. Melychloron eſt geminus parte flauus: parte melleus. Crociam croci. Polia canitiem quandam ſparti inducit: eandem duriorem. Nigra ſpartopolia. Rhodites a r[illegible] eſt. Melites mali coloris.

Chalcites

Chalcites æreí. Sicites fici. Ratio nominum non eſt in borſycite in nigro: ramoſa candidis aut ſanguineis
frondibus. Nec gemite uelut in petra candidis manibus inter ſe complexis. Ananchitide in necromantia
dicunt euocari imagines deorum. Synochitide umbras īferorum euocatas teneri. Dendritide alba defoſ
ſa ſub arbore quæ cædatur ſecuris aciem non ebetari. Et ſunt multo plures: magiſq; monſtrificæ: quibus
barbari dedere nomina confeſſi lapides eſſe. Nobis ſatis erit in his coarguiſſe dira mendacia.

De geminis naſcentibus & factitiis: & figuris gemmarum. Cap. xii.

g Emmæ naſcuntur repente nouæ ac ſine nominibus: ut lampaſci in metallis aurariis una inuenta
quæ propter pulchritudinem Alexandro regi miſſa fuit: ut auctor eſt Theophraſtus. Coclides
quoq; nunc uulgatiſſimæ famæ ſiunt uerius q̄ naſcuntur: in arabia reptis ingentibus glebis Mel
le excoq tradūt ſeptenis diebus noctibuſq; ſine intermiſſione. Ita omni terreno uitioſoq; puluere decuſſo
purgatā glebam artificum ingenio uarie diſtribui in uenas: ductuſq; macularum q̄ maxime uendibili ra-
tione ſectantiū. Quōdamq; tantæ magnitudinis fecere: ut equis regū in oriente frontalia atq; ꝓ phaleris
penſilia facerent. Et alias oēs gemmæ mellis decoctu niteſcunt: præcipue corſici. In omni alio uſu acrimo
nia abhorrentis. Quæ uariæ ſunt: & ad nouitatem accedere caliditate ingenioꝝ contingit ut nomē uſita-
tū non habeant. Phyſes appellant uelut ipſius naturæ admirationē in iis uendicantes cū finis nominū nō
ſit: quæ pſequi non eqdem cogito: innumera ex græca uanitate conficta. Indicatis nobilibus gēmis etiam
plebeis raroꝝ generum dictu dignas diſtrinxiſſe ſatis erat. Illud mō meminiſſe conuenit increſcētibus ua
rie maculis atq; uerrucis lineaꝝ: que interueniunt multiplici ductu: & colore mutata ſæpius nomina ī ea
dem plerūq; materia. Nunc cōmuniter ad omnium gēmarum obſeruationē ptinentia dicemus opiniōes
ſecuti auctorum. Cauæ aut extuberantes uiliores uidentur æqualibus. Figura oblonga maxīe probatur:
deinde quæ uocatur lenticula: poſtea clipeidos & rotunda: anguloſis minima gratia. Veras a falſis diſcer
nendi magna difficultas. Quippe cum inuentum ſit ex ueris gemmis in alterius generis falſas traducere.
Sardonyces e cerauniis glutinantur gemmis ita ut deprehendi ars non poſſit: aliunde nigro: aliunde can
dido: aliunde minio ſumptis: omnibus in ſuo genere probatiſſimis. Quinimmo etiam extant commenta
rii auctorum: quos non equidem demonſtrarim: quibus modis ex cryſtallo tingantur ſmaragdi: aliæq;
tranſlucentes. Sardonyx e ſarda. Item cæteræ ex aliis. Neq; eſt ulla fraus uitæ lucroſior.

De ratione probandarum gemmarum. Cap. xiii.

n Os contra rationem deprehendendi falſas demonſtrabimus: quando etiam luxuriam aduerſu
fraudem muniri decet. Præter illa quæ in principalibus quibuſq; generibus priuatim diximus.
Tranſlucentes matutino probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt in quartam horam: poſtea uetant.
Experimēta pluribus modis cōſtant. Primū pondere: ſi grauiores ſentiuntur: poſt hæc corpore. Fictitiis
puſtulæ in ꝓfundo apparent. Scabritia in cute. In capillamento folgoris inconſtantia: prius q̄ ad oculos
ꝑueniat deſinens nitor: Decuſſi fragmenti paulū: quod ī lamina ferrea terat̄ efficaciſſimū exꝑimento ex
cuſant mangones gemmaꝝ. Recuſant ſimiliter & limæ probationē. Obſidianæ fragmenta ueras gēmas
non ſcarificant. Fictitiæ ſcarificationis candicantiā fugiūt. Tantaq; differentia ē: ut aliæ ferro ſcalpi nō poſ
ſint: aliæ non niſi retuſo: ueꝝ omnes adamante: Plurimū aūt in his terebraꝝ proficit feruor. Gēmiferi am
nes ſunt acaxis: mater: ganges. Terraꝝ aūt omnium maxime india. Et iā pactis omnibus naturæ opibus
diſcrimē quoddā reꝝ ipſaꝝ facere cōueniat. Ergo in toto orbe & in quacūq; cæli cōuexitas uergit: pulcher
rima eſt oīum rebus meritoq; principatū naturæ optinens Italia rectrix parenſq; mūdi altera: uiris fœmi
nis: ducibus: militibus: ſeruitiis: artiū præſtantia ingeniorū claritatibus. Iam ſitu ac ſalubritate cæli atque
tēperie: acceſſu cunctarū gentiū facili: littoribus portuoſis: benigno uentoꝝ afflatu. Etenim cōtingit re-
currentis poſitio in partē utiliſſimā: & iter ortus occaſuſq; mediā: aquaꝝ copia: nemorum ſalubritate mō
tium articulis: feroꝝ aīaliū innocentia: ſoli fertilitate: pabuli ubertate. Quicqd eſt quo carere uita non de
beat: nuſquā eſt præſtantius: fruges: uinū: olea: uellera: lina: ueſtes iuuenci. Ne equos quidem in trigari-
is præferri ullis uernaculis animaduerto. Metallis auri: argenti: æris: ferri: quandiu libuit exercere: nullis
ceſſit. Et iis nunc in ſe grauida pro omni dote uarios ſuccos: & frugum pomorumq; ſapores fundit. Ab
ea exceptis indiæ fabuloſis proxime quidem duxerim hiſpaniam quecunq; ambitur mari.

FINIS.

Regiſtrum huius operis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z &

A B C D E F G H I K

Omnes ſunt quaterni preter f et K qui ſunt terni.

C. Plynii Secundi de naturali hiſtoria libri. xxxvii. Ex caſtigationibus Hermolai Barbari diligentiſſime
Recogniti. Impreſſi Venetiis ꝑ Bernardinū Benaliū anno a Natali Chriſtiāo. M. CCCCLXXXXVII.

Cum gratia & priuilegio ut in eo.